BIBLIOTHECA PISTORIENSIS A FRANCISCO ANTONIO ZACHARIA SOCIETATIS JESU...

Francesco Antonio Zaccaria

BIBLIOTHECÆ PISTORIENSIS

LIBER II.

FRANCISCO. PERTVSATO

NOBILISSIMO. MEDIOLANENSI. CIVI.
INCLYTAE. OLIVETANAE. CONGREGA
TIONIS. ALVMNO. OLIM. CLARISSIMO.
NUNC. TICINENSI. EPISCOPO.
ARCHIEPISCOPO. AMASIENSI.
MVLTIPLICI. DOCTRINA. PRVDENTIA. MO
RVM. INTEGRITATE. LONGE. SPECTATISS.
BIBLIOTHECAE. PISTORIENSIS
PARTEM. ALTERAM
FRANCISCVS. ANTONIVS. ZACHARIAS. S. I.
DE. SE. OPTVME. MERITO
D. D.
KAL. IANVARIS. A. O. R. CIϽIϽCCLI.

* PRÆFA-

PRÆFATIO.

MULTIS de cauſſis apud Urbes, Societateſque cultiores ea obtinuit conſuetudo, ut quos ſingulæ litteris, atque divulgatis libris clariſſimos Viros habuerint, eos diligenti commentario recenſere ſtudeant, & ceteris gentibus univerſis uno veluti obtutu contemplandos exhibere. Ea mihi tamen graviſſima viſa eſt ſemper, quæ non tam ad eorum commendationem facit, qui eruditionis ſuæ monumenta ediderunt, quam illorum, qui iſthæc cum laude commemorari vident, utilitatem; honeſta quædam ſtudiorum, doctrinæque æmulatio, quam tum oriri neceſſe eſt, quum quis majores ſuos, cives, ſocios, & animum ad optimas artes adjeciſſe, & inde nominis immortalitatem conſequutos intelligit. Huc certe ſpectaſſe crediderim Joſephum Dondorium e Cappuccinorum familia Scriptorem, quum in libro, quem *della pietà di Piſtoja* prænotavit, brevem Piſtorienſium ſuorum, qui eruditionis fama ad ſua tempora floruerant, catalogum emiſit in lucem. Sed revera elenchus iſte & imperfectus omnino eſt, nec erroribus caret. Idem argumentum tractare inſtituerat Oldoinus noſter, libroque titulum fecerat *Athenæi Piſtorienſis*. Mors enimvero doctiſſimi Viri conſiliis interceſſit; nihilque apud nos ſupereſt præter magni operis rudimentum quoddam, atque adumbratio. Verum ne Piſtorienſibus, quorum ad omnes liberales diſciplinas parata eſſe ingenia experientia didici, ſingulare hoc doctrinæ adjumentum diutius deſit, homo ego exterus quidem, & alienigena, ſed apud eos triennio non ſine voluptate ver-

ſatus,

ſatus, ipſorum Scriptores libello hoc comprehendere adgredior, atque exornare. Erit profecto, quum Piſtorienſis aliquis patriæ ſuæ urbis gloria ductus Catalogum hunc meum augere, caſtigare, ornare ſuſcipiet. Neque enim is ego ſum, qui abſolutiſſimam Piſtorienſium Scriptorum Bibliothecam contexi a me potuiſſe exiſtimem. Immo vero ultro fateor, vel diligentiſſimis quibuſque, ſive tædio quodam, quod in iſtiuſmodi Libris conficiendis facile obrepit, ſive notitiarum inopia multa effugere minime prætermittenda, multa excidere omnino delenda. Quamobrem commentariolum hoc noſtrum non tam Bibliothecam Piſtorienſem, quam ejus ſpecimen modeſtiore titulo inſcribere viſum eſt. Nihilo tamen minus Piſtorienſes, & ceteri litterariæ hiſtoriæ ſtudioſi Viri conſilium noſtrum æqui bonique facient. Nam quum Dondorius LIX. Scriptores enumeret, Oldoinus in MSS. ſuis ſchedis XLVII. (ex his non pauci a Dondorio prætermiſſi), nos omnino CLXVI. reperimus deſcribendos. In his autem eorum, qui etiamnum vivunt, neminem nominabo; non quod ob editos libros, aut certe ob inſignem doctrinam digniſſimi, qui hos inter cenſerentur, non ſint Cæſar Franchinius, Franciſcus Merlinius, Angelus Marchettus magni Alexandri filius, Presbyter Bonacchius, Cajetanus Cennius aliique non ita pauci, atque ut ne noſtros homines plane neglexiſſe videar, Dominicus Franchinius Romani Collegii Rector egregius, Dominicus Centius, Johannes Philippus Ptolemæus Johannis Baptiſtæ Cardinalis ampliſſimi Nepos, Viri litterati, ac ſacris profaniſque diſciplinis, quarum Doctores fuerunt, aut etiamnum ſunt, eruditiſſimi, Michael Larius quoque acerrimo ille quidem ingenio, optimaque indole, ſed adverſa nimium valetudine adoleſcens; at quod ſolidior, quæ obitum noſtrum conſequitur, honeſtatque, verior etiam gloria eſſe videatur.

Alphabeticum porro in recenſendis Scriptoribus ordinem ſequar; quem pluribus Bibliotecarum Auctoribus placuiſſe video; non tamen (quod plerique faciunt) prænominum rationem habiturus ſum, ſed nominum; hæc enim quum notiora eſſe ſoleant, quam illa, ſi nominum ordo ſervetur, Lectorum utilitati conſuli magis exiſtimaverim. Illud extremo loco Lectores meos monitos velim, me quæ Oldoinus adnotavit, ipſius verbis redditurum, ne ſua optimus Vir laude fraudetur. Sed de his ſatis.

INDEX

INDEX
SECUNDÆ PARTIS.

PARS I.

POLITICA MONUMENTA.

CLASSIS I.

Statuta, aliaque, quibus Italicarum Urbium regimen medio ævo continetur.

EXCELLENTISSIMO. ET.
AMPLISSIMO. VIRO.
FLAMINIO. CORNELIO.
SENATORI. VENETO.
PVBLICIS. REBVS. SAPI
ENTER. GESTIS. EDITISQ.
DOCTISSIMIS. LIBRIS. DE.
PATRIA. OPTIME. MERITO.
FRANC. ANTON. ZACHARIAS.
S. I. HANC. VETERVM. MONV
MENTORVM. CLASSEM. OB.
INSIGNEM. ERGA. SE. BENE
VOLENTIAM. D. D. PRID.
K. JVNIAS. A. JVBILAEI.
CIϽIϽCCL.

I.

Statuta, ſeu Leges Piſtorienſium, ex Archivio Piſtorienſis Capituli.

Editoris Obſervatio prævia.

QUÆ heic edo Piſtorienſis Reipublicæ Statuta, Vir Clariſs. Ludovicus Antonius Muratorius A. 1741. divulgavit T. IV. *Antiquit. Italic. Diſs. I. col.* 157., *& ſequent.* cum eruditis adnotationibus Huberti Benvoglienti Patricii Senenſis; ſed uterque imperfecto admodum, & mendoſo apographo uſus eſt, ut propterea multa ſecus legerint ii, atque in Codice Piſtorienſi exhibentur, multa quoque prætermiſerint. Itaque gratam me eruditis Viris præſtiturum operam exiſtimaverim, ſi Muratorianam hanc Editionem ad Piſtorienſe exemplar adcuratiſſime exegero, ac Statuta iſthæc iterum in lucem emiſero. Sed de tempore, quo hæ leges conditæ ſunt a Piſtorienſibus, diſputandum eſt antea diligentiſſime. Putat Benvo-

z

glientus non ante Annum CIƆCXVII. Statutorum istorum epocham statui posse. *Consules enim*, atque adeo *Potestas* Pistoriensis in his sæpius occurrunt. Consules autem in Italicis Urbibus institui cœpere, postquam discedentibus Comitibus Imperatorum Nunciis libertatem recuperarunt: deinde rejecta Consulum administratione ut minus utili, per Prætores, seu Potestates geri res cœpit. Hæc porro non nisi sub XII. sæculi finem contigerunt. Anno 1160. prima Pisanæ Reipublicæ Statuta edita fuisse, Auctor est doctiss. P. Valsechius in Epistola *de veteribus Pisanæ Civitatis constitutis*; Senenses vero circa Annum MCXCVII. suas leges tulerunt. His antiquiora Pistorienses habuisse statuta vix credi potest, si Benvoglientum audimus. Quamobrem in annorum supputationem, quæ initio statutorum legitur: *Anno ab ejus Nativitate millesimo centesimo septimo* errorem inrepsisse idem Benvoglientus existimat, & Notarium, aut Exscriptorem omisisse numerale nomen *nonagesimo*. Aliter hac de re statuit Muratorius *col.* 520.. Reddo ejus verba: *In Chronologicis hisce notis mendum cubat. Anno Christi* MCVII. *nondum Henricus inter Reges Quinctus Imperatoris titulum assumpserat; nondum quippe a Romano Pontifice inunctus, neque Romana Corona insignitus. Neque eo anno decurrebat Indictio undecima. Sed quotum ad Annum hæc spectent? percontaris. Si referas ad Annum Christi* MCXCVII., *quo imperabat Henricus inter Reges Sextus, inter Augustos Quinctus, immutanda erit etiam Indictio, & pro* XI. *scribendum erit* XV., *aut Indictio* I. *a Kalendis Septembribus fuerit indicata. Mihi tamen veri videtur similius, caput primum Statutorum Pistoriensium conditum fuisse anno a Nativitate Domini millesimo centesimo decimo septimo, quo nempe, & quidem Novembri mense fluebat Indictio* XI., *& Annus* VII. *Henrici inter Imperatores Quarti. Supra jam vidimus... ineunte eodem seculo Christianæ æræ undecimo, Consules ad regimen Mediolani, & Genuæ adhibitos fuisse, eosque itidem Lucensi Urbi præfuisse Anno* MCXXIV..... *Quare nihil obstat, quominus Pistoriensi quoque Civitati Anno* MCXVI. *Consules præessent, atque ibi primum illud Statutum promulgari potuerit. Primum, inquam, usque ad finem Paragraphi, sive Capituli* XXIII.; *nam quæ sequuntur longe serius constituta fuisse mihi certissimum est, quum in iis supremum Civitatis regimen non amplius Consulibus, sed Potestati commendetur.... Ceterum in dissertatione* XLVI. *palam feci Potestatum, sive Prætorum regimen illustre invectum fuisse a Civitatibus liberis, aut cadente sæculo* XII., *aut sub initium subsequentis* XIII.. *Quare potior hujusmodi Statutorum pars circiter, aut post Annum Christi* MCC. *conflata mihi creditur*. Hactenus Muratorius. Ac vir iste eruditissimus, quod ad primam horum Statutorum partem adtinet, rem non mea quidem sententia, tetigit: quod vero ad alteram partem spectat, hallucinatus est.

Itaque uno hoc Codice duo Statutorum veluti genera continentur, atque alterum quidem altero vetustius, sub Consulum alterum, alterum sub Prætorum paullo recentiore regimine editum. Primum Statutorum genus, quatuor, & viginti Leges in hac nostra editione complectitur, tres, & viginti in Muratoriana. Plures olim continebat, sed injuria temporum chartæ, quibus concreditæ erant, interiere. Heinc Statuto I. Muratorianæ editionis XXIV. nova præmittitur invocatio: *In nomine Sanctissimæ individuæ Trinitatis. Amen*. Sed & alia manu prima illa XXIV. Statuta descripta sunt in Codice nostro, alia, quæ sequuntur. Quæ prima sunt XXIV.,

XXIV. ; cum Muratorio ad annum MCXVII. Henrici inter Augustos IV. septimum libenter retulerim. Nam ante Henricum inter Augustos V. condita illa fuisse nemo negaverit, qui reliquis Statutis hæc noverit vetustiora, reliqua vero ante Henrici V. imperium lata fuisse: quod paullo post demonstrabo. Porro Indictio XI., quæ sub Statutorum initium notatur, toto illo Annorum spatio, quo Henricus IV. vixit imperatorio titulo insignitus, semel occurrit anno MCXVII.. Facillimum autem fuit properanti Amanuensi, aut etiam Notario numerale nomen *decimo* omittere. Sequentia Statuta post annum MCLXXVII. scripta sunt, ante vero annum MCLXXXII. Post Annum MCLXXVII. scripta illa fuisse quis neget? Hæc legimus Statuto CXXVI., Murat. edit. CXLVI. *Securitatem, quam Arrendibilis Parmisianus, Gubianus, Trajectus, & Breite Consules fecerunt cum Ciottolo de Bargi, firmam, & ratam habebo, & observabo in meo dominio*. Spectant hæc verba, quod ex MS. Pandulphi Arferoli Hist. Pist. refert Salvius *ad ann.* 1177. *Hist. Pist. parte* II. *lib:* II. *pag.* 101. *a' 24. di Novembre Ciottolo di Leolo da Bargi in proprio nome, e de' suoi figliuoli, e di tutti gli huomini Bargesi, e di Teodora figliuola di Alberto sua Moglie promesse, e giurò, che a' Calendi di Dicembre prossimo futuro harebbe dato, e consegnato il Castello, e Terra di Bargi a' Consoli di Pistoja, ec.* Hujusmodi autem donationis Instrumentum 24. Nov. A. 1117. confectum in Pistoriensi Cancellaria etiamnum extare monuit me Genuæ commorantem per literas IX. Octobris A. 1745. solertissimus patriarum rerum Scriptor Jacobus Maria Floravantes. Quis ergo non videbat Statuta, in quibus securitatis ejusmodi mentio fit, post annum MCLXXVII. collocari omnino debere? Anno quoque MCLXXIX. pax illa Montecatinensium constituta fuit, quam indicat Statutum CXXVII. Murat. edit. CXLVI. Quod autem ante annum MCLXXXII. edita sint, hac ratiocinatione conficio. Hisce Statutis, atque adeo Notarii subscriptioni additur continenter in Pistoriensi vetusto Codice Statutum quoddam Idibus Decembris A. MCLXXXII. conditum; quodque gravius est, viridi atramento præscriptum, quo ipso atramento additiones quædam, & correctiones Statutis nostris, de quibus agimus, ab una, eademque manu inscriptæ sunt. Ignoravit id Benvoglientus, ignoravit Muratorius: quo factum, ut ipsas hasce additiones, correctionesque primo Statutorum textui nulla nota distinctas inseruerint, paucas silentio præterierint. En perspicuum sane argumentum, unde constet ante annum MCLXXXII., quo correcta fuere, auctaque, Statuta illa lata omnino fuisse. Annum si quæras, putaverim statui non sine ratione posse ipsum illum MCLXXIX., quo Montecatinensium pax contigit, atque adeo paullo post pacem hanc firmatam. Nam ut Salvius narrat *p.* II. *lib.* II. *Hist. Pist. pag.* 102.: *Perchè di questa pace molti si tennero mal satisfatti, non essendo seguite secondo il lor placito le Capitolazioni di essa, incontinente che ella fu conchiusa, e stabilita, vennero di nuovo all' armi quei di Montecatini con i Serravallesi*. Atqui quum Statuta hæc nostra scripta sunt, nondum Montecatinenses contra pacis sanctiones in Serravallenses iterum inruperant. Cur enim Pistorienses decrevissent *securitatem, & pacem Montecatinensium firmam, & ratam habere, & observare*, quam Montecatinenses infregissent? Quamobrem quum XX. Aprilis A. CIƆCLXXIX. Montecatinensium pacem editam fuisse discamus ex charta, quam proferam classe III. num. I. circa

Majum ejusdem Anni (certe ante Octobrem, quem nondum decurrisse ostendit Statutum CXLVII.) Statuta hæc nostra præscripta fuisse conjecerim, *Gerardus* enim vero *Sacri Palatii Notarius*, *& Tabellio*, qui Statuta conscripsit, & complevit, Montecatinensium paci subscripsit. Sed ad ipsa tandem Statuta veniamus, quæ ita a me edentur, ut correctiones illæ, additionesque A. MCLXXXII. diverso charactere exhibeantur, in margine autem notentur a Muratorio omissa, aut contra Codicis fidem immutata.

I.

In nomine sancte, & individue Trinitatis Amen. Anno ab ejus Nativitate Millesimo centesimo septimo, Indictione undecima, VI. *Kal. Decembris ad honorem Dei, & Domni Heinrici* (1) *Romanorum Imperatoris*.

(1) Domini Henrici *Murat.*

I.

STatuimus, & censemus, ut Majores Pistorii Consules habeant in protectionem, & defensionem Ecclesiam Sancti Zenonis, & ejus bona, & habeant in protectionem, & defendant omnes Ecclesias [2] Loca venerabilia [3] eorum bona usque ad quatuor milliaria prope Civitatem Pistorii, que sunt nostri districtus; salvo jure Patronum, & quod majores Consules possint facere, quod utile sit nostre Civitati. Intellectus talis est, quod tenear de hoc Capitulo, si Episcopus Pistoriensis, & Pistoriensis Ecclesiæ Capitulum promisint [4] Consulibus Civitatis Pistorii solempniter, quod ipsi, & sui Clerici stabunt in judicio cum Laicis, & dederint Consulibus licentiam, & [5] constringant eos, & Clericos suos ad rationem stare.

(2) & *M.*
(3) & *M.*
(4) promiserint, *M.*
(5) ut. *M.*

I I. [6]

Item statuimus, ut Majores Pist. Consules non portent corredum de collo, vel de dosso de communi, nisi communi consilio Consiliatorum omnium, vel majoris partis, qui tunc Pistorii fuerint.

(6) *Totum hoc Statutum desideratur apud Muratorium.*

I I I.

Item statuimus, ut majores Pistorii Consules non faciant vindictam in avere, vel personas..... viginti scilicet, nisi communi consilio Consiliatorum electorum omnium, vel majoris partis, qui tunc Pistorii fuerint, exceptis penis, & vindictis, in Capitulis specialiter expressis; quod si iverint extra Civitatem per cavalcatam [7], vel hostem, vel aliter [8], possint facere vindictam, secundum quod eis melius videbitur, ad honorem, & bonum [9] Pistoriensis Populi.

(7) Cavalcariam M.
(8) *omittit M.*
(9) *omittit M.*

I V.

Et (10) statuimus, ut (11) quidquid dictum est in Sacramento Majores Pistorii Consules (12), & (13) omnibus constitutis (14), & assignamentis de penis (15) tollendis, & (16) dannis dandis, quod (17) teneantur non (18) reddere, nec facere reddere, nec emendare, nec facere emendare, & similiter suos Poximos Successores jurare facient (19), & quicumque dampnum de habere alicui Pist. Civi, vel Burgi (20), vel Suburbiorum (21) fecerint propter honorem..... Pist. Populi teneantur non emendare, nec emendare facere.

(10) Item. *M.*
(11) *Majores Pistorii Consules.... M.*
(12) *omittit. M,*
(13) de. *M.*
(14) *Statutis. M.*
(15) pecuniis. *M.*
(16) de. *M.*
(17) qui. *M.*
(18) *non teneantur M.*
(19) *faciant M.*
(20) Burgiensi. *M.*
(21) Suburbiensi. *M.*

V.

(22) Et statuimus, ut Majores Pistorii Consules toto tempore eorum Consulatus faciant, & facere faciant districtam omnibus manifestis inimicis Pist. Populi, secundum quod melius poterint, ad bonum, & ad honorem nostræ Civitatis, & ad malum, & ad detrimentum (23) nostrorum inimicorum infra duos proximos menses pro quantum juratum habuerint (24).

(22) Item. *M.*
(23) damnum. *M.*
(24) habuerunt. *M.*

V I.

Et (25) statuimus, ut taliter jurent illi, qui eligant, Electores videlicet (26). Ego eligam quinque homines, quos potiores, & idoniores esse cognovero ad honorem Dei, & S. Jacopi, & S. Zenonis, & Populi Pistoriensis. Ego sum in aliqua Compagnia, & summissione pro aliquo officio Civitatis dando, vel recipiendo; nec aliquod comandamentum vel ante factum, vel post factum, nec aliquod intendimentum

(25) Item. *M.*
(26) omittit. *M.*

dimentum est mihi datum (1) aliquo ingenio (2) pro aliquo officio Civitatis dando, & recipiendo, nec aliquod Sacramentum feci, neque recepi pro aliquo officio Civitatis dando, vel recipiendo, & (3) eligam tres homines, quos potiores, & idoniores esse cognovero ad salvamentum, & ad utilitatem Pist. Populi, qui eligant quinque Consules meliores, & potiores, quos cognoverint ad hutilitatem, & salvamentum Pist. Populi, non considerato ibi (4) amore, nec inimicitia, nec ulla humana gratia. Hoc est Sacramentum illorum, qui debent eligere Consules. Ego non sum in aliqua Compagnia, vel summissione pro aliquo Consulatu Civitatis Pistorii dando, vel recipiendo, neque aliquod intendimentum, neque advedimentum est (5) mihi datum (6), neque comandamentum factum, ut ego essem elector Consulum, neque aliquod Sacramentum feci, aut recepi pro aliquo Consulatu Civitatis Pistorii dando, aut recipiendo, & concordabor (7) cum Sociis meis in arringo electis de quinque hominibus in Consulatu eligendis, qui mihi videantur idoniores, & (8) potiores, ad honorem, & utilitatem, & salvamentum Civitatis Pist., & Pistoriensis Populi. Ita (9) quod amor, & odium nec prosint, neque obsint, & non eligam de ipsis, qui fuerant duobus annis retro expletis in Kalendis Januarii prossimi.

(1) & interdictum. M.
(2) omittit. M.
(3) Sed. M.
(4) omittit. M.
(5) esse. M.
(6) dictum. M.
(7) concordor. M.
(8) vel. M.
(9) omittit. M.

VII.

Et (10) statuimus, ut si in Sacramento Pistorii Consulum, vel in constituto aliquod Capitulum speciale inveniatur contrarium alicui Capitulo speciali, vel aliquod Capitulum inveniatur generale, inveniatur contrarium alicui Capitulo generali, majores Pistorii Consules referant Consiliariis electis omnibus, quos tunc sine fraude habere poterint (11), & quod omnibus Consulibus, vel majori parti eorum, & omnibus Consiliariis, vel majori parti eorum communi consilio accepto per Sacramentum placuerit (12), teneantur. Et si aliquod Capitulum speciale sit contrarium alicui Capitulo generali, cogantur tenere speciale, & dimittant generale.

(10) Item. M.
(11) poterint. M.
(12) placuerint. M.

VIII.

Et statuimus, ut si quis feritam fecerit cum ferro studiose alicui Concivi, nisi se defendendo, vel in bello alicui bellanti, solidos LX. tollant, & dare ei faciant, qui feritam acceperit.

IX.

Et (13) si quis feritam studiose de ligno alicui Concivi dederit, nisi supradicto modo, aut in castigando familiam, in XL. solidos eum puniant, & dare ei faciant, qui feritam acceperit. Item si quis Civis alicui Concivi in vultu de manu percusserit studiose, nisi supradicto modo in XX. solidos eum puniant, & dare ei faciant, qui feritam accepit, nisi vilior persona dignorem gravi verborum, vel facti injuria lacessiverit. Et si predicte persone non habuerint, unde predictam penam persolvere valeant, expellantur de Civitate, & in toto Consulatu illius anni in Civitate nostra, nec in Burgis, nec infra tria milliaria prope Civitatem habitare permittant (14).

(13) Item. M.
(14) permittantur. M.

X.

Et statuimus, ut si quis inculpatus fuerit fecisse homicidium, & se supra (15) Sancta Dei Evangelia defenderit ante Consules, vel Rectores pro communi electos, & postea aliquis (16) pro illo interfecto illi in persona (17), & graviter feriendo offenderit, simili modo punitur (18), ut continetur de homicidiis in Sacramento Consulum, præterquam de casa destruenda.

(15) super. M.
(16) omittit. M.
(17) personam. M.
(18) punietur. M.

XI.

Et (19) statuimus, ut si aliqua persona pro communi in officio Civitatis fuerit, & pro officio illo ab aliquo sibi studiose, & feriendo graviter, nisi se defendendo, in persona facta fuerit, ille, qui intulit offensionem, puniatur, ut de homicidio, preter quam de Turre, & Casa; & si fuerit offensio in habere, in quadruplum ei restituatur ab eo, qui dampnum dedit.

(19) Item. M.

XII.

Et (20) statuimus, ut si quis Pistorii Civis captus, vel depredatus fuerit ab aliquo vel ab (21) aliquibus personis, majores Pistorii Consules pro suo posse sine fraude personam, & avere recuperare adjuvent.

(20) Item. M.
(21) omittit. M.

XIII.

XIII.

(1) Item. *M.* Et (1) statuimus, ut nostri majores Consules habeant curam, & studium, quatenus Pist. Cives cum eorum bonis secure possint ire, & redire.

XIV.

(2) Item. *M.* Et (2) statuimus, ut si quis de nostris Civibus captus, vel depredatus fuerit in aliqua terra, nostri majores Consules tunc requirant homines illius terre, & post tertiam inquisitionem, si prædicta bona depredata readquirere non potuerint, (3) capiantur. *M.* (4) hominum. *M.* censeantur (3) bona, vel homines (4) illius terre in tantundem.

XV.

(5) Item. *M.* Et (5) statuimus, ut nemo capiatur in Civitate Pistorii, nec in ejus Burgis sine jussione majorum Consulum, & si contra hoc factum fuerit, Consules faciant eum absolvere, & secundum quod a Consiliariis electis consilium habuerint, faciant, & observent.

XVI.

Et statuimus, ut si in Sacramento Pist. Consulum, vel in Constitutionibus aliquod dubium de ipso scripto fuerit, majores Consules habeant consilium cum omni-
(6) qui. *M.* bus Consiliariis electis illius anni, qui tunc Pistorii fuerint, & (6) sine fraude po-
(7) haberi. *M.* tuerint habere (7), & secundum quod videbitur omnibus predictis, vel majori parti eorum, super Sacramentum intellectum illius scripti dubii fore, taliter sit, & permaneat.

XVII.

Et statuimus, ut majores Consules Pistorii mittant Custodes, & faciant custodire Sylvam, que vocatur vulgo *Ursinia*, ne incidatur, nec comburatur, nec aliquatenus deguastetur in Consulatu, & sic faciant jurare suos Successores, & ipsi
(8) omittit. *M.* similiter suos (8) usque ad terminum XV. annorum, nisi communi consilio Consulum, & Consiliatorum omnium, vel majoris partis immutatum fuerit.

XVIII.

Et statuimus, ut majores Consules non faciant investitionem, neque concessionem de bonis Civitatis nostre sine communi concordia omnium Consulum, vel
(9) habita. *M.* majoris partis, & omnium Consiliatorum, vel majoris partis habito (9) per Sacramentum.

XIX.

Et statuimus, ut majores Consules infra quindecim dies prossimos per Sacramentum eorum prestitum mittant bannum sub pena XII. denariorum, ut nullus labo-
(10) accipiant. rator terrarum a Kalendis Novembris, usque ad Kalendas Aprilis accipiat (10) in die pretium ab aliquo Cive Pistoriensi ultra duos denarios, nisi quando laborat cum vanga preter victualia, vel nisi faciat fossam, tunc accipiat denarios tres; & a Kalendis Aprilis, usque ad Kalen. Novembris denarios IIII. preter victualia. Et si quis laboratori tenuerit suam mercedem ultra dies octo, pro qua laborator sibi petierit, tollant ei denarios XII., nisi per laboratorem steterit. Similiter pu-
(11) quod. *M.* niatur, qui (11) plus dederit, ut supra dicitur.

XX.

Item ut nullus Asinarius a Kalen. Novembris usque ad Kalend. Aprilis pro diurna mercede accipiat ultra denarios VI. in die, & a Kalen. Aprilis usque ad Kalend. Novembris denarios VIII. preter victualia. Qui contra hoc dederit, vel acceperit, & cognitum fuerit, componat denarios XII., & hoc idem spectet ad officium Rectoris duplum mercedis puniendi.

XXI.

Et statuimus, ut nullus Magister Lignaminum a Kalen. Novembris usque ad
(12) omittit. *M.* Kalen. Aprilis ultra denarios V. in die pro (12) pretio accipiat, & a (13) Kal.
(13) Kal. Aprilis, usque ad Kal. *M.* Novembris ultra denarios VII. preter victualia.

XXII.

Idem dicimus de Magistris petrarum, & juret Rector Cappellanus observare,
(14) acceperint, &. *M.* & habere curam, & studium inveniendi. Si plus acceperit, (14) hoc faciant bandire Consules super eorum Sacramentum.

XXIII.

Et statuimus, ut omnes Ferrarii Pistorii jurent (1) de cetero non tenere (2) securitatem, in qua teneantur per Sacramentum vendere ferros, vel clavos ferrorum (3) ad certum pretium constitutum, aut in qua teneantur non ferrare sine pretio, vel ferros (4), aut clavos non credere (5), & non lucrentur de duodecina (6) ferri, nisi denarios XII., & sic de omnibus duodecinis, & Ferrarii accipiant III. denarios de ferro Caballi, & de clavis, & ferrent pro eodem (7) pretio, & non plus, nisi emptor melius ferrum voluerit; & accipiat de ferro Asini, & clavis suis, licet (8) habeat ferrum sex clavellarias (9): hoc idem faciant, & accipiant. Item hoc idem faciant (10) de ferro (11) Muli; si vero (12) ferrum habuerit IIII. clavellarias, tunc accipiat inde Ferrarius (13) denarios II., & ferret (14) pro eodem pretio, & non plus, & de suo ferro, & de suis clavis. Si autem Ferrarius fecerit ferrum non de suo ferro, tunc accipiat pro facettura (15), & ferratura unum denarium, & dimidium, & non plus. Et si ferraverit Ferrarius Caballum, seu Mulum non de suo ferro, & non de suis clavis, tunc debeat ferrare duos pedes Caballi pro uno denario; & si de suo ferro, & de suis clavis, tunc accipiat unum denarium de pede, & Ferrarius non falsaverit ferrum.

(1) jurati. *M.* (2) teneantur. *M.* (3) ferrejie. *M.* (4) ferro. *M.* (5) concedere. *M.* (6) duodecima. *M.* (7) pedes. *M.* (8) si. *M.* (9) & de clavellariis. *M.* (10) omittit. *M.* (11) ferris. *M.* (12) autem. *M.* (13) accipiant in ferrare. *M.* (14) ferro. *M.* (15) factura. *M.*

XXIV.

Et statuimus, ut omnes Macellatores jurent [16], de cetero non tenere [17] securitatem, in qua teneantur per Sacramentum, nec aliquis Macellator bestiam, vel bestias ad libitum suum, etiam contra voluntatem, vel interdictum aliorum possit bestias emere, & interficere, vel carnem vendere, & de qua carne interrogatus . . . . *Cetera desunt.*

(16) jurati. *M.* (17) teneantur. *M.*

In nomine Sancte (18), *&* (19) *Individue Trinitatis. Amen.*

(18) Sanctissime. *M.* (19) omittit. *M.*

I.

STatuimus, ut Potestas Pistorii habeat in protectione [20], & defensione [21] Ecclesiam S. Zenonis, & ejus bona, & habeat in protectione, ac defensione omnes Ecclesias, & loca venerabilia, & eorum bona usque ad quatuor milliaria prope Civitatem Pistorii, que sunt nostri districtus, salvo jure patronorum, & qui modo potestas possit facere, quod utile fuerit nostre Civitati. Intellectus talis est, quod teneatur de hoc Capitulo, si Episcopus Pist., vel Capitulum Pist. promiserit solempniter, quod ipsi, & sui Clerici stabunt in judicio cum Laicis, & dederint Consulibus licentiam, & Potestati, ut constringant omnes suos Clericos ad rationem stare.

(20) protectionem. *M.* (21) defensionem. *M.*, & sic paullo post.

II.

Et statuimus, ut Potestas Pistorii non portet Corredum de collo, vel de dosso de communi, nisi communi [22] consilio omnium Consiliatorum electorum [23], vel majoris partis, qui tunc Pistorii fuerint.

(22) omittit. *M.* (23) omittit. *M.*

III.

Et statuimus, ut Potestas Pistorii [24] non faciat vindictam in havere, vel persona ultra viginti scilicet, nisi communi consilio Consiliariorum [25] electorum omnium, vel majoris partis, qui tunc Pistorii fuerint, exceptis penis, & vindictis in Capitulo specialiter expressis; quod si iverint [26] extra Civitatem per Cavalcatam, [27] vel hostem, vel ertam [28], possint [29] facere vindictam secundum quod eis melius visum fuerit [30] ad honorem, & bonum Pist. Populi.

(24) omittit. *M.* (25) Consiliatorum. *M.* (26) iverit. *M.* (27) cavalcajam. (28) omittit. *M.* (29) possit. *M.* (30) ei melius fuerit visum. *M.*

IV.

Et statuimus, ut quidquid dictum est in Sacramento Potestatis, & omnibus Constitutis [31], & assignamentis de penis tollendis, & [32] de damnis dandis, quod [33] teneatur [34] non reddere, nec emendare, nec facere reddere, nec facere emendare, & similiter suum prossimum succedentem Potestatem, vel [35] Consules jurare faciant [36], & quodcumque damnum [37] de avere alicui Pistoriensi Civi, vel de Pistoriensi Burgo [38], aut Suburbio, vel de districtu [39] Pist. propter honorem Pist. Populi, teneatur [40] non emendare, nec emendare facere.

(31) Statutis. *M.* (32) omittit. *M.* (33) qui. *M.* (34) teneantur. *M.* (35) &. *M.* (36) faciunt. *M.* (37) bannum. *M.* (38) Burgio. *M.* (39) districtus. *M.* (40) teneantur. *M.*

V.

V.

Et [1] statuimus, ut Potestas toto tempore sui dominii faciat, & facere faciat districtam, & [2] decretum omnibus manifestis inimicis Pist. Populi secundum quod melius poterit [3] ad bonum, & [4] honorem nostre Civitatis, & ad malum, & detrimentum [5] nostrorum inimicorum infra duos menses proximos postquam [6] Sacramentum prestiterit [7].

V I.

Et statuimus, ut si in Sacramento Potestatis, vel in constituto aliquod Capitulum scriptum inveniatur contrarium alicui Capitulo speciali, vel aliquod Capitulum generale inveniatur contrarium [8] alicui Capitulo generali, Potestas referat Consiliariis electis omnibus, quos tunc sine fraude habere potuerit, & quod [9] omnibus Consiliariis, vel majori parti [10] eorum communi Consilio accepto per Sacramentum placuerit, teneatur; sed si [11] aliquod Capitulum speciale [12] sit contrarium alicui Capitulo generali, cogatur tenere [13] speciale, & dimittere [14] generale.

V I I.

Et statuimus, ut si quis feritam cum ferro fecerit alicui Concivi, nisi se defendendo, vel in bello alicui bellanti fecerit, Potestas solidos centum [15] ei tollat, & dare ei faciat, qui feritam acceperit, & [16] etiam pacem fieri faciat, & insuper alios centum solidos ei [17] pro communi tollat, & non reddat, nec reddi [18] faciat. Item si quis studiose feritam de ligno alicui Concivi dederit, nisi supradicto modo, aut nisi castigando familiam suam, in LX. solidis eum puniat [19], & dare ei faciat, qui feritam acceperit [20] ante pacem factam, & insuper alios solidos . . . . . ei [21] pro communi tollat, non reddat, nec reddere faciat [22]. Item si quis Civis alicui Concivi . . . . . . modo [23] Potestas, in XL. solidos eum puniat . . . . Et si [24] vilior persona digniorem gravi verborum, vel facti injuria lacessiverit, & [25] si predicte persone non habeant, unde predictas [26] penas persolvere valeant, expellantur de Civitate, & in [27] toto dominio illius anni in Civitate nostra, nec in ejus Burgis, nec infra tria milliaria prope Civitatem habitare non [28] permittat. Intellectus talis est, quod si aliquis in continenti . . . . vindictam fecerit in persona [29] ejus, qui fuerit percussus, non teneatur inde aliquid tollere.

V I I I.

Et statuimus, ut si aliquis inculpatus fuerit fecisse homicidium, & se super Dei Evangelia defenderit ante majores Consules, & Electores, vel Potestatem pro communi Civitatis [30] electos, & penam aliquam . . . . . & postea aliquis [31] pro illo interfecto, illi in persona [32] & graviter feriendo offenderit, simili modo puniatur, ut continetur de homicidiis in Sacramento Consulum, preter quam de Casa destruenda, & Turri.

I X.

Et [33] statuimus, ut si aliquis, qui pro communi in officio Civitatis fuerit [34], & pro illo officio ab aliquo sibi studiose, & graviter feriendo [35] in persona injuria [36] facta fuerit, nisi se defendendo, ille, qui intulit offensionem, puniatur, ut de homicidio, preter quam quod de Turri, & Casa, & si fuerit offensio in avere, in quadruplum ei restituatur ab eo, qui damnum dedit.

X.

Et statuimus, ut si aliquis Pist. Civis fuerit captus [37], vel depredatus [38] ab aliquo, vel ab [39] aliquibus personis, majores Pist. Consules pro suo posse, sine fraude personam, & avere recuperare adjuvent [40].

X I.

Item [41] statuimus, quod Potestas habeat curam, & studium, [42] quatenus Pist. Cives cum eorum bonis secure possint ire, & redire.

X I I.

Et [43] statuimus, ut si quis de nostris Civibus captus, vel depredatus [44] fuerit in aliqua terra [45], Potestas faciat requirere homines illius [46] Terre, & post . . . . [47] inquisitionem . . . . *Sequuntur tria Statuta, quæ lectu difficillima quum sint, ac pœne fugientia, omissa a nobis sunt.*

XIII.

(1) Item. M.
(2) omittit. M.
(3) potuerit. M.
(4) omittit. M.
(5) damnum. M.
(6) pro quantum. M.
(7) prestitit. M.
(8) contrarium inveniatur. M.
(9) omnibus, & sine fraude hoc petat. Et si. M.
(10) majoris partis. M.
(11) Et si. M.
(12) omittit. M.
(13) teneatur. M.
(14) dimittatur. M.
(15) quadraginta. M.
(16) ac. M.
(17) hæc omittit. M.
(18) pacem. M.
(19) omittit. M.
(20) accepit. M.
(21) si aliquis feritam. M.
(22) faciet. M.
(23) tunc. M.
(24) nisi. M.
(25) quod. M.
(26) dictas. M.
(27) de. M.
(28) omittit. M.
(29) personam. M.
(30) omittit. M.
(31) omittit. M.
(32) personam. M.
(33) Item. M.
(34) nostræ. M.
(35) injuria feriendo. M.
(36) omittit. M.
(37) capiatur. M.
(38) omittit. M.
(39) omittit. M.
(40) & ipsum reddite. M.
(41) &. M.
(42) custodiam. M.
(43) Item. M.
(44) & retentus. M.
(45) aliquo tempore. M.
(46) reddere civem illum. M.
(47) unam. M.

XIII.

Donata, sive locata, vel in infiteusim data, vel in tenimentum, vel in [1] libellario nomine data, vel in affictum collocata sine consensu totius Capituli, vel majoris partis [2] ex usu nostre Civitatis non teneat, & [3] priusquam Potestas, vel [4] Consules scierint [5], infra XL. dies proximos rescindant, vel [6] rescindi faciant, & si qua persona sciens fecerit conquestum a jam dicta Ecclesia contra aliquid [7] supradictorum, quartam partem pretii amittat, & nostre Reipublice applicetur, & si [8] pignoraverit tempora emptionis, pretium non amittat, & conquestum rescindatur [9], si potuerit se defendere per Sacramentum, se ignorasse. Et Potestas, vel [10] Consules non possint dare parabolam sine consilio Consiliariorum omnium, vel majoris partis, qui tunc temporis aderint.

(1) omittit. M.
(2) hæc omnia omittit. M.
(3) omittit. M.
(4) &. M.
(5) &. M.
(6) &. M.
(7) vel aliquibus. M.
(8) omittit. M.
(9) rescindat. M.
(10) & M.

XIV.

Item de aliis Ecclesiis statuimus, que sunt in Civitate Pistoria, vel extra Civitatem prope quatuor migliaria, si aliquis Rector illius Ecclesie alienaverit, vel [11] pignori obligaverit, vel alio modo alicui persone in conquestum dederit sine licentia sui Patroni, si habuerit, vel de aliquo de Patronariis, infra 40. dies proximos, ex quo scierint, rescindant, & rescindi [12] faciant.

(11) & M.
(12) rescindere. M.

XV.

Item statuimus de possessionibus Ecclesie de fonte Taonis, & S. Bartholomei super prata, vel Crucis Arandiliane, que sunt infra [13] nostrum districtum.

(13) intra. M.

XVI.

Item statuimus de possessionibus predictarum Ecclesiarum, que possessiones sunt infra [14] nostrum districtum, quod si Episcopus, vel aliquis Prelatus vendiderit, vel pignoraverit, vel alio modo in conquestum dederit Sylvas, & si [15] Episcopus, vel alius Prelatorum infra 40. dies, postquam [16] requisitus fuerit a Rectoribus Civitatis non revindicaverit, non permittat eum uti, & frui de bonis predictarum Ecclesiarum secundum . . . . [17], nisi supradicta solemnitas fuerit observata, que continetur in superiori capitulo.

(14) intra. M.
(15) omittit. M.
(16) proximos. M.
(17) sed omnibus priveur. M.

XVII.

Item censemus [18], & statuimus, ut nulla puella [19] nostre Civitatis, Burgorum [20], & Suburbiorum post sue matris decessum tradat se nuptui ante duodecimum annum sue etatis completum, nec ejus Mundualdus hoc agere possit, & si qua persona hoc fecerit, Cassum sit, & inutile, & ipsa puella ad Mundualdum suum redeat; post duodecimum vero annum sue etatis expletum Mundualdus ejus possit eam matrimonio collocare, & maritare; & si possessio puelle est ei libera, ipse Mundualdus sibi retineat de substantia puelle propter Mundualdum . . . . soldos [21].

(18) censuimus. M.
(19) omittit. M.
(20) Burgiorum. M.
(21) solvere. M.

XVIII.

Si autem possessio puelle fuerit, vel [22] esset major, aut minor centum libris, pro unaquaque libra percipiat Mundualdus 12. denarios, & non amplius. Intellectus talis est, quod omnia ista habeant locum, si puella relicta est [23] absque Patre, & si Mundualdus male tractaverit puellam, vel possessionem puelle, vel [24] . . . . nihil sibi retineat de possessione puelle. Si autem puella post 12. annum sue etatis expletum se nuptui tradiderit, & ipsum factum Mundualdo non placuerit, nisi ipse Mundualdus fraudolenter retinuerit ipsam puellam, non retineat de possessione puelle centum libras, ducentos solidos. Si possessio puelle esset major, vel [25] minor centum librarum, pro unaquaque libra habeat ipse Mundualdus II. solidos, nec amplius. Quod autem supradictum Mundualdum . . . post duodecimum etatis sue annum [26] expletum intelligimus, ut hoc possit fieri cum voluntate Patris, & ipsam puellam bene tractando. Et si contra hoc constitutum Mundualdus aliquid egerit, nihil [27] sibi retineat de possessione puelle. Quod dictum est superius, Mundualdum posse retinere de substantia centum libras, & ducentos solidos, & si major, vel minor fuerit possessio puelle centum libris, & centum solidis, locum habere intelligimus tantum in Mundualdo legitimo; Mundualdus vero testamentarius, vel [28] dativus percipiat tantum de possessione XX. solidos, & si dativus, vel testamentarius esset talis persona, quod si non esset dativus, vel testamentarius, de jure esset legitimus.

(22) &. M.
(23) esset. M.
(24) omittit. M.
(25) &. M.
(26) annum sue etatis. M.
(27) nil. M.
(28) &. M.

X I X.

Item ftatuimus, ut fi Epifcopus a Kal. Januarii proffimi usque ad proximum
feftum S. Jacobi non perfolverit conftitutum feudum decem librarum (*Hermanno*,
& *Paganello*) ut a die S. Jacobi, vel alio fequenti die ufque ad unum menfem
proximum de Epifcopatu Poteftas predictum feudum tollat.

X X.

(1) Item. *M.* Et [1] ftatuimus, ut fi publicus Camarlingus aliquod pignus ex illis, quæ ad
ejus manus in fuo officio pervenire potuerint, perdiderit, cogatur ipfe Camarlin-
(2) reddere. *M.* (3) *emendare debeat. M.* gus predictum pignus reftituere, fi habuerit; quod fi rehabere [2] non potuerit,
de proprio marfupio predictum pignus emat [3] . . . . . [4] cum licentia Confu-
(4) *fuo dominio dedisset. M.* lum, vel Poteftatis.

X X I.

Statuimus, ut Poteftas non reddat, nec condonet, nec reddi, nec condonari
faciat pro fafcibus aliquid de datis.

X X I I.

(5) *&*. *M.* Item [5] ftatuimus, ut Poteftas non accipiat de communi mandatum, nec pro
(6) omittit. *M.* armis, nec pro equis, nec pro aliis rebus fuis, [6] nec aliquod affignamentum
fibi, nec alii faciat abfque communi concordia omnium Confiliariorum, vel ma-
(7) *&*. *M.* joris partis, vel [7] abfque concordia arbitrorum, vel arbitri, qui tunc pro com-
(8) *habiti*. *M.* muni in Civitate Piftoria fuerint habito [8] per Sacramentum.

X X I I I.

Statuimus, ut Poteftas infra XV. dies proximos a primo Kal. Januarii faciat
deftrui omnes balcos cum juffu Confulum defignatos, & non deftructos, aut tunc
(9) *non*. *M.* deftructos, & nunc [9] refectos, vel nunc in viis publicis noviter factos [10],
(10) . . . . *M.* & quod in fuo dominio illos non permittat refici. Idem ftatuimus, ut faciat de
bancis fixis circa forum, & in viis publicis.

X X I V.

Et ftatuimus, ut fi aliquid additum, vel deminutum fuerit in Sacramento, vel
(11) *&*. *M.* [11] conftituto Poteftatis fine concordia Poteftatis, ille, qui addiderit [12], vel
(12) *addidit*. *M.* (13) *&*. *M.* deminuit, vel [13] addi, aut [14] deminui fecerit, non fit in aliquo tempore vite
(14) *vel*. *M.* fue in aliquo Civitatis noftre officio, nifi fe per fuum Sacramentum defenderit,
quod nec addidit, nec deminuerit, nec addi, nec deminui fecerit in fraudem,
ut Poteftas nefciret, vel Confules, & Poteftas de diminuto illo fi unquam memo-
rari potuerit, totum teneatur obfervare, & de addito illo vel . . . . . . Sacra-
(15) . . . . *M.* menti fui, vel conftituti adpofito [15] tunc teneatur obfervare.

X X V.

Item ftatuimus, ut Poteftas infra 40. dies proximos, ex quo fibi fuerit reclamatum,
cogat filios, olim Tignofi, Burnetti, & Sabarini, & omnes alios Cives Pift. ftare ad
rationem, & effe ad comandamentum Confulum, & fi Poteftas facere non poterit, tollat ei
CC. *folidos, & fi tollere non potuerit, pejoret eum in tantundem, & infra quinque dies*
mittat extra Civitatem, & in toto fuo dominio non permittat habitare, & fic faciat
jurare fuos Succeffores.

X X V I.

Statuimus, ut res Pupillorum, Pupillarumve dicti noftri majores Confules ven-
(16) *&*. *M.* dere, & alienare, aut in affictto, vel in tenimento data, vel [16] pignorata, aut
que in antea dabuntur aliquo titulo a Tutoribus Pupillorum, vel Pupillarum, aut
ab ipfis Pupillis cum auctoritate Confulum, vel Poteftatis, de cetero non reti-
(17) *violenter*. *M.* neantur, nec ullo modo, nec ratione violentur; [17] & fic faciant jurare fuos pro-
(18) *&*. *M.* ximos Succeffores Confules, vel [18] Poteftatem, & fic femper per fucceffionem
Confulatus, vel Poteftatis.

X X V I I.

Item ftatuimus, ut nullus Clericus noftre Civitatis, ex quo in Ecclefia ordi-
natus fuerit, non poffit habere victum, & veftitum competentem alienare, vel
dare, aut reddere, aut vendere, aut offerre, aut in affictum, vel tenimentum de
parte fue poffeffionis paterne, vel materne, & inde aliquid non percipiat invitis
Fratribus, vel Sororibus, aut Nepotibus, vel Nepotibus, nifi pro infirmitate fue
(19) *&*. *M.* perfone, vel [19] nifi in Scholas ftudendi caufa iverit.

XXVIII.

XXVIII.

Item statuimus, ut Potestas de cetero ad proximas Kal. Februarii faciat colligere, & ordinari mensuram, & pillam blave ad ruglum [1] talem, qui non sit major, nec minor illius mensure, vel pille, que nunc est, & quod ab hac die in antea Potestas non permittat illas nec minui, nec accresci aliquo modo.

(1) *regulam*. *M.*

XXIX.

Statuimus, ut Potestas, vel [2] Consules de cetero non imponant datium in Civitate, nec in districtu Pist., nec prestantiam, asbergum, nec ronthinum, nec equos, & ut non compleant aliquam menam pro Civitate, nec incipiant [3] guerram pro Communi, nisi communicato consilio Rectorum omnium artium Civitatis Pist., vel majoris partis, nisi earum artium Rector de terra illa ortus, cum qua guerram habuerit; & si fecerint pacem, faciant convocato Consilio omnium Rectorum artium Civitatis Pist., vel majoris partis, & quod non eligant, nec faciant eligi Potestatem, vel [4] Consules in Civitate Pistoria, nisi prius in [5] consilium ab omnibus Rectoribus artium Civitatis Pist., vel a majori parte petierint, qualiter Potestas, vel [6] Consules absque ambitione, vel apostamento, aut simonia eligi possint, & illud Consilium, quod modo eis dederint Potestas, vel Consules, teneantur observare.

(2) *&*. *M.*
(3) *recipiant*. *M.*
(4) *&*. *M.*
(5) *per ipsum*. *M.*
(6) *&*. *M.*

XXX.

Item statuimus, ut Potestas, vel Consules adjuvent manu tenere omnes [7], qui habent a Communi, vel pro pignore, aut pro tenuta de rebus filiorum olim Gualandini, usque dum rehabuerint integraliter omnes prestantias, quas mutuaverunt [8] Comuni, & omnes res, pro quibus prestantie res eis fuerint date a Comuni.

(7) *eos*. *M.*
(8) *mutuaverint*. *M.*

XXXI.

Statuimus, ut non imponatur datium in districtu Pist. per . . . . . [9] ultra tres solidos per focum, excepto Paupere . . . . [10] Paupere, nisi propter [11] guerram, vel Missum Imperatoris.

(9) omittit. *M.*
(10) *de Civitate*. *M.*
(11) *per*. *M.*

XXXII.

Statuimus, ut unusquisque Judex Civitatis Pist. sedens pro Tribunali habeat per annum feudum VIII. librarum, & unusquisque Advocatorum [12] habeat feudum VIII. librarum per annum, & statuimus, ut Potestas sic faciat jurare suos proximos Successores Consules, vel Potestatem, & sic semper.

(12) *Advocatus*. *M.*

XXXIII.

Statuimus, ut nec Potestas, nec Judices, nec Castaldi, nec eorum Missi manducent aliquid de Communi in Civitate Pist., nec infra unum miliare prope Civitatem, nisi pro aliquo negotio Civitatis, de quo non possint se expedire absque incommodo Civitatis, & nisi Potestas sit forinseca, que possit comedere de communi, sicut ei fuerit statutum, & non aliter.

XXXIV.

Item [13] statuimus, ut Consules, & Potestas non teneantur sindigare aliquem ex preteritis Consulibus, vel Judicibus, aut Officialibus, neque eorum Consulem, nec aliquem [14] ex suis Sociis, vel Officialibus, seu Judicibus, nec teneantur . . . . [15] utrum Consules, vel Officiales predicti fuissent electi per ambitionem, vel per preces, aut mandatum alicujus, aut per Sacramentum [16], vel intellectum, & hoc dicimus, & statuimus ideo [17], ut [18] in Civitate ulla non [19] possit oriri discordia.

(13) deletum fuit hoc Statutum Anno MCLXXXII.
(14) omittit. *M.*
(15) *inquirere*. *M.*
(16) plura heic omittit. *M.*
(17) omittit. *M.*
(18) *ne*. *M.*
(19) omittit. *M.*

XXXV.

Item statuimus, ut nulla persona Pist. Civitatis preter fratrem carnalem, vel filium suum, & preter nepotem suum, ex filio, vel ex fratri carnali custodiat se de aliqua offensa, vel homicidio, quam, vel [20] quod aliquis ejus propinquus, aut [21] consobrinus alicui fecisset, si modo ante Potestatem, vel Consules ad sancta Dei Evangelia purgaverit se illi, qui homicidium, vel offensam fecerit, nullum adjutorium, vel consilium præstitisse, & si post purgationem aliquis eorum, qui se purgaverit, graviter feriendo offenderit, Potestas, & Consules puniant eum, velut [22] de homicidio.

(20) &. *M.*
(21) *vel*. *M.*
(22) *sic*. *M.*

XXXVI.

Statuimus, ut Poteſtas legat, vel [1] legi faciat ſibi omni menſe coram ſe in communi conſilio coram Conſiliariis breve, ad quod juravit, & [2] ut eligat ſingulis menſibus, vel [3] faciat eligi duos ex Conſiliariis, quos jurare faciat, ſe eſſe intentos, & ſolicitos ad breve, quando legetur [4], & ſi invenerint eum in periurio alicuius Capituli, de quo teneatur, quod inde eum reprehendant [5], & corrigant [6], dicendo, ut infra 30. dies proximos recuperet; quod ſi non fecerit, palam de periurio Poteſtatem [7] in concione eum patefaciat.

(1) *&*. *M.*
(2) omittit. *M.*
(3) *&*. *M.*
(4) *leget*. *M.*
(5) *reprehendent*. *M.*
(6) *corripiant*. *M.*
(7) *Poteſtatum*. *M.*

XXXVII.

Statuimus, ut Poteſtas non reddat . . . . . . [8] alicui foretano, qui juratus ut [9] . . . . . habitare Piſtorium, ut ſemper, ſicut juravit non habitare in Civitate Piſt. . . . . ., & [10] de habiturio [11] nullam parabolam alicui ex foretanis reddat.

(8) *parabolam*. *M.*
(9) *in eum non jurabit*. *M.*
(10) omittit. *M.*
(11) *habituro*. *M.*

XXXVIII.

Item ſtatuimus, ut Poteſtas faciat emendari, & perſolvi Magiſtris Piſt. omne id, quod ad ſancta Dei Evangelia corporaliter promiſerit, vel [12] juraverit [13], ſe contra recipere a Communi Piſt. de ſervitio, quod fecerit in armis, & in Burgis, & in [14] Seravalle dehinc ad proximas Kal. Maias.

XXXIX.

Item ſtatuimus, ut Poteſtas non mittat aliquem Cuſtodem, nec mitti faciat in Turri de Seravalle, niſi ejus poſſeſſio tunc [15] valeat in Civitate Piſtoria ultra CCC. libras, & quod non permittat, Piſtorienſes de Turri diſcedere, ſet [16] faciat eum jurare, ſe non deſcendere de Turri infra cuſtodiam ſibi aſſignatam, & more [17] tempus ſibi deſtinatum, & quod de quatuor in quatuor menſes mutet Cuſtodem, & faciat ſequeſtrum Turris ferratum eſſe, ita quod Cuſtos non poſſit inde exire infra ipſum, & propter indemnitatem ſue perſone, & ſi propter infirmitatem inde [18] exiret, deinde [19] in Conſilio [20] . . . . . idem [21], & quod Poteſtas non determinet [22] cuſtodi, qui ibi ponetur . . . . . [23].

(15) *non*. *M.*
(16) *qui non promittat ipſam Turrim defendere, &*. *M.*
(17) *moram, &*. *M.*
(18) *modo*. *M.*
(19) omittit. *M.*
(20) *Concione*. *M.*
(21) omittit. *M.*
(22) *dominetur*. *M.*
(23) omittit. *M.*

XL.

Item ſtatuimus, ut Poteſtas dehinc ad proximas Kal. Junii faciat emendari . . . . Judicibus Piſt. omne id, quod . . . . . . habent [24] in Sacramento facto eis de equis, & armis predictis, vel emendari cogent huc uſque [25].

(24) *unus habeat*. *M.*
(25) plura heic omittit. *M.*

XLI.

Item ſtatuimus, ut de penis apud Curiam noſtram rationabiliter judicetur, ita quod medietas penarum . . . . . . reliqua [26], cui debeatur [27], attribuatur: *Et ſtatuimus, ut oblatio tota . . . . perveniat* [28] *ad operam, & ad operarios S. Jacobi, & operarii ſic teneantur cuſtodire tanquam . . . .* [29] *illam, ita quod oblatio non ſit tota apud Poteſtatem, & ſic ſemper ſine immutatione.*

(26) *& alia*. *M.*
(27) *debeat*. *M.*
(28) *puniatur*. *M.*
(29) omittit plura heic. *M.*

XLII.

Statuimus, ut Poteſtas infra 8. dies proximos, ex quo juraverit Sacramentum dominii ſui, faciat contionem, & in contione eligat duos homines Cives Piſt. bone fame, quos ſtatim faciat jurare, ut continuo in concione eligant quinque bonos homines meliores, quos dictus eis dederit cognoſcere ad utilitatem Civitatis Piſt., & ſalvamentum, & illos quinque homines protinus in eadem concione coram populo faciat jurare quod deinde [30] ad XXX. dies proximos æſtimabunt, & menſurabunt terrenum totum infra foſſas novas Civitatis Piſt., & circa foſſam de Braina [31] undique circa Civitatem [32], & quod infra eumdem terminum illud terrenum menſuratum, & diviſum incidant, & pariantur inter Cives Piſt., & foretanos Piſt., qui ſunt ſoliti dare datium Civitati Piſt., & operam ad muros, vel ad foſſas [33], & inter Eccleſias, & hoſpitales de diſtrictu Piſt., & inter Caſtellum, & Villas [34], & Portas Civitatis, & per Cappellas Suburbanas [35] . . . . . . [36], & imponant eis murum ædificandum inter latitudinem, & latitudinem [37] melius, quod cognoverint, ſalvo communi honore, & utilitate Civitatis Piſt., coequato ita, quod pauperi Ville, & Cappelle, vel Caſtelli tanquam pauperi, & diviti tanquam diviti imponatur, non conſiderato odio, nec amore, nec ulla humana gratia, & ita quod poſſint pauperi porte Civitatis tanquam pauperi, & diviti tanquam diviti, non conſiderato amore, nec odio, nec

(30) *dehinc*. *M.*
(31) *Araina*. *M.*
(32) omittit. *M.*
(33) *foſſam*. *M.*
(34) *Villam*. *M.*
(35) *Cappellam Suburbanorum*. *M.*
(36) *inter latitudinem, vel latitudinem*. *M.*
(37) omittit. *M.*

nec ulla humana gratia, & quod intra eumdem terminum per Scripturam (1) coram Consiliariis Consilii majoris (2), & coram Rectoribus Portarum convocatis per Campanam . . . . . & quod (3) Potestas deinde ad proximas Kal. Martii faciat jurare Rectores portarum Civitatis, & Castellorum, & Villarum, ut infra eumdem terminum aperiant . . . . . (4) Ville, & Castello, & Cappelle cuilibet partem suam melius, quod cognoverint, diviti tanquam diviti, & pauperi tanquam pauperi, non considerato odio, nec amore, nec ulla humana gratia, & quod intra eumdem terminum facient jurare unumquemque hominem de suo Castello, & sua Villa, & Cappella, & quod tam in Civitate, quam de foris, & quod infra dictum . . . . . (5) partem suam prædicti muri suppleat (6), tertiam quidem partem in presenti anno, quod (7) incipiant, & aliam tertiam partem in sequenti anno, & reliquam tertiam partem in tertio anno . . . . . (8), & quod quilibet Rector imponat sibi ipsi partem suam prædicti muri, & cuilibet de Officialibus, & Judicibus, & Consulibus, & Potestati Civitatis, qui fuerint in sua Cappella, vel (9) Castello, aut Villa, vel in suum podere (10), & quod non considerabunt ibi amorem, nec odium, nec (11) ullam humanam gratiam, & quod (12) sic faciant jurare suam proximam succedentem Potestatem, & illa (13) suam, & sic semper per Successores, donec murus fuerit expletus.

(1) omittit. *M.*
(2) omittit. *M.*
(3) omittit. *M.*
(4) *sive*. *M.*
(5) *annum*. *M.*
(6) *prædictam recipi faciat*. *M*
(7) omittit. *M.*
(8) omittit. *M.*
(9) *&*. *M.*
(10) *secundum suum podere*. *M.*
(11) *aut*. *M.*
(12 omittit. *M.*
(13) *illam*. *M.*

X L I I I.

Item statuimus, ut taliter ille Dominus, qui apud Serravallem moraturus est, juret. Ego salvabo, & defendam Castrum Serravallem, & ejus munitiones ad honorem, & salvamentum Civitatis Pist., & Pist. Populi, & non ero in Consilio, nec in facto, neque in assensu, nec (14) per me, nec per alium aliquo ingenio, quod Civitas Pistoria (15) perdat Castrum Serravalle, vel (16) ejus munitiones, vel aliquam tenutam, aut dignitatem, quam Civitas Pistoria in Serravalle, vel de Serravalle habet, vel (17) videtur habere. Et ego non dabo, nec reddam, nec dari, nec reddi faciam, nec permittam dari, nec reddi Castrum Serravalle, nec ejus Turrim, neque ejus munitiones, nec tenutam ullam, quam Pistoria ibi habet, vel videtur habere (18) alicui persone, nisi illa persona prius juret ad salvamentum, & utilitatem, & honorem Civitatis Pistorie, hoc totum (19) Sacramentum observare, & adimplere in omnibus, & per omnia, sicut ego juravi, & quod persona sit electa a communi Populo Pist.. Item habebo curam, & studium die, noctuque faciendi custodiri, & superguardari Castrum Serravalle, & ejus munitiones ad honorem, & salvamentum Civitatis Pist. per bonam fidem sine fraude. Et ego serrabo, vel (20) serrari faciam omnes portas Castri Serravallis (21) singulis noctibus per fidelem Nuntium, quem jurare corporaliter ad S. Dei Evangelia faciam omnes illas portas per bonam fidem serrare singulis noctibus, & apud me Claves Castri, & Turris tenebo, & portas Turris, Castrique Serravalle singulis diebus serrabo, vel (22) coram me serrari faciam. Item recolligam, vel faciam recolligi (23) omnia affícta, & possessiones, & redditus Molendini, que recolliguntur apud Serravallem pro communi Pist., & exigam, & tollam pœnas (24) hominibus de Serravalle impositas, & dricturas omnes convenientes, & singulis diebus (25) ante Kal. Januarii in communi Pist. Consilio denunciabo, atque illas omnes (26) in manu, & potestate publici Camerarii Civitatis Pist. dabo, & dari faciam, sed prius . . . . . (27) mihi exinde retinere (28) Feudum meum, si a communi non esset mihi solutum. Item quidquid ad me, vel ad alium (29) per me pro communi, vel de communi pervenerit, vel datum fuerit dabo, vel dari faciam in manu, & potestate prædicti Camerarii Civitatis Pist., excepto ad porto (30) sine conventione dato non valente ulterius, & tenebo Populum Serravallensem in pace per (31) bonam fidem ad honorem Pist., & lites, quas homines de Serravalle habent, vel habuerint in meo dominio . . . . . (32) infra XXX. dies finiam, vel (33) finiri faciam, nisi alio modo finiantur, excepta lite omicidii, vel secationis membri, & omnes reclamationes mihi in Serravalle cum pignore (34) factas ab aliqua persona de Serravalle infra XXX. dies proximos continuos finiam, vel (35) finiri faciam, secundum quod Deus mihi melius dederit cognoscere, nisi per reclamatorem (36) remanserit, vel nisi consensus partium intervenerit, & ei, qui causam dedit, de ejus valente XII. denarios tollam, vel (37) tolli

(14) *nec in constituto*. *M.*
(15) *Pistorii*. *M.*
(16) *&*. *M.*
(17) *&*. *M.*
(18) *habere videtur*. *M.*
(19) omittit. *M.*
(20) *&*. *M.*
(21) *Serravale*. *M.*
(22) plura heic omittit. *M.*
(23) *& recolligi faciam*. *M.*
(24) *ab*. *M.*
(25) omittit. *M.*
(26) *omnes illas*. *M.*
(27) omittit. *M.*
(28) *potero*. *M.*
(29) *vel aliud*. *M.*
(30) *portam*. *M.*
(31) *& per*. *M.*
(32) omittit. *M.*
(33) *&*. *M.*
(34) omittit. *M.*
(35) *&*. *M.*
(36) *reclamationem*. *M.*
(37) *&*. *M.*

tolli faciam unum denarium pro dritura (1), & ego continue per totum annum die, nocteque (2) apud Serravallem habitabo, & nullam noctem extra Serravallem faciam, & aliqua nocte extra Serravallem non ſtabo, nec morabor, niſi per manifeſtum impedimentum meæ perſonæ, *& non recipiam*, neque recipi faciam de communi Piſt. ultra feudum XXXIII. (3) librarum mihi conſtitutum. Item faciam, quod Serravalle per Commune . . . .

X X X X X I V.

Statuimus, (4) & cenſemus, ut Poteſtas faciat compleri murum Caſtri Serravalle undique ex omni circuitu, & merlari dehinc ad proximas Kal. Junii, & faciat ibi omnia compleri omnes impoſitas, que (5) impoſite fuerint per portam, & Cappellam ab illis, quibus fuerit impoſitum (6).

X L V.

Statuimus (7), ut Poteſtas, aut Conſules Piſt. tollant, vel (8) tolli faciant omnes penas, que continentur in Sacramento, & Conſtituto eorum de omicidio, & de ferita ferri, & de ferita facta cum manu, aut cum ligno, ſeu cum lapide, & omnes alias penas impoſitas, vel (9) hominibus, qui tollerent (10) aliquam perſonam de tenuta, vel qui tollerent, ſive auferrent (11) fructus de tenuta alicujus, & omnes alias penas, que in Sacramento, & conſtituto eorum continentur, ſicut ibi continetur, ſeu damnificent eos, a quibus pœnam habere nequiverint, tanquam in Sacramento, & Conſtituto eorum continetur (12); pœnas quidem impoſitas de tenutis, vel fructibus ablatis tollant, vel (13) tolli faciant infra (14) VIII. dies proximos poſt reclamationem ſibi factam, vel (15) eos infra eumdem terminum damnificent, ſicut ſupra dicitur, reliquas vero pœnas hominibus pro aliis culpis impoſitas tollant, vel (16) tolli faciant infra VIII. dies proximos, ſi requiſierint, vel requiſiti fuerint, & (17) eos, a quibus pœnam habere non potuerint, damnificent, ſicut ſupra dicitur (18). Quod ſi Poteſtas, vel Conſules non fecerint, aut ſi tulerint, & reddiderint, vel reſtauraverint de propria (19) Camera, & marſupio iniuriam paſſo infra VIII. dies proximos poſt reclamationem, vel (20) ex quo ſciverint, pœnam attribuant, & Conſul, vel (21) Conſules, qui (22) pœnam tollere voluerint aliquo ex ſuis Sociis (23) pœnam tollere nolente (24), infra VIII. dies proximos faciant pulſari ad Arringum, & palam Populo illum Conſulem, vel (25) Conſules, qui ſe inde ſubtraxerint, in Arringo patefaciant, & qui ſe inde ſubtraxerint (26), ſi unus, vel plures fuerint iniuriam paſſi (27), infra VIII. dies proximos poſt reclamationem, vel (28) ex quo ſcierint, pœnam de ſuo proprio perſolvant.

X L V I.

Statuimus, ut Poteſtas, vel (29) Conſules non emendent ſibi aliquem equum, nec arma, niſi ut arbitratum fuerit, & quod non reſervent, nec retineant in ſe Sacramentum arbitrum (30).

X L V I I.

Item (31) ſtatuimus, ut ex quo a Judicibus, vel (32) Caſtaldis fuerit denunciatum Poteſtati, vel Conſulibus, quod aliqua perſona de Civitate Piſt., vel Burgis ſuis, aut Suburbiis non ſit coram Judicibus, vel Caſtaldis ad rationem faciendam, Poteſtas, vel Conſules infra tres dies proximos poſt denunciationem (33) cogant illam perſonam jurare comandamentum, & comandamenta Judicum, & Caſtaldorum, niſi ſit talis perſona, que non poſſit jurare per votum, vel per Sacramentum prius factum. Et illa perſona, que jurare non poterit, cogatur dare pignus (34) ad voluntatem Judicum, vel (35) Caſtaldorum, & ſtare ad rationem faciendam coram eis (36) uſque ad finem cauſe.

X L V I I I.

Item (37) ſtatuimus, ut nulla Poteſtas Piſt. nullus ex Conſulibus pro . . . . (38) recipiat, vel (39) recipi faciat, nec permittat recipi ad portum vini, ultra unum coppum vini, nec annonam, nec aliam blavam ab aliqua Eccleſia, nec ab aliquo Monaſterio, nec ab aliquo Hoſpitali, nec ab aliquo Rectore, ſive Conſule alicujus Caſtelli, ſeu Loci, vel Ville, nec ab aliqua perſona alicujus Cappelle, nec ab aliqua perſona in ſuo dominio, & Conſulatu, niſi (40) eſſet extra Civitatem pro negotio Civitatis, tunc enim poſſit recipere, ſet (41) non niſi pro victu, & expenſis neceſſariis in illo facto, pro quo eſſet.

XLVIIII.

(1) *per drictum. M.*
(2) *noctuque. M.*
(3) XL. Legebatur prius in Codice XXIII. *M.*
(4) deletum fuit hoc Statutum Anno MCLXXXII.
(5) *ſi. M.*
(6) *fuerint impoſitæ. M.*
(7) *Item ſtatuimus. M.*
(8) *&. M.*
(9) omittit. *M.*
(10) *tulerint. M.*
(11) *tollitus fuit, aut auferant. M.*
(12) plura heic omittit de more. *M.*
(13) *&. M.*
(14) *intra. M.*
(15) *aut. M.*
(16) *&. M.*
(17) *aut. M.*
(18) *dictum eſt. M.*
(19) *ipſa. M.*
(20) *a prima reclamatione, &. M.*
(21) *&. M.*
(22) *ſi. M.*
(23) *& illi. M.*
(24) *tolli noluerint. M.*
(25) *&. M.*
(26) heic iterum plura omittit. *M.*
(27) *paſſo. M.*
(28) *&. M.*
(29) *aut. M.*
(30) *ſed ſecundum Sacramentum arbitrorum. M.*
(31) omittit. *M.*
(32) &. *M.*
(33) *prima denunciatione. M.*
(34) omittit. *M.*
(35) *&. M.*
(36) *emendationis. M.*
(37) omittit. *M.*
(38) omittit. *M.*
(39) *aut. M.*
(40) *que. M.*
(41) *&. M.*

XLVIIII.

Item statuimus, ut Potestas nullam prebeat tenutam, absque Judicibus alicui, nec Judices unus absque altero, nec Consules, nisi omnes [1] simul, & non nisi in loco, ubi cause solent ventilari, aut in antea ventilabuntur, & nisi per Scripturam publicam, & hec locum habeant de cetero.

(1) sint. M.

L.

Item statuimus, ut quicumque de Civitate Pistoria, vel Burgis, aut Suburbiis de cetero juraverint, se alium occidere; quod ex quo Potestas, aut Consules veritatem inveniant, & postea ei centum solidos tollant, vel tolli faciant, & non reddant, nec reddi faciant, nec restaurent, nec restaurari faciant, & si ei tollere nequiverint, in ducentis solidis eum pejorent, vel [2] pejorari faciant, si habuerit, unde possit pejorari.

(2) &. M.

L I.

Item statuimus, ut Potestas, sive [3] Consules faciant pulsari ad arringum, & faciant concionem in ea die, ut eis videbitur plenum posse haberi populum in mense Martii, & in mense Madii, & in mense Julii, & in mense Septembris.

(3) seu. M.

L I I.

Item statuimus, ut si quis Civis Pist., vel de Burgis, aut Suburbiis suis de cetero intercesserit, aut fide jusserit, aut si pacatores se constituerint [4], seu fide [5] bonis suis pignori obligaverint [6] alicui, qui non sit de nostro districtu, & ipse in aliquo perditam fecerit, quod Potestas, aut Consules faciant predicta integraliter restituere, nisi fecerint [7] perditam illi [8], pro quibus fidejusserint [9], & hoc locum habeat in futuris negotiis, & non in preteritis.

(4) aut separatorem constituerint. M.
(5) fidem. M.
(6) obligaverit. M.
(7) fecerit M.
(8) illis. M.
(9) fidejusserit. M.

L I I I.

Item [10] statuimus, ut Potestas si quis fuerit in Civitate Pistoria post sue dignitatis exitum palam moretur in Civitate, vel [11] in ejus Burgis, aut Suburbiis [12] per L. dies continuos, & [13] patiatur sindigatum, & quodcumque preceptum Potestas ei succedens, aut Consules, vel [14] Sindigi pro suo officio ei fecerint observari, & effectui mancipari, & ad terminum, & terminos, quem vel [15] quos ei exinde dederint.

(10) omittit. M.
(11) & . M.
(12) & . M.
(13) omittit. M.
(14) & . M.
(15) & . M.

L I V.

Statuimus [16], ut Potestas, vel [17] Consules dehinc ad proximas Kal. Februarii faciant jurare Consules de Carmignano . . . . . VIII. homines de Carmignano, & facere [18] jurare meliores, quos eis [19] dederit cognoscere de edificijs petrarum, vel [20] lignaminum factis, & faciendis in Carmignano destruendis ad utilitatem, & honorem [21], & salvamentum Civitatis Pist., & Pist. Populi, & Carmignani, & Carmignanensis Populi, & quod infra duos dies proximos ex . . . . illud omnibus de dando meliori consilio juraverint, illud Consilium Pist. Potestati, vel Consulibus demittet [22], & Consilium, quod inde dederit Potestas, vel [23] Consules deinde [24] ad proximas Kal. Junii executioni mandent.

(16) Abrogatum fuit hoc Statutum Anno MCLXXXII.
(17) & . M.
(18) faciant. M.
(19) ·i. M.
(20) & . M
(21) omittit M.
(22) omittit. M.
(23) & . M.
(24) debeant. M.

L V.

Statuimus, ut Potestas, vel [25] Consules, antequam eligant aliquos Officiales, eligant in contione duos bonos viros, quos jurare facient in Concione eligendos sine fraude, & dolo tres Sindigos.

(25) & . M.

L V I.

Et [26] statuimus, ut si qua mulier, cujus maritus de cetero obierit, post decessum sui viri de domo ejus exire voluerit, existente filio masculini sexus ex eodem matrimonio genito, nihil de meta, aut propter nuptias donationem sive . . . . . consequi valeat. Idem dicimus si predictus filius furiosus, vel interemptus fuerit, vel si matrimonium fuerit absque dote ut . . . . . predictam metam, vel propter nuptias donationem . . . . Quidquid de Calice Braine a Castro de Ripalta usque ad Pontem de Canapale adpreosum, vel edificatum fuerit a viginti annis retro, statuimus, ut Potestas reducere faciat in pristinum statum. Intellectus talis est, quod ibi aptetur, ubi vie destruuntur, & hoc usque ad . . . . . ab omnibus Clusis molendinorum salvis, & si dubietas inde emerserit. *Cetera vix legi possunt* . . . . .

(26) Statutum hoc plane omisit Muratorius, nec monuit Lectores deesse heic multa.

LVII.

L V I I.

(1) quos meliores. M. . . . . meliores, quos (1) eis dederit cognoscere similiter de illo officio,
(2) & . M. & quos non crediderint esse in aliqua summissione, vel (2) Compagnia pro aliquo
(3) omittit. M. officio dando, aut recipiendo, & ut illi faciant jurare suos, & illi suos (3), &
(4) Successorem. M. sic semper per successionem (4) Consulatus, vel Potestatis usque ad quinque annos
(5) faciat. M. expletos. Et insuper faciant (5) illos Consules, vel (6) Potestatem, quod ipsi fa-
(6) & . M. ciant jurare Sindigos se ipsos (7) sindigare etiam (8) de omnibus penis, quas non
tulerint (9), vel non tulerunt (10), & illos palam in Communi Consilio Potestati,
vel (11) Consulibus representare, quos Sindigos, ut infra dicetur, jurare faciant
8. *diebus ante Kal. Januarias*.

L V I I I.

(12) affictuarii. Statuimus, ut si affictarii (12) distulerint dare affictum in aliquo anno usque ad
(13) & . M. Kal. Martii, & Domini, quibus affícta redduntur, inde apud Consules, vel (13)
Judices, aut Castaldos, vel Potestatem, aut Rectores querimoniam exposuerint,
(14) reddunt. M. & infra 30. dies proximos affictum totum Dominis, quibus affictum reddetur (14)
Consules, aut Potestas, vel Judices, aut Castaldi affictariis dare precipiant si
(15) omnes. M. affictarios ante se (15) habere potuerint. Quod si affictarii ex quo requisiti fue-
(16) & . M. rint tribus citatoriis edictis, vel uno peremptorio a Potestate, vel (16) Consuli-
bus, aut Judicibus, seu Castaldis, vel ab aliquo eorum certo nuntio, & ante
(17) aut. M. Tribunal Potestatis, vel Consulum, aut Judicum, vel (17) ante Castaldos venire
(18) affictus. M. comptenserint, Dominus, cui affictum (18) reddetur possit ingredi in possessionem
(19) possessione. M. (19) rei, de qua affictum reddebatur cum auctoritate Consulum, vel (20) Potesta-
(20) omittit. M. tis, vel (21) Judicum, aut Castaldorum, & Potestas, vel (22) Consules, aut Ju-
(21) aut. M. dices, vel (23) Castaldi auctorizentur ei per nuntium suum, & res, de qua affi-
(22) & . M. ctum reddebatur ad affictarium non revertatur; deinde & (24) ad unum mensem
(23) & . M. proximum affictum detentum Domino, cui affictum reddebatur, faciant reddi;
(24) & inde. quod si affictarius absens fuerit ita, quod non possit esse ante Consules, vel (25)
(25) & . M. Potestatem infra predictum terminum, & familie ejus fuerit denunciatum, postea
Dominus, cui affictum reddebatur, valeat ingredi in possessionem rei, de qua
(26) & . M. affictum redditur cum simili auctoritate Potestatis, vel (26) Consulum, aut Judi-
(27) & . M. cum, vel (27) Castaldorum ad instar rei mobilis, ita quod si affictarius intra (28)
(28) ante unum. M. annum proximum reversus fuerit, & se ad sancta Dei Evangelia purgaverit, se
non per contumaciam cessasse, & affictum detentum Domino prius solvat, &
(29) in. M. pœnam VI. denariorum (29) quolibet mense de unaquaque libra prius dederit,
res, de qua affictum reddebatur; absque gravitate ad affictarium integraliter rever-
(30) si infra. M. tatur, & intra (30) XXX. dies proximos preceptum (31) affictum non solverit,
(31) prescriptum. M. Dominus, cui affictum reddebatur, possit cum simili auctoritate intrare in posses-
sionem rei, de qua affictum reddebatur, & res ad affictuarium de cetero non re-
vertatur; set sit in potestate Dominorum, quibus affictum reddebatur. An velint
(32) sibi. M. sibi predictum constitutum observari, an velint (32) recipere penam sibi de affícto
solvendo promissam, atque penam de terra non dimittenda promiserint, sed solu-
(33) reddebatur. to affícto medietas meliorationis rei, de qua affictum redditur (33) a Domino,
ad affictarium revertatur.

L I X.

(34) & . M. Item statuimus, ut Potestas, vel (34) Consules dehinc ad proximas Kal. Februa-
rias faciant jurare omnes homines, qui eis videbuntur convenientes, & omnes
Vassallos, & Vassallas hominum Pist., & omnes homines, & feminas convenien-
tes a XIIII. anno in antea de Pist. districtu, se non facere furtum, nec taliam,
nec incendium, nec vastum, nec furtum alicuius rei, nec de fructibus, nec de
oleribus, nec de uvis, nec de ficubus, nec de castaneis, nec de lignis, nec
(35) viderit. M. de caulibus, nec de porris, nec de aliqua re, & si videbitur (35) aliqua perso-
(36) aliquam personam. M. na (36) facere (37) citius quam potuerunt (38) illi, cujus res fuerint, vel Nun-
(37) furtum. M. cio Civitatis patefaciat.
(38) omittit. M.

L X.

(39) Pistoria. M. Item statuimus, ut si qua persona de Civitate infrascripta (39), vel de suis
Burgis, aut Suburbiis fuerit capta, vel depredata ab aliqua persona, que non
(40) & . M. sit de Civitate Pistoria, quod Potestas, vel (40) Consules adjuvent personam, &
avere,

overe, atque res per bonam fidem recuperare, nisi sit capta, vel (1) depredata pro suo furto, vel (2) falsamento, aut (3) latrocinio.

(1) *&.* M.
(2) *&.* M.
(3) *sen.* M.

L X I.

Item statuimus, ut Potestas, vel (4) Consules non permittant aliquam decimam fieri in Civitate Pist., nec in suis Burgis.

(4) *&.* M.

L X I I.

Item statuimus, ut Potestas, vel (5) Consules faciant fieri unum rubum pro unaquaque Cappella Civitatis Pistorii, ad quem (6) blava, que datur ad molendinum, portetur ita, quod ad rubium detur, & ad rubium recipiatur.

(5) *&.* M.
(6) *quam.* M.

L X I I I.

Item statuimus, ut Potestas, vel (7) Consules dehinc ad proximas Kal. Martias (8) faciant jurare omnes homines de Civitate Pist., & de suo districtu, quem districtum Civitas Pist. dasiat, quod non portabunt (9) blavam (10), nec portari facient, nec se sciente portari permittent (11), & quod non vendent, nec vendi facient, nec vendi permittent alicui persone, que sit de aliqua terra, vel de suo districtu, que habeat manifestam guerram cum Civitate Pist., & quod observabunt devetum (12), quod Consules, vel (13) Potestas miserint eo modo, quo devetum miserint (14), & quod non vendent blavam, nec vendi facient, nec vendi se sciente permittent alicui persone, que non sit de Civitate Pist., vel (15) de suo districtu, & ut (16) in qualibet terra de districtu Pist. mittant duos Procuratores, quos jurare faciant se habere curam, & studium die, noctuque inveniendi omnes personas, que de blava aliquid contra predicta (17) fecerint, & si quam personam invenerint contra facere (18) blavam, ei tollant, nec reddant, nec reddi faciant, nec restaurent, nec restaurari faciant, *sed possit hoc decretum mutari, & relinqui cum communi consilio.*

(7) *&.* M.
(8) *Martii.* M.
(9) *portent.* M.
(10) omittit. M.
(11) *permittant.* M.
(12) *decretum.* M. & sic paullo post.
(13) *&.* M.
(14) *miserunt.* M.
(15) *&.* M.
(16) omittit. M.
(17) omittit. M.
(18) *tunc facientem.* M.

L X I V.

Item statuimus, ut Potestas, vel Consules faciant fieri rationem a Camarlingo de omnibus rebus sibi pro communi datis, & omnibus expensis factis ante (19) Kal. Januarii per IIII. dies, & statuimus, ut Camarlingus non prebeat victum, neque panem, neque vinum, nec aliud pro victu (20) . . . . . (21) alicui, nisi Potestati, & sue familie, & quod nihil alicui Civi Pist. (22) de communi pro victu attribuat (23), nisi forte cum Potestate pro facto Civitatis, vel (24) sine Potestate pro negotio Civitatis esset.

(19) *in.* M.
(20) omittit. M.
(21) *per nuntium dicte Civitatis.* M.
(22) *Pist. Civi.* M.
(23) *attribuet.* M.
(24) *&.* M.

L X V.

Item statuimus, ut Potestas non eligat aliquem (25) latronem, vel falsarium, nec eligi faciat per quantum noverit in aliquo officio Civitatis.

(25) omittit. M.

L X V I.

Item statuimus, ut Potestas faciat dare operas, & obsequia Civitatis ab omnibus Officialibus Civitatis Pist., & a Rectoribus Cappellarum, sicut alii homines Civitatis Pist . . . . . (26) debitum, & . . . . . solvant (27).

(26) *debent recipere.* M.
(27) omittit. M.

L X V I I.

Item statuimus, ut de cetero qui recusaverit Consulatum, & recusaverit esse Judicem pro Civitate (28), & Castaldum Advocatum, & Camarlingum, ut anno illo non sit Consiliarius Civitatis, aut qui refutaverit se esse Potestatem, vel (29) recusaverit, & per Sacramentum teneatur se non posse esse Consulem, vel Judicem, aut Castaldum, ut non sit anno illo Consiliarius Civitatis Pist., & qui de cetero juraverit, non sit Consiliarius Civitatis, *& qui refutaverit Consulatum, possit esse Consiliarius.*

(28) *Potestatem.* M.
(29) *&.* M.

L X V I I I.

. . . . . . Ego non sum in aliqua compagnia, vel submissione (30) aliquo ingenio (31) Civitatis Pist. Consulatu, vel officio aliquo dando, aut (32) recipiendo. Et ab hac die in antea (33) usque ad Kal. Januarii proximi, & ex inde usque ad ultimum diem mensis Decembris proximi venturi per totam diem dicam, & faciam, & tractabo communes (34) honores, & utilitates Populi Civitatis Pist., ejusque Burgiorum, & Suburbiorum majorum, & minorum secundum quod melius cognovero . . . . Ecclesiis, & (35) Hospitalibus nostris rationem, & laudatos usus nostre Civitatis observabo. Si Rectores Ecclesiarum, & Hospitalium per me in judicio extiterint, & nisi proclamaverint.

(30) *commissione.* M.
(31) *de.* M.
(32) *vel.* M.
(33) *qua.* M.
(34) *omnes.* M.
(35) omittit. M.

L X I X.

Et in toto tempore mei dominii habebo in protectionem, & defensionem Ecclesiam B. [1] Zenonis, & ejus possessiones, & bona, & loca omnia venerabilia, & Ecclesias, & earum bona, que sunt in Civitate ista, vel Burgis, vel Suburbiis [2], aut infra quatuor milliaria prope Civitatem Pist. hoc idem faciam de Ecclesia S. Salvatoris de Fonte Taonis [3], & Prati [4] Episcopi, & Crucis Brandiliane (5), & S. Barunti.

L X X.

Si aliquis Prelatus Ecclesie S. Zenonis, vel Canonici S. Zenonis, vel Prelatus alicujus Ecclesie, que Ecclesie sint in Civitate Pistoria, vel intra [6] quatuor milliaria prope Civitatem Pist. vendiderit, pignoraverit, vel [7] permutaverit, aut locaverit aliquam terram [8] immobilem alicujus Ecclesie sine assensu sui Patroni, vel Patronorum, vel sui Populi rescindi [9] faciam. Intellectus talis est, quod ipsi non possint facere aliquid de predictis sine voluntate, & parabola Capituli Canonicorum B. Zenonis, & Potestatis Pistorii, & propter Canonicos B. Zenonis, nec [10] possit aliquid de predictis facere sine consensu sui Capituli, & parabola Episcopi, & Potestatis Pist.. Ceteri [11] Prelati, si qui sunt in Civitate Pistoria, vel infra quatuor milliaria prope Civitatem non possint [12] aliquid de predictis facere absque assensu sui Patroni, vel Patronorum suorum . . . . . [13], & sine assensu sui Populi, & sine assensu Capituli Canonicæ [14]. Intellectus talis est, quod possit facere cum [15] majori parte Populi; & si quis contra predicta fecerit, & mihi reclamatum fuerit usque ad XL. [16] dies reddi faciam in eo statu [17], in quo erat contractus [18], & hoc faciam bannire [19] per Preconem Civitatis infra XV. dies proximos [20] post Kal. Januarias [21].

L X X I.

Viduis, & Orfanis nostre Civitatis, & Burgorum ejus rationem, & laudatos usus nostre Civitatis observabo, & faciam si mihi reclamaverint, vel [22] de eis mihi reclamatum fuerit, omnes reclamationes a personis Civitatis Pist., vel Burgorum, aut Suburbiorum, & omnium Suburbanorum, & hominum Pist. districtus in scriptis [23] mihi delatis in majori Ecclesia, vel ejus Cimiterio [24], aut in Palatio Episcopi, vel in constituto loco a Consulibus, & Consiliariis sine fraude suscipiam, vel [25] suscipi faciam, si mihi pignus datum fuerit ad meam voluntatem, & infra XXX. dies proximos continuos jure, aut bono usu nostre Civitatis, vel utcumque finiam [26], aut committam Judicibus Causarum, nisi consensus Partium intervenerit, vel nisi reclamator a reclamatione destiterit.

L X X I I.

Lites mihi manifeste, quas homines nostre Civitatis, & Burgorum ejus, vel [27] Suburbiorum inter se habent, vel in antea habuerint infra meum terminum [28] infra quadraginta dies proximos continuos finiam, vel [29] finiri faciam, nisi alio modo finiantur, vel quietentur. Excipio litem homicidii, aut secationis [30] membri, & infra [31] octo [32] dies proximos, ex quo ille lites, vel [33] reclamationes finite fuerint, pignora pro eis data reddam, vel [34] reddi faciam, si mihi requisita fuerint, soluta pena, & dricto [35] Curie, nisi justa causa remanserint.

L X X I I I.

Omnes illas sententias, & laudamenta aretro Consulibus, vel [36] Judicibus, vel [37] a me, aut Judicibus meis, aut amicis, vel arbitris olim, vel in antea [38] datas, vel factas [39], & que a me, vel a Judicibus meis, aut amicis, vel Arbitris in [40] antea date, vel facte fuerint, de quibus mihi, vel meis Judicibus [41] reclamatio facta fuerit in meo dominio firmas, & ratas tenebo, & teneri pro [42] quantum sciero faciam, & infra octo [43] dies proximos a reclamatione facta invenire [44], atque [45] scire studebo, & infra XXX. dies proximos post cognitionem habitam, executioni mandabo, & conscribi eas, & in actis publicis redigi faciam, & ab eo, qui laudum, vel sententiam non observabit de omni valente tollam unum denarium, & non reddam, nec reddi faciam, nec restaurabo, nec restaurari [46] faciam.

(1) *Sancti*. M.
(2) Suburbiis. M.
(3) *foris*. M.
(4) omittit. M.
(5) . . . . . M.
(6) *intus*. M.
(7) omittit. M.
(8) *alicui persone*. M.
(9) *reddi*. M.
(10) *non*. M.
(11) . . . . M.
(12) *possit*. M.
(13) omittit. M.
(14) omittit. M.
(15) . . . . M.
(16) XI.. M.
(17) omittit. M.
(18) *contentu*. M.
(19) omittit. M.
(20) *proximos dies*. M.
(21) *Januarii*. M.
(22) *ut*. M.
(23) *septis*. M.
(24) *Comitio*. M.
(25) &. M.
(26) *ipse faciam*. M.
(27) &. M.
(28) *nostrum territorium*. M.
(29) &. M.
(30) *majoris*. M.
(31) omittit. M.
(32) *centum*. M.
(33) &. M.
(34) &. M.
(35) *nostre*. M.
(36) &. M.
(37) &. M.
(38) omittit. M.
(39) omittit. M.
(40) omittit. M.
(41) *Judicibus meis*. M.
(42) *per*. M.
(43) *quatuor*. M.
(44) omittit. M.
(45) *idque*. M.
(46) plura heic Muratorius omittit.

LXXIV.

L X X I V.

Et si quis sententias olim datas, vel laudamenta facta a retro Consulibus, vel Judicibus, aut (1) in antea a me, vel Judicibus meis date, vel facte (2) studiose fregerit, & cognitum, & indicatum mihi fuerit XX. solidos ei tollam, & damnum passo restitui faciam. Sententiam vero nullam feram sine accordamento omnium Judicum nostræ Civitatis Pist., vel unius eorum, hoc idem faciam, & observabo de immissione . . . . . .

(1) *que*. *M.*
(2) *fuerint*. *M.*

L X X V.

Item si quis (3) finem, vel pacem ante Consules, vel Potestatem, aut Rectores, seu vicinos, aut amicos, seu (4) facta inter se studiose feriendo ruperit (5), non permittam illum habitare in Civitate Pistoria, me sciente, nec in ejus (6) Burgis in meo dominio, nec infra tria milliaria prope Civitatem, & puniam eum sicut infra de homicidio continetur, excepto quam de Casa, & Turri, & tollam ei insuper 40. libras . . . . . . (7).

(3) *post*. *M.*
(4) omittit. *M.*
(5) omittit. *M.*
(6) *suis*. *M.*
(7) omittit plura. *M.*

L X X V I.

Communem securitatem, quam Populus Pist., & Rectores fecerint, firmam, & ratam tenebo, & observabo, & observari faciam pro meo posse, & similiter securitatem . . . . ., & (8) Comitis Guidonis, & (9) Lucentium ratam, & firmam tenebo . . . . . . quod observabo, si nobis observaverint (10), & sic faciam jurare meam proximam succedentem Potestatem, vel Consules, & hoc efficiatur usque ad terminum constitutum, & similiter securitatem Comitis Guidonis filii quondam Rodulphi, & hoc usque dum vixerit, donec nobis observaverit.

(8) omittit. *M.*
(9) *de*. *M.*
(10) observaverit. *M.*

L X X V I I.

Vias publicas restringi me sciente non permittam in Civitate Pistoria, nec in ejus Burgis, nec infra duo milliaria prope Civitatem in meo dominio, & homines mittam, quos jurare faciam, ut aptent, & fortiam, & adjutorium eis inde dabo.

L X X V I I I.

Item non permittam in Civitate Pistoria aliquam Turrim murari, nec in suis Burgis ultra mensuram Turris filiorum quondam Ildibrandi Vandini, & ultra modum determinatum, ut Turres desuper equales fiant, & ita faciam jurare eos, qui Turres fundabunt in Civitate Pistoria, vel in suis Burgis, aut Suburbiis in meo dominio.

L X X I X.

Et si Casa alicujus Civis (11) Pist. Burgiensis, & Suburbiensis ejus fuerit rupta de aliqua Turri in meo dominio ab eo, qui damnum dedit, infra XXX. dies proximos emendari faciam, si (12) mihi non (13) reclamatum fuerit, nisi prius ejus fuerit pretium, cujus Casa rupta fuerit.

(11) omittit. *M.*
(12) tamen. *M.*
(13) omittit. *M.*

L X X X.

Item (14) si quis taliaverit Casam alicujus Civis (15) studiose ei damnum emendari faciam, & XX. solidos ei tollam, si mihi reclamatum fuerit, vel ex quo sciero, & non reddam, nec reddi faciam.

(14) *&*. *M.*
(15) omittit. *M.*

L X X X I.

Si quis cum aliquo litem habuerit, & ipse, vel aliquis cum eo venerit, intraverit (16) domum illius, cum quo litem habuerit, & damnum ei dederit infra XXX. dies proximos postquam (17) requisitus fuero, damnum ei emendare faciam, excepto studioso homicidio.

(16) omittit. *M.*
(17) *per quos*. *M.*

L X X X I I.

Possessiones Forensium (18) nec vendi, nec pignorari permittam, & si quis emerit, vel pignus acceperit in meo dominio, vel in proximo retro Consulatu, retroagere faciam secundum quod melius recognovero, salvo communi honore nostre Civitatis Pist.

(18) omittit. *M.*

L X X X I I I.

Et quicumque nostre Civitatis, & nostri districtus falsam monetam expenderit, vel fecerit studiose, & cognitum mihi fuerit, si habuerit valorem XXX. librarum, tollam ei, vel tolli faciam, & sic secundum predictum modum eum, qui plus habuerit, in minus, vel in duplum eum pejorabo, nec reddam, nec reddi faciam, nec restaurare, nec restaurari faciam.

L X X X I V.

Si quis nostrorum Civium alicui Concivi possessiones vel tenere injuste abstulerit, vel retro proximo Consulatu abstulit, XX. solidos ei tollam, & tenutam, & possessionem ei (1) restitui faciam, nec reddam, nec reddi faciam, similiter faciam de eo, qui fructus alterius (2) deteneret, vel possessione abstulerit postquam (3) mihi, vel Judicibus Causarum finiendarum fuerit mihi reclamatum, & fuerit judicatum, & *habebo ad consilium Consules militiæ Communis Pistorii*.

(1) *possessionem*. M.
(2) *aliquos*. M.
(3) *per quod*. M.

L X X X V.

Si quis nostrorum Civium habet, vel habuerit in fortia Civitatis Pistorie aliquam possessionem secundum rationem, & bonum usum per me (4), & per Populum (5) Pist. ei retinere juvabo, salvo communi honore Patrie, & nostre Civitatis, si mihi ab eo requisitum fuerit.

(4) *bonorum pro me*. M.
(5) *pro populo*. M.

L X X X V I.

Et si quis de communi, vel pro communi Pist. ad me, vel (6) alium per (7) me me sciente pervenerit, & redditum fuerit in manibus persone illius, que (8) hoc Sacramentum in arringo palam fecerit de communibus rebus servandis dabo, vel dari faciam (9) preter ad Portum, finem conventione, ac sine . . . . eo (10) non recipiam, nec recipi faciam, nec tolli faciam studiose aliquid de communi avere, nec tolli conficiam ultra Feudum mihi constitutum, & solitum, & sic (11) tutum (12) sine fraude, & nullum comandamentum nomine Sacramenti alicui Civi Pist. faciam, nisi (13) pro communi honore, & utilitate nostre Civitatis LXXXVII. . . . . . . pro negotio Civitatis Pist. habuero, vel de q:ᵐ credentiam fecero totam Consiliariis seriem communiter, vel . . . . . majori parti manifestabo infra triduum, & universitatem inde . . . . . .

(6) *ad*. M.
(7) *pro*. M.
(8) *qui*. M.
(9) *observari faciam*. M.
(10) omittit. M.
(11) *fit*. M.
(12) *tantum*. M.
(13) omittit. M.

L X X X V I I.

Item quod a Consiliariis nostre Civitatis Pist. de aliqua re per Sacramentum teneri precepero, tenebo modo ab eis . . . . . . (14).

(14) *feriem ponam*. M.

L X X X V I I I.

Et tenebo Populum Pist. in pace intus, & foris si potero ad honorem, & utilitatem Civitatis Pist.

L X X X I X.

Et quodcumque tam num super meo Sacramento misero, firmum, & ratum habebo.

X C.

Fluvios (15) aquarium super vias publicas in Civitate Pistoria, nec in suis Burgis haberi permittam, me sciente.

(15) omittit. M.

X C I.

Adjuvabo, & non contrariabo (16) Consules Civitatis Pist., qui modo sunt in toto tempore eorum Consulatus de communi bono, & hònore, & utilitate Civitatis Pist., & fortiam, & adjutorium eis prestabo usque ad finem eorum Consulatus [*Sui dominii*] (17).

(16) *conservabo*. M.
(17) omittit. M.

X C I I.

Thesaurum Ecclesiæ S. Zenonis, & S. Jacobi curam, & studium habebo reinveniendi, & conservandi, & custodiam ad hoc imponam, ut non perdatur.

X C I I I.

Muros, & foveas novas, & veteres (18) Civitatis Pistorii intra meum terminum non destruam, nec dissipari permittam, & si quis dissipaverit, & cognitum mihi fuerit ei reconciari (19) faciam, & penam dupli ei tollam, & non reddam, nec reddi faciam.

(18) omittit. M.
(19) *reconcilliari*. M.

X C I V.

Quidquid de Prato, de plante (20) deminutum fuerit ab aliquo XXX. annis retro in pristinum statum faciam restitui (21) [excipio novam foveam Civitatis nostre], secundum quod per Sacramentum idoneorum hominum potero invenire (22), & in toto meo dominio non (23) diminui, nec deteriorari permittam me sciente.

(20) *planta*. M.
(21) omittit heic plura. M.
(22) *restitui faciam*. M.
(23) omittit. M.

XCV.

X C V.

Si quis prædictorum Judicum, aut Officialium Civitatis Pistorie de aliquo negocio ad officium suum pertinente mihi consilium petierit, bona fide, & sine fraude ei dabo, & penas malitiose non tollam.

X C V I.

Item si cognovero aliquem Officialem Civitatis Pistorie in manifesta fraude super officio sibi commisso, de officio eum (1) expellam, & in meo dominio illum (2) in officio non recipiam, & in toto tempore mei dominii non accipiam feudum, nec aliquam conventionem factam de aliquo Feudo recipiendo ab aliquo Comite, nec ab aliqua persona.

(1) *illum*. M.
(2) *eum*. M.

X C V I I.

Si cognovero aliquem Civem alterum Concivem (3) studiose interfecisse, nisi (4) pro se defendendo fecerit, si habuerit Turrim, vel partem Turris, meliorem Casam (5) ei faciam destruere, & illum de Civitate expellam, & per quinquennium in Civitate Pistoria eum habitare non permittam, nec in suis Burgis, nec infra tria milliaria prope Civitatem me sciente, nisi pacificatus fuerit cum eo, cum quo litem habuerit . . . . . (6), si habuerit valens (7) librarum L., solidos L. ei tollam, nec reddam, nec reddi faciam, & de C. libris, solidos C., & de CC. libris, solidos CC., & de CCC. libris, solidos CCC., & de CCCC., solidos CCCC., & de D. libris, solidos D. (8) ei tollam, nec reddam, nec reddi faciam, & si habuerit valens (9) X. librarum, & usque ad XL. libras ei IIII. libras tollam, & non reddam, nec reddi faciam, & si ab (10) homicidis predictam penam habere nequivero de suis bonis, eum pejorabo in duplum si potero, & de supradictis Capitulis interfectorum non reddam, nec reddi faciam aliquod, nec restaurabo (11), nec restaurari faciam, excipio illum, qui interfecerit interfectorem parentum, aut filii, vel fratris, aut agnati, vel cognati, seu leviri (12) sui, unde finis non sit facta, & illum, qui vindictam pro suo Dominio (13) fecerit.

(3) omittit. M.
(4) *nec*. M.
(5) *& Casam*. M.
(6) *ante Rectores nostros*. M.
(7) *valorem*. M.
(8) omittit. M.
(9) *valorem*. M.
(10) *de*. M.
(11) omittit. M.
(12) *generi*. M.
(13) *Domino*. M.

X C V I I I.

Si quis finem, vel pacem de homicidio (14) graviter feriendo ruperit, taliter eum puniam sicut (15) de homicidio.

(14) *vel*. M.
(15) *ut*. M.

X C I X.

In toto meo dominio non dabo aliquod officium Juri, nec dari permittam, & nec quod (16) toto tempore vite sue sit Consul, vel (17) Consiliarius Civitatis Pist., aut quod fratris suris, vel ejus Nepotis (18) sint in aliquo officio Civitatis Pist., & sic faciam jurare meos proximos Successores Consules, vel Potestatem, & ut illi faciant jurare suos, & illi suos, & sic usque ad expletum terminum septem annorum excipio personam soldi. Item illum, qui Guidalottum Consulem interfecerit, non permittam eum habitare in Civitate Pist., nec in toto Districtu de Pist. me sciente, & hoc faciam jurare meos proximos Successores Consules, vel Potestatem, & quod ipsi faciant jurare suos, & illi suos, & sic usque ad extremum vite illius.

(16) *nec in*. M.
(17) *&*. M.
(18) *qui fratris, aut sororis ejus*. M.

C.

Item si quis Civis de cetero fuerit de suo tenere inter Pist. districtum, & mihi non fuerit reclamatum citius quam potero expulsum in tenere suo, & podere faciam restitui preter inquilinum ob partiarium Colonum.

C I.

Si quis seditionem in nostra Civitate studiose cum fraude ad detrimentum Civitatis Pist. fecerit, eum non eligam in meo dominio in aliquo officio.

C I I.

Distringam comunem Camerarium rationem reddere singulis mensibus de pecunia Civitatis Pist., & de omnibus pignoribus datis, vel acceptis, & assignatis pro causis finiendis, & pro advocatione (19) ut veraciter quantitatem, pro qua obligata fuerit, manifestet coram XII. Consiliariis, qui (20) ad commune Consilium fuerint, & si de ea pecunia in (21) manifesta fraude eum invenero (22), pubblice de officio eum expellam, & feudum eum habere non permittam, & non dabo ei, nec dari faciam ultra (23) feudum quatuor libras (24) me sciente, & omnia pignora, que mihi data fuerint de communi, vel alicui pro me (25) me sciente

(19) *per advocationem*. M.
(20) *vel in*. M.
(21) omittit. M.
(22) *inveniam*. M.
(23) *ulterius*. M.
(24) *librarum* M.
(25) *persona*. M.

me sciente ponam, vel reponi faciam in apotecha Capituli (1), vel Ecclesie S. Zenonis, & predicte Ecclesie XL. solidos pro luminariis dabo, vel dari faciam, item infra IV. dies proximos post Kal. Jan. eligam, vel (2) eligi faciam duos ex Consiliariis, qui eligant duos alios Consiliarios (3), quos faciam jurare, ut faciant (4) rationem cum Camarlingo sine fraude de omnibus jam dictis expensis in communi consilio coram Consiliariis omnibus, vel majori parte, & coram Consulibus, & quod (5) jurent, ut si invenerint ipsum in manifesta fraude, quod in communi consilio ipsum de ipsa fraude (6) patefaciant, & (7) quod supra in hoc Capitulo dictum est, tunc in anno faciam semel in quatuor mensibus in meo dominio.

(1) omittit. *M.*
(2) *vel.* *M.*
(3) *aliqua heic* *M.* omittit.
(4) *statuant.* *M.*
(5) *qui.* *M.*
(6) *plura heic* omittit. *M.*
(7) omittit. *M.*

C I I I.

Nobiles homines Pistoriensis districtus, qui videntur mihi convenientes, & idonei, faciam jurare habiturium Civitatis Pist. sine fraude, & (8) ex quo habiturium Civitatis Pist. juraverint, eis faciam rationem, & laudatos usus nostre Civitatis observabo; non reddam alicui forentium, qui juraverint parabolam, aut qui in anima jurabunt habitare in Civitate Pistoria.

(8) omittit. *M.*

C I V.

Quodcumque debitum Consules Pist. Civitatis in Scriptis mihi reliquerint, non recusabo recipere, & dehinc ad proximas Kalendas majas (9) persolvam, vel (10) persolvi faciam, item (11) recolligam, vel (12) recolligi faciam dehinc ad Kal. Majas proximas totum illud avere, quod datum fuerit mihi in scriptis, & tollam, vel tolli faciam, & dabo, vel (13) dari faciam illis hominibus quibus mihi in concordia consiliariorum fuerit assignatum a Corso Judice, & Gerardino, & Pipino, & Rainaldo Consulibus a Bernardo Pist. Potestate (14).

(9) *proximum terminum.* *M.*
(10) &. *M.*
(11) *&.* *M.*
(12) *&.* *M.*
(13) *&.* *M.*
(14) omittit. *M.*

C V.

Et intus prope ripas novas Civitatis Pist. a fundamento muri jam cepti, & incipiendo ex omni circuitu viam XII. pedum non permittam restringi, nec diminui me sciente in toto meo dominio, & sic faciam jurare meam proxime succedentem Potestatem, vel (15) Consules, & ut (16) illi faciant jurare suos.

(15) *&.* *M.*
(16) omitlit. *M.*

C V I.

Et faciam eligi in arringo dehinc ad proximas Kalendas Februarii a duobus bonis hominibus, quos jurare faciam eligere meliores, & potiores (*& legaliores* (17), *& sapientiores*) quos cognoverint XXIV. (18) Consiliarios ad utilitatem Pist. Populi, & non plures preter Judices, & Advocatos, & illis, qui (19) elegerint Consiliarios nullum intellectum dabo, nec dari faciam, neque dari permittam de aliquo Consiliario eligendo, & in quo ipsi, vel majori pars accordaverit de communi honore, & utilitate nostre Civitatis, ego cum eis concordabor, & faciam, nisi (20) forte cum non omnes (21) Consiliarii consilium remutaverint, aut minor (22) pars tunc (23) secundum (24) enim faciam, in quo inde melius recognovero, & de communi avere ultra XX. solidos non expendam, nec expendi faciam absque consilio predictorum Consiliariorum, vel majoris partis, & . . . . unus Consiliariorum mecum erit possim concordare cum eis de expensis . . . . . petam a Consiliariis toto tempore mei dominii de rebus, que mihi videbuntur expectare (25) ad communem honorem, & utilitatem nostre Civitatis, & faciam eos jurare, dare mihi (26) consilium quoties ab eis petiero pro ut melius recognoverint ad communem honorem, & utilitatem Civitatis Pistorie.

(17) omittit. *M.*
(18) quatuordecim *M.* XIII. prius scriptum fuerat in Codice; deletum deinde fuit, & XXIV. substitutum.
(19) quos. *M.*
(20) omittit. *M.*
(21) omittit. *M.*
(22) *major.* *M.*
(23) *id.* *M.*
(24) *sed.* *M.*
(25) *spectare.* *M.*
(26) *mihi dare.*

C V I I.

Item si aliquis prelium in Civitate Pistoria, & in ejus Burgis, aut Suburbiis inceperit infra octo dies, ex quo sciero, tollam ei, vel tolli faciam solidos C., & non reddam, nec reddi faciam aliquo modo, & invenire studebo quicumque prelium inceperit, & si non habuerit unde solvat, pejorabo eum in tantum, quod valeat solidos CC., & si non habuerit unde solvat, & non potero eum pejorare, expellam eum de Civitate, & a tribus milliariis prope Civitatem eum habitare non permittam in meo dominio me sciente.

C V I I I.

Et toto tempore mei dominii habebo Custodem, vel (27) Custodes, qui sint bone fame, & boni Cives Pist., & convenientes qui custodiant Turrim de Serravalle

(27) *&.* *M.*

ravalle per dies, & per noctes, & non mittam ibi aliquem Custodem, cujus possessio non valeat ultra trecentas libras.

C I X.

Si aliquis Pistoriensis Civis detulerit . . . . (1) vel ad avellantiam, spedum, vel lanceam, vel pugionem (2) vel malvasia arma (3) in Civitate Pistoria, vel in ejus Burgis, tollam ei, vel tolli faciam XX. solidos, & non reddam, nec reddi faciam, & si non potuero ei tollere, pejorabo eum in XL. solidos, & si non habuerit unde solvat, expellam eum de Civitate, & in meo dominio eum in Civitate Pist. me sciente habitare non permittam.

C X.

Et habebo duos Judices, unum de lege, alterum de usu, & duos Advocatos pro causis ventilandis, si contigerit me aliquid circa predicta, vel infrascripta facere, aut aliquid de illis capitulis per ignorantiam pretermittere postquam (4) inde recordatus fuero illud infra VIII. dies proximos si potero recuperabo bona fide; talis est intellectus ut sim salvus de his, que per ignorantiam prætermisi.

C X I.

Et in toto tempore mei dominii habebo firmum, & ratum, & tenebo quidquid in his Capitulis continetur, & in constituto consignato per manum Dentificii *Gerardi* (5) Notarii.

C X I I.

Hec omnia meos proximos successores Consules, vel Potestatem, aut Rectores similiter jurare faciam, & ut illi faciant jurare suos, & illi suos, & sic (6) in antea . . . . . a me, & a majori parte Consiliariorum fuerit immutatum, vel statutum (7) similiter jurare faciam.

C X I I I.

Nec tenebor Sacramento fidelitatis, vel Compagnie alicui manifesto inimico Pistoriensis Populi, nisi teneat pro commune Civitatis.

C X I V.

Nec faciam companiam, vel communionem, vel seditionem (8) studiose, nec tenebo cum aliquo, nec cum aliquibus de Consiliariis aliquo ingenio.

C X V.

Et . . . . . . eo dehinc (9) Kalen. Januarii usque ad proximas Kalendas Martias Rectores artium Civitatis Pist. jurare faciam ut ipsi absolvant sibi, qui pro sua arte tenentur, ut de cetero nulla causa communi constringantur (10) ut ipsi non possint vendere, & emere res de sua arte sine pretio statuto, & ordinato, vel aliquatenus sibi imposito, & quod non possint adiuvare (11) laborare CXVIII. citius, quam potero acquirere faciam nomine proprietatis, vel nomine permutationis Ecclesiam (12) S. Zenonis totam terram, que est infra foveas novas Castelli de Serravalle infra meum territorium, & hec si potero.

C X V I.

Item faciam quod proxime mea succedens Potestas, aut Consules jurabunt, quod ipsi faciant custodire Turrim (13) de Bargi ad communem honorem, & utilitatem Civitatis Pist., & B. Zenonis, & quod ipsi non ponant aliquam Custodiam in Turri de Bargi, nisi pro Communi Pist., & quod ipsi facient jurare suos proximos successores Consules, vel Potestatem, & illi suos, & sic in antea usque in perpetuum, & si contigerit quod velint predictam custodiam alii dare, non possint alii dare, nisi Ciottolo, & suis (14) Heredibus . . . . . . (15), nisi pro Communi Pistorii.

C X V I I.

Ego non tollam, nec tolli faciam Ciottolo de Bargi suas rationes de Bargi, immo juvabo eum tenere suas rationes de Bargi, & hoc idem faciam Rainaldo, & Vetho, & Ramaldino, & suo fratri, & Nepotibus, & si rapte, vel (16) tolte eis fuerint, jurabo (17) recuperare, & recuperata retinere per bonam fidem sine fraude donec observaverint nobis.

C X V I I I.

Si autem Ciottolus fuerit damnificatus ultra C. solidos in Curte de Bargi pro hac guerra, quousque hec guerra duraverit aut in vasto messium, in vineis, aut

(1) *adsteritium*. *M.*
(2) *basi nem*. *M.*
(3) *Malatajam* .. *M.*
(4) *priusquam*. *M.*
(5) omittit. *M.*
(6) *si*. *M.*
(7) omittit heic aliqua. *M.*
(8) omittit. *M.*
(9) *similiter*. *M.*
(10) *&*. *M.*
(11) *adjurare*. *M.*
(12) *cum Ecclesia*. *M.*
(13) *Castrum*. *M.*
(14) *ejus*. *M.*
(15) *& illorum juramenta*. *M.*
(16) *&*. *M.*
(17) *jurabo*. *M.*

aut in arsura Casarum, aut in preda animalium, emendabo exinde sibi, vel (1) emendari faciam libras (2) XX., & si fuerit damnificatus ultra libras XX nihil sibi restaurabo, nec restaurari faciam ultra XX. libras, & hoc idem faciam ei si fuerit damnificatus minus C. solidis, quod non tenear ei aliquid emendare; si autem fuerit damnificatus in armis, vel (3) equis hoc idem faciam ei, quod aliis Lamaardis stagmensibus (4).

(1) *&*. *M.*
(2) *in libris*. *M.*
(3) *&*. *M.*
(4) stagiensibus. *M.*

C X I X.

Item faciam dehinc ad proximas Kalendas Junii [*tres*] pontes murari in Turri in Castro de Bargi super his quos Consules fieri fecerunt ad mensuram Pontis Campanilis Ecclesie S. Zenonis, quam collegerunt Magistri cum bona calcina sine fraude, & faciam meam proxime succedentem Potestatem jurare murare (5) super his in eadem Turri [*tres*] alios Pontes, & ut illi faciant jurare suos, & illi suos, & sic in antea semper donec predicta Turris fuerit murata super tria, & XL. brachia.

(5) omittit. *M.*

C X X.

Et si qua persona de Civitate Pistoria, Burgis, aut Suburbiis aliquam aliam personam, que habeat litem homicidii, vel aliquam aliam litem infra guerram in persona (6) graviter offenderit, vel offendi fecerit postquam (7) pro guerra Civitatis de domo sua exierit usque dum in propriam domum remeaverit aut in eundo, aut in redeundo, vel stando, tollam ei 50. libras, & non reddam, nec reddi faciam, nec sibi, nec alicui pro eo, nec restaurari faciam aliquo modo, & si non habuerit unde tollam, pejorabo eum in tantundem infra unum mensem proximum, & si non habuerit tantum, pejorabo eum in quantum habuerit, & exinde usque ad 20. annos proximos non permittam eum habitare in Civitate Pistoria, nec Burgis, nec in suo districtu ad meum posse, & ita faciam jurare meam proxime succedentem Potestatem, vel Consules, & ut illi suos faciant jurare, & sic usque ad expletos 20. annos. Iterum (8) si quis de Civitate Pist. Burgis, vel (9) Suburbiis de cetero corporaliter ad Sancta Dei Evangelia juraverit se non facere finem, nec pacem (10) de aliqua offensa sibi facta ab aliqua persona de Civitate Pistoria Burgis, vel Suburbiis ex quo sciero usque ad unum proximum mensem XX. libras ei tollam, & non reddam, nec reddi faciam aliquo modo, & si non habuerit tantum, pejorabo eum in tantumdem, & si non habuerit tantum, pejorabo eum in quantum habuerit, & eum me sciente non permittam habitare in Civitate Pistoria, nec in suis Burgis, aut Suburbiis, & ita faciam jurare meos proximos Successores, vel Potestatem, & ut illi faciant jurare suos, & sic semper usque ad quinque annos expletos.

(6) *personam*. *M.*
(7) *preterquam*. *M.*
(8) Item. *M.*
(9) *&*. *M.*
(10) rationem. *M.*

C X X I.

Nullum permittam ducatum prestare alicui foretano, nisi illis, quibus Consules, vel Potestas imposuerint pro Communi a Civitate Pistoria ad Castrum Sambucam, & ad Plebem de Seiano, & usque ad Plebem de Lamporecchio, & usque ad flumen Nebuli, & usque Montemurlum, & usque ad Ecclesiam S. Martini de Campo.

C X X I I.

Item ego deinceps non emendabo, nec emendari faciam de Equis, qui de cetero morientur ultra 20. libras pro equo, quorum octo fieri debent de Datio foretano. Et ego in meo dominio eligam duos arbitros [*quos jurare faciam ante Festum Andree*], qui arbitrarentur de omnibus equis Civium Pist. Burgorum, & Suburbiorum, & illorum, qui per Potestatem Pist. constringuntur, & de Equis tam macagnatis, de quibus milites in bello non possint se juvare, & de omnibus armis predictis in meo dominio, & sicut ipsi arbitri fuerint arbitrati de equis mortuis, & de tam macagnatis, ut supra dicitur, tenear emendare, vel facere emendare in meo dominio, ita quod non emendem ultra XX. libras de equo, de omnibus armis perdictis (11) ita faciam emendari, vel emendabo in meo dominio, sicuti ipsi fuerint arbitrati, set (12) talis est intellectus, quod non tenear emendare equos, & arma illis hominibus, qui fecerint contra Sacramenta, & constituta Potestatis, [*& faciam eos* (13) *jurare Arbitris* (14) *bonam fidem sine fraude*.]

(11) *perditis*. *M.*
(12) *&*. *M.*
(13) *ego*. *M.*
(14) *Arbitros*. *M.*

CXXIII.

C X X I I I.

Securitatem, quam Tedicius Infrangilasta, Turchius, & Nazarius, & Giottoncinius [1] fecerunt (2) cum Guidone Burgundione (3) firmam, & ratam tenebo, & observabo, & sic faciam iurare meos proximos Successores consules, vel Potestatem, & ut illi faciant iurare suos (4), & sic usque ad terminum constitutum expletum, donec nobis observaverint.

(1) *Gittoncinus M.*
(2) *fecerint M.*
(3) *Aurgundione M.*
(4) Plura heic omitt. Mcr.

C X X I V.

Securitatem, & pacem Montecatinensium firmam, & ratam in meo dominio habebo, & observabo sicut scripta est per omnia, & sic faciam iurare meam proxime succedentem Potestatem, vel Consules, & ut illi faciant iurare suos, & illi suos, & sic in antea usque ad expletum constitutum terminum.

C X X V.

Securitatem quam Arrendibilis Parmisianus Gubianus, Trajectus, & Breite Consules fecerunt cum Ciottolo de Bargi firmam & ratam habebo, & observabo in meo dominio, & sicut scripta est per omnia, & sic faciam iurare meam proxime succedentem Potestatem, vel (5) Consules, & ut illi faciant iurare suos, & illi suos, & sic in antea donec Ciottolus, & eius filii, & homines de Bargi nobis observaverint sicut iuraverunt per omnia.

(5) *&. M.*

C X X V I.

Quicumque nostre Civitatis iuraverit deinceps se non esse advocatum nostre Curie pro Civitate vel Castaldum seu Camarlingum vel Consulem in meo dominio non permittam placitari in nostra curia, & libras IV. ei tollam, nec reddam, nec reddi faciam, & si non potero habere advocatos legis eligam, & mittam duos advocatos ex usu, vel de usu.

C X X V I I.

Item duo Castaldi palam in Arringo eligantur, quorum unus quilibet habeat feudum IV. librarum, & non plus preter res usitatas, que dantur in Pascis sine fraude, qui omnes iurent in Communi Consilio secundum quod Consiliarii omnes, vel maior pars Consilium dederint de officio Castaldonatus (6), & insuper habebo unum Camarlingum qui faciat expensas de foris pro Communi.

(6) omittit. *M.*

C X X V I I I.

Item faciam iurare Castaldos, (*quod non mittant nec mitti faciant operarios, & neque* [7] *Potestas mittat, & ut* [8] *non habeant nisi duos nuntios.*) ut faciant iurare Mugnarios omnes, & suos familiares a XIV. anno (9) in antea quod non tollent fraudolenter, nec fraudabunt flavam aliquo ingenio, nec farinam quam acceperint pro macinare, & si invenerint aliquem ex Mugnariis vel de suis familiaribus de farina vel flava quam acceperint, vel accipi fecerint, puniam eos ut de furto.

(7) *ita. M.*
(8) *inde. M.*
(9) omittit. *M.*

C X X V I I I I.

Item si quis (10) Civis Pist. fuerit mihi accusatus, quod aliquam menam teneat cum aliqua Civitate vel Castro, aut Comite vel Capitaneo pro Communi Pist. absque licentia mea, C. solidos ei tollam, nec reddam, nec reddi faciam, & si non potero sibi tollere, peiorabo eum in tantumdem, nec restaurabo nec restaurari faciam, & iurare ipsum cogam, ut non teneat in meo dominio aliquam menam.

(10) aliquis *M.*

C X X X.

Item non incipiam guerram pro Communi, vel per Commune, nec incipi faciam, nec permittam incipi, unde Cives emant arma vel equos, nisi communicato consilio centum Civium Pist. omnium vel maioris partis habito sub Sacramento electorum in concione a quatuor hominibus bone fame . . . . . . XXV. per quamlibet portam, qui teneantur eligere meliores, quos cognoverint ad utilitatem Civitatis Pist., & cum communi consilio omnium consiliatorum Civitatis Pist. vel majoris partis.

C X X X I.

Item si contigerit me facere pacem, faciam communicato consilio omnium Consiliariorum (11), vel maioris partis, & prædictorum centum hominum, vel (12) aliorum centum hominum electorum in communi consilio omnium, vel majoris

(11) Consiliatorum *M.*
(12) *&. M.*

joris

(1) deleta hæc fuere a. 1182.
(2) & . M.
(3) possint M.

joris partis, & Rectorum Cappellarum, (*& Rectorum artium Civitatis Pist.*) (1) sed (2) possim (3) facere vindictam de illis hominibus nostri districtus, qui non fuerint ad comandamentum Civitatis Pist. sine consilio prædictorum.

C X X X I I.

Item non tollam, nec tolli faciam, nec imponam, nec imponi faciam asbergum, vel Panthieram, nec aliquid loco eorum ad dandum militibus alicui persone de Civitate Pistoria vel (4) Burgis, qui non videatur mihi, ut bene possit dare, & si mihi videbitur, quod bene possit dare, imponam, & tollam ei, nec (5) permittam nec pretio nec precibus, nec amore, si necessarium fuerit Civitati, & non tollam, nec tolli faciam, nec imponam, nec imponi faciam asbergum nec panthieram nec aliquid loco eorum ad dandum militibus alicui Civi Pist. qui videatur valens homo (6) in armis. Item non dabo, nec dari faciam asbergum & Panthieram nec Roncionem, nec aliquid loco eorum alicui Civi Pist. habenti valens ultra CCCCC libras, exceptis Casis, & Casolinis, & Turribus, & Apothecis, de quibus non accipiatur pensio ultra XL. solidos, nisi sit Gonfalonerius, vel (7) Rector militum, nisi habenti valens ultra CCCCC. libras. Sed (8) CCCCC. solum modo possit dare pro Communi Asbergum vel Ronthinum, & non utrumque similiter, habenti valens a CCCCC libris infra possit dare pro Communi Asbergum & Ronthinum similiter. Item non ero in Consilio, nec in facto, nec in assensu, quod sint Consules in Civitate Pistoria, nisi sit unus plus de popularibus quam de majoribus, & sic faciam jurare eos, qui elegerint Consules. Quod totum supradictum est de pace, & guerra, Ronthinis, & asbergis, quibus debeat dari, & quibus non, & de Consulibus in Consulatu eligendis, semper unus plus de popularibus quam de maioribus, observabo, & faciam in meo dominio absque deformatione, & sic absque ulla immutatione, & deformatione faciam jurare meos proximos successores Consules, vel Potestatem, & ut illi faciant iurare suos, & illi suos, & sic semper per successionem Consulatus usque ad XVI. annos expletos, & hoc totum faciam iurare meos Consiliarios.

(4) & . M.
(5) & non M.
(6) Videantur valentes homines. M.
(7) & . M.
(8) & . M.

C X X X I I I.

Item non ero in mea proxima (9) causa, nec ventilabo aliquam propriam meam causam tempore mei dominii, nisi ut lex dictat, nisi forte expulsus essem de tenere meo, & nisi ego aliquem expellerem de tenere, vel nisi de pactis factis, & conventionibus mihi vel a me.

(9) propria. M.

C X X X I V.

Medietatem vero guide, que remansit apud commune, non vendam, nec pignorabo, nec aliquo modo alienabo nec ex toto, nec ex parte in meo dominio. Hoc idem faciam de Molendino de Serravalle, & affieto, & pensionibus, quod affictum, & pensiones sicut a principio fuit impositum dehinc ad proximum mensem Octubris recolligam vel (10) faciam recolligere, & dabo in custodia Turris de Serravalle, si totum fuerit ibi necessarium. Et faciam stare serratum de foris ostium predicte Turris die noctuque continue, nisi forte quando Custodes intraverint vel (11) exierint, & claves predicti ostii iam dictæ Turris Pistorie faciam apud communem Camerarium teneri, & bene custodiri semper, nisi quando Custodes exierint, vel intraverint. Et faciam in predicta Turri per totum annum tot vittualia haberi, & teneri, que ad minus per totum unum mensem sufficiant ambabus Custodiis, & Custodes predicte Turris eligam bonos, & bone fame Cives.

(10) & . M.
(11) & . M.

C X X X V.

Item non faciam finem, nec pacem, nec treguam cum Calamecensibus, nisi ea prius reddantur, vel nisi se in nostras manus remitterent (12) absque aliqua conditione, & intellectu, quod nunquam possit excogitari, & si dehinc ad proximum festum Innocentium ad Comandamentum Corsi, Gerardi, (*Bernardi*, & *Adimari* (13) Pipini, & Rainaldi Consulum Pist. non fuerint . . . . Calameccam, postea quocumque modo ad me devenerit, destruam & faciam destrui, & in illo Podio, in quo nunc est Calamecca, nec ipsam, nec homines de Calamecca ulterius esse permittam, & ita faciam iurare meam proxime succedentem Potestatem, vel Consules, & ut illi faciant iurare suos, & illi suos, & sic per successionem Consulatus usque in perpetuum *nisi remanserit communi consilio omnium Consiliariorum vel maioris partis*.

(12) remittent. M.
(13) omittit. M.

CXXXVI.

C X X X V I.

Item si tulero datium, ego non tollam, nec imponi, nec tolli faciam datium ultra III. solidos per focum, paupere cum divite coequato, nisi communicato consilio C. hominum Civitatis Pist. omnium, vel maioris partis.

C X X X V I I.

Et (1) faciam rationem omnibus Suburbanis tanquam Civibus excepto quod de datio, & tollam datium, si tulero omnibus nostri districtus, qui non sunt soliti dare datium occasione militie vel aliqua alia prerogativa, nisi (2) iuraverint corporaliter ad Evangelia Dei in proximo preterito anno emere & tenere (3) equos & arma, quando Cives pro Communi emerint; tunc enim tollam eis sicut (*et*) Civibus. Si qua reclamatio fuerit facta mihi, vel meis Judicibus aut Castaldis de aliqua persona nostri districtus, cuiuscumque gradus, vel conditionis sit, & ipsa persona intra triduum semel viso Civitatis nuntio ad iustitiam faciendam non venerit, omnes expensas, quas reclamator, vel Civitas pro ea fecerit, eas cogam resarcire, & postea sub Sacramento eam constringam, ut ad rationem remaneat cum Reclamatore usque ad finem.

(1) Item. *M.*
(2) Non. *M.*
(3) emet, & tenebit. *M.*

C X X X V I I I.

Item si quis nostri districtus impedierit aliquam personam euntem sub ducatu Civitatis nostre, & illam personam, & eius merces intra tres dies proximos non restituerit, aut si de illa pecunia ultra V. solidos vel de illa merce detinuerit (4) invita persona, cuius illa pecunia vel (5) merces fuerit, expellam eam de Civitate nostra, & quantum in me erit, infra III. miliaria prope Civitatem, nec in Civitate, nec in Burgis per quinquennium habitare me sciente non permittam, & X. libras ei tollam, nec reddam, nec reddi faciam, nec restituam, nec restitui faciam, & totam pecuniam vel illius valens, vel merces vel illius valens eam cogam restituere, & si non habuerit (6), unde penam solvat, peiorabo eum in tantundem si potero, & singulis Kal. faciam mihi reddere rationem ab illis, qui quidam pro Civitate fecerint, de pecunia, quam pro guida ad eos (7) pervenerit.

(4) deterioraverit. *M.*
(5) &. *M.*
(6) habet. *M.*
(7) eum. *M.*

C X X X I X.

Et si quis contra bannum, vel interdictum (8) meum iverit, & deprensus fuerit, aut ibi aliquid tunc amiserit, nihil de communi ultra decem solidos pro eo expendam.

(8) *& mandatum. M.*

C X X X X.

Nullum privilegium alicui nostri districtus olim factum de datio non dando, observabo, vel [9] datium ei non tollam, excipio heredes illius, qui interfecit sannam, & qui Libium Turchium, & Guastavillanum a capitone, & illum, qui amisit pedem ad Montecatini de Moguntigno in Civitatis servitio, nec in antea aliquem inde privilegiato absque communi consilio omnium Consiliariorum vel maioris partis. Item dehinc ad proximas Kal. Januarias . . . . Infragilastam, & eius socios, si non iuraverint, ut non murent Turrim eorum ultra modum Turris filiorum quondam Ildibrandi.

(9) &.

C X X X X I.

Habebo in communi consilio omnes Consules negotiatorum, quorum unicuilibet dabo XX. solidos, X. pro eorum Consulatu, & X. pro Consilio, & non permittam domum fieri, nec aliquod edificium circa Dunchionem Turris de Serravalle ex aliqua parte . . . . . porta de Castellina usque ad domum Communis Civitatis de Serravalle. Nec ipsam domum, nec aliam communem vendam, nec alienabo aliquo modo.

C X X X X I I.

Passagium, quod tollitur apud Montemurlum, faciam remaneri, ut non tollatur, & in meo dominio ibi tolli non permittam.

C X X X X I I I.

Item eligam quinque ex Consiliariis meis [10] in mense Octubris, cum quorum consilio breve, & constitutum pertractetur, & ante festum omnium Santorum compleatur, quos iurare faciam pertractare breve, & constitutum Consulum, vel Potestatis ante festum omnium Sanctorum, ut faciant scribi per bonam fidem

(10) nostris. *M.*

fine fraude ad communem honorem, & utilitatem Civitatis nostre, & quod non scribent in brevi, nec in constituto, nec addent, nec deminuent aliquid, quod sit contra Sacramentum Potestatis.

C X X X X X I V.

Securitatem & pacem, quam Bernardus Adimari fecit eum filiis & nepotibus Gualandini, & observabo sicut scripta est, per omnia, & sic faciam iurare meam proxime succedentem potestatem, & illa faciet iurare suam, & sic semper usque ad constitutum terminum. Hoc idem faciam, & observabo Balduino. Item si homicida non habeat pacem, si non habuerit Turrim, vel partem Turris, & non . . . non valeat ultra L. libras de centum libris, tollam ei X. libras, & de CC. tollam ei, vel tolli faciam XX. libras, & de CCC. libris XXX. libras, & de CCCC. libris XL. libras, & de D. libris L. libras. Et si non habuerit valens ultra XXX. libras, tollam ei omne id, quod habuerit, & eum de Civitate expellam, & in Civitate, nec infra tria miliaria prope Civitatem deinde habitare non permittam, & si non habuerit unam Turrim, vel medietatem Turris, destrui faciam . . . . parte, & omnia prædicta observabo, & faciam in meo dominio, & legam vel legi faciam singulis mensibus coram me. Et faciam exemplari hoc Breve & Constitutum per manum Notarii Communis Camere, ut non addatur, nec diminuatur dehinc ad annos septem proximos.

Ego Gerardus sacri Palatii Notarius, & Tabellio omnia predicta fideliter conscripsi, & complevi, manusque mee signum apposui.

I I.

Conradi Imperialis aulæ Cancellarii litera, quibus Everardum de Lut:re Nuntium suum in Etruria instituit.
Ex libro censuum qui in Pistoriensis Civitatis Archivo servatur.
pag. CVII.

CONradus Dei gratia Metensis, & Spirensis Episcopus Imperialis aule Cancellarius, atque totius ytalie Legatus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ceterisque Ecclesiarum prelatis, nec non Marchionibus, Comitibus, Capitaneis, Varvassoribus, & Nobilibus, atque Potestatibus, Consulibus, seu Rectoribus, & Communitatibus omnium Civitatum, & Oppidorum simul Rectoribus atque populo, & universis per Tusciam constitutis Imperii fidelibus salutem, & omne bonum. Universitati vestre presenti pagina facimus manifestum, quod nos de fidelitate, pariterque industria fidelis Imperii & dilecti familiaris nostri Everardi de Lut. plurimum confidentes, quia propter multa imperii negotia in provincia Tuscia ad presens moram facere non valemus, ipsum Everardum in tota eadem provincia nuntium nostrum constituimus specialem, committentes eidem in omnibus agendis Imperii vices nostras, secundum quod nobis commissa sunt a Domino nostro Imperatore eo modo, ut omnia negotia imperii faciat & disponat tamquam nos facere possumus, secundum quod ei videbitur expedire, & ut de omnibus rationibus Imperii quillibet ei respondere debeat tamquam nobis; Concedimus etiam ipsi fideli nostro, ut ipsi per se, & judices suos possit cognoscere de omnibus causis Civilibus, & criminalibus, & appellationibus, & in ipsa provincia provenientibus dare possessiones, & restitui; supponere etiam Civitates, castra, & loca, & personas banno imperii, & absolvere de banno, & cetera omnia facere, que nos facere possemus, secundum quod ad utilitatem imperii noverit pertinere, ita quod quidquid ipse ordinaverit, seu perceperit, ita ratum, & firmum habeatur, ac si nos ore proprio fecissemus; banna autem & penas pecuniarias, quas ipse posuerit, firma sint, ac si nos posuissemus ea. Si quis autem ei presumpserit rebellis existere, imperialem indignationem, nostrumque odium se noverit incursurum. Ad huius vero rei plenam notitiam hanc paginam conscribi, nostroque sigillo iussimus communiri. Huius rei sunt testes Dominus Prepositus de Jan. Ermannus de Caten Episcopus Lodiensis, Magister Enrigus previde, & Rufinus placentini, Johannes de Regio, & Robertus

tus de S. Maria ad Montem Curle Judices, & alii plures. Data Laudi pridie Nonas Februar:.

Ego Rinforthatus Apostolice Sedis Notarius, & Imperialis Aule Judex ordinarius illud autenticum bulla Domini Cancellarii munitum, unde hoc exemplum fideliter sumptum est, & aliud autenticum Regali bulla munitum, unde aliud exemplum ex alia parte huius carte fideliter sumptum est, ea ambo non cancellata, non vitiata vidi, & legi, & prout in utroque eorum inveni, non addens verbum aliquod, nec minuens de parabola suprascripti Domini Everardi fideliter transcripsi, & exemplavi, & ad maioris rei evidentiam signum mee manus apposui.

III.

Friderici II. *Romanorum Regis literæ, quibus eumdem Everardum Nuncium suum in Etruria instituit. Ex eodem libro Censuum pag.* 107.

FRidericus secundus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus, & Rex Sicilie Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ceterisque Ecclesiarum prelatis, necnon Marchionibus, Comitibus, Capitaneis, Varvassoribus, nobilibus, atque potestatibus, Consulibus seu rectoribus, & Communitatibus omnium Civitatum, & Oppidorum simul & rectoribus, atque populo & universis per totam Tusciam a Pontremulo superius constitutis fidelibus suis gratiam suam, & bonam voluntatem. Cum post multas imperii perturbationes, que ex obitu inclite memorie excellentissimi, & illustris Patris nostri Imperatoris Henrici usque ad tempore nostre in mutatione regum ubique locorum imperii procreverunt, divina clementia dignata sit in solio progenitorum nostrorum nos tam mirabiliter, quam misericorditer collocare, decrevimus vestigiis feliciter inherendo mente intenta commodum & augumentum imperii promovere. Et si qua inveniri poterunt, que in eius preiudicium perperam gesta sint, ad rectitudinis semitas revocare, & specialiter ad bonum statum & tranquillitatem omnium subjectorum. Ea propter universitati vestre presenti pagina duximus insinuandum, quod nos super rationibus imperii, quas preterite perturbationes nos investigare prohibuerunt, ac super omnibus aliis, que minus bene in eadem provincia disposita sunt, & propter multas discordias, que inter vos diutius vigilarunt, in detrimentum imperii & omnium subditorum, sollicitudinem debitam nunc habentes fidelem nostrum Everardum de Lut. virum utique providum, & discretum, & de cuius industria fiduciam gerimus specialem, provida consilii nostri deliberatione a latere nostro ad partes ipsas duximus transmittendum, ut ipse non solummodo fidelitates, & alia iura nostra atque fodrum regale a vobis requirat vice regia, & recipiat; immo etiam discordias omnes in ipsa provincia, & partibus eius ad pacem & concordiam revocando, viam nobis preparet plenam, & securam, quo magis expediti festinantius ad felicem voti nostri consumationem accedere valeamus. scire igitur volumus universitatem vestram, quod nos iam dictum Everardum in eadem provincia nuntium nostrum constituimus specialem, & ei concessimus plenam, & perfectam jurisdictionem, atque liberam facultatem per se suosque Iudices, & Vicarios cognoscendi, & deffiniendi de omnibus causis, dandi professiones, & restituendi, supponendi etiam civitates, marchiones, Comites, Capitaneos, Varvassores, Burgos, Castra, & Villas, & universaliter omnes per totam Tusciam constitutos bampno nostro, & absolvendi de bampno, faciendi commissiones, & ius animadvertendi habere in facinorosos, penas ponendi, & exigendi, & in omnibus agendis nostris, & imperii in tota Tuscia, secundum quod ipse ad honorem & commodum nostrum, & imperii viderit expedire; Et quod habitantes in predicta provincia cum Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & Ecclesiarum Prelati, quam etiam Marchiones, Comites, Capitanei, Varvassores, & Nobiles, Civitates, Castra, Burgi, & Ville teneantur ei respondere de omnibus regalibus, & omnibus rationibus imperii hinc retro detentis, & in futurum debendis, tanquam nobis, & ut ea omnia ad nostrum & imperii opus recol-

col-

colligat diligenter. Ideoque devotioni vestre mandamus rogantes, & sub obtentu gratie nostre districte precipientes, quatenus dictum Everardum honorare, & servire, & ei obedire tamquam nobis curetis, atque de omnibus aliis iustitiis & rationibus imperii, & fodro regali respondeatis eidem, & ei fideliter intendatis pro firmo habentes quod quidquid ipse in omnibus agendis nostris per totam Tusciam, & partes ejus dixerit, seu fecerit, ita ratum & firmum habebimus, ac si ab ore processisset regie maiestatis, & illam devotionem, ac reverentiam, quam ei exhibueritis, nostre reputabimus exhibitam maiestati. Si quis vero presumpserit ei rebellis existere, indignationem nostram se graviter noverit incursurum, & insuper bampnum, & penam pecuniariam, quam sibi imponet perinde ratam habebimus, atque firmam, & tollemus, ac si nos eam posuissemus. Ad hujus nostre concessionis plenam notitiam presentem paginam inde conscribi iussimus, & nostre maiestatis bulla communiri. Huius rei testes fuerunt Dominicus Patriarcha Aquilegiensis, Sifridus Episcopus Augusf: Olricus Episcopus Pataviensis, Homobonus Episcopus Cremonensis, Ludoicus Dux Baviariæ, Guarnerius de Bollanda dapifer imperii, Anselmus de Justino Marescalcus, Dux Spoleti, & alii multi. Datum in castris in Episcopatu Mantue prope Gode. MCCXX. undecimo Kalendas Octobris, Indict. octava.

Ego Rinfortatus, &c. prout in superiore charta Conradi.

I V.

Vicariorum institutio in Monte Castiglione.
Ex libro inscripto Nicchio, qui ad Operam S. Jacobi spectat, pag. 15.

DOminus Jacobus Judex & Vicarius domini Ugonis de Castello Potestatis Pistoriensis cum esset in castro novo, scilicet Montis Castilionis de Vallebilentii, & oporteret eum recedere Pistorium causa Regis filii domini Imperatoris, qui venerat Pistorium, coadunatis per vocem Nicholai preconis comunis Pistoriensis illis, qui erant apud dictum locum, statuit & fecit Capitaneos electos in dicto loco suos vicarios, quousque alium miserit in locum sui, precipiendo per Sacramentum omnibus ibidem tunc existentibus, ut obediant preceptis dictorum Capitaneorum declarando, & dicendo eisdem hominibus, quod omne bampnum, omnem penam, quod vel quam ipsi Capitanei imposuerint, auferret eis, notando etiam, & precipiendo eis, quod nullus intret terrenum Comitis Alberti, tam faciendo aliquod dampnum, nec aliqua de causa, & quod nullus rapiat alicui aliquid, & si quis contrafecerit, amputabitur ei manus.

Actum suprascripto in monte Castilionis in summitate dicti montis, ubi Castrum edificabatur, anno dominice nativitatis MCCXL., indictione 13. sexto idus Julii, presentibus testibus nicolao bampnitore comunis Pistoriensis, Alberigo Jacobi, Benvenuto quondam Ricomii, & presentibus pluribus aliis.

Ego Clarus Notarius predictis, dum agerentur, interfui, & hec omnia fideliter scribens in publicum redegi.

V.

Abdicatio Officii Sindici, ex charta Archivi Episcopi Pistoriensis.

IN Dei nomine amen. Cum Dominus Soffredus quondam domini Castellani de Gualfreduores constitutus in presentia Venerabilis Patris domini Guidaloftis Dei gratia Pist. Episcopi, assereret coram ipso domino Episcopo, se fuisse electum in potestatem Comunis de Lamporechio, & Ortignano ab ipso comuni de Lamporechio, & Ortignano, seu sindico vel sindicis & hominibus dicti Comunis a Kal. Januarii proximi ad tres menses tunc proxime venturos; idem Dominus Soffredus videns & recognoscens, se de iure esse, nec stare posse ad regimen dicti

dicti communis de Lamporechio, & Ortignano per electionem prefatam, iudicium, & derogationem iuris & honoris dicti Domini Episcopi, & Episcopii & Ecclesie Pist, cum de iure, & antiqua consuetudine observata electio & reformatio regiminis potestatis dicti Communis de Ortignano & Lamporecchio actenus facta fuerit, & fieri debeat de auctoritate, de certo consilio, consensu, & principali mandato dicti Domini Episcopi, & predecessorum suorum, renuntiavit, & cessit libere, sine aliquo suffismate, vel . . . . . in manibus dicti Domini Episcopi electioni predicte de se facte in potestatem dicti Communis de Lamporecchio, & Ortignano, & omni iuri, & honori sibi competenti in dicto communi de Lamporecchio, & Ortignano occasione electionis iam dicte, seu electionum, si plures electiones de eo factæ apparerent, & occasione consensus, quem idem Dominus Soffredus prestitisse dicebatur ipsi electioni seu electionibus, acceptando easdem, seu occasione ratificationis, seu confirmationis, quam potestas . . . . dicebatur fecisse de dicta electione, seu electionibus, vel ipso Domino Soffredo electo, ita quod dicta electio seu electiones, consensus, & acceptiones ab ipso Domino Soffredo facte, seu confirmatio, & ratificatio a dicta potestate interposite nullius moniti, vel valoris existant, ac si nihil de predictis factum esset. Datum Pistorii apud Plebem S. Andree, presentibus domino Jacobo Judice quondam domini Aldibrandi & Johanne quondam domini de Uguiccionis, testibus vocatis sub anno dominice Nativitatis 1261. Ind. IV. tertio Kal. Jan.

Ego Johannes filius quondam Gentilis imperiali auctoritate Notarius assistens predicta omnia rogavi fideliter, scripsi, & publicavi.

ADNOTATIO.

Ipso hoc die Guidalostes Episcopus eumdem Soffredum elegit Sindicum, *qui dominus Soffredus*, ut ex alio instrumento constat, *electioni prefate consentiens iuravit sub ipso domino Episcopo corporaliter ad sancta Dei Evangelia exercere, & portare regimen & potesteriam dicti Communis de Lamporecchio, & Ortignano ad honorem & magnitudinem ipsius Domini Episcopi, & eius Episcopii, & ad bonum statum dicti communis, & conservare, & manutenere omnia jura, reverentias, servitia, & honores, que debentur dicto Dom. Episcopo, & Communi predicto de Lamporeccio, & Ortignano.*

VI.

Vicarii institutio in Etruria, ex libro Censuum Civit. Pist. pag. 134.

KArolus dei gratia Rex Sicilie, Ducatus Apulie, & Principatus Capue, alme Urbis Senator, Andegavie, Provincie, & Fortalguerii comes, Romani imperii in Tuscia per sanctam Romanam Ecclesiam Vicarius Generalis, universis Prelatis, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Capitaneis, Comunibus, Consilis, ceterisque in Tuscia constitutis fidelibus suis gratiam suam & bonam voluntatem. Noveritis, quod de prudentia & legalitate Bertaldi de curto loco dilecti Clerici familiaris, & fidelis nostri nostra Curia confidentes ipsum Vicarium nostrum in Tuscia cum Rainaldo de Ponzellis dilecto Vicario & fideli nostro in eisdem partibus, amoto quolibet alio ab eodem officio, fiducialiter duximus statuendum. Quare vos devotos requirimus, vobisque fidelibus expresse precipiendo mandamus, quatenus eidem nostro Clerico in omnibus, que ad predictum sibi commissum officium spectare noscuntur juxta tenorem commissionis per nostras presentes licteras etiam sibi facte, devote intendatis, & efficaciter pareatis, sicut in premissis, assistentes sibi ad sui requisitionem ob nostre maiestatis reverentiam, quod officium ipsum possit ad honorem & fidelitatem nostram favorabiliter, ut expediat, exercere: & vos proinde ille noster clericus in conspectu nostri culminis commendabiles representet. Data Neapoli per magistrum Guiglielmum de Furum Villa prepositum S. Amati duacensem Regni Sicilie vice Cancellarium,

larium anno Domini 1275. die 4. decembris quarte Indictionis, Regni nostri anno undecimo,

V I I.

Rudolphi Romanorum Regis literæ, quibus Vicarios Imperii Generales in Etruria constituit, ex Pistoriensis Civitatis libro censuum pag. 139. t.

Hoc est exemplum quarumdam litterarum Domini Regis Romanorum, quarum tenor per omnia talis est.

RUdolfus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus universis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliarum Ecclesiarum prelatis, nobilibus, Civitatibus, Communitatibus, universitatibus, Oppidis, Castris, Villis, & personis singularibus quibuscumque in partibus Tuscie constitutis gratiam suam, & omne bonum. Ad notitiam vestram cupimus pervenire, quod nos Venerabilem Johannem . . . . Episcopum Principem, & Rudolfum aule nostre Cancellarium fideles & familiares nostros dilectos, & quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condictio occupantis, constituimus, facimus, & ordinamus nostros, & Romani Imperii in partibus Tuscie Vicarios generales, & insuper procuratores, & nuntios nostros ad exigendum, petendum, & recipiendum nostro & eiusdem imperii nomine fidelitatis, homagii, & servitii debiti iuramenta a quibuscumque personis, vel locis nobis in eisdem partibus Tuscie eadem debeant, & ad petenda & recipienda bona, & possessiones, redditus, & proventus, Civitates, castra, munitiones, iurisdictiones, & iura quocumque nomine censeantur in eisdem partibus Tuscie pertinentia ad nos, & imperium supradictum, & ad ordinandum, & disponendum de ipsis, & quolibet ipsorum, quidquid utrique vel alteri ipsorum, ubi alter absens fuerit, videbitur expedire, & iudices & officiales constituendos in negotiis, & causis quibuscumque, sicut nos ipsi eosdem constituere possemus, si presentes essemus, & ad statuenda, tractanda, & facienda in predictis partibus Tuscie omnia & singula, que veri & legitimi Vicarii, Procuratores, & nuntii plenum mandatum & liberam administrandi potestatem habentes, a nobis facere possent, & debent de consuetudine vel de iure, in illis etiam casibus, in quibus mandatum requiritur speciale. Sententias etiam & banna, penas, & mulctas, quas iidem, vel alter eorum, ubi alter absens fuerit, vel constituti ab eis Judices, Officiales, vel executores tulerint, imposuerint, vel exegerint, ratas habebimus, & faciemus concedente domino inviolabiliter observari. Damus preterea predictis Episcopo, & Cancellario, & alteri eorum, ubi alter absens fuerit, plenam & liberam potestatem, & speciale mandatum rebelles & indevotos si quos quod advertat Altissimus, in partibus Tuscie repererint, qualiscumque condictionis extiterint, privandi feudis, castris, terris, gratiis, libertatibus, districtibus, privilegiis, iuribus, & iurisdictionibus quibuscumque, quos, quas, vel que hiidem tenere ab imperio dignoschuntur. Nos quoque gratum, & ratum, & acceptum habebimus, quidquid per eosdem Vicarios, Procuratores, & Nuntios nostros, vel alterum ex ipsis, ubi alter absens fuerit, actum, gestum, statutum, iudicatum, & ordinatum fuerit in premissis, & circa premissa, vel aliquid premissorum, in cuius rei testimonium presentes litteras fieri, & pendenti sigillo nostre Regie maiestatis in evidens testimonium precipimus communiri. Edita Vienne anno domini 1281. Ind. 9. nonis Januarii Regni nostri anno octavo.

Ego Petrus de Casaronibus de Roma Apostolice Sedis auctoritate Notarius predictas litteras exemplavi fideliter de verbo ad verbum, & eas ascultavi, & inveni esse conscriptionis eiusdem: que littere sigillate erant pendenti maiori sigillo dicti domini Regis de cera naturalis coloris, in quo in medio impressa, seu sculta erat ymago regie maiestatis coronate, sedentis in trono cum scabello sub pedibus, tenentis in dextra sceptrum cum flore in summitate, & in sinistra pomum

mum cum cruce desuper. In circuitu vero sigilli erant hee littere cruce parvula. scilicet: *Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus*.

VIII.

Petitio hominum de Artimino consilio Pistoriensi exhibita ex Archivo Episcopi Pistoriensis.

COnsilio quadraginta Consiliariorum Dominorum Anzianorum in palatio populi sono campane more solito congregato de mandato domini Capitanei propositum est in dicto consilio, & consilium postulatum pro parte dicti domini Capitanei, & de voluntate anzianorum; Quid placet dicto consilio fieri super infrascritta petitione, cuius tenor talis est.

Supplicant vobis dominis Capitaneo, & anzianis populi pistoriensis humiliter & devote, & omni affectione, qua possunt, homines, & persone partis Guelfe de Artimino, & Lapus notarius quondam Benvenuti pro eis, qui, & que sunt, & esse consueverunt de ipsa parte Guelfa, & fuerunt ad defensionem, & tuitionem castri de Artimino in honorem partis Guelfe de Pistorio, & totius Comunis Pistoriensis, ac districtus tempore, quo Ghibellini tenebant castrum de Laporecchio, & Civitatem, ac Comitatum Guerrici Abbatis, & pars exposuerunt pro ipsa parte Guelfa periculis, & . . . universis nomina, quorum inferius scripta sunt, qui hodie opprimuntur, gravantur, & dapnificantur per alios homines dicti comunis, qui pro maiori parte hominibus retro temporibus ofenderunt, & fecerunt toto eorum posse, quidquid mali & dapni potuerunt hominibus, & personis partis Ecclesie, sive Guelfe, & Cottidie illud idem facere non verentur, sed in quantum possunt suam intentionem & voluntatem cum operis effectu intendunt, ut ledant parti, & hominibus supradictis, ut ledant.. Quare placeat vobis, consideratis his omnibus & aliis, que dici possent, & allegari debita ratione, quod homines de Artimino partis Guelfe omnibus retro actis temporibus, & maxime in illo tempore opportuno conserventur, & manu teneantur per comune & populum & partem civitatis Pistorii in personis, & rebus indemnes, & a gravaminibus in quibus defensentur etiam quidam malivoli, & mala intentione moti ad suam propriam utilitatem ad hoc, ut officia comunis Artimini voce hominum seu maioris partis hominum comunis de Artiminio iurgiter, ac continue habere valeant, ac libram fieri faciant, comodo, & qualiter eis placuerit fixerunt abominabilem malitiam in requisitis hominibus partis Guelfe de Artiminio qui quia dixerunt se fore Capitaneos dicte partis & . . . . . petierunt licentiam faciendi iurare sub capitaneis per eos eligendis homines partis Guelfe, & sub hac falsa finctione fecerunt omnes Ghibellinios de Artiminio iurare sub dictis capitaneis, & pretestu talis iuramenti Ghibellinii donant, & habent omnia officia presentis anni in comuni de Artiminio, & Guelfi penitus sunt reiecti ac remoti, quod Deo & vobis debet non modicum displicere; unde humiliter supplicant, ut dictum est supra, quod omnes & singuli Consiliarii, & Allibratores, & alii Officiales Communis de Artimino, & qui elicuntur in dicto Comuni, eligantur, & sint tantum de hominibus dicte partis suprascript: & fiat electio prout & quando dicte parti vel maiori parti eorum placuerit & ordinatum fuerit . . . . & quod nullum dactium, vel collecta poni possit in dicto Communi de Artiminio, nec expendi de avere dicti comunis sine expressa licentia, & voluntate dicte partis Guelforum. Et predicta placeat vobis facere, & ordinare, & firmare per generale consilium Communis, vel populi, & valeat & observetur non obstante aliquo Capitulo constituto communis vel populi summis consiliorum retrofactis vel in antea faciendis, & mox capitulo, quod legitur, de elettionibus faciendis, prout placuerit maiori parti hominum Comunitatis in qua fieret electio, &c.

Nomina predictorum hominum partis guelfe de Artiminio sunt hec

Lapus Notarius quondam benvenuti &c.

Caccia Leone, Caccia Draghi consuluit, quod mictatur in propositione cum in

 con-

consilio generali, cum in consilio populi, & quod eorum petitio amictatur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia, & auditis dictis aringatorum, si videtur dictis, quod ipsa petitio non admitteretur, & non mandaretur executioni, quod liceat uni ex dictis anxianis ex auctoritate presentis consilii Arringatorum, & dicet in ipso consilio tamquam anzianus, quod ipsa petitio amictatur, & executioni mandetur.

Puccius Acconciati consuluit, quod sint in providentia & dispositione Domini Capitanei tam de his que sunt suprascripta in petitione predicta, quam de aliis non suprascriptis, quod sint vere Guelfi comunis de Artimino amictendi, vel non, & his ita inventis per dominum Capitaneum ponatur ad consilium populi, in quo consilio aringetur per unum ex anxianis tamquam anxianum, itaque predicta petitio executioni mandetur, In reformatione & summa dicti consilii facto distincte partito per dictum dominum Capitaneum ad sedendum & levandum placuit . . . & toti dicto consilio, quod remaneat in providentia, & dispositione domini Capitanei de veris Guelfis reiciendis, & acceptandis, ut consuluit Puccius Acconciati scriptus.

Item facto distincte partito per dictum dominum Capitaneum eodem modo placuit toti dicto consilio, quod predictis Guelfis ita inventis & acceptatis predicta petitio reducatur ad consilium generale populi, quam citius poterit, & quod in dicto consilio debeat unus ex anzianis tamquam anzianus aringare, quod predicta petitio amictatur, & quod exinde observetur, & executioni mandetur, ut in propositione continebitur ad voluntatem Capitanei, & Anzianorum.

Ego Lapus filius mehi imperiali auctoritate Judex ordinarius, atque Notarius suprascripta omnia scripsi, & fideliter publicavi sub annum dominice Nativitatis 1284. duodecima indictione die Kalendarum Aplelis.

I X.

Electio Sindici Communis de Sancto Romano ex Archivo Monachorum Vallumbrosanorum S. Michaelis Pistorii.

IN nomine domini amen Lapus filius Simonis Bartolomei potestas Communis de Sancto Romano de consensu & voluntate Martini Bonaccursi & Vannis Jacobi fuerunt suorum & dicti Comunis Consiliariorum & hominum dicti Comunis in platea Ecclesie de sancto Romano more solito congregatorum mandato dicti Lapi potestatis sono Campane ac ipsi Consiliarii & homines una cum dicto domimino potestate Vice, & nomine dicti Communis sancti Romani, & pro ipso Comuni fecerunt, constituerunt, atque ordinaverunt Johannem Bartromini de dicto Communi ss. & rec. eorum, & dicti Communis verum & legitimum, & generalem Sindicum, & procuratorem, & Nuncium specialem ad renovandum, seu ad faciendum instrumentum renovationis cum abbate Fontane Taonis, seu eius sindico, & procuratore de pensione, quam dictum Commune de sancto Romano, seu homines ipsius comunis solitum est seu soliti sunt prestare predicte abbatie de pratibus, quos dictum Comune & homines tenent ab abbatia predicta, & ad promictendum ipsi abbati, seu eius Sindico pro dicto Comuni de dicta pensione deinceps annuatim prestanda abbatie predicte, & ad penam, que ipsi Sindico videbitur, stipulandam, & ad obligandum pro pena ipsum Commune, & eius bona, & homines, & personas dicti Communis, & eorum homines, & bona, & ad renovationem faciendam, & ad recipiendum a dicto domino Abbate vel eius Sindico promissionem, & obligationem . . . . dicte pensionis, & ad facienda pacta, & conventiones cum eis. Et generaliter ad omnia, & singula facienda, & procuranda, que in predictis, & circa predicta utilia, & necessaria fuerint facienda & que ipsi Sindico & procuratori videbunt promictenda, & utilia facienda in predictis, & circa predicta, & que ipsum commune, seu homines possent facere, si adessent, & que natura negotii exposcit, & dando, & concedendo dicto Sindico & procuratori in predictis omnibus, & singulis plenum liberum & gene-

generale mandatum, & generalem administrationem, promiserunt & convenerunt de ratihabitione perpetua omnium, que per dictum Sindicum, & procuratorem acta, gesta, & procurata fuerint, seu de formatione aliqua sub ypotecha, & obligatione bonorum dicti Communis, & omnium hominum dicti Communis, & ipsorum heredum, & bonorum renunciando omni . . . . dicti Communis contra predicta facient. Actum in platea Communis S. Romani presentibus Manno Dianesi, & Matheo Bartromei testibus rogatis, sub anno dominice nativitatis 1288. indictione prima die 29. Augusti.

Ego Lapus filius Consilii Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius predictis interfui, & rogatus subscripsi, & publicavi.

X.

Electio Custodum Castri Sambucæ ex libro Nicchio, qui in Archivo Operæ S. Jacobi Pist. adservatur pag. 7.

In Dei nomine amen anno Domini 1310. 9. Ind. die mercurii 6. mensis Septembris.

PAteat omnibus evidenter per presentem paginam inspecturis, quod Dominus Rollandinus de Gallucciis maior Sindicus, dominus Doctus miles, & Sotius nobilis viri domini Nelli de Roscimpeliis Capitaneus, & Salvi Jacobi, & Ser Lapus Mellini Anzianus Comunis, & populi Civitatis Pistoriensis, vice & nomine ipsius Comunis, & pro ipso Comuni assignaverunt, concesserunt, & dederunt Ser Johanni Cancellerio, & Lenzio Cini Capitaneis Sambuce custodiam Castri Sambuce, & Fortiliarum ipsius Castri, ut bene, & diligenter pro ipso Comuni custodiant, & gubernent pro ipso Comuni, & reassignent tempore, quo petetur ab eis pro Comuni Pist:. Qui confessi fuerunt, se habuisse, & habere ipsum Castrum, & Fortilitias ipsius ad custodiam, & in accomandixiam pro Comuni Pist: & restituere ipsum Castrum, & Fortilitias ad voluntatem ipsius Comunis in eo statu, in quo modo habent, & meliori, si meliori potuerit. Et hec fecerunt ad postulatum predictorum se gerentium, ut supra dictum est.

Actum super Cassaro Castri Sambuce, presentibus Currado Pucci, Paganello Bonguidati, & Puccino Jacobi omnibus de Pistorio tunc Custodibus super Cassaro, & Turri ipsius Castri, & positis vice, & nomine dicti Communis, testibus vocatis, & pluribus aliis.

Ego Johannes Bomblanchi imperiali auctoritate Notarius & nunc Notarius ipsius domini maioris Sindici predicta, prout supra, scripsi, & publicavi.

X I.

Exemplum Litterarum domini Regis Roberti missarum in servitium Comunis Pist. super eo, quod Vicarii dicte Civitatis teneantur observare. Statuta antiqua dicti Comunis ex libro Censuum Civit. Pist. pag. 498.

ROBertus Dei gratia Rex Jerusalem & Sicilie, ducatus Apule, & Principatus Capue Provincie, & Fortalquerii comes tenore presentium notum facimus universis earum seriem inspecturis, quod nos discretorum virorum Rectorum, & Comunis Pistorii fidelium; & devotorum nostrorum supplicationibus annuentes declaramus & volumus, ac iubemus, ut Vicarii dicte Civitatis tam presens, quam per nos successive mictendi antiqua statuta Civitatis ipsius in iis, que sunt ad honorem & fidelitatem nostram, bonumque statum Civitatis eiusdem debeant observare, iurisdictione, honoribus nostris, & iuribus semper salvis, quotque si aliquid contrarii connicerent, vel sentirent, curent nobis solerter, & celeriter intimare, in cuius rei testimonium presentes licteras ex-

inde fieri & maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. Datum Neapoli anno Domini 1315. die 4. Decembris 14. Ind., regnorum nostrorum anno septimo.

X I I.

Roberti Siciliæ Regis Epistola, qua Vicarii sui in Pistoriensi Civitate auctoritas certis finibus concluditur, ex Thesauro S. Jacobi Pist.

Robertus Dei gratia Rex Jerusalem, & Sicilie, Ducatus Apullie, & Principatus Capue, provincie Fortalquerii Comes. Notum facimus per presentes, quod nos supplicationi pro parte Communis hominum Civitatis Pistorii benignius annuentes eidem communi usque ad beneplacitum maiestatis nostre concessimus, quod Vicarius per nos in predicta Civitate Pistorii constitutus teneatur iurare, non ducere in sua familia secum ad regimen predicte Civitatis Pist. aliquam personam, que non sit de Civitate, terra, vel loco distante a jam dicta Civitate Pistorii quinquaginta milliaribus, & ultra, queve fuerit in aliquo officio Civitatis eiusdem a tribus annis proximis preteritis, & si aliquam personam contra dictum modum duceret, non liceat ipsi persone officium aliquod exercere, nec morari in familia predicti Vicarii, quandoquidem Vicarius habeat familiares & salarium juxta formam ordinamentorum predicte Civitatis, ac in statutis, & ordinamentis communis eiusdem Civitatis Pistorii contentorum. Quamobrem Vicariis nostris ipsius Civitatis presenti, & futuris presencium tenore, precipimus, quod totam predictam concessionem nostram, prout prescripta est, observent, & efficaciter exequantur. In cuius rei testimonium presentes licteras fieri, & maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Avinione per Magistrum Matheum Filmarinum de Neapoli utriusque juris professorem locumtenentem prothonotarii Regni Sicilie, consiliarium, familiarem, & fidelem nostrum. Anno Domini MCCCXX. die V. Julii Indict. III. Regnorum nostrorum anno XII.

X I I I.

Vicarii in Civitate Pistoriensi institutio a Roberto Siciliæ Rege facta Ex Thesauro S. Jacobi Pist.

Robertus Dei gratia Rex Jerusalem, & Sicilie, ducatus Apulie, & principatus Capue, provincie Fortalquerii Comes Nuccio quondam Domini Guillelmi de Montepulciano dilecto devoto suo gratiam suam & bonam voluntatem. Bonum regimen, statumque prosperum Civitatis pistorii cupientes te, de cuius prudentia, industria, & legalitate confidimus, Vicarium nostrum in dicta Civitate Pistorii, suique districtu ex potestate nobis ad hoc legitime competenti, amoto inde quolibet alio, usque ad sex menses a die, quo dictum Vicariatus officium exercere ceperis, numerandos, cum salario, familia, & equis per Commune Pistorii novissime ordinatis, prout in scripto publico Sindicatus mihi confecto plenarie continetur, duximus statuendum, plena tibi meri & mixti imperii, ac gladii potestate concessa. Quo circa devotionem tuam requirimus iniungentes, quot huiusmodi acceptans Vicariatus officium illud suscipias, & sic ad honorem & fidelitatem nostram, statumque tranquillum & prosperum Civitatis eiusdem diligenter & fideliter exercere secundum formam ordinamentorum, & reformacionum ipsius Civitatis pistorii, ac in eodem prudenter, & sollicite regerere studeas prout inde prestabis corporale ad sancta Dei Evangelia iuramentum, quod possis exinde merito commendari, & dignus ad maiora preferri. Et ecce Rectoribus & Communi prefate Civitatis per alias nostras iniungimus litteras, quod tibi tamquam Vicario in Civitate iamdicta per nostram excellentiam deputato in omnibus, que ad ipsius Vicariatus officium pertinere noscuntur, pareant

reant, & intendant, ac de predicto salario integram tibi satisfactionem impendant. Nos enim penas, & bamna, que ipso durante officio rite tuleris, rata geremus, & firma, eaque per te pro parte nostra volumus a transgressoribus, prout iustum fuerit, irremissibiliter extorqueri. Tu autem a dicto presente Vicario predicte Civitatis, quem ab ipso Vicariatus officio per alias nostras licteras cessare precipimus, recipias sub sigillo eius omnes Captivos, si quos habet, cum nominibus, & cognominibus, & causis captionis eorum, ac acta, & mandata pendentia, que in eo, quo pendent, exequi studeas, sollicite & prudenter ad absolutionem, vel condempnacionem captivorum ipsorum mediante iusticia processurus. Reservata contra eundem precessorem tuum sui ratiocinii tempore debita questione: quod si non poterit docere legittime, acta terminare prefata, & mandata ipsa pendentia exequi infra sui tempus officii iusta causa, & probabili nequivisse, ad penam teneatur propterea debitam iuxta ritum & morem, qui in prefata Civitate circa talia observantur. Nihilominus etiam precessorem tuum eundem, & subofficiales eius in officio prelibato de processibus, & excessibus eorum sindicari precipimus, ac poni per eum de administratione ipsius officii debitam racionem, nec non ad plenum satis fieri de omnibus, in quibus per racionem eandem racionabiliter debitor apparebit iuxta ritum & morem in sepedicta Civitate solitos in talibus observari Datum aquis per Magistrum Matheum Filmarinum de Neapoli Utriusque Juris professorem locumtenentem prothonotarii Regni Sicilie dilectum consiliarium familiarem & fidelem nostrum anno Domini 1321. die 20. Februarii quarte Indictionis Regnorum nostrorum anno 12.

X I V.

Alia Vicarii institutio, ex Archivo Operæ S. Jacobi Pist.

ROBertus Dei gratia Rex Jerusalem, & Sicilie, ducatus Apulie, & Principatus Capue, provincie fortalquerii Comes, discretis Viris, & Rectoribus, & Communi Civitatis Pistorii, & districtus eius, fidelibus, & devotis suis gratiam suam, & bonam voluntatem. Bonum regimen, statumque prosperum Civitatis cupientes eiusdem, unum de subspriptis quatuor viris, de quorum prudentia, industria, & legalitate confidimus, videlicet primum, & in defectu primi secundum, & in defectu secundi tertium, & in defectu tertii quartum Vicarium nostrum in Civitate predicta, eiusque districtu ex potestate nobis ad hoc legitime competenti usque ad sex menses a die, quo ipsum officium exercere inceperit, numerandos, amoto inde Pino delatosa de Florencia milite, duximus statuendum, prout in aliis nostris sue commissionis licteris videbitur contineri, plena inibi ei meri & mixti imperii potestate concessa. Quare devocionem vestram requirimus iniungi, ut quatuor uni subscriptorum iuxta prescriptum ordinem admittendo, recepto prius ab eo solito fidelitatis, & de officio ipso gerendo fileliter corporaliter iuramento tamquam nostro vicario in Civitate prefata per nostram excellentiam deputato salario, consueto & debito satisfactionem integram impendatis, ut & predictum Vicariatus officium laudabiliter gerere valeat & vos possitis exinde merito commendari. Nos enim penas, & bamna, que idem Vicarius suo durante officio rite tulerit, rata geramus, & firma, eaque per eum volumus a transgressoribus, prout iussum fuerit pro parte nostra, irremissibiliter extorqueri. Nomina vero predictorum sunt hec. Namoratus de Osculo, Carolus domini Brodarii de Saxoferrato milites, Petrus domini Raunerii de Lanitre de Urbe veteri, & Nuccius quondam domini Guillielmi de Montepulciano. Datum Aquis per magistrum Matheum Filmarinum de Neapoli utriusque Juris professorem locumtenentem Prothonotarii Regni Sicilie, dilectum consiliarium, familiarem, & fidelem nostrum. Anno Domini MCCCXXI. die XXI. Februarii quarte Indict. Regnorum nostrorum Anno XII.

X V.

Abdicatio Vicariatus Pistoriensis, ex Thesauro S. Jacobi eiusdem Urbis.

IN nomine Domini Dei eterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi Anno nativitatis millesimo trecentesimo vicesimo primo, Regnante Domino nostro Roberto Dei Gratia Jerusalem, & Sicilie Serenissimo Rege, Ducatus Apulie, & Principatus Capue, Provincie, & Fortalquerii Comes, Regnorum vero eius anno XII. feliciter amen die vigesimo primo mensis Aprilis quarte Indictionis Neapoli Nos Clmus Runchellus & Judex Civitates Neapolis, Johannes Francus publicus eiusdem Civitatis Notarius, & subscripti testes ad hoc specialiter vocati, & Rogati presenti scripto publico declaramus, notificamus, & testamur, quod accersitis nobis personaliter ad requisitionem, & instantiam nobis factam pro parte Nobilis & Egregii Viri Domini Nammorati de Osculo Regii Capitanei Civitatis Neapolis ad domos heredum quondam Ligorii Coppule de Neapoli sitas in Civitate Neapolis in platea minore Civitatis ipsius, in quibus dictus Dominus Capitaneus morabatur, & invento ibidem dicto Domino Capitaneo dictus Dominus Capitaneus ostendit, & presentavit nobis quasdam Regias licteras dicti domini Regis vero & noto sigillo pendenti cera rubea sigillatus, directas eidem Domino Capitaneo presentatas, ut asseruit eidem domino Capitaneo, pto parte Leonardi Gualfredocti, & Guidonis Benevenuti Sindicorum & Ambassiatorum Civitatis Pistorii, easdemque licteras vidimus, legimus, & inspeximus diligenter, & erant continentie subsequentis. Robertus Dei Gratia Rex Jerusalem, & Sicilie, Ducatus Apulie, & Principatus Capue, provincie, Fortalqueiii Comes Nammorato de Osculo militi dilecto devoto suo gratiam suam, & bonam voluntatem. Bonum regimen statumque prosperum Civitatis Pistorii &c. * Postque dictus Capitaneus coram nobis in quantum potest de iure renunciavit, & repudiavit officium ipsum Vicariatus dicte Civitatis Pistorii, remictentes eildem Ambassiatoribus pro parte dicte Civitatis Pistorii quacumque racione vel causa, asserens dictus Capitaneus, seu [*sic*] occupatum esse circa alia Regie Curie servitia, videlicet circa officium Capitanie Civitatis Neapolitane predicte, a quo officio Dominus Dux Calabrie, ac Vicarius Generalis in Regno iussit eumdem Dominum Nammoratum ad presens pro quavis causa nullatenus amoveri, pro ut asseruit Dominus Capitaneus memoratus, & sic se non posse dictas Regias licteras exequi iuxta ipsam continentiam, & tenorem quam iuris competentiis forsitam contra Civitatem ipsam remissionem, & assolucionem dictis Ambassiatoribus pro parte dicte Civitatis, seu dicte Civitate Pistorii factam valere voluit, & vult dictus Capitaneus, non obstante quod ambassiatores ipsi absentes sunt de Civitate Neapoli supradicta, ac promittit eandem remissionem non violaturam [*sic*] in posterum de iure vel de facto renuncians dictus Capitaneus legi finali in fine de probationibus digestis in contrarium edite cercioratus prius de beneficiis seu dicte legis & omni alii Juris, per quod contra predicta venire posset aliquatenus, vel tentare. In cuius rei fidem & omnium quorum vel cuius interest, vel interesse poterit, certitudinem, & cautelam factum est de premissis presens puplicum Instrumentum per manus mei Notarii supradicti signo meo signatum sigillo & subscriptione predicti Judicis, ac subscriptorum testium subscripcionibus roboratum. Quod scripsi ego predictus Johannes Francus puplicus eiusdem Civitatis notarius, qui predictis rogatus interfui, ipsumque meo consueto sigillo signavi.

Ego qui supra Clus Runchellus Judex Neapolis ad *contractum* subscripsi.

Ego Johannes Deutalleus de Ripatransone hiis omnibus interfui, predicta testor, & signo.

Ego Georgius de Civitate Penna hiis omnibus interfui, predicta testor, & signo.

Ego Coppus de Florentia hiis omnibus interfui, predicta testor & signo.

Ego Gualterius Bossa testis subscripsi.

ADNOTATIO.

* *Vide similes Roberti litteras n.* XIII. *qua de causa heic illas pretermisimus.*

XVI.

X V I.

Novi Vicarii missio, ex Archivo opere S, Jacobi Pist.

RObertus Dei gratia Rex Jerusalem, & Sicilie, Ducatus Apulie, Principatus Capue, Provincie, & Fortalquerii, Comes Angelo de Niguo de Janua Cambellano, & familiari suo, gratiam & bonam voluntatem. Bonum regimen, statumque prospero dignitatis [*sic*] Pistorii cupientes, amoto inde Bavigliano Mannetti de Florentia, certa suadente causa, te, de cuius prudentia, industria, & legalitate confidimus, Vicarium nostrum in dicta Civitate Pistorii suique districtu cum gagiis, familia, & equis in statutis ordinationis nostre contentis ex potestate nobis ad hoc legittime competenti usque ad sex menses a die, quo dictum officium exercere ceperis, numerandos, duximus statuendum, plena tibi meri, & mixti imperii, ac gladii potestate concessa. Quo circa devotioni tue precipimus, quot ad dictam Civitatem Pistorii te personaliter conferens predictum Vicariatus officium initi ad honorem, & fidelitatem nostram, statumque tranquillum, & prosperum Civitatis eiusdem sic fideliter, & diligenter exerceas iuxta formam ordinationis nostre, que in eeteris capitulis nostre confirmationis continetur, ac prudenter & sollicite te gerere studeas in eodem, pro ut inde prestitisti corporale ad sancta Dei Evangelia iuramentum, quod possis inde merito commendari, & ecce rectoribus Communis prefate Civitatis per alias nostras iniungimus litteras, ut tibi tamquam Vicario in Civitate iam dicta per nostram excellentiam deputato, in omnibus, que ad ipsius Vicariatus officium pertinere noscuntur, pareant, & intendant, ac de salario consueto, & debito integram tibi satisfactionem impendant. Nos etiam penas, & banna, que ipso durante officio rite tuleris, rata geremus, & firma, eaque per te pro parte nostra volumus a transgressoribus, pro ut iustum fuerit, inremissibiliter extorqueri: Presentes autem litteras propter viarum discrimina fieri fecimus duplicatas. Datum Avinione per magistrum Matheum Filmarinum de Neapoli utriusque iuris professorem locumtenentem Prothonotarii Regni Sicilie dilectum Consiliarium, familiarem, & fidelem nostrum anno Domini 1322. die 21. Aprilis quinte Indictionis Regnorum nostrorum anno 13.

X V I I.

Remotio Vicarii Pistoriensis, ex Archivo Opere S. Jacobi.

RObertus Dei gratia Rex Jerusalem & Sicilie, Ducatus Apulie, & Principatus Capuæ, Provinciæ, & fortalchguerii, Comes Berullano Manetii de Florentia fideli nostro gratiam & bonam voluntatem. Suadente causa Rationabili presertim decreti seu statuti observancia Civitatis ipsius ab olim munimine confirmationis nostre vallati te noviter a commisso tibi per nos in ipsa Civitate Pistorii vicariatus officio tenore presencium duximus de certa nostra scientia revocandum. propter quod fidelitati tue de certa nostra scientia jubemus, quatenus racione seu causa electionis de te facta per nos in vicarium Civitatis ipsius quicumque . . . . predicto non expetas, nec ipsum pro huiusmodi causa quomodolibet impetas, nec aliquid proinde recipias ab eodem. Datum avinione per Magistrum Matheum filmarinum de neapoli utriusque juris professorem locum tenentem pronotharii Cleg. Gen., dilectum Consiliarium, familiarem, & fidelem nostrum anno Domini 1322. 23. aprilis 8. Ind. Regnorum nostrorum XIII.

XVIII.

Consiliariorum, penes quos sit regimen Civitatis; Institutio, ex Archivo Opere S. Jacobi.

PHylippus de Sangeneto miles pro inclyto Principe Domino Karolo illustris Jerusalem, & Sicilie Regis Roberti primogenito, Duce Calabrie, ac dicti Domini Regis Vicario Generali in Florentia, & aliis Tuscie partibus Capitaneus ad Guerram & Vicarius Generalis. Tenore presentium notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos circa reformationem, & ordinationem status Civitatis Pistorii divina operante clementia per nos noviter recuperate de manu tyrannica, & reducte ad fidelitatem & reverentiam sacrosancte Romane Matris Ecclesie, & DDorum Dominorum nostrorum Regis & Ducis (*) inter alia, nostre considerationis oculos dirigentes, quod Civitas ipsa per ordinatos Consiliarios poterit salubrius & melius gubernari de fide sufficientia, & legalitate subscriptorum Pistoriensium Civium recepto testimonio laude digno plenarie confidentes ipsos consiliarios predicti Comunis Pistorii ex nunc & usque per totum mensem Julii primo futuri, & alias interea usque ad dictorum dominorum Regis vel Ducis beneplacitum sive nostrum tenore presentium ordinamus, recepto ab eis & ipsorum quolibet fidelitatis debite, & de exercendo officia ipsa legaliter pro ipsorum Dominorum parte corporali ad sancta Dei Evangelia iuramento, ita quidem quod omnia & singula agenda Comunis ipsius, quæ retroactis temporibus per duplicia Consiliariorum genera consueverant expediri, per ipsos tantum subscriptos Consiliarios explicentur, salvo & reservato, quod nil in ipsis consiliis ponere valeant, stansiare, vel firmare quod sit vel esse possit directe vel per obliquum contra reverentiam & honorem predicte sancte Romane matris Ecclesie, & dictorum Dominorum Regis, & Ducis, vel aliquod preiudicium eorumdem, vel heredum suorum, nec etiam sine conscientia, & expresso consensu Regis, & Ducalis Vicarii, qui erit pro tempore in ipsa civitate Pistorii, & salvis semper iuribus, superioritate Dominii, beneplacito, & mandato dictorum Dominorum Regis & Ducis & heredum suorum. Quibus quidem adicimus & Vicariatus auctoritate predicta ordinando statuimus, quod ex ipsis infrascriptis Consiliariis, qui sunt centum quinquaginta numero, sufficiant centum tantummodo in Consilio, quando plures ex ipsis haberi non poterunt, interesse, & ubi ipse centenarius numerus haberi non posset, licitum sit Antianis ipsius terre Pistorii cum voluntate dicti Vicarii adiunctos, qui *arroti* vulgariter in hiis partibus nuncupantur, facere in ipso Consilio, quotiens opus erit usque ad triginta qualibet vice ad plus ita ut quicquid cum ipsis adjunctis per dictos Antianos & Consiliarios presentes deliberatum fuerit, valeat, & teneat, ac si per omnes Consiliarios ipsos esset concorditer ordinatum, dum tamen necessarius sit, quod in negotiis dictum Comune tangentibus vice qualibet maior pars Consiliariorum, & in negotiis speciali uno personarum due partes debeant esse concordes. Predictam autem ordinationem eousque durare volumus, quousque placuerit dictis Dominis nostris Regi & Duci vel alteri eorumdem, pro quorum cuiusque eorum parte reservamus eis & nobis pro ipsis expresse predicta omnia, & singula posse corrigere, mutare, vel tollere pro ipsorum libito voluntatis nomina vero dictorum Consiliariorum.

Bonifatius de Ricciardis. Barontus Domini Vannis. Cominus Baronis. Ser Andreas Lapi iusti. Saninius Amadoris. Campa Lesis de Ricciardis. Jacobus Agnoli. Chellus Sacchetti. Lapus Baldi. Lippus Passare. Lapus Andree. Johannes Floravantis. Chellus Domini Broccardi. Ser Johannes Ser Corbori. Franciscus Domini Marchi. Jachatellus Nerii. Ser Meglius Caccialostis. Barontus Dini. Juncta Guerre. Lapus Aduiti. Ser Vannes Donati. Ser Lapus Meglini Paulus Bracci Soffredi. Ser *Pesce* Bartromini. Bartholomeus Johannes Braccii. Johannes Domini Drudi. Lapus Domini Foresis. Meus Truffe. Fredus

* Vide Joh. Villanum lib. X. cap. LVII. *Mediol. edit.*

Fredus Guarducci. Johannes Rainerii Floravantis. Johannes Bartholomei Domini Aste. Doninus Ser Aldimarii. Truffa Pagni. Vannes Puccij Pauli. Hubertus Domini Fortebracij. Andreas Fortini. Odaldus Ser Jacobi. Lanie Bartholomei pro porta Lucensi. Dominus Johannes Domini Braccii. Ser Vannes Cancellerii. Ghinus Donati. Filippus Puccii Gottoli. Johannes Montini. Ser Lapus Ser Pauli Stancolli. Lapus Birardetti. Johannes Fredi Bertuccij. Gualandus Domini Pagani. Ser Matteus Ser Johannis. Johannes Mucij Rainerii. *Larinus* Mucci. Lapus Ricchotenis. Ser Simon Ser Francischi. Tuscius Puccii. Uliverius Morandi. Jacobinus Baldi. Ser Lapus Ser Puccini. Bernardus Nardis. Magister Stefanus Ser Johannis. Barone Ser Denarii. Ser Vannes Ser Jacobi Benis. Ser Michele Guilli. Thomasius Ser Bonvassalli. Juncta Cursi. *Opicius* Domini Lazzarii. Dominus Enricus Domini Vannis. Nuccius Vannis. Nerius Carlini. Vannes Domini *Detti*. Janus Domini Javiani. Ser Vannes Domini Gualandi, Bertuccius Domini Corradi, Carlinus Landi, Guiglielmus Domini Bracci. Agnolus Datucci. Asta Andrucii. Ser Johannes Domini Simonis pro porta Caldatica. Ser Guido Vannis. Tillus Michael. Ser Lappus Montis. Ser Pace Ser Salni. Leccius Nucci. Spilglatus Lapi. Boldus Cecchi. Puccinus Cocci. Ser Lapus Bindi. Ser Chellus ser Armaleonis. Ser Spinellus Medicus. Lippus Mosis. Ser Bertinus Ser Stefani. Bonaccursus Domini Landini. Pierus Belli. Danius Bandini. Lippus Mercatantis. Bartholomeus Berti. Johannes Ser Mei Arrighetti. Pierus . . . Jacobus Perini. Dominus Vectorus Corborus Cecchidonis. Moncinus Domini Vannis. Lapus Domini Tholomei. Folignus Domini Pieri. Paulus Domini Fuccij. Baldassinus Rossi. Boldinus Monis. Pauluccius Vitalis. Guidus Ser Schiatte. Dominus Stancollus de Tavianis. Ser Lazzarus Chelli Fucci, & Ser Puccinus Simonis pro porta Guidi. Nicholinus Domini Andree. Bartholomeus Guittoncini. Stefanus Venuti. Jacobus Monis. Pierus Baronti. Ser Rainaldus Ser Amadini. Andreas Venture. Lapus Puccii. Doctus Cardini. Juncta Andree. Ser Andreas Jacobi. Johannes Mathei. Niccola Bandini. Pierus Domini Baschiere. Magginus Ser Orlandi. Paganuccius Ciani. Cecchus Noctis. Johannes Vitelli. Franciscus Mei. Franchinus Domini Lapi. Soffredus Sinibaldi. Baldinellus Drudi. Franciscus Bertuccii. Pisanus Venuti. Ser Justus Bartromini. Lapus Botticelle. Nicoluccius Grigossi. Nerius Megliorini. Baschiera Vannis. Gherardus Domini Filippi. Dinus Juncte. Lapus Mattei. Ceus Pucci. Nerius Domini Baschiere. Bartromeus Vitelli. Astalone Bonaccursii & Ser Bartrominus Domini Bonaccursi pro porta S. Andree. Datum Pistorii sub sigillo Vicarie, quo utimur, per Dominum Johannem Spinellum de Juvenacio, Juris Civilis professorem, Curiarum *magne* & Vicharie Regni appellationum Judicem Anno Domini 1328. die 4. Februarii II. Indictionis. Regnorum dicti Domini nostri Regis anno nono decimo.

X I X.

SPECIMEN STATUTORUM CIVITATIS AUXIMATIS

a. CIↃCCCLXXI. editorum,

Quod ex mendoso Codice descriptum ad nos humanissime misit eruditus, ac nobilis Abbas Joh. Baptista Talleonius.

Prohemium Statutorum Civitatis Auximi.

SAcrarum Sanctio legum prompta ratione, decrevit: Ut quisque sibi Populus proprium Jus constituat, ipsumque pro locorum, & rerum exigentia, & qualitate secundum varietatem temporis mutuet, & aptet: Cujus regulis honesta jubentibus, & prohibentibus contraria virtute Matris justitiæ constanter imperando, vetando, puniendo, & permittendo modeste vivatur: Nemo ledatur, jusque suum digne cuilibet tribuatur: *Hinc non erit sapientis Animum admirare, quod aliter* licet a prudentiorum venerandum memoria positum municipale Jus Auximanorum novissima emendationum supplectione, divisione, resecatione addictione in melius Deo previo: *Nos Statutarii infrascripti presumpsimus reformare: dividentes* volumen præsens in libros quinque. Quorum in primo de divino cultu, & ad ipsum spectantibus: necnon de sanctæ Matris Ecclesiæ reverentia, & obedientia, atque de Officiis nostri Comunis Regiminum; ac de Fiscalibus ejusdem Comunis, & pertinentibus ad eandem. In secundo de Civilibus causis, & negotiis. In tertio de Maleficiis. In quarto de quasi delictis, sive damnis. In quinto de variis, & diversis extraordinariis sub congruis titulis norme traduntur: Ad laudem igitur, & reverentiam Dei omnipotentis, gloriosissimæque semper Virginis Mariæ Matris ejus, Batorumque Apostolorum Petri, & Pauli, atque Sanctorum Dei Confessorum, Leopardi, Vitaliani, & Benvenuti Reverendissimorum protectorum Capitum, defensorum, & gubernatorum Civitatis Auximanæ, ipsiusque Comitat. fortie, & districtus cæterorum Sanctorum, Sanctarumque Cœlestis Curiæ: & ad honorem, reverentiam, & exaltationem Sacrosancte Romanæ, & universalis Ecclesiæ, ac Sanctissimi Patris, & Domini nostri Domini Gregorii divina providentia Papæ XI., & Reverendissimorum DD. Cardinalium eius fratrum; Præsertim patris, & Domini nostri Reverendissimi Angelici miseratione divina Epis. Albanen. in terris Romanæ Ecclesiæ in partibus Italiæ citra Siciliæ Regnum consistentibus ejusdem Domini Summi Pontificis Vicarii generalis, atque etiam Reverendi patris, & domini præcipui nostri domini Petri Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Auximian. Episcopi Locumtenentis ejusdem domini Vicarii in Provintiis Marchiæ Anconitarum, & Massæ trebariæ generalis, omniumque, & singulorum eorumdem Curialium canonice successorum. Necnon ad laudem, & perhemnem memoriam virtutum multiplicum, & personis singulis Domini protectoris, & eximii Concivis nostri Reverendissimi Domini Nicolai de Romanis de Auximo ejusdem Romanæ Ecclesiæ, & domini pro parte dignissimi, & probatissimi prothonotarii, ac Secretarii; Et ad statum pacificum prosperum, & tranquillum Comunis, & Universitatis & hominum dictæ Civitatis Auximi, ejusque Comitatis fortie, & districtus: Et ad honorem, salutem, & commendationem Auximanorum nunc regiminum: Et maxime Nobilis, & sapientis Viri D. Petri putis de Luneriis de Montesco Marchiæ Anconitarum pro Sancta Roman. Ecclesia dictæ Civitatis Auxime, ejusque Comitatus fortie, & districtus nunc honorabilis Potestatis, ejusq; Officialium, & Curiæ sub anno D. M.CCC.°LXXI.° Indictione nona: In Exterminium precipitium, & confusionem quorumcumque rebellium contrariorum, & quomodolibet emulorum Amen: Nos quidem Jacobus Vannutii Simon Petri: Tebalducius Vannutii: Vannutius Bartolacii: Vannes Ghyrarducii: Colaus Corardutii: Jacobus Vannis de Brachis: Antonius Jacobi

cobi

cobi, & Ledanutius Lentii Cives Auximani ſtatuarii, ad hoc auctoritate, deliberatione, & mandato regiminum, & generalis Concilii Univerſitatis hominum, & Comunis prædictæ Civitatis Auximi ſpecialiter deputati aſſumpti poſiti, & electi commiſſa, & injuncta nobis circa preſentium ordinationem Statutorum ſub præfati D. Petri poteſtatis provido, & maturo conſilio diligenter, & fideliter exequentes divinæ gratiæ invocatis præſidiis; *Noſtra utique, ac Civitatis prædicta Statuta, & ordinamenta* preſentia per correptiones addictiones, mutationes, & declarationes, & novas inſtitutiones edere, compilareque duximus & etiam roborare, prout de jure melius poſſumus, & debemus modis, & tenoribus inferius annotatis.

LIBRI PRIMI SPECIMEN

De Chriſtiana Fide tenenda R. I.

TEſtante Apoſtolo nulla operis boni ſtructura conſiſtere poteſt abſque fidei fundamento, & quicquid extra, vel præter fidem eſt a malo eſt: idcirco quoslibet Cives, ac Subditos diſtrictualis dictæ Civitatis fore volumus Catholicæ religionis imbutos: & eos ſacræ fidei Articulos, & regulas cuſtodire: prout ſancta Romana Mater Eccleſia tenet profitetur, & docet ipſoſque ſacris Canonibus, & legibus eſſe ſubjectos. Quod ſi quis autem quid abſit cecæ temeritatis audacia, vel quavis verſutia converſationis forma vel cauſa a prædictis fidei articulis, vel regulis deviare, aut etiam errare præſumpſerit velut indignationes, & pœnas divinas & Apoſtolicas Canonicas & legales per univerſitatem Comunis regimina, ſi perſonaliter haberi poſſit Illico capiatur, & ſub fide cuſtodie teneatur: & juxta qualitatem reat. & p. Arbitrariis penis realibus & perſonalibus ad noſtri Comunis juriſdictionem ſpectantibus in aliorum exemplum publice puniatur: Pro aliis non maioribus ſibi debitis pœnis competenti ſpirituali, & temporali Judici cum informatione negotii pro parte noſtri Comunis recepta tradatur.

De repellendis Hæreticis rebellibus Proditoribus exbanditis, & aliis malæ famæ perſonis. R. II.

MOrbida pecus, ne alias maculet a grege ſeparat; itaque nullus hæreticus, vel de hæreſi ſuſpectus, atque latens leo, ſacrilegus Proditor, falſarius, homicida, rebellis, inimicus, & exbanditus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel alicujus citrie ipſius, ſeu etiam noſtri Comunis Auximani: Et ſimiles malæ famæ, ſuſpectoque converſationis, & vitæ homines in Civitate Auximana, & in ejus Comitatu fortia, & diſtrictu moram aliquam trahere ſtare, vel permanere, aut quiſque alios tales facinoroſos homines, vel eorum aliquem tenere, vel receptare, vel eis præſtare auxilium, conſilium, vel favorem præſutat: ſed potius ipſos ſingulos capere detinere, & in fortia Comunis Auximani deducere teneatur: Contrafacientes autem ultra pœnas Canonica Sanctione, & legali cenſura ſtatuta realiter, & perſonaliter condiction. perſonarum delicti, & bannor. qualitate penſata Regiminum noſtrorum arbitrio taliter puniatur ut pertranſeant cæteris in exemplum: Et prius ordinamentum, & aliud ſuper proximam præcedens nulla reſtrictiva interpretationem recipere poſſint quominus in quintas aliqua vel pœnæ mitigatio, aut remiſſio ſequi poſſit: Sed potius extenſiva ad penalitatem penitus infligenda: quilibet autem Poteſtas noſtri Comunis ſuis temporibus ſucceſſivis bis ſaltem in diverſis menſibus ſub vinculo juramenti, & pœna XXX. librarum denaria de ſuo ſalario Comuni Auximi applicanda generaliter inquirere teneatur de prædictis, & quolibet prædictorum contentorum in præſenti, & præcedenti ordinamento: Et de unaquaque Parrochia ad minus duos Teſtes idoneos examinare, & culpabiles repertos debitis pœnis punire, ſive mulctare, & ſemper tales proceſſus, & inquiſitiones generales in ſuis libris, & actis ordinatis redigi facere per ejus No-

tarium maleficiorum : Ita quod prima inquifitio de prædictis formanda femper appareat , & reperiatur prima de inquifitionibus fuo tempore formatis Notarius non obmittens prædicta exequi pœna fimili teneatur .

De prohibita Blasfematione Dei , & Sanctorum ejus . R. III.

IPfa Divina lege conftat inhibitum ne quis nomen Dei fumat in vanum : Et exinde cum nil magis iram Dei habeat in homines provocare , q; nominis ipfius , & fuorum Sanctorum blasfemia conftitutione imperiali comperitur prohibitum fub graviffimis , & perfonalibus pœnis ne quis in tale facrilegii genus attentet prorompere . Quo circa ftatuendo diftricte vetamus , ut nemo deinceps Deum, five Jefum Chriftum redemptorem , five Salvatorem , vel Spiritum Sanctum , aut Trinitatem , aut etiam beatam Mariam femper Virginem , aut aliquem Sanctum, vel Sanctam Dei , aut eorum aliquod membrum quovis modo vel nomine publice, vel occulte blasfemare, vel in eorum aliquam blasfemiam , aut turpem , vel inhoneftam nominationem prorumpere verbo , figno , vel votu . Secus autem dicens, faciens, vel attentans, fi de Deo , vel Chrifto Jefu , vel Spiritu Sancto , aut Trinitate, aut beatæ Virginis Mariæ, vel contra eos , aut aliquod eorum membrum , feu de aliquo eorumdem in florenis XXV auri pro vice qualibet fine omni diminutione puniatur .· Quam pœnam fi folvere omiferit infra decem dies a die latæ, feu declaratæ condemnationis ex tunc mordachietur, & mordachitate unco fereo , five hamo in lingua ligato fupra caput retrorfum ad brachia per Civitatem Auximi publice fuftigetur .· poftq; nihilominus per trium continue menfium fpatium ad minus exul fiat , & expellatur extra Civitatem Auximi , & ejus Comitatum fortiam, & diftrictum , fi vero de aliquo alio Sancto , vel Sancta , vel aliquo eorum , vel alterius ipforum membra , feu contra eos , vel eorum aliquem quifquam mafculus, vel fœmina aliquo dictorum modorum præfumpferit blasfemare , vel prorompere in blasfemia , aut turpiter nominaverit quilibet in hoc culpabilis pro qualibet vice in decem florenis auri fine diminutione aliqua puniatur ; quam pœnam fi non folverit infra decem dies a die promulgatæ , feu declaratæ condemnationis fuftigari debeat publice per Civitatem . Et nihilominus per unum menfem continuum a Civitate , & Comitatu Auximi exul fieri fuper quibus tam enormibus maleficiis fpeciales denuntiatores per Poteftatem, vel Vicarium deputentur , quorum uniufcujufque denuntiantis dicto , & juramento cum uno tefte idoneo plene credatur, & ftetur ; Et nihilominus alia qualibet perfona bonæ famæ de tali exceffu denuntiare valeat , & referre , cujus dicto , & juramento cum uno tefte credatur , & ftetur : Et femper in quolibet cafuum prædictorum denuntiantis nomen fecretum ; & talis denuntians lucrari , & habere debeat tertiam partem bannorum , & pœnarum in præfenti Capitulo contentarum ex fua denuntiatione habendorum . Infuper quilibet Poteftas , feu Vicarius noftri Comunis fui vinculo juramenti , & pœna X. librarum de fuo falario Comuni Auximi applicanda teneatur , & debeat tertiam partem bannorum fingulis duobus menfibus de his generalem inquifitionem facere , & redigere in actis cum examinatione faltem decem Teftium fide dignorum pro qualibet inquifitione : quod quidem ordinamentum fit immutabile jure vel ordinamento contradictio non obftante .

De Veneratione Dierum Dominicorum , & Feftivorum Cuftodia . R. IV.

IMitatione divina , qui poft creationem Cœli , & Terræ die feptimo requievit , & in fuorum Sanctorum veneratione laudatur . Univerfæ perfonæ præcaveant , & abftineant Sanctiffimis Dominicis , atque Pafchalibus , & feftivis diebus aliqua ruralia , & etiam artificialia opera exercere , vel in eis aut aliquo ipforum laborare , vel quodvis artificium , vel laborerium facere per fe vel alium deferre farcinas ullo modo diebus præcipue infrafcriptis , videlicet .· Diebus quibuslibet

Do-

Dominicalibus, Die Nativitatis Domini nostri Jesu Christi cum duobus diebus sequentibus, Die Circumcisionis Domini, diebus omnibus festivis beatæ Mariæ Virginis, Die S. Blasii: Die Cinerum usque ad horam tertiarum, Die Sanctissimo Veneris Dominicæ Passionis, Diebus solemnibus tribus Pasquatis Resurrexionis, Die festi Ascensionis Domini, Diebus festivis beati Michaelis Arcangeli, diebus festivis solemnitatis Pentecosten: Die festi SS. Corporis Domini nostri Jesu Christi: die festi Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, Die festi beati Georgii Die festi beati Marci Evangelistæ, & cæterorum Evangelistorum, Die festivitatis singulorum Apostolorum, Diebus SS. Gregorii, Augustini, Ambrosii, & Hieronymi Doctorum, Die festi omnium Sanctorum, Die festi S. Benedicti, Diebus festorum Sanctissimorum Protectorum nostrorum Leopardi, Vitaliani, Victoris, Benvenuti, Die festi S. Bernardini, diebus festivis Ss. Crucis, Die festi S. Ludovici, die festorum S. Mariæ Magdalenæ, & S. Florentii, die festi beati Laurentii, Die festi S. Dominici, die festi S. Francisci, die festi S. Antonii Abbatis, die festi S. Catherinæ, die festi S. Luciæ, & Sanguinis justi, die festi S. Nicolai, diebus processionalibus usque post factas processiones. Contrafacientes autem in prædictis qualibet vice viginti solid. denar. pœna ipso facto mulctentur. Et bastum si quo aliquo die dominicali, vel Paschali, aut simili modo solemni super aliquam bestiam appositum fuerit, vel repertum possit, & debeat in platea illico concremari, seu igne comburi; & quilibet de tali reatu possit publice, vel occulte denuntiare, cujus Sacramento credatur, & teneatur secretum, & medietatem pœnarum obtineat, & quolibet ipsorum dierum unus ex Notariis Potestatis ad rimandum de prædictis, & inquirendum personaliter transmittatur, & attendere teneatur vinculo juramenti, & pœna C. solidos de ipsorum salario a prædictis eos casus declaramus ex eo . . . . de aqua per duas salmas ad plus, vel de oleribus percisum, & sufficientium unius diei tantum, aut de pomis comestibilibus ad usum hominum modice, & sine salma, seu & de stratibus ad usum bestiarum in diebus pascalibus, & dominicalibus sine salma: Cæteris non festivis diebus per unam salmam deferre, vel portare comperta fuerit: Item si aliquod opus, vel laborerium fieret, prout in aliquo loco sacro, prout vel religioso . . . . intuitu pietatis, vel in honorem Dei, seu vero per manifesta, & evidenti reportatione alicujus repentis, & subteranei, aut vero pro necessaria fortificatione, vel reparatione alicujus publici laborerii circuere, vel murorum Communis nostræ Civitatis: necnon pro aliquo transductu, vel tractu alicujus grandis ligni, vel lapidis magna, & laboriosa opera exigentis de licentia potestatis: Item & pro venatione, & aucupatione silvestrum, atque & pro macellando carnes, vel vendendo Pisces ad necessitatem hominum diebus aliis, ... Nativitatis Domini, & Paschalibus: Item pro necessariis ferraturis animalium, ac etiam pro necessario medicinalium apparatu, in quibus, ... & aliis similiter necessariis, vel periculosis, quos in domini Potestatis, vel Scindicis arbitrio, & discretione remittimus, nemo ad pœnam aliquam teneatur.

Ancora che sia lecito a ciascuno forastiero, che volesse vendere Scarpe nella detta Città de Osimo tutti li dì della settimana posser venire, e tornare, e vendere senza pagamento alcuno de Gabella le dette Scarpe, excetto el Santissimo dì della Domenica, e le altre Feste principali, non possa vendere alla pena de XL. soldi per ciascuno, contrafarà, e per ciascuna volta; E le feste principali, che si vogliono guardare dentro, e de fuora della Città secondo S. Bernardino . . . . queste infrascritte; E le altre Feste che sono nelli Statuti si guardino dentro solamente; E prima la Natività del nostro Signore Jesu Christo, la sua Circuncisione, le Pasque, cioè l'Epifania un dì; e le altre tre dì per ciascuna: li dodici Apostoli: la Purificazione della nostra Donna: l'Annunziazione, l'Assunzione, e la Natività de quella: San Michele Arcangelo de Settembre: le feste delli nostri Avvocati, e protettori, cioè S. Fiorenzo, la festa d'ogni Santi: la Invenzione della Croce de Maggio: l'Officio del Corpo de Cristo: S. Lorenzo, S. Martino, S. Joanni de Giugno. Et ita ut supradictæ festivitates apparent Ser Lucas de factis de Monte Monaco Cancellarum Auximi attestatur invenisse in dicto libro Ser Damiani præfati, & fideliter transcripsisse. Et similiter ego Petrus

Leoci

Leoci Ser Francisci Petri de Auximo Jurisdoctor minimus transumpta vi, & consequenter sub congrua materia, R. addendo collocavi.

De Visitatione Ecclesiastica simul facienda per Potestatem Confalonarium, Priores Cancellarium, & Camerarium Comunis Auximi. R. V.

QUia regentium Cor Dei esse debet: & omne bonum judicium de cultu divino procedere noscitur: Idcirco nostri Comunis regimina, quæ debent esse speculum subditorum . . . . . Potestas, vel ejus Vicarius Confalonerius, Priores vel major pars ipsorum Cancellarius, & Camerarius singulis Pascalibus solemnibus, & Dominicalibus, & festivis diebus ex eorum vocabulis Ecclesiæ reperiuntur, & colomne apud Civitatem, & burgos Auximi visitare simul Basilicas ipsorum festorum: Et in pascalibus dominicalibus Ecclesiam Cathedralem, & solemnibus Missis pariter interesse noverint se astrictos vinculo juramenti, & pœna centum solidorum den. pro quolibet ipsorum contrafaciente, & qualibet vice nisi justa, & evidens fuerit causa impedimenti, vel . . . necessarie, aut valde utiliter imminentis: Quæ quidem causa impedimenti, vel . . . . & Confalonerii arbitrio, & discretione sub eorum vinculo juramenti consistat: Additur insuper ut diebus processionalibus cum Clero, & . . . . . cum ipsis Processionibus teneatur accedere, in quibus diebus quandiu ipsæ processiones duraverint nulla Janua Comunis teneatur aperta.

De obsequiis exhibendis in laboreriis reparationibus, & augumentis Episcopalis Ecclesiæ nostræ. R. VI.

STabimus omnes ante Tribunal Jesu Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit, sive malum: qua de re ordinando firmamus, quod Potestas Confalonerius, & Priores per dominum pro tempore Episcopum nostrum de aliquibus maxime operum suffragiis ad reparationem, vel augumentum nostræ Cathedralis Ecclesiæ, vel edificiorum spectantium ad eandem fuerint requisiti, debeant, & teneantur talem requisitionem cum operibus, seu suffragiis inde petitis proponere, seu proponi facere in consiliis opportunis, & secundum ipsam deliberationem suffragia ipsa, & opera diligenter faciant exhiberi. Et talis deliberatio vel sic obtenta, seu quomodocumque per dicta Consilia semper firma sit, & valeat, servetur, & executioni mandetur; non obstante forma, & ordine prætermissis, confirmantes tandem per hoc ordinamentum, & minime removentes contra beneficia obsequia, & subsidia memoratis Episcopo Ecclesiæ, & Episcopatus ex quacumque consuetudine, observantia, ordinatione, vel provisione ubicumque, quandocumque, & quæcumque inducta, seu vero statuta, & in posterum statuenda.

De celebratione, & cultu Festorum Sanctissimorum Defensorum nostrorum Leopardi, Victoris, & Benvenuti. R. VII.

QUoniam qui seminat benedictiones de benedictionibus metet vitam æternam: Et quia per Sanctorum honorificationem, & culturam placatur Deus, ideo ut beatissimi Protectores nostri prædicti apud Deum pro gubernatione, & augumentatione boni status, & salutis nostræ Civitatis existant disponimus in præsenti, quod annuatim per 15. dies ante singula festa prædicta fiant in Consiliis proposite modo ipsa festa honorandi, & quicquid, & post plus, & ultimam formam, & honorificentiam inferius adnotatam in ipsis Consiliis deliberatum extunc integraliter observetur: Volumus tantum hæ celebritates in honorem dd. festorum . . . . omnibus fiant . . . Potestas Confalonus, Priores, Cancellarius, & Camerarius una cum hominibus Consilii generalis per requisitionem præcedentibus Tubis, & Instrumentis personaliter accedere teneantur ad Epi-

Episcopalem Ecclesiam, ubi festa ipsa coluntur, & ibi per manum potestatis offerre unum palium de sirico valoris centum sol. den: pro quolibet ipsorum festorum: Et nihilominus per ipsa Regimina, & consilium ponerentur, & offerantur ibidem de candelis cereis quot opportune fuerint secundum providentiam DD. Potestatis, Confalonerij, Priorum, & post per DD. Potestatem Confalonerium, & Priores extiterit ordinatum. E dicta festa custodienda præcedenti die banhiare ex mandato, & parte Potestatis pæna centum sol. de ipso salario applicanda Comuni. Quoniam vero ex consuetudine quadam festum S. Victoris anno quolibet in die 15. mensis Maij per clerum, regimen, & app . . . solemnis celebratur; idcirco ad honorem ipsius, & beatæ Coronæ, ac perpetua ordinatione firmamus, quod singulæ Artes infrascriptæ, homines ipsarum Artium, & eorum Capitanei ex debito in recusabili teneantur communibus expensis Universitatum earumdem Artium annuatim die, & mane dicti Festi solemniter offerre ad missam solemnem nostræ Cathedralis Ecclesiæ unum Cereum cum Candelis, & unum palium sub excanexi valoris, & ponderis . . . Collegium, & matricula Advocatorum, & Notariorum per manum Prioris eorum unum Cereum ponderis ad minus sex libris Ceræ: Et nihilominus per manus singulorum Collegiatorum saltem unam candelam honorabiliter condecentem: Itemque unum palium valoris saltem quadraginta solidorum Collegium Artium Fabrorum, Speciariorum, & Merciariorum simul, & mixtim simile palium cum candelis, & Cereo: Collegia Artium tam Certonie, quam Sutorie simul, & mixtim pariter pro quolibet ipsorum Collegiorum similia palia cum Cereis, & Candelis teneantur offerre, vel etiam divisim ex ordine tenendo per eventum sortis præcedenti die ponendæ inter Capitaneos ipsarum Artium ad voluntatem, & mandatum Dominorum Potestatis, Confalonerii, & Priorum.

Collegium artis Carpentariorum, & Muratorum simile pallium cum Cereo, & Candelis.

Collegium Artis Barbitonsorum, & Pallipariorum simul, & mixtim unum palium valoris saltem XX. solidorum cum similibus candelis exhibeat dicto festo.

Molendinariorum quoque, atque Fornariorum, & Fornacciariorum simul, & mixtim unum palium valoris ad minus XX. solidorum cum similibus candelis.

Collegium Bubulcorum, Ortariorum, ac pactualium, & alienorum famulorum simul, & mixtim simile super proximo palio cum candelis dicto festo teneantur offerre.

Item & Tabernariorum Panificum Hospitum Bercariorum Vendiriculorum Colegium simul, & mixtim simile palium cum candelis, & uno cereo valoris 30. solidorum simili loco, modo, & tempore teneatur offerre: ad quæ omnia exequenda, & observanda homines, & Artifices dictarum Artium, & earum Capitanei, nec non & aliarum similium Artium, quas in nostra Civitate operari contigerit, possint, & debeant per nostra Regimina realiter, & personaliter quibuscumque remediis tam præcise, quam causative compelli post, & sicut eidem Regimini ad plenam executionem prædictorum jussum fuerit, & placebit; In quorum paliorum, & cereorum offertum talis preparatio fiat, quod diebus præcedentibus ipsum festum juxta deliberationem Consilii generalis, aut superstitum ad ea per ipsum Consilium deputandorum: Prædicti Artifices, seu prædictarum Artium, homines, & personas, sive ipsorum Capitanei præmoneantur ad ordinandum prædicta ore tenus, vel bandimenta, & demum ipsa die festi de mane Potestas cum Confalonerio, & Prioribus nostræ Civitatis personaliter se conferant in logiam Ecclesiæ S. Gregorii, coram quibus prædictæ aliæ personæ omnes debeant comparere, & in exequendo prædicta eorumdem parere mandatis, & in accessu ad dictas offertiones illi præcedere, vel succedere debeant, de quibus, & prout per formam hujus præsentis ordinamenti ab ipsis Potestate, Confalonerio, & Prioribus, vel qui loco eorum fuerint provisum extiterint, vel etiam ordinatum, quorum mandatis monitis, & præceptis circa prædicta, & infrascripta teneatur quilibet obedire, & singuli de Parochiis dictæ Civitatis, necnon Capitanei, & suprastantes eorum juxta mandatum, & ordinationem prædictorum Regiminum teneantur, & debeant separari ad festandum, & pro se stando, & dictum festum honorando

do

do omnia, & singula exequi, & executioni mandari, & compellantur, & possint compellere ad hoc inevitabiliter per Potestatem realiter, & personaliter cum effectu.

De pœna tripudantium, sive ludentium in Ecclesia. R. VIII.

CUm domum Dei deceat sanctitudo, & non falcitudo, & luxuria correalis, ubi potius debet homo pro suis peccatis gemere, & orare, statuimus, quod de cætero nulla persona utriusque sexus in quacumque Ecclesia Civitatis, & districtus Auximi de cætero tripudiare præsumant: Contrafacientes vero præter punitionem divinam, quam debeat merito formidare . . . . , & quilibet pulsans quodcumque Instrumentum dicens cantilenam centum, & qualibet vero prima tripudians XL. sol. pænam incurrat, quam integram infra octo dies solvere teneatur: Cujus quidem pænæ medietas Communi, & altera medietas Ecclesiæ, quæ talem receperit injuriam pro ejus fabrica, vel paramentis, aut aliis necessariis absque deductione qualibet applicetur. Nullaque persona sub dicta pena audeat tripudiare de nocte, vel de sero post tertium sonum campanæ, aut & ante diem.

De pæna intendentium ad Cantilenas tempore Orationis, & Officii divini. R. IX.

ITem statuimus, quod nullus in platea, vel alio loco Auximi, & districtus in quibuscumque diebus præsertim Dominicis, & festivis ante prandium, qua ora debent omnes Fideles frequentare Ecclesias, & non vanas, & inutiles Cantilenas audeat cantare, seu referre fabulas, seu alia negotia rimata, vel de tabula rotunda, aut paladmis vel aliis similibus quibuscumque, & hoc sub pœna centum sol., & decem sol. pro quolibet audiente.

De pæna Venantis, vel Solaciantis in Sanctissimo die Veneris Dominice Passionis. R. X.

QUedam abusum . . . . animarum, qui sub devotionis pallio subintrasse videre extirpare per nostræ providentiæ studium cupientes statuimus, quod de cetero in die Veneris S., qua cuncti fideles debent visitare Ecclesias, elemosinas largiri, audire officium, & prædicationem Dominicæ Passionis, ac stare debere modeste abstinenter, humiliter, plusque die aliqua anni, & a cunctis solatiosis actibus peccavere non audeat ire venatum: & si quis contrafecerit in centum solid. puniatur.

De Veneratione prætiosissimi Sanguinis Justi, & beatæ Luciæ Virginis. R. XI.

EXcellentis miraculis claritudo Auximanis apud devotam Ecclesiam S. Nicolai super naturam exhibita per apparentiam vivi sanguinis nostri Redemptoris unigeniti, & coeterni Dei Patris omnipotentis Domini nostri Jesu Christi uncones ferventissimæ devotionis attrahit ad recognitionem tanti meriti singularem, ut annuatim in festo Beatissimæ Virginis Luciæ, cujus in die miraculum ipsum apparuit, teneantur, & debeant Potestas, Confalonerius, Priores, atque Cancellarius, & Camerarius una cum Consiliariis generalis Consilii per requisitionem personaliter accedere ad ipsam Ecclesiam; Et dum solemni ibi missa cantatur per manum Potestatis offerre ad Altare dicti Miraculi consuetum unum palium de sirico valoris centum sol. den. expensis Comunis: Et nihilominus unum cereum ponderis quinque librarum ceræ per manus eorumdem Regiminum, & Consiliariorum dictis expensis offerre teneantur ibidem in accessu, & redditu Eccle-

siæ

siæ vero S. Luciæ die ipsa offeratur dictis expensis per manum Potestatis unum cereum ponderis ejusdem vel quinque librarum.

De Cereis offerendis aliis Ecclesiis pro Comune. R. XII.

ECclesiæ S. Francisci, Fratrumque Minorum de Auximo in festo ipsius Sancti, dum ibi Missarum solemnia celebratur, pro quolibet ipsorum festorum expensis Comunis per Potestatem, Confalonerium, & Priores, Cancellarium, & Camerarium offeratur unus cereus ponderis trium librarum: Ecclesiæ vero heremitarum in festis Beatissimi Doctoris Augustini, & beatæ Virginis Catherinæ pro quolibet ipsorum festorum modo simili similis offeratur. Item Ecclesiis quibuslibet sub vocabulo alicujus Apostolorum annuatim in festis ipsorum pro qualibet ipsarum Ecclesiarum exhibeatur pro Comuni modo simili unus cereus; Et eodem modo Ecclesiæ S. Laurentii in festo ipsius. In festivitatibus vero S. Florentii, & S. Gregorii doctoris modo simili unus cereus annuatim ponderis quinque librarum ipsorum Sanctorum Ecclesiis pro qualibet Ecclesia offeratur. Cæterum in festivitatibus reliquorum Sanctorum, sub quorum vocabulis speciales Ecclesiæ existent in Auximo, quibus non est aliter in puri, vel aliis ordinamentis de supernaturali oblatione, provisum fiat offertio pro qualibet ipsarum Ecclesiarum in festo proprio, & principali earum annuatim dictis expensis de uno cereo ponderis duarum librarum: Quæ omnia operis pietatis ordinamenta supra & infrascripta universi Comunis regimina vinculo juramenti, & pæna decem librarum den: pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice teneantur facere observari.

De elcemosinis, & subventionibus tunicarum Religiosorum Mendicantium. R. XIII.

QUemadmodum aqua igne sic elæmosina peccatum extinguit, sane pro nostri recompensatione reatus ad Dei misericordiam implorandam pleno robore stabilimus, quod annuatim de mense Julii de bonis, & havere nostri Comunis conventui Fratrum Min. S. Francisci pro Tunicis, & aliis eorum indigentiis XX. lib. den. Conventui vero hæremitarum Fratrum S. Augustini de Auximo X. lib. pro eisdem ipsorum necessitatibus sub devotionis affectu miserabiliter impendantur.

De Elæmosinis impendendis Monasteriis, & Conventibus dominarum. R. XIV.

MOnasterio, & Conventui Religiosarum S. Marci Item Monasterio, & Conventui S. Margaritæ, necnon Conventui, & Monasterio Dominarum sancti Michaelis, atque Monasterio S. Agnetis pro quolibet istorum Monasteriorum, sive Conventuum anno quolibet de dicto mense Julii expen. dictæ Comunitatis duorum florenorum auri elæemosina devotissime largiatur.

De subventione hospitalitatis, & manutentione. R. XV.

FIat singulis annis hospitalibus pauperum pia elæmosinarum erogatio per Communem in subsidium laborerii, aut in substentationem pauperum, prout utilius Dominis Potestati, Confalonerio, & Prioribus visum fuerit expedire de quinque libris den. pro quolibet Hospitali, quod factum fuerit, vel fieri contigerit in Civitate Auximana, vel in Burgis. Præterea unusquisque Potestas saltem semel in tempore suo unacum Confalonerio, & Prioribus indagare teneatur de hospitalibus pauperum Auximanis qualiter, & quomodo gubernentur, & opera dare pro manutentione, & augumento, ipsorum de opera pietatis ejus vinculo juramenti.

De Immunitate, & privilegio Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum. R. XVI.

MUnerum sordidorum, aut exactionum quarumlibet secularium sarcina, vel jactura Ecclesiam aliquam, vel primam Ecclesiasticam absit a nostro Comuni aliqualiter onerari. Quin imo potius privilegiis juribus immunitatibus, & favoribus Canonicis, & legalibus hactenus indultis, & indulgendis imposterum . . . loca, & perpetue gaudeant in eternum: hoc eis insuper addito beneficio, quod in causis ad eas, seu ea spectantibus per nostra Regimina favorabiliter, & summarie procedatur, ordinamento contrario non obstante. Et quod injuriæ, offensiones, crimina, & excessus in eas, & ea, seu etiam in ipsis Ecclesiis, & continentibus earumdem commissa committenda, & inferenda pœnis triplicibus vindicentur.

De Festo Corporis D. N. Jesu Christi solemniter colendo. R. XVII.

NUlla tam grandis natio reperitur, quæ habet suos Deos apropitiantes sibi, sicut adest nobis Deus noster omnipotens, cujus Unigenitus caritatis vehementia factus homo Corpus, & sanguinem præciosissimum ejus pro nostræ reparatione salutis in Ara Crucis obtulit Deo Patri: Nos siquidem Auximani ad tanti beneficii memoriale peremne festum tanti Sacramenti ab Ecclesia ordinatum solemniter & devote celebrare presentis ordinamenti vigore compellimur hoc modo, quod annuatim in vigilia dicti festi per nostra regimina requiratur Pater, & Dominus Reverendus noster Dominus Episcopus, vel ejus vice aut locumtenens, aut saltem Archidiaconus nomine universi Cleri Auximani, & cum magna devotione, & solemnitate mane proximo dicti festi consecratum corpus prædictum deferri ordinet per Civitatem Auximi more processionali cum Clero, & Populo, & honorabili apparatu: Postque statim bandiatur generale consilium pro dicto mane festi, & quod omnes Cives majores XIIII. annis, & minores septuaginta debeant ad dictam processionem, & sequelam dicti Sacramenti accedere pena D. Potestatis arbitrio auferenda. Et demum dicto mane DD. Potestas, Confalonerius, Priores, Cancellarius, & Camerarius vinculo juramenti, & pæna X. librarum pro quolibet ipsorum teneantur cum consilio, & populo quanto poterit, etiamsi opus fuerit compellendo accedere ad Ecclesiam Cathedralem coram Prælato prædicto, & ipsius in dicta processione ipso mane imitari, & sequi vestigia, & mandata; & in reditu post processionem interesse celebrationi misse solemnis cum prædicatione usque ad finem portando in dicta processione accensa, finaliter in dicta Ecclesia, & missa offerendo unum cereum ponderis sex librarum, & per manus Regiminis, & Consiliariorum tot libras Candelarum, quot visæ fuerint DD. Potestate Confalonerio, & Prioribus, ipsaque die dictis missa, & processione durantibus portæ Civitatis non imo clausæ potius teneantur vinculo juramenti.

De Archivo, & trocho Communis ad conservationem privilegiorum actorum, & scripturarum. R. XXXII.

QUæ cariora noscuntur ampliori decet cautela recondi, pontificalia itaque, & alia nostri Comunis indulta jura, & privilegia, quæ sunt in trocho comunis Palatii, & alibi ubicumque, seu essent pro tempore: nec non & acta causarum atque sententiæ latæ, & ferendæ super, & de nostra Villa, ceteraque, & alia similia contingentia in futurum diligenter recludantur, & custodiantur sub clavibus tribus nunc deputatis, & consuetis, & sub aliis, seu alibi prout toties, & melius provisum extiterit: per quod quidem nostrorum Consiliorum, & Regiminum, sed quod ad memoriam firmiorem omnia capientur, & publicentur, & de ipsis inventaria ordinata conficiantur legenda simul in generali Con-

Consilio tempore cujuslibet Prioratus: Decernimus in presenti, & dum opus fuerit ipsa jura acta, & privilegia exhiberi non originalia ipsa, sed eorum copiae deferantur nisi evidens necessitas aliter suaderet: Particularia quoque, seu ad preciatorum catasta nostri Comunis sub eadem diligentia conserventur, libri vero, & scripturae actorum, reformationum, condemnationum, introituum, & exituum Comunis, & similes scripturae Comunis apud Cancellariam in aliqua bona, & forti cassa tribus clavata similiter clavibus diligenter servanda persistant; quorum, & quarum nemo possit inspector, vel copiator fieri nisi in praesentia Cancellarii, vel sui Notarii, & duorum saltem ex Prioribus: item quod aperturae cujuslibet trochi Comunis debeant personaliter interesse potestas, vel ejus Vicarius Confalonerius, Priores, & Camerarius, necnon & Cancellarius cum aliis saltem quatuor bonis Civibus per eosdem decernendis, in quorum etiam praesentia prospiciantur, tangantur etiam, & recludantur paena Contrafacientium centum flor. den. pro quolibet, vice qualibet. Provisum est insuper quod in Communi habeantur, & fiat unus magnus, & grossus liber cartae papari, cujus nomen sit Registrorum Comunis, in quo per ordinem manu cujuslibet Cancellarii conscribantur summae omnium quantitatum, introituum, & exituum Comunis perventorum, seu expensarum tempore cujuslibet Prioratus; ita quod clare patere possit, quantum in introitibus, & quantum in introitibus, & exitibus fuerit tempore uniuscujusque Prioratus, & simili modo conscribatur, & fiat in fine offitii cujuslibet Camerarii de introitibus, & exitibus sui temporis: Preterea in alia spatiosa parte dicti libri manu praedicta scribantur, & registrentur omnes, & singulae solutiones talearum, subsidiorum, censuum, & similium rerum, & quantitatum persolutarum, & persolvendarum Camerae Romanae Ecclesiae cum memoratione loci, & temporis, & personis tam solventis, quam recipientis, necnon registrentur ibidem singulae quietationes factae, & faciendae de talibus, & similibus solutionibus Comunis de verbo ad verbum, & idem intelligatur, & observetur de expensis edificationis cassari, & de salariis Advocatorum, & Procuratorum Comunis in causis actis, & actitandis occasione Villae, caeteraque, & de caeteris similibus comunis expensis factis, & faciendis, ita quod perpetue pateat, & clareat, quibus, & per quos, & quantum, & qua ex causa dictae solutiones existerent factae, & ad majorem cautelam quilibet Camerarius teneatur, & debeat de omni solutione per eum facienda majoris quantitatis decem lib. den. recipere pro Comuni expressam quietationem plenariam, dummodo solutio fiat creditori debenti recipere, & dum fit alteri pro altero sicut contingit in Ambasciatoribus, seu Nuntiis, qui mittuntur alio pro Comuni ad solvendum recipere confessionem expressam de receptis, quarum quietationum, confessionum, & receptionum unaquaeque clare, & distincte, ac plene de jure per manum Cancellarii ex debito sui officii, & absque alia mercede recipienda conscribatur, & registretur, & redigatur in registro praedicto non obstantibus scripturis factis, & faciendis in particularibus libris Cancellariorum.

EX LIBRO II.

De errore, qui esset in Prothocollis, R. XXV.

ORdinamus, quod si error esset in Protocollo alicujus Notarii defuncti, ita quod negligentia ipsius non inveniretur inditio in ipso Protocollo, quod Notarius, cui commissa sunt Protocolla dicti Notarii defuncti, teneatur in publicatione Instrumenti ponere Indictionem secundum annos, qui currebant tempore confectionis Instrumenti.

De Contractibus, & eorum exemplis habendis. R. XXII.

IN contractu, & obligatione, de quibus aliquis Notarius fuerit rogatus scribere Instrumentum ille, qui promisit, vel obligavit, debeat exemplum habere illius contractus, vel obligationis ab eodem Notario si suscipere voluit, ita tamen, quod Notarius faciat mentionem in illo exemplo de primo attentico Instrumento, quod Instrumentum emptori scripsit, vel recipienti obligationem, ne antiqua calliditas, vel deceptio intervenire possit; Et si Notarius jam scripsisset Instrumentum primum autenticum cogat Potestas, vel Judex illum, qui recipit Instrumentum, aut ipsum Notarium assignet, & si dicat ipsum se non habere, vel amisisse, juret de veritate dicenda, & illud exemplet petenti, & si non apparent, scribat Notarius secundum formam Protocolli, & det unicuique unum, & si in aliquo discreparet Instrumentum taliter refectum a primo Instrumento non præjudicet Notario, dummodo servet sub . . . contractus.

Qualiter Notarius, cui commissa sunt Protocolla, scribat secundum formam Protocolli. R. XXX.

SI quis Tabellio ad religionem transierit, vel transit, vel decessit, vel detentus esset aliquo impedimento, & in sua ultima voluntate, vel aliter sua Protocolla commiserit. Statuimus, quod Successor Notarius, & Commissarius ea publicet, & scribat, & ea quæ scripserit illesa conserventur ita ut Notarius scribat secundum formam Protocolli, & secundum contractus possit Notarius de prædictis Instrumentis scribere secundum conventionem suam, quam solitus est habere in contractibus ad sensum Sapientis illius, ad quem pertinet Instrumentum non mutando tenorem contractus in omnibus terminis, & quantitatibus; Et si in dicto Protocollo non esset nomine principis, nihilominus dicta Protocolla valeant, & teneantur nec propter hoc possint aliqualiter infirmari.

EX LIBRO III.

De pæna dicentis verba injuriosa, & re improperosa. R. XIII.

SI qua persona contra aliquem absentem dixerit, vel protulerit verba injuriosa v. g. traditor, Assassino, Ravaglioso, falso, Micriggiaro, Robbator, Puttana, Rossiano, farmicularo, furo, latro, & hiis similia verba, de quorum similitudine stetur arbitrio, & declarationi Potestatis, vel Judicis pro quolibet dictorum verborum, & pro quolibet delinquente, & qualibet vice in centum sol. den. condemnetur: si vero alia leviori injuriosa, vel minatoria verba dixerit, v. g. tu menti: tu sei una bestia, figlio d-una Puttana, asino, sanguenente, merda dell'Asino, & similia, de quorum similitudine stetur libere, in arb., & declaratione Potestatis, vel Judicis condemnetur pro quolibet verbo delinquens, & qualibet vice in sexaginta sol. den. improperosa vero seu improperatoria verba contra aliquem presentem, vel etiam absentem personam bone conditionis, & famæ dicens, vel proferens de aliquo male gesto illato, vel passo, vel per ipsam personam contra quam dicta, vel prolata extiterit vel ejus attinentem, sive convictum hominem, seu vero infamaverit, vel ad infamiam protulerit de aliqua turpi, vel verecunda operatione, vel de aliqua exequutione . . . . seu vero de aliqua condemnatione per aliquem officialem, & hiis similia, de quorum omnium similitudine, & qualitate semper stetur arbi., & declarationi Judicantis, tunc semper talis delinquens in quolibet casuum prædictorum secundum veritatem, & distinctionem supra traditam. Si vero verba prædicta, vel aliquid prædictorum dicta fuerint in publica Platea Communis, vel in Palatio Communis, vel in logia aliqua Communis, vel in aliquo loco, ubi Potestas, vel Judex, vel aliquis Judex potestatis . . . . esset pro aliquo suo officio exercendo tunc talis delinquens

linquens in quolibet casuum prædictorum sanctione distinctionem supra traditam in duplo dictarum pænarum vice qualibet condemnetur. Item, quicumque contra aliquam personam aliquam turpem, vel verecundam cantilenam fecerit, dixerit, vel cantaverit, ita quod possit verisimiliter ad injuriam revocari in X. lib. den. pro quolibet, & vice qualibet puniatur, & de tali verisimilitudine stetur arb. Potestatis, vel Judicis, si aliter probari non possit.

De pecuniali pena Adulterii, & fornicationis lenocinij. R. XXVII.

MUlierem bonæ famæ nuptam, vel non nuptam si quis volentem carnaliter cognoverit in L. ff. den. condemnetur, si quis vero non volentem per vim cognorit, condemnetur in L. florenis auri, & intelligatur bonæ famæ omnis mulier, ad quam non probaretur contrarium, muliere vero non bonæ famæ si quis per vim cognovit si publicam meretricem in XL. sol. den. alias si malæ famæ in X. ff. den. puniatur. Voluntarie autem mulierem bonæ famæ cognoscens si nupta non fuerit ad nullam pænam teneatur; Sed si nuptam cognoverit, & volentem, & malæ famæ in X. flor. auri condemnetur. Sed si quis non cognoverit, sed tantum attentaverit mulierem bonæ famæ capiendo per personam, vel in terram projiciendo, vel pannos alciando, vel ipsa adhærendo, amplectando, vel obsculando in XXV. flor. auri condemnetur. Lenocinium faciens ad prædicta, vel prædictorum committenda, vel etiam infrascriptorum in L. ff. den. puniatur. Mulier vero nupta committens adulterium, vel cum alio luxurians sponte vigore presentis legis ipso jure, & facto amittat dotem, & bona dotalia, ejusque bona, & dos ipso jure, & facto appicentur, & cadant lucro viri, sive mariti. Et nihilominus talis mulier in capillis ejus tondeatur ad pedem scalarum Palatii Comunis publice, & fustigetur per Terram, solvatque bannum XXV. ff. Stuprum autem cum puero committens, vel cum matre, vel consanguinea, aut affine carnaliter cognoscens, aut Monialem, sive Religiosam, sive cum volente, sive cum nolente muliere, vel puero in L. flor. auri condemnetur, & consanguineam, vel affinis mulier coitum habens, vel faciens cum consanguineo, vel affine in tandundem puniatur. Puer etiam voluntarie stupratus ætatis XII. annorum, vel ab . . . . in dimidia dictæ pænæ condemnetur.

De pæna Ludentium ad ludum Azardi, sive Taxillorum, vel alias probibitum. R. 52.

AD ludum Azardi, vel Taxillorum, vel ad ludum tabularum, sive alearum, vel ad ludum pistarum, sive lapidum, vel cimorum laqueat . . . vel pilorum, vel virghentarum, vel ad alium ludum, in quo denarii, vel res aliæ perderentur, vel vincerentur præter infrascriptos casus exceptuatos ludens faciens, sive jocans in centum sol. den. pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Tenens autem, aut receptans, aut patiens ludi, vel ludum fieri, aut lusores ad ludendum ad aliquem de prædictis ludis in domo rehabitatione, vel Possessione propria, vel conducta qualibet vice in duplum prædictæ quantitatis, & pænæ puniatur nisi talis in Cive loco aliquo prædictorum committerentur notificaverit nostro Potestati, vel ejus officialibus statim, & . . . . sit expeditus, quo casu non teneatur ad pænam. Præstans vero ad aliquem ludum de prædictis aliquem denarium, vel monetam, aut pecuniam aliquam, vel aliquod pignus puniatur pro quolibet, & qualibet vice in XX. sol. den., & quod præstaverit, perdat omnino, nec super hiis audiatur in jure Tabulerium lumen taxillos, vel aliquod simile ad aliquid prædictorum mutuans comodans, vel etiam dans per se, vel alium in XX. sol. den. pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Excipimus a prædictis pœnis omnes, & singulas personas, quæ prædicta, vel aliquid prædictorum commiserit in vigilia Nativitatis D. N. Jesu Christi cum tribus diebus sequentibus, in quibus Potestas, seu Vicarius possit, & valeat concedere licentiam generalem ludendi, & prædicta faciendi. Item excipimus omnino ludum scaccorum, qui ex ingenio,

genio, & non ex fortuna dependet; Item ludum tabularum de totis tabulis similiter excipimus, in quibus licite ludi præstari, & receptari possit nulla prædictarum pœnarum obstante, præterque in taberna, vel in aliquo ubi vinum venderetur, in quo sine aliqua exceptione ex prædictis omnia, & singula, & quodlibet prædictorum fieri, vel committi prohibemus expresse sub pœnis prædictis volumus, & quod de prædictis, & quidlibet prædictorum, quibus possit accusare, denuntiare, & referre, & si voluerit, teneatur ejus nomen secretum, & si luxerit, vel aliquid comiserit ad ipsum ludum notificatum non teneat ad aliquam pœnam, siquidem retulerit, vel notificaverit eadem die, & solus . . . . ad notitiam regiminis aliter venerit, & de talibus delictis, & quolibet eorum stetur, & credatur juramento, & dicto referentis cum uno teste fide digno, & bonæ famæ, & etiam libere credatur, & stetur inventioni, & relationi cujuslibet officialis birruarij vel familiariis, & omnes, & singulæ dictæ pœnæ solvant, & exigantur de facto sine omni processu, & solemnitate juris.

Quod Tabernarij non recipiant ludum Taxillorum. R. 70.

ITem ordinamus, quod Potestas intra primum mensem sui Regiminis teneatur præcise facere ordinari omnes Tabernarios existentes intra Civitatem, & Burgos Auximi, & facere eos jurare, quod in Taberna alicujus ipsorum non retinebunt aliquem ludum Taxillorum, ubi denarii currant, & certum bannum imponere eis, quod toto tempore sui regiminis observent prædicta, & contrafacientem punire debeat in centum sol., & si non esset sufficiens ad solvendum bannum per totam Civitatem fustigetur, & teneatur inquirere quolibet mense si contra prædicta fieret.

EX LIBRO IV.

De Cura Officialis in reparatione Viarum, Fontium, & pontium, & de vialati. R. 36.

OFficialis damnorum teneatur, & debeat ex debito sui officii personaliter accedere saltem semel in mense, & nihilominus . . . . aliquo ipsorum fuerit requisitus, nec non ad quærelam cujuscumque de Civitate Auximi ad providendum vias & feratas magnas nostri Territorii, & maxime fontes, & Pontes Communis ne ob ruinam, vel alium casum defectum aliquem patiatur. Et si quem defectum in aliqua parte ipsarum viderit, vel cognoverit ipsum defectum solicite in dies XV. facere reparari modis quibuslibet opportunis semper ad prædicta requirendo, & personaliter ducendo viales ejus contradæ, in qua esset reparatio opportuna. Et etiam teneatur saltem semel sui officii tempore facere bandiri, quod omnes juxta dictas vias de dicta contrata, & juxta alias vias Communis debeatur infra certum terminum arroncasse fractas, sive sepes eorum juxta ipsas vias, & fossata consueta vel opportuna facere fodi, & remundari vias vicinales possit, & debeat facere reparari ad petitionem cujuscumque Vicini, cujus interest, prout videbitur expediri. Quisquis autem aliquam arborem, fractam, vel ramum inciserit, vel aliquid aliud de alterius possessione accepit de . . . ., alicujus officialis, & alicujus vialis causa reparationis, vel edificationis alicujus viæ, Pontis, vel fontis ad pænam aliquam, vel emendationem damni nullatenus teneatur. Siquidem ipsa res incisa, vel accepta fuerit officialis assignata, & in ipsa edificatione, reparatione apposita; si tamen damnum inde contigerit alicui, vel ex incisione, aut acceptione prædicta foret grave, vel a x. sol. super tunc ad quærelam ipsius damnificati, teneatur officialis facere emendari sibi per Comunem, si per Comune fieret ipsum opus, vel per eos, per quos dictum opus expediretur pæna officialis negligentis, & non observantis prædicta, & quodlibet prædictorum X. ff. den. de suo salario vice qualibet applicantur nostro Comuni.

De

De non guastando, turbando, vel impediendo fontes puteos conductos. R. 37.

POntes Comunis, & ipsorum Pontium, vel alicujus eorum conductus vel venas nemo audeat perturbare impedire rumpere, vel deguastare, devinare, vel deturbare, aut noxium aliquod facere, vel apponere personaliter, vel cum bestia, quo magis aqua deterior fiat ad usum, vel quominus fontis, & aquæ debita, & consueta commoditas habeatur contrafaciens in prædictis, vel aliquo prædictorum in XL. ſſ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur, & in majori pœna usque ad XL. ſſ. den. inclusive Officialis arbitrio considerata facti, & personarum qualitate puniatur. Excipimus a prædictis eos, qui acciperent aquas cum barilibus providentia, vel causa stagnandi canales, bariles, capitellos, & similia, dummodo talia cum discretione, & temperamento debito, & consueto fierent, vel facta forent non cum maximo obstaculo aliorum juxta discretionem Officialis, de quibus, & quodlibet prædictorum qualibet persona de Civitate Auximi bonæ famæ possit accusare, & denuntiare, & ejus nomine si voluerit, teneatur secretum, & habeat partem damni, & ejus Sacramento stetur, & credatur cum dicto unius Testis bonæ famæ, & ipse Officialis de prædictis, & quodlibet prædictorum possit, & debeat inquirere, & culpabiles punire, & usque in dictam quantitatem XL. sol. stetur, & credatur dicto unius Testis bonæ famæ.

De favore Officialis damnorum datorum exhibendo per Potestatem, Consalonerium, & Priores. R. 38.

POtestas, Consalonerius, & Priores, eorumque Officiales, & familiæ teneantur, & debeant, pœna X. ſſ. den. de suo salario pro quolibet; & qualibet vice ad requisitionem dicti Officialis ei præstare auxilium, consilium, & favorem celebrando consilia, & prepositas, & celebrationes faciendo, & executionem mandando omnia, & singula incumbentia, & pertinentia ad officium dicti Officialis, & bandiri faciendo, & ipsi Officiali præbendo aditum, & commoditatem Palatii, nec non Carceris Communis, & clavium causa cogendi, & detinendi reos, & alias opportunas personas, & Judex potestatis teneatur ei consulere de jure in agendis, tubatoresque obbedire teneatur eidem in bandiendo, & aliis opportunis.

EX LIBRO V.

De provisione facienda Studentibus per Comune. R. 1.

PEr illustrationem divinæ clementiæ in Auximana Civitate sit . . . quorum industria mundus totus maxime circa rem publicam gubernandam singulari facundia custoditur: Hac editali sanctione providemus, ut de cætero singuli Auximani extra ipsam Civitatem pro laudabili studio litterarum peregrinantes, & in locis ad . . . studia manifeste , . . . commorantes pro adeptione laboriosa Scientiarum Legalium, aut non Sanctione Canonicarum, seu etiam Medicinalium facultates extra Provinciam Marchiæ Anconitarum habeant, & habere debeant a nostro Communi pro speciali subsidio in festis Pascalibus Dominicæ Resurrectionis: & nihilominus post ad omnem requisitionem ipsius studentis, vel sui fidelis conjuncti, aut Nuncii, seu procuratoris anno quolibet decem florenos auri pro quolibet ipsorum: Intra Provinciam vero in aliqua dictarum trium scientiarum studentes modo simili florenos quinque auri de bonis nostri Comunis subsidia ipsorum anno quolibet consequantur, quo in hujusmodi moram traxerint; In aliis non studiis scientiarum, liberalium vero artium extra Provinciam in dictis locis pro studio commorantes sex florenos auri de dictis bonis, emolumentum obtineat annuatim in terminis supradictis: In Provincia vero ipsi Studentes in dictis aliis liberalibus scientiis trium flor. auri pro quolibet omni anno de jam dictis bonis premium largiatur modis similibus erogandum; ut tamen Comune dictum ex præ-

missa

missa charitatis erogatione debitum fructum absque ingratitudine consequatur eodem . . . . præfatos hujusmodi Studentes dicta largitate ordinamento astringimus, quod quoties pro parte ipsius Communis requisiti extiterint teneantur, & debeant sub bona fide, prout melius, & rationabiliter, vel de jure cognoverint sanum, & utile consilium exhibere absque altera expectatione mercedis: Quæ tamen secundum meritum in provisione requirentium relinquatur, quod quidem ordinamentum totum in qualibet parte sui postea Confalonerius, & Priores, Cancellarius, & Camerarius eorum vinculo juramenti, & pæna XXV. lib. den. pro quolibet ipsorum teneantur, & debeant fideliter, ac diligenter facere observari, & exequutioni debitæ demandari.

De Mensura Panni Lanæ, & lini. R. 11.

ORdinamus, quod mensura Pannorum lanæ in nostra Civitate sit, & fiat ad passum Comunis consuetum, qui designatus est sub voltis Palatii versus Ecclesiam S. Mariæ, & brachium sit in longitudine medietatis dicti passus, prout supra in dicto loco est designatum, & locum habeat in mensura pannorum lanæ; In pannis vero Lini observetur idem.

De mensura Bladi, & Olivarum. R. 12.

QUomodocumque genus bladi leguminis, & farinæ, aut seminis lini mensuretur in nostra Civitate, & ejus districtu non aliter quam ad quartum, & salmam generalem noviter ordinatam a Domino nostro Legato, & hoc locum habeat in emptionibus, & venditionibus, & insolutum dationibus pro aliquo pecuniario debito: In aliis vero causis attenditur mensura secundum conventionem initam inter partes, & ubi non convenerint remaneat in jurisdictione juris comunis: Olivarum autem mensura semper fiat, & intelligatur ad salmam antiquitus consuetam, & ad butmellum antiquum Comunis, & aliter, vel cum alia mensura fieri dici, vel intelligi non possit nec debeat: Et qui contrafecerit, puniatur pro quolibet in XL. sol. den., salvo quod pro quottimo alicujus Oliveti, observetur conventio, & mensura, prout inter Partes inita fuerit sine pæna, & banno; Et ne in prædictis negligentia, vel ignorantia committatur, ordinamus, quod annuatim intra quindecim dies intrantis mensis Octobris omnes friscolarij, & intendentes friscola eo anno facere teneantur, & debeant pæna centum sol. den. pro quolibet ipsorum assignatur eorum butinellos coram Notario extraordinariorum D. Potestatis, & ejus auctoritate per aliquem magistrum, cui commissum fuerit facere affettari tenens capitalis supradicti butinelli antiqui, & ipsos bullari facere bulla Comunis, & cum alio butinello, quam dicto modo bullato, nullus Friscolarius audeat aliquam mensurationem facere de olivis emptis, vel emendis pæna, & banno centum sol. den. pro quolibet, & vice qualibet, qua extiterit contrafactum. Et quod apud aliquem friscolarium in domo ejus, vel alibi nullus alius butinellus mensurationis olivarum reperiatur, quam prædictus butinellus dicto modo bullatus pæna, & banno X. lib. pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice; & de prædictis, & quodlibet prædictorum quilibet possit esse accusator, & denunciator, & credat Sacramento denunciantis cum dicto unius Testis bonæ famæ; Et si voluerit ejus nomen teneatur secretum: & dictus Notarius de prædictis, & quodlibet prædictorum possit, & debeat inquirere, & rimari friscolá, & domos friscolariorum, & veritatem investigare, & repertos culpabiles dictis penis puniat.

De mensura Olei. R. 13.

OLeum mensuræ non aliter quam ad metrum Comunis, & nemo audeat aliquod metrum tenere, vel habere, quod non sit affettatum ad affettum, & mensuram Comunis, vel dicti metri, possit tamen fieri mensuratio ad medium metrum, vel ad quartam respectu, & pro parte dictæ mensuræ metri, & non aliter,

aliter, & etiam possit oleum mensurari ad miliar., vel partem milliarii, dummodo quolibet miliar. sit, & esse intelligatur de XL. metris capacitatis, & mensuræ predictæ respectu, & pro rata metri jam dicti, & omnes mensurationes olei de cætero faciendi sint, & intelligantur dicto modo, & non aliter: Quæ omnia, & singula quilibet observare teneatur, & qui secus fecerit in centum sol. pro quolibet, & vice qualibet puniatur.

De mensura Vini. R. 14.

NOn dumtaxat laudabilis, sed etiam opportuna, & utilis est justitia mensurarum, ac itaque lege propria moderetur solitas Tabernariorum, & aliorum hominum fraudolentas in venditione vini mensuras decernen. quod in salma vini de cætero in nostra Civitate, & ejus districtu, & Comitatu sit, & intelligatur esse de duobus barilibus capacitatibus in summa XLVIII, petictorum consuetorum. Petictum autem sit capax quatuor fogliettarum. Foglietta vero talis capacitatis existat v. g., ut dum valeret, & venderetur petictum duobus sol. den tunc habeat ciati sicut bichieri tales, quorum mensuræ impleant fogliettam, ut sit . . . . dictum valorem, petictum sit capax XII. bichierorum, sive ciatorum quilibet plenus . . . vinum, sive plenitudinis venditur duobus denariis pro quolibet bichiero, in majori autem, vel minori valore vini observetur mensura, & capacitas bichierorum in fogliettam juxta dictum modum, & respectu pro rata 1., ut quolibet bichierium dictorum trium bichierorum capacitatis fogliettæ vendatur, & vendi possit in plus, vel minus, quam dictum est secundum parvum, vel magnum vini valorem pro rata adicientes, quod quilibet tabernarius debeat in taberna tenere vasa omnia, & singula bulletta bulla Potestatis tunc Presidentis, vel sui militis v. g. pitictum medium, & bicherios dictæ capacitatis, & affectum justæ mensuræ, & mensurare juste sine diminutione, & fraude pœna XX. sol. den. pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, de quibus defectibus, & excessibus stetur semper inventioni, & relationi officialis, nec non denuntiationi, & querelæ cujuslibet offensi in prædictis, vel aliquod prædictorum cum proprio juramento, & uno teste bonæ famæ.

De mensura, & forma laterum, seu Cantonorum, & Cupporum. R. 15.

FOrma, & mensura laterum sive Cantonorum sit, & esse intelligatur longitudinis, latitudinis, & grossitudinis, quæ designata apparet, seu apparebit subtus voltam Palatii Comunis in loco aliarum mensurarum, ordinamus insuper, quod in nostro Comuni habeat modulum Cupporum ejus forma, & exemplo tamen longitudinis, & grossitudinis, ... latitudinis omnes cuppi de cætero laborent, & faciant, & nemo deinceps præsumat Cantonos, vel Cuppos ad alteram mensuram, vel formam facere, vel laborare, contrafaciens pro quolibet centenario, quod laboravit in centum sol. den., & in majori, vel minori quantitate puniatur pro rata respectu pænæ prædictæ, & Cantones, & Cuppos aliter laboratos amitta in Comune deveniant.

De pondere libræ, seu Marchi, & Rubbi. R. 16.

. . . . ad ponderandum in nostra Civitate sit, esseq: intelligatur Lucensis . . . . cujus libra quælibet sit de duodecim unciis, & quælibet uncia de octo octavis consuetis: Rubbum sit, & esse intelligatur ad stateriam viginti librarum ad libram predictam, & omnia hujusmodi pondera habeantur in Comuni pro recursu omnium hujusmodi ponderationum.

Qualiter revideatur mensura, de qua dubitaretur. R. 17.

SI aliqua persona conquerretur de mensura aliqua terræ positæ in districtu Auximi, & voluerit ipsam facere de novo mensurari, & revideri, tunc pona-

tur per Comunem unus expertus mensuratorum, qui ipsam terram mensuret, & mensuratam sub Sacramento rei ferre, & ejus relatio redigantur in aliquo libro Comunis. Quam relationem de mensura, & quantitate dicte Terræ habentes ordinarie, seu per Comune presenti ad ordinandum particularia pro vera, & sufficienti sequatur.

De incisione Capillorum non facienda, atque nullus vadat ad domum alicujus mortui ante sonum Campanæ.

NUllus occasione mortui incidat Capillos suos, nec incidi faciat, & nullus homo ducat aliquam mulierem, nec associet eam ad sepulturam post mortem sui viri. Item quod nulla mulier vadat ullo modo post mortuum ad Ecclesiam aliquo tempore, & contrafaciens solvat bannum XL. sol., nec vadat extra domum post mortuum ad dictam pœnam. Item quod nullus vadat ad domum alicujus defuncti ante sonum campanæ exceptis hominibus de Contrata; atque nullus debeat ire ad domum alicujus defuncti ante sonum campanæ, exceptis hominibus de Contrata; atque nullus debeat arrengare ad mortuum, & qui contrafecerit solvat bannum XX. sol. nisi quod licitum sit dicere ... & cum domino.

Ut nullus seni dat sibi vestimenta occasione defuncti, & qualiter mulieres debeant interesse obsequiis mortuorum.

ITem quod nullus homo, vel mulier occasione defuncti vel præsumat sua vestimenta scindere, sive pannos, vel clamidem pellem de dorso, nec caputeum, vel birrettum de capite deponat, postquam corpus mortui extractum fuerit extra domum in via a domo, usque ad Ecclesiam, & ab Ecclesia usque ad domum plorent alta voce, nec manus percutient, nec ululent, nec exclament, liceat tamen eis lacrymare, & intra se ipsum plorare, & data licentia euntibus ad mortuum statim se cedant exceptis consanguineis, & vicinis, & illud idem mulieres facere teneantur, & qui contrafecerit solvat bannum centum, & Potestas ad prædicta exquirenda mittat unum ex Notariis ejus ad domum mortui in primis duobus mensibus sui regiminis, & ab inde in antea sicut sibi consultum fuerit a Prioribus Comunis, & Confalonerio Civitatis Auximi, & quod nulla mulier audeat, vel præsumat exire hostium domus, in qua esset defunctus, postque corpus de domo tractum extiterit ad pænam, & bannum centum sol. præter Uxorem, & filiam non nuptam, & quod nulla possit deflectere se nec computare, nec reputare ad pænam prædictam, & potestas teneatur præcise vinculo juramenti solemniter facere inquisitionem de prædictis, & singulis prædictorum.

De pæna habentium ceram ultra modum infrascriptum ad mortuum, & euntibus ad comedendum.

QUia Reipublicæ interest subjectos habere locupletes, & nequis subjectorum rebus ejus male utatur statuimus, & ordinamus, quod nullus aut nulla de Civitate Auximi, vel ejus districtu possit facere ceram pro aliquo defuncto nisi ad modum infrascriptum v. g. quod si fuerit defunctus miles, aut filius, vel filia, vel pater, aut mater, aut uxor militis, vel professor Juris possit dari, aut dari facere pro eo ceram ponderis XXV. lib. ad plus pœna centum sol., & quod Notarius Potestatis teneatur, & debeat ire, & domum defuncti, & ibidem facere ponderari, & videri ceraque pro defuncto debet offerri, & facere, & jurare hæredes, seu proximiores consanguineos defuncti, quod dictos modos non excedat. Item quod nulla mulier, seu nullus homo, qui non sit consanguineus defuncti, & præfati, seu quælibet prædictorum possint redire ad plus cum duobus sociis. Item quod non debeat ire ad comedendum ad dictam domum defuncti, si defunctus fuerit de personis in dicto statuto expressis, seu nominatis

minatis, nisi consanguinei, & affines ipsius mortui usque ad tertium gradum usque ad tertium diem post mortem defuncti, & quilibet semel tantum intra dictum tempus, & qui contrafecerit solvat bannum centum sol., & quod nullus possit ad septimam trigesimam, & annualem ad dictam pænam. Si vero defunctus fuerit alterius conditionis possint ire quatuor ad plus, & non ultra in cæna, seu prandio, & hoc usque ad diem tertiam funeris, & non ultra ad pænam centum sol., & qui semel ibidem comederit non possit dicta de causa amplius comedere ad pænam, & bannum centum sol.: Item quod pro septima trigesima, seu annuali facienda pro defuncto nullus possit, seu debeat aliquos cum tutore, nec ad Ecclesiam ire, seu convitare nec ad Ecclesiam ire, seu stare dicta de causa, aut redire nisi cum tribus Sociis tantum pæna centum sol., & secum ducere ad prædicta, & cum eis redire: Item quod nulla mulier nupta debeat sibi scindere pannos a pectore, vel manicas diffuere, vel diffuta habere occasione alicujus defuncti pena, & banno centum sol., medietas banni sit Accusatoris cum dicto unius Testis.

De Banno illorum, qui ad desponsatam, vel Infantatam fuerint, & Sponsalibus denuntiandis per Capitaneos Parochiarum.

STatuimus, quod nulla audeat, vel præsumat ire ad Infantatas, exceptis, quæ attinet usque ad tertium gradum, & die Dominico ire non possint, & Potestas faciat hoc bandiri per Civitatem quolibet mense, & duo in quolibet loco, seu parochia Scindici eligantur ad denuntiandum contrafacientes, qui jurare teneantur eorum officium intra quindecim dies Regiminis Potestatis, & si non denuntiarent contrafacientes solvat quilibet pro banno, & pro qualibet vice, qua omiserit denuntiare X. sol. & credatur denuntiatori, & liceat omnibus volentibus aliquem accusare posse, & credatur sibi suo juramento, & habeat medietatem banni.

De Donamentis non faciendis in Sponsalitiis, & non eundo cum bursia ultra modum infrascriptum.

ITem statuimus, & ordinamus quod ad desponsatam aliquam, nec Socrus, neque Sobole, neque cum aliis Mulieribus, neque cum aliqua alia persona debeat ire ad ipsam desponsatam ad domum ipsius desponsatæ, vel ad Ecclesiam aliquam neque ad alium locum cum centura bursia, vel aliis donamentis; Et qui contrafecerit puniatur pro banno X. ff., & si voluerit mittere aliquam bursiam, & centuram, debeat eam mittere per unum hominem, qui primo debeat jurare coram Judice, vel Notario Potestatis, quod ipse non portabit aliud donum, præter centuram, & bursiam; Etsi portaret antequam juraret, solvat bannum centum sol.: Itemque quando mitterentur panni, nec ante, nec postea debeant mittere aliqua calciamenta alicui mulieri de bonis sponsæ nisi solum unum par calciamentorum ipsi sponsæ solum nec etiam alio modo, vel tempore ipsi sponsæ fiat aliquod aliud donum per sponsum, vel consanguineos ipsius sponsæ, & qui contrafecerit donans, sive recipiens, puniatur pæna X. ff. den. pro quolibet, & qualibet vice: Item quod neque sponsa, neque socer, neque socrus, neque alii consanguinei, vel consanguinea, vel affinis sponsæ debeat aliquod donum sponso, vel alteri pro eo aliquo tempore vel loco facere vel mittere, salvo quod quando fiunt providalie possit donari dicto sponso una bursia sola, & non plus, & si aliquis ex dictis personis, vel alia qualibet donaverit aliquod aliud dicto sponso, puniatur ille, qui donaverit in X. ff., & tantumdem ille, qui recipit pro quolibet dono, & quod socer, vel aliquis consanguineus ex parte sponsæ, qui fecerit providalias sponso non debeat, nec possit ipsum conducere ad domum suam, vel alienam ad comedendum ad dictas providalias non possint esse nisi quatuor ad plus, & aliquæ mulieres non debeant ad ipsas providalias convitari nisi tantum filiæ, & sorores, & nepotes carnales, & omnes homines, qui atque simul

in una familia habitaverint, & qui iverint ad ipsas providalias ultra dictum numerum puniatur in X. ff. pro quolibet, & ille qui comitaverit in tantumdem puniatur, pro quibus conviato, & donum aliquod sponso fieri non potest ultra dictum modum sub dicta pæna, & quod sponsus non mittat aliquid ad domum sponsæ: Item quod post matrimonium contractum, vel . . . . non mittentur ab aliqua persona sponsæ, vel alicui pro ea, & qui contrafecerit dicto modo puniatur; Item quod Canister aliquod non mittatur a sponso, vel ab aliquo alio pro eo sub dicta pæna X. ff. pro quolibet contrafaciente: Et illæ mulieres vel homines qui, vel quæ putantur dicta ad misteria, vel aliqua ex eis puniatur in centum sol. pro quolibet, & qualibet, & quod admiscere non scomputetur in dotem, & quod dos integra detur, & solvat secundum promissiones factas inter ipsos: Item quod socrus, vel cognata, vel aliqua alia persona ex parte sponsæ non debeat ne die Veneris sequenti, postque iverit ad domum ipsius viri, vel alio quocumque die cum enseniis, seu tabulis pannis lini Canistris Gallettis, & aliis rebus consuetis portari in dictis enseniis, & quicumque portaverint prædicta, & enseniaverit, vel receperit, vel associaverit enseinante puniatur pæna X. ff. pro quolibet, & mulier illa, vel homo, qui, vel quæ dicta ensenia portaverit, vel aliquod ex eis in capite, vel alia parte corporis puniatur in centum sol., & Potestas possit super prædictis procedere per inquisitionem, accusationem, denunciationem, vel alio modo, ut sibi placuerit, & dictas pænas exigere de facto, postque sibi constiterit de delicto, & maleficio sine condemnatione, vel alia probatione sententiæ, & quia de prædictis, & quolibet prædictorum, quibus possit denuntiare, & accusare, & habeat medietatem banni denuntiator, sive accusator, & ejus nomen sit secretum, & quod Potestas intra XV. sui Regiminis teneatur facere eligi duos homines, qui debeant denuntiare, & eligantur per Capitaneum Parochiarum, & dicti denunciatores sic electi habeant medietatem banni, & credatur Sacramento denuntiatorum.

EX ADDITIONIBUS.

De homicidio, & homicidiariis puniendis.

STatuimus, & ordinamus, quod si aliquis aliquod homicidium fecerit in Civitate Auximi, vel ejus districtu, sive comitatu, siquidem in fortiam nostri Comunis, vel Potestatis nostræ Civitatis, vel ejus Curiæ pervenerit decapitari debeat absque aliqua confiscatione bonorum. Salvo quod si proditorie aliquod homicidium fecerit non obstante decapitatione omnia sua bona mobilia, & immobilia nostro Communi confischentur, & applicentur, & hoc legitime constabit Judici proditorie commissum fuisse, & confiscata, & applicata sint ipo facto. Si non in fortiam nostri Comunis Potestatis, sive ejus Curiæ non pervenerit, ponatur, & poni debeat in perpetuo banno capitis de Civitate, & Comitatu Auximi, & in ipsa capitis amputatione condemnari, & bona ejus mobilia, & immobilia debeant publicari, & confiscari Comuni Auximi, salva filiis, & nepotibus tali homicide licentia debita jure naturæ eis, & salvo jure dotali, cuilibet competenti, & omni jure aliis creditoribus competenti, & legitime probantibus, & ostendentibus se debere habere, & recipere a tali homicida, & hoc habeat locum in omnibus Capitulis in præsenti Capitulo contentis, & nominatis. Hoc tamen penitus reservato, quod si contractus aliquis factus foret infra annum, exceptis contractibus dotalibus a die commissi homicidii computantur in fraudem. Comunis factus fore putetur, & in defensione talium rerum venditarum, vel obligatarum contractus his nullatenus admittatur, & mandatores, & fieri facientes talia homicidia simili modo, & eadem pœna irremissibiliter puniatur. Volumus autem, quod præstans auxilium, consilium, & favorem alicui homicidæ ad aliquod homicidium committendum sive quibus auxilio, consilio, & favore dictum homicidium committi non posset, simili, & eadem pæna puniatur. Sin autem sine dictis auxilio, consilio, & favore homicidium committi posset talis præstans in centum flor. auri puniatur,

&

& condemnetur, remissis sibi beneficiis confessionis, & solutionis, & hoc si legitime probatum fuerit dictum homicidium committi potuisse sine auxilio, consilio, & favore. Adijcimus autem huic Statuto, quod si aliquis Forensis, & habitator Civitatis Auximi aliquem Civem nostrum interfecerit, vel occiderit, capite puniatur omnibus suis bonis mobilibus, & immobilibus confiscatis publico eis, & nostro Comuni applicandis, salva filiis, & nepotibus debita jura naturæ, & hoc si in fortiam nostri Comunis pervenerit, si autem in fortiam nostri Comunis non pervenerit, volumus, quod perpetuo banniatur, & capite condemnetur omnibus suis bonis mobilibus, & imobilibus confiscatis, & publicatis, & nostro Comuni applicandis debita jura naturæ ipsius filiis, filiabus, nepotibus, & nepotibus reservata. Et ad dubitationem tollendam, qui dicantur, & proprie Cives Auximani appellentur declaramus, & dicimus, quod illi sint Cives, & esse intelligantur, & debeant, qui originaliter sunt, vel fuerint de nostra Civitate Auximana, & etiam omnes illi intelligantur esse Cives quoad præsens Statutum, & quoad suprascripta, qui X. annos in nostra Civitate steterunt, sive habitaverunt familiariter continue, & onera, & factiones, & Collectas in dicta Civitate fecerunt, & substinuerunt, & etiam intelliguntur esse Cives omnes, qui fuerunt recepti in Cives per Consilium, vel Sindicum Comunis Auximi, & hoc non obstante tempore decennali suprascripto. Addimus huic Statuto insuper, qui veneno aliquem occiderit, vel alio modo soffocaverit, talis sic faciens, capite puniatur, confiscata ipsius bonorum omnium dimidia indistincte; & hoc quia magis delinquit, qui veneno occidit, quam qui cladio interficit, vel alia majori pæna, prout judicanti videbitur conveniri.

De Assassiniis, & proditionibus, & receptatoribus ipsorum puniendis.

Statuimus, & ordinamus, quod si aliquis fuerit assassinus, vel proditor Civitatis Auximi Castrorum, Villarum, seu aliquarum fortilliciarum nostræ Civitatis districtus, vel Comitatus, vel etiam assassinus, & proditor Potestatis Auximi, sive Vicarii, vel aliquorum aliorum officialium, vel aliquorum nostrorum hominum, & Civium, vel aliorum, vel aggressor stratarum ad caudam asini per Civitatem Auximi pertractus furcis suspendatur ita, & taliter, quod sine aliqua remissione moriatur. Et hoc si in fortiam nostri Comunis non pervenerit, & capi non poterit perpetuo banno provinciali Civitatis Comitatus, & districtus Auximi subjaceat, & condemnetur sine spe alicujus fustigationis faciendæ. Et omnia sua bona mobilia, & immobilia, jura, & actiones publicentur, & confischentur, & in nostro Comuni deveniant, salvo debita jure naturæ filiis, & nepotibus, quibus debetur. Et si talibus bonis omnibus essent aliqui Creditores, vel aliquid recipere debentes eis ex dictis bonis solvatur, & satisfiat pro habitis prius legitimis, & plenis probationibus debito, & isto casu uxor talis ex banditi, sive condemnati loco Creditoris intelligatur, & habeatur in dote.

Adijcimus huic Statuto, quod nulla persona cujuscumque conditionis existat tali bannito, sive condemnato aliquo tempore, vel alio modo præstet, vel inferat auxilium, consilium, & favorem publice, vel private pæna, & banno cuilibet contrafaciente in aliquo prædictorum, & qualibet vice L. flor. auri nostro Comuni applicandorum. Et si aliquis scienter aliquem ex dictis assassinis, & proditoribus in domibus, vel possessionibus suis, vel in quibus habitat receptaverit, vel alio modo retinuerit in Civitate, Comitatu, vel districtu Auximi in centum flor. auri nostro Comuni condemnetur, & puniatur, quam pœnam si intra quindecim dies a die condemnationis, vel sententiæ numerandos, & computandos non solverit eidem manus, dextera vel alia, si dexteram non habuerit, amputetur. Adijcimus etiam, quod si in fortiam nostri Comunis, vel nostrorum Officialium pervenerit non obstante pœna criminali nihilominus in dimidia omnium suorum bonorum teneatur obnoxius, & nostro Comuni condemnetur. Sin autem filios, vel nepotes non habuerit omnia sua bona nostro Comuni publicentur, & applicentur salvo jure cuilibet competenti pro dotibus, vel aliis creditis.

De pæna fabricantium, seu fabricari, & fieri mandantium falsum Instrumentum, & ipso in Judicio utentium.

STatuimus, & ordinamus, quod si quis scripserit, vel fecerit, vel fabricaverit, seu fieri, vel fabricari, vel scribi fecerit aliquod falsum publicum Instrumentum, manus dextera ei amputetur, nec valeat alterius Notarii officium in Civitate, Comitatu, sive districtu Auximi exercere: si vero Instrumentum alicujus, vel suo proprio aliquid addiderit, vel cancellaverit, vel immiserit, vel destraxerit falso puniatur, & in centum flor. auri nostro Comuni condemnetur, quos si intra decem dies non solverit a die sententiæ, sive condemnationis de eo factæ, manus dextra eidem amputetur, & eadem pæna puniatur, qui aliquid prædictorum fecerit, seu scripserit in libris, seu prothocollis alicujus Notarii defuncti, & in quolibet prædictorum casuum delinquens in prædictis, vel aliquo prædictorum mitretur, & stet cum mitria in capite ante tribunal toto tempore, quo legetur sententia, sive condemnatio, & postea pingatur in Palatio Domini Potestatis, ubi jura redduntur. Et talem figuram sic pictam, & continentem nomen delinquentis, & delictum nullus audeat devastare pæna cuilibet ipsorum viginti flor. auri nostro Comuni applicandorum. Qui vero usus fuerit falsa moneta, & ipsam expendi scienter fecerit, sive expendiderit pæna L. flor. auri condemnetur, & hoc si expendiderit falsam monetam a sex. sol. den. super. Si vero quis expendiderit falsam monetam a sex. sol. den. parvorum infra scienter, vel expendi fecerit in XXV. flor. auri condamnetur, & puniatur. Si quis vero monetam aliquam auream vel argenteam, vel alterius . . . . totonderit, vel limaverit, sive tondi, vel limari fecerit circa dictam monetam diminuendi, si moneta aurea fuerit in L. flor. auri pro qualibet moneta aurea condamnetur, & puniatur. Si vero argentea in XXV. flor. auri pro qualibet moneta argentea condamnetur, & puniatur. Insuper addimus, quod Instrumentum publicum falsum, & falso modo scriptum, cancellatum, vel in aliqua parte sui abolitum, vel diminutum, vel etiam cui fecerit aliquid adiunctum modis, & forma, quibus supra dictum est, sit ipso jure, & esse intelligatur nullum, & nullius efficaciæ, vel momenti, & valoris, & idem in protocollis, vel aliis quibuslibet scripturis publicis, vel privatis sit, & esse intelligatur, nec aliquo modo in juditio, vel extra producantur, vel allegentur scienter pæna tali producenti, seu alleganti centum flor. auri nostro Comuni confiscandorum. Quam pænam si intra quindecim dies a die sententiæ latæ numerando non solverit, una sibi manus amputetur, & nihilominus pars contra quam hoc producitur nullo modo lædatur, nec aliquam læsionem patiatur, sed illesa remaneat, & ipsam illesam sic producens servare, & defendere teneatur, & ad expensas reficiendas, & interesse teneatur, & condemnetur.

De Adulteriis, & Adulterantibus, & Fornicantibus, vel aliud crimen Carnis committentibus, vel attentantibus committere, & abduction. mulierum.

STatuimus, & ordinamus, quod si quis per vim, & violentiam habuerit agere cum aliqua muliere nupta, & eam carnaliter cognoverit adulterium committendo si bonæ conditionis, famæ, & honestæ vitæ fuerit, tunc talis adulterans si in fortiam nostri Comunis pervenerit, capite puniatur, & mulier nulla pœna puniatur. Et intelligatur bonæ famæ omnis mulier, de qua contrarium legitime non probatur; Si vero talis adulterans in fortiam nostri Comunis non pervenerit perpetuo banno capitis ponatur, & condamnetur forma supradicta, & nihilominus in centum flor. auri nostro Comuni condamnetur. Si vero talis committens adulterium cum muliere bonæ famæ, si in domo ipsius mulieris, ea volente in centum flor. auri condemnetur, quam pœnam si non solverit, intra XV. dies numerandos a die condemnationis, dicto ipso facto manus dextra sibi amputetur. Si vero in domo ipsius adulterium committentis cum dicta muliere, &

ea

ea volente, vel alibi tunc talis adulterans in XXV. flor. auri condemnetur, & in dictis duobus casibus dicta mulier ponatur, & recludatur in quodam Monasterio, & ibi per annum stet, & moretur, & ultra ad petitionem viri sui, & nihilominus propter tale crimen dotes suas ipsa amittat, & ipse vir ipsas lucretur. Et ad hoc Judex nostri Comunis teneatur, & debeat prædictam Mulierem marito suo in dotibus condemnare. Si vero talis mulier, cum qua adulterium committeretur esset nupta malæ famæ, & inhonestæ vitæ non tamen quæstum palam faciens corporis sui, qui adulterium cum tali muliere commiserit ea contradicente, & non patiente, capite puniatur, & hoc si in domo ipsius mariti, vel mulieris. Si vero cum dicta muliere & ea volente, quis adulterium commiserit, talis committens, sive adulterans in X. flor. auri condemnetur nulla habita distinctione de loco, & adulterata per Civitatem Auximi per loca publica fustigetur, & nihilominus in amissione dotis applicandæ viro suo condemnetur. Et si mulier non nupta fuerit, sed si domicella, sive virgo fuerit, quamvis per vim, & violentiam, qui eam carnaliter cognoverit si bonæ conditionis, honestæ vitæ, & famæ fuit, talis adulterans capite puniatur, salvo quod si ipsa mulier ipsum in suum virum proximiore consanguineo ipsius domicellæ consentiente accipere voluerit si in Civitate Auximi consanguiniorem habuerit, & si non habuerit etiam sine consensu alicujus proximioris, talis vero delinquens in 50. flor. auri nostro Comuni condemnetur, & nulla alia pæna puniatur, salvo ad petitionem talis mulieris: adulterans eam dotare teneatur secundum conditionem, & qualitatem ipsorum . . . . mulieris, & adulterantis. Si vero aliquis habuerit agere cum aliqua domicella, seu virgine, ea volente, & consentiente in domo Patris, vel Matris, seu habitationis talis virginis, talis adulterans, sive stuprans in centum flor. auri nostro Comuni applican. condemnetur, quam pœnam si non solverit intra decem dies numerandos a die latæ sententiæ, manus dextra sibi amputetur. Si vero dicta virgo causa libidinis accesserit ad domum habitationis talis viri, & ibi volens ab eo fuerit cognita, & violata cognoscens eam mitius puniatur arbitrio potestatis, seu Vicarii, ejus tamen pæna non possit excedere XXV. ff. den. Et si bonæ conditionis, & famæ, & honestæ vitæ, dicta virgo, seu domicella fuerit bonæ nationis, & consanguinitatis poni, & recludi debeat in quodam honesto loco nostræ Civitatis pro castigatione carnis, prout proximiores dictæ mulieris dixerint convenire, & pro mensura ad beneplacitum consanguineorum ipsius mulieris, & nihilominus nostro Comuni in L. flor. auri obnoxius teneatur, & condemnetur. Et si vilis vitæ, & abjectæ conditionis fuerit fustigari debeat per Civitatem Auximi per loca publica, & consueta, & in quodam loco honesto per annum ponatur, & includatur. Si autem virgo, seu domicella non fuerit, nec virum habuerit, vel etiam & malæ vitæ, & abiectæ conditionis fuerit, qui eam cognoverit ea volente consentiente, & patiente in X. ff. den. puniatur. Et si per vim, & violentiam eam cognoverit in XXV. flor. auri puniatur, & condemnetur, & hoc si questum sui corporis fecerit non ita palam. Si vero non fecerit questum ... malæ conditionis, famæ, & inhonestæ vitæ capite puniatur talis per vim ipsam adulterans. Si vero aliquis cognoverit viduam bonæ conditionis, famæ, & honestæ vitæ ea volente in L. flor. auri puniatur, & hoc si ad domum ipsius mulieris accesserit, & ibi ea volente ipsam cognoverit, & ipsa mulier in XXV. flor. nostro Comuni condemnetur. Si vero ipsa mulier causa libidinis ad domum habitationis talis viri accesserit, & ibi volens ab eo fuerit carnaliter cognita, licet videatur bonæ conditionis, talis sic fornicans in X. flor. auri nostro Comuni condamnetur, & in tantumdem dicta mulier sic fornicata nostro Comuni condamnetur, subiaceat obnoxia. Et si Monialem, quæ in aliquo monasterio, sive loco Religioso Deo dedicata reclusa fuerit, aliquis cognoverit, ea volente, vel nolente capite puniatur. Et si religiosam non tamen in aliquo religioso loco reclusam quis per vim cognoverit pæna capitis puniatur, si ea volente in L. flor. auri nostro Comuni applicandis mulctetur, & condemnetur. Si quis aliquam Monialem stuprari, violari, fornicari, vel adulterari attentaverit in L. flor. auri condemnetur. Et ad declarationem, qui intelligantur esse actus libidinis propter quos talis sic facere attentans licet non perfecerit, & tamen puni-

tur

tur, ut est dictum supra sint hii, si fuerit in domo ipsius mulieris, vel alibi in loco habili ad tale delictum committendum, & eidem pannos alciando, vel ipsam abbracciando, vel amplectendo, vel in terram proijciendo, sive ipsam osculando contra ipsius voluntatem, vel super eam stando, vel ipsam exclamando, vel alia verisimilia ad dictum actum libidinis faciendo, vel alio modo ipsam capiendo contra ipsius voluntatem in quolibet Capitulo supradicto prædicta pæna L. flor. puniatur. Si vero fuerit vilis vitæ, & abjectæ conditionis, talis attentans facere, sive adulterare, licet non perfecerit, tamen ad aliquem actum pervenerit, tunc talis sic facere attentans in XXV. ff. den. condemnetur, & hoc si questum sui corporis palam non fecerit. Si questum palam sui corporis fecerit, & talis attentans facere, licet non perfecerit, tamen ad aliquem actum pervenerit si contra ipsius voluntatem nullatenus puniatur. Et si contigerit aliquem mulierem aliquam bonæ conditionis, famæ, & honestæ vitæ extra Civitatem Auximi subducere, & secum ducere blandiciis, vel verbis subductivis, vel alio modo, tunc talis sic faciens, sive subducens capite puniatur, & talis mulier si fuerit de Civitate, districtu, sive Comitatu Auximi, & consenserit, tunc ipsa mulier in simili pæna condemnetur, & mulctetur. Si vero ea volente nullo modo puniatur, sed potius sit impunis. Si vero attentans facere, sive eam subducere, & non perfecerit in L. flor. auri puniatur, & ipsa pœna supradicta . . . ea volente puniatur. Et talis mulier vilis conditionis, & abjectæ vitæ non tamen questum sui corporis palam faciens per aliquem fuerit subducta, talis eam subducens, vel attentans eam subducere in L. flor. auri puniatur, ipsa vero nullo modo puniatur. Subducens vero, vel attentans subducere mulierem aliquam questum palam sui corporis facientem, & publice prostituentem si contra ipsius voluntatem in X. ff. den. puniatur. Ea vero volente ad penam aliquam nullatenus puniatur. Si vero aliquis aliquem puerum, vel aliquam puellam turpi modo stupraverit, sive sodomitaverit, vel aliud quid inhonestum contra naturam commiserit contra prædictos, talis sic stuprans, sodomitans sive attentans stuprare, vel sodomitare, igne comburatur, & condemnetur ita, & taliter, quod anima a corpore separetur. Patiens vero sic stuprari, vel sodomitari si major X. annis cum dimidio, & cum consensu, voluntate, & paciencia ipsius simili pæna, qua supra agens puniatur. Si vero contra ipsius voluntatem, & legitime apparuerit aliquo modo exclamando, vel similia faciendo non puniatur, sed potius sit impunis. Et a decem annis cum dimidio intra sive sit puer, vel puella nullatenus puniatur. Si vero aliquis Christianus aliquam Judeam carnaliter cognoverit, si contra ipsius Judeæ voluntatem igne cremetur, & comburatur. Si vero ea volente, & consentiente talis sic faciens, & Judeam carnaliter cognoscens capite puniatur, & ipsa Judea patiens se stuprari idest carnaliter cognosci igne cremetur, & comburatur. Et idem e converso si Christiana cum Judeo, & Judeus cum Christiana ad invicem cognoverint prædicto, & simili modo teneatur, & puniatur. Si vero aliquis habuerit agere igne turpiter malo, & inhonesto, sive indebito modo cum aliquo animali irrationali comburatur, & concremetur, & simili pæna, & eodem modo animal, cum quo agere habuerit comburatur, & concremetur una cum eo. Et hoc si perfecerit, sive attentaverit facere, & non perficere pæna supradicta nihilominus teneatur. Si vero habuerit agere cum filia, matre vel alia consanguinea in tertio gradu, & stupraverit ea volente, vel nolente capite puniatur, & nihilominus in centum flor. auri dicto Comuni mulctetur, & condemnetur. Ipsa vero si consenserit, & passa fuerit se stuprari igne comburatur, & nihilominus in centum flor. auri dicto Communi condemnetur, ea vero non patiente, sed contradicente, nullatenus teneatur, sed omnino sit impunis. Si vero aliquis, vel aliqua aliquod lenocinium ad aliqua supradicta committentem, vel aliquid prædictorum, igne comburatur, & concremetur, & hoc si in supradictis casibus, in quibus pæna corporalis imponitur lenocinium commiserit. In aliis vero, in quibus pæna corporalis non imponitur, sed pecuniaria, tunc ipse, vel ipsa lenocinium committens, simili pæna puniatur, qua supradulterantes vel fornicantes puniuntur, & hoc habeat locum sive dictum lenocinium fuerit perfectum, & confirmatum, sive fuerit attentatum facere, vel perficere, sive non. Et prædicta locum habeat non obstante Statuto posito sub

Rubri-

Rubrica de pecuniali pœna adulterii, & fornicationis. Adijciemus huic Statuto, quod nulla mulier publice questum sui corporis faciens possit habitare, vel stare in aliqua honesta contrata, sive vicinia pœna XXV. ff. de . . . sine aliqua solemnitate exigenda, quem si non solverit intra quintam diem a die præcepti facti de solvendo dictam pœnam fustigetur per totam Civitatem, & in dicta contrata de cætero non redeat, & si redierit auricula, & nasus sibi amputetur, & ad probandam mulierem esse malæ famæ, & publice questum facere sui corporis sufficiant Sacramenta accusantis cum probatione duorum Testium testificantium de fama questus dictæ mulieris.

CLASSIS II.

Aedificationes Castrorum: Possessiones oppidorum adprehensæ: Juramenta Fidelitatis.

NOBILISSIMO. ET
PRAECLARISSIMO. VIRO
MARCHIONI. THEODORO
ALEXANDRO. TRIVVLTIO
MEDIOLANIENSI. OMNI
VM. LITERARVM. STV
DIIS. ORNATISSIMO. DO
CTORVMQ. HOMINVM. PA
TRONO. SINGVLARI.
FRANCISCVS. ANTONI
VS. ZACHARIAS. SOC. I
SECVNDAM. HANC. VETE
RVM. MONVMENTORVM
CLASSEM. DEDICAT. CON
SECRATQ. OPTIME. DE.
SE. MERITO.

I.

Licentia ædificandi Castrum data ab Episcopo Trachia, ex Archivo Pist. Capituli.

EXemplum. In Christi nomine, Notitia brevis pro modernis, & futuris temporibus securitatis ac firmitatis ad memoriam habendam, vel retinendam, qualiter factum est in Palatio Episcopi Civitatis Pistorie presentia bonorum hominum, quorum nomina inferius scripta ponuntur.

Tracia Dei gratia Sancte Pistoriensis Ecclesie venerabilis Episcopus communicato consilio Homodei ejusdem Ecclesie reverendi Archipresbiteri, & prepositi, & cæterorum Canonicorum, & aliorum bonorum hominum tam Clericorum, quam Laicorum, consensum, & licentiam dedit Gerardo venerando presbitero, & Rectori Ecclesiæ Sancte Marie de Vamingo, ut ædificaret Castellum in Colle

Sanćte Marie, qui dicitur Serra, & eſt in territorio, & Epiſcopatu, necnon comitatu Piſtorio, ad honorem, & utilitatem Piſtorienſis Eccleſie, & totius Civitatis. Item conſenſit, & licentiam dedit eidem Presbitero, ut ædificaret in predićto Colle Eccleſiam ad honorem Dei, & Sanćtorum Apoſtolorum Philippi, & Jacopi, & decrevit, atque conſtituit, ut ſupradićta Eccleſia & Caſtrum ſemper ſit in defenſione, & tutela Eccleſie S. Zenonis, & ut ipſa Eccleſia nulli alii Eccleſie, nec ulli perſone ſit ſubjećta iure patronatus, nec alio iure, niſi ſupradićte Eccleſie Sanćte Marie, & ſit in poteſtate Rećtorum ejuſdem Eccleſie Sanćte Marie eam ſemper officiandi, & officiare faciendi, & regendi, gubernandi, & adminiſtrandi, ſalvis tamen omnibus uſibus, & rationibus, quas Baptiſmalis Eccleſie S. Michaelis de Calloria habet in hominibus habitantibus in ſupradićto Colle de ſuis Parrocchianis, ut qui in antea de ſuis Parrocchianis in predićto colle habitabunt. Et tantum per omnem annum in Menſe decembris Rećtores Eccleſie Sanćte Marie pro comandiſia reddere debeant de predićto colle, & caſtro Rećtoribus Eccleſie S. Zenonis, aut eorum certo Miſſo ſoldos quinque bonorum denariorum Lucenſium, & non amplius. Quod ſi Rećtores Eccleſie Sanćtæ Mariæ, ut dićtum eſt, eis preſcriptam comandiſiam non dederint, & non perſolverint, debeant componere, & dare penam Camere Piſtorienſis Epiſcopi bonorum denariorum Lucenſium libras quadraginta; Et inſuper regimen Eccleſie ſupradićti Caſtri perdere debeant; Si vero Rećtores Eccleſie S. Zenonis aliquo ingenio Eccleſiam de prefato colle de regimine rećtorum ſupraddićte Eccleſie S. Marie tollere voluerint, tunc debeant componere, & dare penam ſexaginta marcharum optimi argenti, medietatem Camere Domini Apoſtolici, & medietatem rećtoribus Eccleſie Sanćte Marie; ſalva tamen in omnibus obedientia, reverentia, & dignitate Piſtorienſis Eccleſie S. Zenonis.

Hoc autem factum eſt preſentia Gualfreducci quondam Sconſiliati, & Maloncalci quondam Bellini, & Ferletti quondam Guidonis de Vergiola, & Signoretti quondam Tedaldi de Celle, & Paris filii Ardiccionis Villani, & Gislieri quondam Collianere, & Arlotti filii Bellaſii, & Uſimbardi quondam Guidoci, & aliorum plurium.

Signum manus ſupraddićti Tracie venerabilis Epiſcopi, & preſcripti Gerardi venerandi presbiteri, qui comuniter, & inſimul hoc breve fieri rogaverunt anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo nono, decimo calendas Julii in dićtione ſeptima feliciter.

Ego Tracia Miniſter Piſtorienſis Eccleſie hunc contraćtum fieri rogavi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Homodei Archipresbiter, & prepoſitus interfui conſenſi, & manu ſubſcripſi.

Ego Ildibrandus presbiter Cantor interfui, conſenſi, & manu mea ſubſcripſi.

Ego Guido Diaconus, & Canonicus conſenſi . . . . . conſenſi & manu mea ſubſcripſi. Ego Rainaldus Subdiaconus, & Canonicus laudavi, & ſubſcripſi. Ego Lanb. . . . . Ego Gerardus presbiter hunc contraćtum fieri rogavi, & manu mea ſubſcripſi.

Ego Domitianus Notarius, & Judex Sacri Palatii huic contraćtui interfui, & manu propria ſubſcripſi.

Anualdus Notarius & Sacri Palatii Judex ibi fuit, & rogatu ſupraddićti Epiſcopi, & ſupraddićti Gerardi presbiteri hoc breve ſcripſit complevit, & dedit.

Ego Guido Judex Ordinarius atque Notarius Domini Imperatoris Friderigi anticuum autenticum vidi, & legi & prout melius potui, fideliter exemplavi.

I I.

Charta, qua Attonus de Macerata Civitate Auximana donatur a. 1198., *ex libro rubro in Archivo Civitatis Auximanæ adſervato.*

IN Chriſti nomine anno ejuſdem milleſ. centeſ. nonageſimo oćtavo tempore Domini Innocentii Summi Pontificis, & univerſalis Papæ Imperatore non exi-

existente, & de mense Septembri indictione prima Auximi Civitate. Ego Attonus de Macerata filius quondam Attonis Tignosi juro atque promitto me meosque hæredes perpetuo fore cives & habitatores Auximane Civitatis, & tractaturos bona fide sine omni fraude honorem, & commodum Civitatis prædicte, personas quoque, & res Civium ubique pro posse meo, atque defendere, & obedire Rectori, vel Rectoribus, qui pro tempore futuri erunt, ut alii cives: item promitto vobis Auximanis, quod cum inimicis vestris nullam societatem, aut amicitiam contraham absque voluntate vestra. Preterea promitto in Civitate Auximana habitare duos menses per singulos annos ad voluntatem Rectorum, nisi Guerra Civitati supervenerit, quo guerre tempore in Civitate prædicta continuo pro voluntate Rectorum habitare pollicemur: hæc omnia promittimus observare per me, & meos heredes juramento corporaliter prestito, & sub pæna ducentarum marcharum argenti vobis consulibus Auximanis Simoni Petri Johanni Boniiohannis, Palmerio Jacobi, & Bernardo Monaldi nomine universitatis Auximane firmiter spondemus. Solvendarum prefate universitati; Et nos prefati Consules pro nobis, nostrisque Successoribus in foro publico in concione omnibus Auximanis ibi astantibus, consentientibus promittimus tibi prefato Domino Attoni personam vestram, uxoris vestre, & filiorum vestrorum resque vestras, quas modo habetis, vel acquisituri estis, tibique bona fide, & sine omni fraude juvare, & conservare inlesas contra omnes homines, sicut alios nostros cives. Et damus vobis domum juxta portam Antiquam Civitatis, & de foris & plateas communis & vineas, & terras omnes, sicut date fuerunt heredibus Landrini: ubicumque insuper nullam collectam exigemus a vobis, vel a vestris heredibus in perpetuum. Preterea damus vobis licentiam & liberam facultatem emendi in districtu Auximi intus vel foris ita, quod capitula in hoc vobis nocere non possint. Quæ omnia sub jam dicta pena scilicet ducentarum Marcharum argenti simili modo vobis solvendarum rata servare spondemus.

Hoc actum est in foro publico in colloquio in presentia Pauli de Marina, Marci Ruzini de Monte Luponi . . . . nuti ad collum, Michaelis Judicis de Macerata, Valentis de Massarello, Carpitete, Rainaldini, & oliverii, & aliorum multorum.

Ego Thomas Auximane Civitatis Notarius rogatu prædictorum contraentium scripsi, & complevi, & cancellavi fere 4.

I I I.

Instrumentum de jactis fundamentis Castri Montis Castilionis, ex libro Nicchio Operæ S. Jacobi Pist. pag. 15.

IN Christi nomine amen. Anno dominice nativitatis 1248. Idibus Julii Indictione 13. VI. actum in summitate montis Castilionis de Valle bisentii coram dominis Lanfrancho Infragilaste, & Ranerio Spectaregis, & Guidone Sigibuldi, & aliis, tenore huius publici instrumenti pateat universis, quod Dominus Jacobus Omoboni Judex Comunis Pistoriensis, & tunc Vicarius Domini Ugonis de Castello potestatis Pistoriensis, & tanquam Vicarius dicte Potestatis, & vice & nomine dicte Potestatis pro Comuni Pistor. volens dictum locum, scilicet Montecastilionis incastellare, & castrum noviter hedificare pro iam dicto Comuni Pistor., Dei omnipotentis, & Beati Jacobi Apostoli nomine invocato, accipiens marram suis propriis manibus cepit fodere de terra ipsius loci, dicens pro Comuni Pistoriensi ego in nomine Domini & beati Jacobi Apostoli incipio edificare castrum montis Castilionis.

Ego Clarius Notarius predictis, dum agerentur, interfui, & scripsi, & publicavi.

 IV.

I V.

Charta apprehensæ corporalis possessionis Castri Carmignani, & Comunis Castellinæ Vallis Arni nomine Civitatis Pistoriensis ex libro Nicchio Operæ S. Jacobi pag. 61.

IN Christi nomine amen. Sit omnibus manifestum per seriem hujus publici Instrumenti, quod Palesinus Bonurbani nuntius, & Sindicus Comunis Pistor. ad hec specialiter ab ipso Comuni Pist. constitutus, ut de ipso Sindacatu continetur in carta facta manu Ser Lippi domini Bonaguide Notarius, in presentia mei Notarii, & testium subscriptorum sindicario, & procuratorio nomine pro ipso Comuni Pistor. & vice, & nomine dicti Comunis intravit, & apprendit corporalem possessionem vel quasi Terre Comunis & hominum de Carmignano, & presentatis prius quibusdam litteris dicti Comunis pistor. ipsi Comuni & hominibus dicti Comuni de Carmignano precepit ipsi Comuni, & hominibus dicti Comunis, & terre publice & palam in ipso Comuni, quatinus infra terminum quinque dierum a die presentatarum predictarum litterarum transmictant, & transmictere procurent Sindicum cum sufficienti mandato, qui cum quatuor hominibus de melioribus dicti Comunis de Carmignano se representent in Civitate Pistoriensi ad firmandum, & faciendum fidelitatem Comuni Pistor., & ad omnia alia facienda, que in dictis literis continentur, de quibus omnibus & singulis diebus Palesinus Sindicus commisit, & mandavit mihi notario subscritto conficere publicum instrumentum. Acta fuerunt hec in dicta terra & Comuni de Carmignano in plebe dicti Comunis presentibus domino Lante Plebano de Carmignano, & Lippo Nuti, & Vanne Jacobi testibus ad hec vocatis, & rogatis sub anno Dominice Nativitatis MCCCXIIII. Indictione 13. die decima octava mensis decembris.

Ego Johannes Buonvassalli Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius predictis omnibus interfui, & rogatus scripsi, & publicavi.

Item eodem modo, & forma, ut supra, dictus Palexinus Sindicus sindicatorio nomine dicti Comunis pistor. intravit, & adprendit corporalem possessionem vel quasi Terre Communis & hominum de Castellina Vallis Arnii, & precepit, & fecit, ut supra. Actum in dicta terra & Castro, presentibus presbitero Dato Rectore Ecclesie de Sancto Donato, & Vanne Nuti, & Lippo Nuti testibus ad hec vocatis, & rogatis sub anno, & Indictione suprascriptis die XIX. mensis decembris.

Ego Johannes Buonvassalli Imperiali auctoritate Judex Ordinarius & Notarius predictis omnibus interfui, rogatus scripsi & publicavi.

V.

Charta adprehensæ possessionis Communis Artimini nomine Pistoriensium.

IN Christi nomine amen. Sit omnibus manifestum per seriem hujus publici Instrumenti, quod Palexinus Bonuterii nuntius & Sindicus Comunis Pistor. ad hec specialiter ab ipso Comuni Pistor. constitutus, ut de ipso Sindacatu continetur in carta facta manu Ser Lippi Domini Bonaguide notarii, in presentia mei notarii, & testium infrascriptorum, sindacario & procuratorio nomine pro Comuni pistor., & vice & nomine dicti Comunis Pistor. intravit, & adprendit corporalem possessionem vel quasi Terre Comunis, & hominum de Artimino, & presentatis prius quibusdam litteris Comunis Pistor. ipsi Comuni & hominibus de Artimino precepit ipsi Comuni & hominibus dicti Comunis de Artimino publice & palam in ipso Comuni, quatinus infra terminum quinque dierum a die presentationis predictarum literarum transmittant, & transmittere procurent Sindicum cum sufficienti mandato, qui cum quatuor hominibus dicti Comunis de melioribus dicte Terre se representent in Civitate Pistor. ad firmandum, & faciendum

ciendum fidelitatem Comuni Pistor., & ad omnia alia facienda que in dictis literis continentur. De quibus omnibus & singulis dictus Sindicus commisit, & mandavit mihi Notario subscripto conficere publicum instrumentum. Acta fuerunt hec in dicta terra de Artimino in Palatio dicti Comunis presentibus presbitero Baronto Canonico Plebis de Artimino, & Lippo Nuti, & Ranerio Jacobi testibus ad hec vocatis & rogatis sub anno Dominice Nativitatis 1314. Indictione 13. die XX. mensis decembris.

V I.

Juramentum fidelitatis Episcopo Pistoriensi, ex Archivo Episcopi.

IN nomine Domini Amen. Hanc cartulam legentibus fit manifestum, quod Jacopus quondam Rodulfi de Castilione pro se & procuratorio nomine pro Torrisciano quondam Ugieri, & Rainerio & Soffredo . . . . quondam Cecchi, & pro Arrigo, & Ceccho quondam Amannati, a quibus habebat auctoritatem, & speciale mandatum, ut continetur in cartula manum Forostani Noctarii confecta, & pro filiis quondam Ser Vithalis consortibus suis jurarunt fidelitatem Dno Gratia Dei pistoriensi Episc. & ejus Catholicis subcessoribus, & ecclesie majori pistoriensis, secundum quod consueverunt jurare fideles dominis suis, salvis fidelitatibus factis Domnis Imperatori, & Lucano Episcopo. Hoc autem juramentum curporavit, & recepit Dnus Hermianus Plebanus de montecatino pro jam dicto Dno Episcopo, & incontinenti post hec dictus D. Plebanus pro jam dicto D. Episcopo investivit dictu Jacopum recipienti pro se, & jam dictis suis consortibus de derićto & consueto feudo, quod ipsi, & eorum Majores habuerunt, & tenuerunt ad Pistoriensi Episcopo, & Ecclesia que quidem acta sunt in dormitorio Canonice de Montecatino, presentibus rogatis testibus presbitero Jacopo Canonico plebis de Montecatino, & Chirardo Clerico dicte plebis, & Mainecto Orlandino Consule dicti Castri & baroncello . . . . anno Do. nativitatis 1204. Kal. Martii Indic. XII. VII.

Raynone Judex atque Not Donni Imperatoris Octonis scripsit, & in publicum redegit.

V I I.

Juramentum Fidelitatis præstitum M. Gratia Dei electo Pistoriensi a Comitibus de Panico, ex Archivo Capituli.

IN Dei nomine amen. Anno a nativitate ejus millesimo dugentesimo vigesimo tertio Indictione undecima, die Veneris septimo mensis Aprilis. Ex hujus publici Instrumenti clareat lectione, quod nobilis vir Rainerius Comes de Panico pro se, & Fratre suo D. Ugholino præsente, & consensiente, & ore proprio parabolam dante, & super Animam suam, & prout inferius continetur, tacto libro corporaliter ad Sancta Dei Evangelia juravit fidelitatem Magistro Gratia Dei electo, & Ecclesiæ Pistoriensi, sicut Vassalli honorifici suo Domino facere debent. . . . . . consilio vel facto, aut consensu, quod idem Dominus electus vitam perdat, aut membrum, aut suum honorem, neque capiatur vel detineatur mala captione, & quod jura & actiones & possessiones ipsius Domini electi, & Ecclesiæ Pistoriensis defendent, & manutenebunt contra omnes homines, salva fidelitate Imperatoris, & suorum anteriorum Dominorum, si habeant; & si audierint vel sciverint seu cognoverint, aut intellexerint, quod aliqua persona damnum, vel dedecus ipsius Domini electi, vel Ecclesiæ Pistoriensis faciat, vel tentet, aut facere, vel tentare disponat, aut jura, vel rationes, seu possessiones, & honorem auferat, aut minuere velit in persona vel rebus aliquibus eidem Domino electo, Ecclesiæ Pistoriensis quoquo modo spectantibus bona fide, & sine omni fraude prohibebunt, & distornabunt, & facient quod non fiat secundum posse suum, &

si

si prohibere vel distornare non poterunt per se, vel per fidelem nuncium, bene, & sine fraude, quo melius poterunt, manifestabunt, etsi contigerit præfatum Dominum electum, vel Ecclesiam Pistoriensem aliqua possessione, vel quasi possessione privari, illam jurabunt recuperare secundum posse suum, & si consilium, & credentiam eis commiserit Breve, vel ore, si perpetuo eis injunxerint, perpetuo tenebunt, & si ad tempus imposuerit eis, usque ad completum illud tempus, illud consilium, vel credentiam, secreto tenebunt, ita quod nulli personæ vel loco manifestabunt, & si ab eis aliquando consilium petierit, sanius, & utilius, secundum quod crediderint, & sciverint, & dabunt sine dolo, & fraude. Qui D. Electus prædictam fidelitatem recepit, & ipsi Comites eam apud Panicum fecerunt, non ut fieret præjudicium sibi electo, vel Ecclesiæ Pistoriensi, quominus teneantur ipsi Comites facere & jurare fidelitatem successoribus d. D. Electi apud Pistorium; sed pro faciendo ei gratiam, & pro evitando laborem veniendi Pistorium pro dicta fidelitate facienda & ibidem incontinenti facta & præstita fidelitate, præfatus D. Electus per lignum, quod in sua tenebat manu, investivit præfatos Comites nomine Electi & honorifici Pheudi de suo recto Pheudo, ut habeant illud, & teneant, & recognoscant secundum Jus, & usum Pheudi ab ipso Domino Electo, & Ecclesia Pistoriensi. Actum apud Castrum de Panico solemniter præsentibus Magistro Boninsegna Archidiacono Florentino, & nobilibus viris Ranuccio, & Juliano Canonicis Pistoriensibus, Magistro Pellicciario Archipresbitero Mantuano, D. Enrico Archidiacono Borgomense, D. Nicolao Præposito S. Prosperi de Castello, Arminulso Notario de Monteclaro, & Cognosci q. Homodei Cive Pistoriense testibus ad hæc vocatis. Ego Buonvicinus sacri Palatii Notarius his interfui, rogatus, & scripsi.

VIII.

Aliud juramentum fidelitatis, ex Archivo Episcopi Pist.

IN Christi nomine. amen. Venutus quondam Signoretti de Momigno juravit fidelitatem domino G. dei gratia Pistor. Episcopo & Ecclesie Pistor. libere & voluntarie tanquam suo domino speciali corporaliter ad sancta dei evangelia, prout inferius continetur; Ita quidem quod non erit in consilio, vel facto aut consensu, quod idem Dominus Episcopus vitam perdat, vel membrum, seu suum honorem, neque capiatur, vel detineatur mala captione, & quod jura & rationes, & possessiones ipsius domini, & Ecclesie pistor. defendet & manutenebit contra omnes homines, salva fidelitate Imperatoris, & si audiverit, vel sciverit, seu cognoverit, aut intellexerit, quod aliqua persona dampnum, vel dedecus ipsius Domini vel Ecclesie pistor. faciat, vel tentet, aut facere, vel tentare disponat, aut jura, vel rationes seu possessiones vel honorem auferat, vel minuat, aut auferre, vel minuere vellet in persona, vel rebus aliquibus eidem domino vel ecclesie Pistoriensis quoquo modo spectantibus bona fide, & sine omni fraude prohibebit, & distornabit, & faciet, quod non fiet, secundum posse suum. Et si prohibere, vel distornare non poterit per se vel per fidelem nuntium bona fide, & sine fraude quam citius potuerit, manifestabit. Et si contignerit predictum Episcopum, vel Ecclesiam Pistoriensem aliqua possessione vel quasi possessione privari, illam juvabit recuperare secundum posse suum. Et si consilium vel credentiam ei commiserit breve vel hore, secreto tenebit ita quod nulli persone vel loco manifestabit, nisi de ejus fuerit voluntate, & si ab eo aliquando consilium petierit, sanius, & utilius, secundum quod crediderit, & fuerit, ei dabitur sine dolo, & fraude. Qui predictus dominus Episcopus dictam fidelitatem recepit, & ibidem incontinenti investivit predictum Venutum de podhere, quod fuit quondam Johannis filii Gualendi de Fagno, & quod podhere habet pro uxore, ut dicebat. Item insuper predictus Venutus juravit ad sancta dei Evangelia tacto libro corporaliter, juravit stare, & obedire, atendere, & observare omnia, & singula mandata, que sibi fecerit predictus dominus Episcopus aliquando per se, vel per suum

nuntium

nuntium, vel per litteras suas in Civitate Pistoriensi, vel in terra de Momigno, seu in aliis locis. Actum pistor. in palatio Episcopali 8. die in mense Julio anni domini 1223. Indictione 11.

Præsentibus Accurso quondam Clari Friderico quondam Brunetti Eugnuffi quondam Undidi & Campisano de Fagno testibus rogatis.

I X.

Protestatio Castaldi Civitatis Pistorii contra Episcopum Pistoriensem recipientem fidelitates, & comandamenta ab hominibus de Lamporecchio & Ortignano ex libro Censuum pag. 44.

IN Christi nomine anno ab ejus nativitate MCCXXIIII. Indictione XII. ex hac publica litterarum serie omnibus pateat, quod Rusticanus quondam Burgi Castaldus Civitatis Pistor. vice & nomine ipsius Civitatis, & Domini Alberti Cattanei Potestatis ipsius Civitatis dixit, & Protestatus fuit coram Domino Gratia Dei Venerabili pistor. Episcopo, qui tunc erat apud Castrum de Lamporecchio pro recipiendis fidelitatibus, & comandamentis ab hominibus ipsius Castri, & terræ de Lamporecchio & Ortignano presentibus Consulibus ipsius Castri de Lamporecchio, & presente magna parte ipsius Populi de Lamporecchio, qui ipsi homines facerent ipsas fidelitates, & comandamenta ipsi Domino Episcopo, salva jurisdictione, & ratione, & usu, & consuetudine, quam ibi vel in eis Civitas Pistoriensis habet, vel habere consuevit, & hanc protestationem fecit, ut dictum est, dictus Rusticanus Castaldus de mandato dicti domini Alberti Potestatis Civitatis Pistoriensis, ut dixit ipse Rusticanus, qui de ejus mandato hoc fecit. Actum apud Lamporecchium in ecclesia ipsius Castri in præsentia Domini Biccomi Judicis filii Aldimarigni, & domini Tommascini quondam Tedicii de Pluvica, & Ferradi quondam Cicchi, & Ranuccii quondam Cacciaguerre rogatorum testium.

Ego Nicholaus Causidicus & Sedis Apostolice Notarius, nec non Imperialis aulæ Judex Ordinarius prefate protestationi a suprascripto Rusticano, ut supra legitur facte interfui, & hec omnia de ejus rogatu scripsi, & in publicam formam redegi &c.

X.

Juramentum fidelitatis a Saturnanensibus præstitum Episcopo Pistoriensi ex Episcop. Archivo.

IN Christi nomine amen. Ex hac publica Scrittura omnibus pateat evidenter, quod infrascripti, scilicet Dominus quondam Gratiani &c. (*Sequuntur nomina Saturnanensium*) de Saturnana iuraverunt ad sancta Dei Evangelia libro corporaliter tacto, ac fecerunt fidelitatem, & præceptum domino G. Dei gratia Pistoriensi Episcopo recipienti pro se, & Episcopi Pistoriensis, & suis Catholicis Successoribus in omnibus, & singulis Capitulis fidelitatis eis declaratis, & attendere, & observare omnia & singula precepta ipsius Domini Episcopi, & suorum successorum: Qui Dominus Episcopus dictos homines de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, que habent, & tenent, & in antea habituri sunt, in Seturnana, vel eius districtu, tamquam de feudo, quod ab eo, & Episcopo Pistoriensi tenetur investivit. Et ipsi ab eodem receperunt. Actum apud Seturnanam in Claustro Plebis, presentibus testibus Federico quondam Brunetti, & Recurso quondam Clari, anno Domini 1230. Ind. 3. secundo nonas februarii.

Ego Bonaccursus sacri palatii notarius atque iudex ordinarius predictis interfui, & rogatus scripsi & publicavi.

XI.

X I.

Aliud Juramentum fidelitatis, ex Archivo Episcopii Pistoriensis.

IN Christi nomine amen. Ex hac publica Scriptura omnibus pateat manifeste, quod Melior quondam pedocchi, Stepanus filius panthecti, ventura quondam Pipini &c. de Fangno juraverunt ad S. Dei Evangelia libro corporaliter tacto, ac fecerunt preceptum, & fidelitatem Domino G. Dei gratia Pistoriensi Episcopo pro se, & Episcopio Pistor. & ejus Catholicis Successoribus recipienti in omnibus & singulis Capitulis fidelitatis eis declaratis, & attendere, & observare omnia & singula eiusdem Domini Episcopi, & suorum Successorum precepta. Qui Dominus Episcopus suprascriptus homines recipientes pro se ipsis, & eorum heredibus de omnibus bonis immobilibus, que habent & tenent, & in antea habituri sunt, in fangno vel ejus territorio tanquam de feudo, quod ab eo, & Episcopio Pistor. tenent, investivit, & ipsi ab eodem receperunt.

Acta sunt hec omnia in plebe S. Pancratii de Cellis presentibus testibus Accurso quondam Clari, Federico quondam Burnetti, & Castellano quondam Darichelli Anno Dni 1230. Ind. 3. 2. ydus Februarii.

Ego Bonaccursus sacri palatii Notarius, atque Judex Ordinarius predictis interfui, & rogatus scripsi & publicavi.

X I I.

Aliud Juramentum fidelitatis ex Thesauro S. Jacobi.

IN Christi nomine Amen. Buonvassallus quondam Federighi Potestas Communis de Sambuca vice, & nomine Communis & Personarum de Sambuca de consensu, & voluntate infrascriptorum hominum dicti Communis, & Ubertus Benammi, Adamus Venturæ, & Gratia Deus Benamati Consiliariis dicti Communis vice, & nomine ipsius Communis, & pro se ipsis, & Michelinus Mancuri, Benedictus Joannis, Jacobus Francischi (a) Omnes predicti & eorum quilibet de Sambuca, & Javana districtus Sambuche asserentes sese esse fideles, & homines Dominj Guidalostis Dei gratia Episcopi Pistoriensis, & eius Episcopij, & in ipsius Dominio immediate in criminalibus, & Civilibus subesse debere, congregati in ecclesia S. Stefani de Sambuca, propria & communi concordia, & voluntate dicto Domino Guidalosti Dei gratia Episcopo Pistoriensi recipienti, pro se suisque Successoribus & Episcopio Pistoriensi juraverunt, corporaliter tacto libro ad sancta Dei Evangelia, fidelitatem in hac forma, videlicet, quod ab hac hora in antea non erunt nec aliquis eorum erit in dicto, facto, tractu, & operibus, quod idem Dominus Episcopus, vel ejus Successores vitam perdant, vel membrum, vel capiantur mala captione, & quod omnia, quæ sciverint, & cognoverint pertinere ad ipsum Dominum Episcopum, & ejus Episcopatum defendent, & manutenebunt ad honorem, & bonum statum ipsius Domini Episcopi, & ejus Episcopij, & si intellexerint, audiverint, & cognoverint, quod aliquis velit subtrahere, & minuere iura, & honores, & reverentias ipsius Domini Episcopi, & eius Episcopij, opponent se taliter, quod non fiat, & quod eidem Domino Episcopo per se, & eorum nuntios, quam citius poterunt, revelabunt, & si dictus Dominus Episcopus per eos, vel eorum aliquos mittet, vel mitti faciat ad ipsum Dominum Episcopum, venient, nisi detinerentur impedimento legitimo, credentias, quas eis, vel eorum alteri dictus Dominus Episcopus, vel alius pro & imposuerit, secreto tenebunt, & nulli pandent absque ipsius Domini Episcopi licentia, & mandato. Consilium, si quando eis, vel alicui eorum ipse Dominus Episcopus petierit, ei dabunt, prout viderint, & cognoverint esse sanius, & utilius ipsi Domino Episcopo, & eius Episcopio, bona fide

(a) *Sequuntur nomina Saturnanensium ad CXXX.*

fide, sine fraude. Hæc quidem Capitula, ut superius scriptum est, & alia omnia, quæ in aliis quibuscumque fidelitatis actibus continentur, in omnibus, & per omnia juraverunt prædicti omnes attendere, & observare bona fide, & sine fraude. Item prædicti omnes & eorum quilibet juraverunt ad sancta Dei Evangelia, corporaliter tacto libro attendere, & observare omnia & singula mandata dicti Domini Episcopi, & Nunciorum ejus, quot, quanta, & qualia eis, vel eorum alicui quacunque occasione fecerint, vel fecerint fieri tamquam eorum Domini. Acta sunt hæc in Ecclesia prædicta de Sambuca, præsentibus Dominis Ugolino Plebano S. Quiricj, Braccio quondam Domini Ugolini, & Presbytero Chiarito Rectore Ecclesiæ prædictæ testibus vocatis, & rogatis sub anno Domini a Nativitate MCCLVI. Indictione XV. IV. Idus Novembris, Manfredinus Filius Ubertini Benammi de eodem loco juravit, corporaliter ad sancta Dei Evangelia, tacto libro, fidelitatem dicto D. Episcopo, & ipsius mandata servare eisdem modis & formis, ut prædicti juraverunt, præsentibus Michaele Philippi, & Domino Braccio Ugolini testibus: præterea suprascripto anno Indictione, & mense Decembri Kalendis Decembris Pistorii in Palatio Episcopali, presentibus Presbitero Vethoso Canonico Plebis de Massa Piscatoria, & Presbitero Struffaldo Rectore Ecclesie Sancti Sebastiani juraverunt fidelitatem dicto Domino Episcopo & ipsius mandata generaliter servare, ut predicti alii superius juraverunt.

Ego Joannes filius quondam Gentilis Imperiali auctoritate Notarius his affui, & prædicta omnia rogatus fideliter scripsi, & publicavi.

Ego Lazarus olim filius Donati de Pistorio Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & notarius authenticum illud scriptum, & publicatum manibus suprascripsi Johannis notarii, unde hoc exemplum a me scriptum est, inveni, vidi, & legi, & prout eius manuscriptum inveni, ita hic inde transcripsi, & fideliter exemplavi, nil addens, vel minuens, quod sensum mutet, vel variet intellectum.

X I I I.

Aliud Juramentum fidelitatis, ex Archivo Operæ S. Jacobi.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno Dominice Nativitatis MCCLXVII. die IV. mensis martij X. Indictione apud Pistorium existente Domino Clemente Romane, & universalis ecclesie Summo Pontifice. Notum sit presentibus & futuris, quod ad honorem Domini nostri Jesu Christi, & sanctissime matris ejus beatissime Virginis Marie, & Domini Papæ & excellentissimi Domini Karoli Dei gratia Regis Siciliæ, & Dominæ Beatricis uxoris eius eadem gratia Regine Sicilie, & heredum suorum. Dominus Cialdus de Cancelleriis Potestas Pistor. Civitatis in pleno Consilio ejusdem Civitatis more solito congregato, voluntate ejusdem Consilii pro ipsius Universitatis nomine, & suo proprio nomine, & ipsius Consilij infrascripti nomine dicte Universitatis, & suo proprio juraverunt, & promiserunt Domino Ruberto de Laven Juris Professori, procuratori, & familiari Domini Regis predicti nomine dicti Domini Regis, & Domine Regine, & heredum suorum, quod dicta Universitas, & ipsi, & heredes eorum erunt fideles dicto Domino Regi, & dicte Domine Regine, & heredibus eorum; & quod ipsi personas eorum, & eorum bona defendent, & salvabunt suo posse contra omnes Universitates, & personas, excepto summo Pontifice, & Sancta Romana Ecclesia, & quod eorum dampna non querent, nec facient, aut sustinebunt, sed prohibebunt suo posse; Et si non possunt prohibere, eis, vel suis certis nuntiis, quam cito poterunt, numptiabunt. Item quod facient omnibus Inimicis eorum in Tuscia vivam Guerram, & predictos Dominum Regem, & Dominam Reginam, & heredes eorum, ac Gentes Domini Regis adjuvabunt contra Corradinum nepotem quondam Friderici olim Imperatoris Romanorum, & Gentem suam & contra omnes alios inimicos suos in Tuscia, salvis semper in omnibus, & per omnia mandatis Summi Pontificis, & dicta Romana Ecclesia, & statuerunt Potestas dicte Civitatis, & omnes Consilii, quod omnes

 homi-

homines Civitatis ipsius, & ejus districtus teneantur, & debeant facere predictis Domino Regi, & Domine Regine & heredibus eorum dictum Sacramentum in manibus illorum, qui ad hoc statuentur per Potestatem Pistorii recepturi nomine predictorum Domini Regis, & Domine Regine, & heredum suorum. Versa vice dictus Dominus Robertus Procurator Domini Regis predicti habens potestatem a Domino Rege facit pactiones, & promissiones cum Pistoriensibus & aliis hominibus Tuscie per manum dicti Potestatis recipientis nomine Comunis Pistorii, & hominum dicte Civitatis, & districtus, quod Dominus Rex dictam Civitatem, & homines ipsius Civitatis, & districtus, & eorum jura salvabit, & defendet ubique in terra, & in mari, sicut bonus Dominus debet salvare bonos fideles suos, exceptis illis, qui essent inobedientes Ecclesie, vel sibi, vel illis, quos Potestas & Commune Pistorij habebunt pro rebellibus suis, pro inimicis, & etiam exceptis illis, quos Capitaneus Guelforum, & Consilium Guelforum vel major pars Consilii Guelforum dicent suos Inimicos. hec omnia acta sunt salvis mandatis Summi Pontificis, & Sancte Romane Ecclesie. Nomina vero ipsorum Consiliariorum sunt hec. Orlandinus Caccialostis, Jacobus Gherardi Bocchindaccius Adoptati, Guido Gonsalen . . . . Paganellus . . . . Guccius Domini Arrighi, Tuccius Domini Gherardecti, Berlinghectus Romei, Paulus Carrocie, Jacobus ec. ec. (a).

In quorum testimonium predictus Dominus Robertus nomine Domini Regis predicti, & dicte Domine Regine, & heredum suorum, & dictus Potestas & predicti Consiliarii nomine Civitatis Pistorii, & hominum dicte Civitatis & districtus preceperunt fieri publica instrumenta eiusdem tenoris sigillanda sigillo dicti Domini Roberti, & dicti Domini Potestatis, & dicte Civitatis Pistorii. Acta in Ecclesia majori dicte Civitatis, presentibus testibus vocatis, & rogatis Magistro Elya Canonico Belluaen, & nunc Capellano Domini Pape & Dno Usuardo Ugolino & Dno Figenna, & Dno Bretto de Avengnone, & D. Galiocto de Lambertinis, & D. Arnaldo Grinda, militibus Domini Regis, & Magistro Mattheo de Cajeta.

Ego Jacobus Avenrdi de Pistorio Imper. auct. Notarius, & tunc dictæ Potestatis Pistoriensis Scriba publicus pro communi predictis omnibus & singulis affui, & mandato dicti Domini Roberti Potestatis, & Consilii, & omnia & singula scribens in publicam formam redegi.

Ego Francischus filius Benis Baldi de Pistorio Imperiali auctoritate Judex Ordinarius, atque Notarius predicta omnia inveni, vidi, & legi in actis, sive abreviaturis scriptis manu suprascripti Jacobi Avenrdi Notarii: & hic inde transcripsi, & fideliter exemplavi de licentia & auctoritate mihi data, & concessa a Dno Gese . . . . de Burgho S. Sepulchri Judice, & Defensore Communis, & Populi Civitatis Pistorii, in Palatio dicti Communis, presentibus Lapo Baldi Fioravantis, & Ranaldo Ser Amadini de Pistorio, testibus ad hec vocatis, & rogatis, sub Dominice Nativitatis Anno MCCCIX. Indict. VIII. die primo mensis Septembris.

X I V.

Cassatio Monitionum &c. contra Civitatem Pistorii, ex Libro Censuum, pag. 139.

IN Christi nomine amen. Omnibus hanc paginam inspecturis patet evidenter quod magnificus & Venerabilis vir Dominus Rudolfus Imperialis Aule Cancellarius, & in Tuscia pro Serenissimo Domino Rudolfo Romanorum Rege semper augusto Vicarius generalis ad postulationem Foresi Baldi Sindici, & Ambasciatoris Comunis Pistor. cassavit, & irritavit, & revocavit monitiones, requisitiones, precepta, omnes, & omnia, & omnes processus factos, & facta contra Comune Pistor. occasione Sacramenti fidelitatis imperii petiti per ipsum Dominum Cancellarium a dicto Comuni Pistor., & reposuit dictum Comune Pistor. in

(a) *Sequuntur cetera nomina, que omittenda duximus.*

in eo ſtatu, in quo erat ante dictas monitiones, requiſitiones, precepta, & proceſſus, & de ſpeciali gratia conceſſit, & voluit, & promiſit, atque convenit dicto Sindico, & Ambaſciatori, pro dicto Comuni recipienti quod non coget dictum Comune Piſtor. fidelitatem facere, vel Sacramentum fidelitatis imperii preſtare, nec propterea contra dictum Commune procedat, niſi primo Comune Florentiæ per legittimum Sindicum fidelitatem faciat, vel concordaverit cum domino Imperatore vel cum dicto Domino Cancellario, vel niſi dominus Cancellarius prius procedat ad condempnationem contra Florentinos, vel niſi veniat Imperator in Tuſcia, vel ejus potentia. Actum in Arce Sancti Aliniatis preſentibus hijs rogatis teſtibus, ſcilicet honorabili viro Domino Johanne Prepoſito Turricenſi, Domino Guidone de Suzzaria legum doctore, & egidio Notario quondam Donos Dei de Piſtorio in anno Domini MCCLXXXII. indictione decima menſis Julii die Jovis decima ſexta.

C. R. de Caſaronibus de Roma Apoſtolice Sedis Notarius quia predictis interfui, predicta omnia ſcripſi & publicavi rogatus.

Ego Aldibrandinus filius Fuccii imperiali auctoritate Judex Ordinarius atque Notarius predictum autenticum, unde hoc exemplum ſcriptum eſt, vidi, & legi, & prout ibi inveni, ita hic inde tranſcripſi, & exemplavi nil addens, vel minuens, quod mutet ſenſum, vel variet intellectum, & ad majorem Rei evidentiam ſignum mee manus appoſui de mandato, & voluntate domini Bonaccurſi de Monticulo honorabilis Capitanei populi Piſtor. & tunc gerentis ſupremum officium Poteſtarie Civitatis ejuſdem & Anzianorum Populi Piſtor. ſtantis temporis ſub Anno dominico a Nativitate MCCLXXXII. Indictione decima de menſe auguſti.

I.

Hugonis Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopi præceptum Bononienſibus, & Piſtorienſibus de pace inter ſe firmanda, ex libro cenſuum 182. 1. conlatum cum exemplo ſcripto a. 1383. XXII. Octobris, quod in Theſauro S. Jacobi ſervatur.

IN Chriſti nomine Amen. Cum Dominus Ugo Oſtien. & Velletren. Epiſcopus mandaſſet Dominis Alberto Cappellano, & Roffredo notario Subdiaconibus Domini Pape, ſicut continebatur in duobus publicis Inſtrumentis factis a Vethoſo notario (*a*), ut recitarent, promulgarent, ſeu publicarent precepta, & mandata ſcripta, & ſigillata ſigillo ipſius Domini Epiſcopi Oſtienſis ab eo ordinata, & tractata ſuper queſtionibus, & diſcordiis, que vertebantur inter Bononienſes, & Piſtorienſes, dictus Dominus Albertus dicti Domini Epiſcopi mandata ipſius ſigillo impreſſa; coram me Bonaventura Notario, & in ſubſcriptorum teſtium preſentia, & coram Epiſcopo Viterbienſi aſſeruit, & Magiſter Rofredus

K 2

(*a*) Epiſtolas intelligit ſcriptas Reate in domo Donadei 1219. quarto nonas Octobris, preſentibus Domino Leone titulo S. Crucis Cardinali, & Dominis Enrico Domini Pape Subdiaconi, & Lupo Archidiacono de Conca &c. quæ leguntur in libro *Cenſuum* pag. 108. Ibidem extat Bononienſis Poteſtatis Epiſtola ad Hugonem, quam injucundum non erit heic exſcribere ex citato *cenſuum* libro pag. eadem 108. *Reverendiſſimo in Criſto patri & Domino Ugo Dei gratia Epiſcopo Oſtienſi & Velletrenſi. Henricus Comes Bononie peteſtas promptum ſemper & fidele ſervitium cum omnimoda ſubiectione Paternitatem veſtram, de qua plene confidimus, preſentium tenore volumus non latere, quod Ambaxciatores de mellioribus & maioribus Civitatis noſtre ad vos curavimus deſtinare, mandatum veſtrum taliter adimplentes, quod die Mercurii ſexto menſis Septembris, vel die Jovis ſequenti ad veſtram preſentiam in prefixo loco Deo volente in ora propoſita veniendi iter arripuere. Unde ſi ad ſtatum diem ad vos pervenire non poſſent, ſupplicamus benignitati veſtre ut ne moleſtum feratis & ut non fiat contra mandatum veſtrum, talem ſi placet, terminum prefigatis, ut ad vos in eo vel etiam ante valeant pervenire.*

19

(1) legit dus ea legendo (1) publicavit, & recitavit, utroque factum alterius approbante, que vero mandata & precepta hec sunt.

In nomine Domini amen. Nos Ugo miseratione divina Ostiensis, & Velletrensis Episcopus precepimus Ambaxciatoribus, & Procuratoribus Bonon. & toti populo Bononie auctoritate, qua fungimur ex debito nobis prestiti juramenti, quo nobis adstricti tenentur, ut reddant, & servent veram & perpetuam pacem (2) quam & securitatem veram prestent personis & rebus tam in Civitate, & (2) Comitatu eorum quam extra Procuratoribus & ambasciatoribus Pistorien. & toti populo & Comuni Pist. nominatim de omnibus discordiis, controversiis, guerris, dampnis, & offensionibus, que inter Bononienses ex una parte, & Pistor. ex al(3) alia tera (3) orte, facte, vel date sunt occasione alicuius terre, vel aliquarum terra(4) predictis rum, & predictis (4) omnibus nullam guerram, nullam discordiam, nullam offensionem, vel vindictam ullo tempore faciant, salvis omnibus aliis mandatis nostris inferius adnotatis, & similiter precipimus vobis ambasciatoribus, & Procuratoribus Pistorien. & per vos toti populo Pist. auctoritate, qua fungimur ex debito nobis prestiti iuramenti, quo nobis astricti tenemini, ut reddatis, & servetis veram & perpetuam pacem, & securitatem plenam prestetis personis & rebus tam in Civitate & comitatu vestro, quam extra Ambasciatoribus, & Procuratoribus bononie & toti populo, & Comuni Bononiensi, nominatim de om(5) omit. nibus discordiis, controversiis, guerris [5], & dampnis, & offensionibus que inter vos pistorienses ex una parte, & Bononienses ex altera orte, facte, vel da(6) predictis te sunt occasione alicuius terre, vel aliquarum terrarum, & predictis (6) omnibus nullam guerram, nullam discordiam, nullam offensionem, vel vindictam ullo tempore faciatis, salvis omnibus aliis mandatis nostris inferius adnotatis. Item ad honorem Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. In primis Sambucam cum omnibus pertinentiis suis Episcopo, & Ecclesie Pist. libere dimittimus, ut quiete, & pacifice habeant, & teneant in perpetuum, sicut in privilegiis Romanorum Pontificum, & in aliis eorum autenticis continetur. Ambasciatoribus autem, & Procuratoribus Bononiensium precipimus, & toti populo Bononiensi auctoritate, qua fungimur ex debito nobis prestiti juramenti, quo nobis astricti tenentur, ut terras, scilicet fossatum, Triblum, Turrim, & Monticellum cum pertinentiis suis Comuni Pist. libere dimittant, & de his omnibus nullam de cetero questionem, vel molestiam faciant, sive controversiam, salvo iure in omnibus, & per omnia Ecclesie Romane, & Imperii, & iure spiritualis (7) Bononienses. Ecclesie Romane [7] & salvo iure in temporalibus Episcopi & Ecclesie Pistoriensis, & salvo jure aliarum quarumlibet personarum. Item precipimus vobis Ambasciatoribus, & procuratoribus Pist. & per vos toti populo Pist. auctoritate, qua fungimur ex debito nobis prestiti juramenti, quo nobis astricti tenemini, ut omnia alia Castra, & Villas cum pertinentiis suis sita vel sitas in Episcopatu Bononiensi eisdem Bononiensibus libere dimittatis, & de his nullam de cetero questionem, vel molestiam, seu controversiam faciatis salvo iure in omnibus, & per omnia Ecclesie Romane, & Imperii, & Ecclesie Bononiensis, & Pistoriensis, si (8) quod que [8] habet in temporalibus, & salvo jure aliarum quarumlibet personarum hec autem Bononiensibus, & Pistoriensibus precipimus, salvo mandato nostro, quod supra granaiolo, & munitionibus faciendis, vel non faciendis de novo nobis du(9) duximus xerimus (9) reservandum. Item precipimus vobis procuratoribus & ambasciatoribus Pistorien. & per vos toti populo Pistorien. auctoritate qua fungimur, & ex debito nobis prestiti iuramenti, quo nobis adstricti tenemini ut hominibus de Sambuca qui ab ea propter predictam guerram, & discordiam recesserunt possessiones, & bona sua preter iurisdictionem Castrorum, & Villarum restituatis, & ea permittatis eosdem pacifice possidere, salvo jure, & debitis obsequiis principalium Dominorum. Item precipimus & procuratoribus Bonon. & toti populo Bononiensi auctoritate qua fungimur, & ex debito nobis prestiti juramenti quo nobis astricti tenentur, ut hominibus, qui fuerunt habitatores Castrorum & Villarum, que & quas tenent, & ab eis propter dictam guerram & discor(10) eos diam recesserunt, possessiones, & bona sua preter iurisdictionem Castrorum & Villarum restituant, & eis (10) permittant eadem pacifice possidere, salvo jure

&

& debitis ossequiis principalium Dominorum. Item precipimus Ambasciatoribus, & Procuratoribus, & toti populo Bonon., & Pist. auctoritate, qua fungimur, & ex debito nobis prestiti iuramenti, quo nobis adstricti tenentur, ut faciant jurare Successores Potestatum, vel Consolum suarum Civitatum, qui pro tempore fuerint ad regimen eisdem Civitatibus assumpti servare predictam pacem, & mandata nostra supradicta, & hec ponant, vel poni faciant in statutis Comunitatis Civitatum suarum, videlicet quod Rectores earumdem (1) Civitatum Potestates, vel Consules, qui pro tempore fuerint ut dictum est, iurent servare, & facere observari predictam pacem, & mandata nostra predicta, nec deleant hec de statutis suis, nec deleri faciant, ita quod dicta omnia maneant illibata omni tempore.

(1) earum

Aperta, recitata, promulgata, atque publicata sunt supradicta precepta, & mandata Domini Ostiensis Viterbii in Ecclesia S. Laurentii eiusdem Civitatis coram me subscripto Notario, & coram Potestate populi Viterbien. & suscriptis testibus. Anno eiusdem Nativitatis MCCXVIIII. temporibus Domini Honorii III. pape die XVI. Octubris Indictione VII. & coram Domino Johanne Capoccie Domini Pape Cappellano, Blasio Clerico dicti Domini Roffredi, Ugolino Salamonis Potestate Viterbien. (2) Barlicto Judice Civitatis iam dicte Bonianni-no Camerario Viterbien. Macchabeo Riccardo, Petro Bono, Johanne Cocci, Ugolino Burgundionis (3) Tramando Manigothii, Petro Stampa folie, Leone Cutte (4); Rainerio Benthi Civibus Vitterbien. & aliis multis, & populo presenti.

(2) Viterbii

(3) Borguldonis,

(4) Tutie.

Ego Bonaventura Sancte Romane Ecclesie Notarius supradicta precepta, seu mandata mandato dictorum dominorum Alberti Domini pape cappellani, & Magistri Roffredi Domini pape Notarii publicavi.

I I.

Honorii III. præceptum Pistoriensibus, ut reddant Romanæ Ecclesiæ castra quædam, ex libro censuum p. 61. t.

HOnorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis potestati, & populo Pistoriensi salutem, & apostolicam benedictionem. Cum non dubitetis, quia nec dubitare potestis terram Comitisse Metildis ad Romanam Ecclesiam pertinere, quod etiam Carissimus in Cristo filius noster Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Sicilie recognoscens terram nobis restituit memoratam, indecens omnino est, quod castra quedam existentia de terra predicta, videlicet Fossatum, Turrem, & Monticellum detineatis auctoritate propria occupata. Nolentes ergo ut Civitas vestra, quam prerogativa quadam dilectionis amplectimur, contra se Romanam Ecclesiam provocet, & nos, ad quos pertinet tueri jus suum, experiatur iratos, quin potius cupientes vos, & Civitatem eamdem nostram, & Apostolice Sedis gratiam, quæ provehit, & exaltat devotos & humiles filios, uberius obtinere universitatem vestram monimus, & hortamur attente, per Apostolica scripta districte precipiendo mandantes quatinus usque ad festum Purificationis proximo venturum dilecto Filio Abbati de Septimo Floren. Dioc. Castra ipsa cum omnibus pertinentiis suis nostro & Ecclesie Romane nomine resignetis, vel saltim, si de iure vestro confidetis, procuratores vestros super hoc ad nostram presentiam transmittatis, & quia manifestum foret, si aliter ageretis, quod in nostro delectaremini gravamine, ac contemptu, Venerabili fratri nostro florentino nos noveritis iniunxisse, ut vos ad alterum predictorum per Censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compellat. Datum Laterani XI. Kalendas Januarj Pontificatus nostri anno sexto.

III.

I I I.

Honorii III. literæ a. 1222. Pisano Archiepiscopo, & Florentino Episcopo, in caussa Castrorum quorumdam, quæ Pistorienses detinebant, ex libro Censuum pag. 61. t.

HOnorius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopo Pisano, & Episcopo Florentino salutem & apostolicam benedictionem. Cum olim Potestati, & populo Pistoriensi dederimus in preceptis, ut Castra quedam, que fuere clare memorie Comitisse Mathildis, ad romanam Ecclesiam pertinentia, videlicet Fossatum, Turrem, & Monticellum cum pertinentiis suis usque ad festum Purificationis proximo preteritum dilecto filio Abbati de Septimo Florentine Diocesis nostro nomine resignarent, vel si de iure confiderent, procuratores idoneos ad nostram curarent presentiam destinare, ipsi licet ad nos miserint idoneum responsalem, non tamen potuit de veritate constare ideoque caussam ipsam vobis duximus committendam. Fraternitati vestre per apostolica scripta mandantes quatinus eo non obstante, quod dilecto filio Archipresbitero Florentino causam commiseramus eamdem dilecto filio Johanne Monacho S. Marie de monte plano, quem Ecclesie Romane procuratorem statuimus, ac dilecto filio nobili viro Comite Alberto, qui a nobis castra ipsa recepit in feodum seu procuratore ipsius, nec non per vos ipsorum Pistoriensium ad vestram presentiam evocatis audiatis, que hinc in antea duxerint proponenda, & in negotio ipso usque ad sententiam diffinitivam appellatione proposita procedentes causam, si partes consenserint, fine debito decidatis, alioquin eamdem ad nos remittatis sufficienter instructam, prefigentes partibus terminum competentem, quo se nostro conspectui representent sententiam recepturi. Nos enim tam dicto procuratori Ecclesie Romane, quam ipsi Comiti, & procuratori eiusdem transigendi, vel pacifcendi super predictis subtraximus potestatem. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram Ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Datum Laterani 17. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno sexto.

I V.

Gregorii IX. literæ 1227. Pistoriensibus datæ, ut si opus fuerit, homines de Carsagnana defendant, ex Thesauro S. Jacobi.

GRegorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Potestati, & Communi Pistoriensi salutem & apostolicam benedictionem. Officii nostri sollicitudo deposcit, ut iura, & honores apostolice Sedis, cui disponente domino presidemus, studeamus illibata servare, ac eius fidelibus opportunum in necessitatibus suis auxilium impertiri. Cum ergo fideles nostri de Carfagnana gravati sint multipliciter, & graventur in apostolice Sedis iniuriam & iacturam, universitatem vestram sollicitandam duximus, & hortandam. Per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus, quatinus si a dilecto filio Cinthio Subdiacono, & Cappellano nostro, quem propter hoc ad partes illas direximus, fueritis requisiti, eidem ad defendendum predictos fideles nostros & honores ac iura Sedis Apostolice conservanda fideliter & efficaciter assistatis, impendendo eidem consilium, & auxilium opportunum, Preces, & mandatum nostrum taliter impleturi, quod devotionem vestram merito commendemus. Datum Anagnie X. Kalendas Octobris Pontificatus nostri anno primo.

V.

V.

Friderici II. Imperatoris ad Pistorienses literæ a. 1228., ut damna ab ipsis illata Valli Arnj reparent, ex libro Censuum p. 164. t.

FRedericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Jerusalem, & Sicilie Rex potestati, & Comuni Pistoriensi fidelibus suis gratiam suam & bonam voluntatem. Intellexit Serenitas nostra, quod vos per adventum Everardi Castellani Sancti Miniatis ad nos fidelis nostri congregantis exercitum vallem Ariani S. Arni invasistis, & quedam castra nostra combustioni supposuistis, quod tanto nobis displicet, quanto vos hactenus fideles devotos nostros, & Imperii habebamus, & executioni mandatorum nostrorum invenerimus, vos paratos Homines etiam & cepistis, & interfecistis, ut dicitur, & mulieribus valde iniuriose gravamina intulistis. Quare fidelitati vestre sub debito fidelitatis, qua nobis, & imperio tenemini, districte precipimus, quatinus ad inquisitionem dicti Everardi Castellani nostri de dannis illatis satisfaciatis eidem, & iniuriis supradictis. Captivos etiam, quos habetis, restituatis eidem. Datum Troje 13. Octobris prime indictionis.

ADNOTATIO.

Dominus Jacobus de Burgo Pistoriensis potestas satisfecit vice, & nomine Communis pistoriensis, quod constat ex Everardi ipsius testimonio in charta, quæ in eodem *censuum* libro exstat eadem pagina, scripta in *Valle Neule iuxta Stratam publicam prope locum, ubi dicitur ad fornacem, anno dominice Nativitatis* 1230. *decimo sexto Calendas Aprilis indictione tertia.*

VI.

Andreæ Jacobi Florent. Potestatis arbitrium Lucenses inter & Pistorienses ex libro Censuum pag. 73. t.

IN nomine domini amen, millesimo ducentesimo vigesimo octavo 12. Kal. Januarii Indictione secunda Nos Andreas Jacobi dei gratia Flor potestas [*a*] electus arbiter, & arbitrator una cum Domino Guiffredi Cardinalis Apostolice Sedis, & Tuscie legato a potestate, & Consilio, & Comune Lucano ex parte una, & a potestate, consilio, & Comune Pist. ex altera super omni questione generaliter, & specialiter, & differentia, que inter eos, & utramque Civitatem vertebatur, quacumque occasione, & quocumque modo, vel causa, & super omnibus, & singulis Capitulis, que continentur in compromisso scripto per manum Formagii notarii, habita etiam vice domini Cardinalis, ut scriptum est per manum formagii notarii, & cum ipse Dominus Cardinalis sit absens, volentes utramque Civitatem, & utrumque Comune tam lucane Civitatis, quam pistorii, & generaliter, & specialiter omnes, & singulos homines utriusque Civitatis ad pacem, & concordiam revocare, & inter eos omnem scandali & discordie materiam aboleri sub pena in compromisso apposita sic inter eos laudamus, arbitramur, & precipimus. In primis, ut vera pax, & concordia sit de cetero inter eos, & inviolabiliter omni tempore observetur, & ut neutra partium aliquo modo, vel occasione, seu causa contra dictam pacem & concordiam in perpetuum audeat contraire, vel iniuriam seu offensam alteri parti ullatenus inferre in personis vel rebus, sed libere in personis & rebus generaliter & singulariter quelibet pars per Civitatem, & fortiam, & districtum alterius partis sine malitia & fraude possit ire, stare, & redire secure. Item laudamus, arbitramur, & firmiter precipimus sub dicta pena, ut omnes capti ab utraque parte, & detenti, undecumque sint, & qualitercumque capti fuissent, & nunc detineantur libere & expedite

[a] *Perusinus is erat. Vide Jo. Villanium* (*Lib.* VI. *cap.* V.

pedite absolvantur, & restituanrur hinc inde ante nativitatem Domini proxime venturam, si commode fieri potetit; alioquin ante Kalendas Januarii proxime venturas precise deliberentur & absolvantur & restituantur hinc inde omni occasione remota. Item laudamus, arbitramur, & precipimus sub pena in compromisso apposita, quod dicta pax & concordia firmiter fiat, & approbetur a Consilio & Commune utriusque partis ante proximas Kalendas Januarii, & inde fiant publica instrumenta, pena mille librarum auri adiecta, & promissa pro firmitate pacis & concordie supradicte, & sagramenta prestentur a potestate Lucana, & Consulibus Pist., & a Consilio utriusque Civitatis de predicta pace & concordia observandis, & in eisdem instrumentis pacis faciant inter se finem, & refutationem de dampnis, & iniuriis hinc inde illatis, salvo arbitrio nostro, & Comunis Florentie & Successoribus nostris laudandi, arbitrandi, & precipiendi super iniuriis hinc inde factis per compromissum in nos factum. Supradicta autem omnia & singula laudamus, arbitramur, & firmiter hinc inde precipimus observari, adimpleri, teneri, & fieri sub pena in compromisso apposita, salva & reservata nobis & Successoribus nostris, & Comuni Florentie licentia, & potestate iterum, & semel, & pluries laudandi, & arbitrandi, & etiam interpretandi, si qua dubia inter partes predictas apparuerint de predictis vel aliquo predictorum. Latum est hoc arbitrium a domino Andrea Jacobi dei gratia Flor. potestatis in Palatio Communis Flor. coram generali & speciali consilio communis florentie congregatis ad sonum campane more solito, & presentibus Domino Parentho Dei gratia Lucan. potest. & Paganello Strambi, Bonatello, Uberto Rosso, Salla, Orlando Loctieri, Albertino Bandini, & Orlando Rustichelli Ambasciatoribus Communis Lucani, & Lamberto Cancellario comunis Lucani & Sp. presentibus dominis Rain. Spectar. & Tomasino Tedici consulibus pist. & Rainerio maloncalcj, Lanfranco frangilaste, Roberto iudice, tuldrone soldi, soldo iudice, federico bernardino Mule, fraimerrigo, & ugolino Ugonis ambasciatoribus Comunis Pist. & Octavante notario ad eiusdem Comunis & presentibus Johanne de lamarchisiana; Sclatta Cavalcantis, trussa donati, guillelmo tignosi, Gargotho Stii . . . . Marsoppo rustichelli, Rogerino Salvi Arampite iudice, giambert cavalcantis, & martino milite dicte potestatis, & aliis pluribus ad hoc rogatis testibus. Item paucis diebus postea, videlicet millesimo ducentesimo vigesimo octavo quarta Kalendas Januarii indictione secunda. Nos Andreas iacobi dei gratia florentinorum potestas una cum consilio generali communis Florentie, eo adunato more solito ad sonum campane pro Comuni flor. tam nos potestas, quam & nos consiliarii adprobantes & confirmantes laudum & arbitrium a nobis potestate pro communi florentie latum & factum inter Lucanos & Pistorienses, sicut superius continetur, & scriptum est, ipsi laudo & arbitrio & precepto hoc addimus & laudamus, & arbitramur, & interpretamur, & ab utraque parte sub pena in compromisso apposita precipimus observari, videlicet ut vera pax & concordia sit & fiat inter commune Lucanum, & homines Episcopatus Lucani, & ipsum Episcopatum ex una parte; & Comune Pist. & homines Episcopatus Pist. & ipsum Episcopatum ex altera, & inter eos inviolabiliter omni tempore observetur, salvo in omnibus & per omnia laudo, & arbitrio, & precepto a nobis potestate prolato inter predictos ut superius continetur, & scriptum est, & reservata nobis, & communi Florentie licentia, & potestate iterum, & pluries laudandi, & arbitrandi, & precipiendi inter eos, & interpretandi, si quod dubium, vel dubia emerserint de predictis vel aliquo predictorum.

Acta sunt hec omnia in palatio communis Florentie, presente domino Johanne Boccaccii nova potestate Florentie (*a*) a predicto Domino Andrea Jacobi potestate Florentie & ab ipso consilio, & Consiliariis ibi congregatis & presentibus Ubertino de Aritio iudice, & Gualtervolo, & Upithino, & Martino militibus dicte potestatis floren. scilicet domini Andree & presentibus Diomildiedi, & orlando Borgognonis, & Bencivieni Rustichi notarii dicte nove potestatis, & aliis pluribus ad hoc rogatis testibus, & Belicito iudice & notario presente.

Ego Formagius imperiali auctoritate iudex & notarius hec omnia me presente acta de mandato dicte potestatis, & Consiliariorum scripsi, & in publicam formam redegi, ideoque subscripsi. Ego

[a] *Adi sis, Villanium* [*L.* VI. *c.* V.] *&* *Mannium in suo* Decamerone *inlustrato*.

Ego Jacobus notarius quondam iuncte autentica instrumentorum continentium in istis duobus quaternis a me transcriptis, exemplatis vidi, & legi, & pro ut in ipsis inveni, hic fideliter exemplavi, & ad maiorem rei evidentiam signum mee manus apposui de auctoritate & mandato domini Locti honorabilis potestatis Pist. sub anno domini 1258. Indictione secunda decimo sexto Kal. decembris coram Paganello Nut, & Cristiano Benvenuti testibus.

VII.

Gregorii IX. Epistola a. 1231. contra Florentinos, Pistorienses, aliosque, ex Thesauro S. Jacobi.

GRegorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Benvenuto de Serzana Predicatorum, & Gerardo de Prato Minorum ordinum fratrum Lunensis, & Pistoriensis Diocesis salutem & Apostolicam benedictionem. Dudum dilecti filii Potestas, Consilium, & Commune Pisanum per suos nobis Ambassatores & Nuntios transmisere querelam inter cetera continentem, quod Potestas, Consilia, & Comunia Florentinorum, Senensium, Lucanorum, Pistoriensium, Vulteranorum, Pratensium, S. Miniati, & alie Universitates, & Communitates Vallis Else, pacis violato federe hactenus inito de assensu Carissimi in Christo filii nostri Regis Sicilie Illustris in Provincia Tuscie auctoritate Apostolice Sedis Imperii Vicarii Generalis inter ipsos & predictos potestatem, & Consilium, & Comune Pisanum, inter quos graves antea fuerant dissensiones exorte, iuramenta variarum obligationum, ac penarum adiectione vallate, coniurationem, & societates de movendo guerram dicto Comuni Pisano temere facientes, & contra illos congregantes exercitum castrum, & terram Montistopari ad prefatum Comune spectantia per obsidionem artissimam expugnarint, alias eidem Comuni per aliarum quampluriuim terrarum suarum depopulationes dampna gravia irrogando, & adhuc Castrum detinendo predictum contra iustitiam occupatum. Nos autem intellecto, quod dicti Potestas, Consilia, Comunia, Universitates, & Comunitates adversus illos hostiliter procedere disponebant, sentientes id eo fore nobis non indigne molestius, quo periculosiores existunt ipsius sciffure populi Christiani, hoc precipue tempore, dum ad terre sancte subsidium totius Christianitatis in unitate proposite conflatis viribus, prout Dominus ex alto permiserit, anelamus, propter quod etiam pridem in generali Concilio Lugdunensi duximus statuendum, ut universi Christi fideles ad pacis observationem, vel sedatis omnino discordiis, vel usque ad sex annos treugarum remedio intermissis, ubique per locorum Ordinarios efficaciter compellerentur, & actendentes quantum eorumdem Pisanorum Comunis auxilium sit ad terre memorate negotium oportunum, contra dispendiosum existeret illud huiusmodi occasione diminui, vel forsitan impediri, eisdem Potestatibus Consiliis, & Comunibus, Universitatibus, & Comunitatibus per nostras licteras presentes duximus (1) & mandatum ut pensantes consultius, quod periculosum erat, illam eamdem Provinciam turbare temporibus, quodque nobis longe foret acceptius, si nostris monitis, dum sumus de illis absentes partibus, in promptitudine debita obedirent, quomodo si etiam in ipsis presentes essemus, contra predictos Comune Pisanum ab omni guerrarum commotione, ac prosecutione taliter cessare curarent, quod eadem pro ut deceret placata provincia remaneret, & premissum negotium, aliaque Dei servitia, pro quibus prefatum indixeramus Concilium, efficacius poscent, & utilius promoveri, nec potestatibus, Consiliis, & Comunibus, Universitatibus, & Comunitatibus supradictis ipsorum impedimenta imputari valerent, sed laudis tituli studio promotionis ascribi. Dedimus quoque dilectis filiis Aldebrandino Johannis Pape Senensi, & Bonaventure de Mugello Predicatorum & Minorum ordinum fratrum per alias nostras litteras in mandatis, ut eos ad premissa hortari efficaciter, & inducere procurarent, eadem ipsis ex parte nostra nichilominus iniungendo. At ipsi his nostris precibus, & mandato ac predictorum fratrum monitionibus vilipensis

(1) correct. direximus.

pensis prefatis Comuni Pisano guerram denuo commoverunt, ac deliberarunt exercitum congregare contra ipsos Pisanos, & terras eorum hostiliter tunc in proximo processuri, non attendendo, quod Potestatibus, Consiliis, Comunibus, Universitatibus, & Comunitatibus supra dictis non licet contra prefatam pacem juramentis, & aliis firmitatibus ut predicitur, roboratam temeritate propria sic venire, cum id non solum in eorumdem Pisanorum lesionem Comunis, verum etiam in fama predictorum potestatum, Consiliorum, Comunium, Universitatum, & Comunitatum dispendium, ac proprie salutis noscerent interitum redundare. Unde nos urgente conscientia, nolentes talia, prout nec debebamus, conniventibus oculis pertransire, predictis Potestatibus, Consiliis, Comunibus, Universitatibus, & Comunitatibus dedimus per alias nostras litteras districtius in preceptis, ut contra prefatos comune pisanum sic hostiliter procedere nullatenus attemptarent, quin immo ab omni guerrarum commotione ac prosecutione, prout per easdem priores nostras iniunximus litteras, penitus abstinerent. Cumque prefati Potestas, Consilium, & Comune Pisanum se paratos offerrent, si forte universitates predicte adversus ipsos aliquam causam se dicerent habere querele, parere . . . . coram judice competenti. Nos attendentes, quod ideo est vigor juris in medio positus, ne quis sibi summere audeat ultionem, dilecto filio Johanni de Viterbio Ordinis Predicatorum per alias nostras dedimus litteras in mandatis, ut personaliter ad partes illas accedens predictis Comuni Pisano, quod obtulerant, facientibus, prefatas universitates ex parte nostra moneret, ac inducere procuraret, ut contra prefatos Comune Pisanum hostiliter procedere minime attemptarent, sed a commotione qualibet, ac prosecutione guerrarum iusta huius precepti tenorem omnino desisterent, eos ad id, si opus existeret, per censuram Ecclesiasticam, omni appellatione postposita, compellendo. Idem vero frater mandati nostri diligens executor ad easdem partes se conferens, universitates predictas ex parte nostra singulariter monuit, & induxit, eis sub excomunicationis in personas & in terras eorum interdicti penis districtius, sicut dicitur, inhibendo, ne contra memoratum Comune Pisanum hostiliter procedere quoquo modo presumerent, sed ab omni guerrarum commotione ac prosecutione cessarent. & contra eedem universitates, pro ut fertur, mandatis & monitis eius spretis factis, & ordinatis armorum preparationibus, ac machinis decreverant, & firmarant congregato exercitu hostiliter procedere contra Civitatem & predictum Comune Pisanum, & iam ad hoc sua vexilla produxerant: Idem Frater attendens quod iam opus erat, ut auctoritate sibi commissa universitates predictas ab huius temeritate compesceret, in potestates, Capitaneos, anthianos, & Consiliarios, ac in omnes alios Florentinos, Lucanos, & Pistorienses, quod in premisso exercitu depopulando vel devastando, seu alia dampna inferendo vel faciendo guerram territorium aut districtum. Pisanorum ipsorum hostiliter intrare presumerent in scriptis ex tunc, sicut dicitur, excomunicationis sententiam promulgavit contra ipsos, & Civitates eorum, si quod absit, huius sententiam contempnerent, se comminans durius processurum, non intendendo per eamdem ligari sententiam illos ex capitaneis, anthianis, & consiliariis supradictis, qui congregatione eiusdem exercitus, & commotioni guerrarum suum non prebuerint verbo, vel facto consilium, vel assensum, sed contradicere, ac impedire toto posse dictum exercitum curaverint. Et quia predicti Potestates, Capitanei, Anthiani, Consilia, & Comunia Florentinorum, Lucanorum, & Pistoriensium addentes, sicut asseritur, contemptum contemptui territorium dictorum Pisanorum hostiliter ingredi presumpserunt, eis dampna gravia irrogando, dictus frater denuntiasse dicitur, eos predictam excomunicationis sententiam incurrisse, & ad alias etiam sententias excomunicationum procedens Florentina, Lucana, & Pistoriensis Civitates, & castrum S. Miniati propter huius causas Ecclesiastico supposuisse nihilominus interdicto, reservata sibi potestate alias contra eos, & alios procedendi, pro ut eis expediens videretur; quamquam predicte universitates ab ipso fratre Johanne, suisque processibus se asserant appellasse. Licet igitur discussioni processuum & appellationum huiusmodi vacare non possimus ad presens, quia tamen, sicut accepimus, predicti potestates, consilia, & Communia, universitates, & Communitates, instaurato exercitu contra predictum

Com-

Commune pisanum hostiliter procedere firmaverunt. Nos dispendiis que possent ex guerris contingere, occurrere cupientes discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus Vos, vel alter vestrum ad partes illas personaliter accedentes universitates easdem ex parte nostra diligenter monere, ac inducere procuretis, ut contra prefatum commune hostiliter non procedant, ab omni commotione, ac prosecutione guerrarum penitus desistentes, eos ad id, si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellendo, non obstante si alicui a Sede apostolica sit indultum, quod excommunicari, interdici nequeat, vel suspendi per litteras dicte Sedis non facientes plenam & expressam de indulto huiusmodi mentionem, quotque vobis, & vestrorum ordinum fratribus a prefata Sede dicitur esse concessum, ut de causis seu negotiis vos intromittere minime teneamini, que vobis vel eis a Sede committuntur eadem. Datum Aurasice 6. Idus Septembris Pontificatus nostri anno quarto.

VIII.

Innocentii IV. literæ a. 1253. *ad Pistorienses hortatoriæ ad pacem, ex Thesauro S. Jacobi.*

INnocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis. . . . potestati, Consilio, & Communi Pist. salutem & apostolicam benedictionem. Desiderio desiderantes vos pacem habere cum omnibus, omnesque vobiscum, & specialiter specialis Ecclesie Romane provinciam, quam & in qua vos longa bellorum afflixit calamitas, refloreat in requie opulenta, vos & alias Tuscie Civitates ad tractatum pacis curavimus evocare. Sed quia inutiliter ad comune pacis bonum nostra conatur intentio, si pacificis studiis bellica molimina misceantur, universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, vobis per apostolica scripta, districte precipiendo mandantes, quatinus interim ab omnibus hostilibus processibus, aut incursibus pro nostra, & apostolice Sedis reverentia penitus abstinentes ostendatis, vos pacis habere propositum Deo gratum, nobis desiderabile, salubre vobis, ac toti necessarium regioni. Si enim secus forsitan ageretis, publica contra vos querelam haberet utilitas, eiusque grave dispendium divini, & humani iuris iustitiam procuraret: que quanto rigore illos, qui treguas, per quas ad pacem progressus dirigatur, custodire renuunt, insequatur, qui utriusque juris habent peritiam non ignorent. Sic ergo preces & mandata nostra vos pronos inveniant in hac parte, quod vobis exinde apud Deum, & homines non indignatio, sed gratia debeatur, nosque vos dignis prosequamur laudibus, & actionibus gratiarum. Datum Assisii Kal. maij Pontificatus nostri anno decimo.

IX.

Propositiones pacis a Florentinis exhibitæ Pistoriensibus a. MCCCXV. *ex libro nuncupato* Nicchio rosso *ab anno* 1287. *ad annum* 1402. *a pagina* LVII. *usque ad* LXII. *& ex libro censuum a p.* 494.

IN Dei nomine amen. Anno sue salutifere incarnationis millesimo trecentesimo quinto decimo Indictione quartadecima die quarto decimo intrante mense novembris. Consilium centum virorum, ac etiam consilium speciale, & generale Domini Capitanei, & populi, & Capitudinum duodecim maiorum artium civitatis Florentie nobilis miles Raynerius Domini Zacherie de Urbe veteri secunda vice honorabilis Vicarij Regij Civitatis & districtus florentie precona convocatione, Campaneque sonitu in palatio populi, in quo priores artium, & vexillifer justitie pro comuni florentie morantur, more solito congregari fecit, in quo quidem consilio, seu consiliis per me Gratiosum Notarium infrascriptum lecta fuerunt infrascritta capitula constituti Domini Capitanei, & populi, & etiam

 Do-

Domini potestatis, & communis florentie in ea parte seu partibus, in quibus infrascriptis infra propositis, seu in aliquo infrascriptorum contradicere videbantur, primo videlicet capitulum constitutum Domini Capitanei, & populi, lectum, ut dictum est, quod positum est sub rubrica *de arduis negotiis faciendis*, & incipit *quia magna & ardua* & cetera. Capitulorum vero constitutionem domini Potestatis & comunis florentie lectorum, ut dictum est, primum positum est sub rubrica *de electione Domini potestatis*, & incipit *statutum, & ordinatum est* &c. Secundum est sub rubrica *de electione Judicis appellationum, & Sindici*, & incipit *teneantur Domini priores* &c. Tertium est sub rubrica *de Consilio congregando* & incipit *possit Potestas* &c. Quartum est sub rubrica *de electione Notarij, qui debet scribere reformationes consiliorum*, & incipit *Potestas infra tertiam diem* &c.

Post hec etiam infrascritta petitio Dominis prioribus artium & Vexillifero iustitie populi & comunis florentie super infrascritta porrecta, & facta pro parte comunis Civitatis pistoriensis, & etiam infrascritta provisio super infrascritta petitione contemptis in ea per ipsos Priores & Vexilliferum eorum officii auctoritate & vigore edita, & facta, & infra in finem ipsius petitionis notata, & scripta, & que in ipsius petitione, & provisione continentur, & scripta sunt distincta, & per ordinem in predictis consiliis, ut supra dicitur, congregatis lecte fuerunt modo & forma & sub tenoribus inferius denotatis plenius & expressis, quarum quidem petitionis, & provisionis tenor talis est.

Coram vobis Dominis prioribus artium, & Vexillifero justitie Civitatis florentie exponitur pro parte comunis Civitatis pistoriensis, quod ipsum Comune, & illud modicum Comitatus, qui tenetur per ipsum Comune, adeo depressum est, & continuo deprimitur propter incursus & potentiam Pisanorum, & aliorum inimicorum comunis florentie, & guerrarum procellas, quas longo tempore passum est, quod nisi per comune florentie circa ipsorum statum salubre provideatur, quam hactenus sit provisum, intollerabile est ipsi Civitati se amplius sustentare. Et quod ad sustentationem, & defensionem dicte Civitatis nihil est, quod magis conferre possit ad presens, quam quod ipsi comuni Pistoriensi restituantur per Commune florentie Castra, terre, & Fortilitiæ, seu Ville, que fuerunt de Comitatu, seu districtu Pistoriensi, & hodie tenentur per Comune florentie, quare supplicatur vobis pro parte Comunis dicte Civitatis pistoriensis, quatenus placeat vobis providere, & provideri firmare, & reformare facere per opportuna consilia populi, & Comunis florentie quod omnia Castra, terre, fortilitie, ac Ville, & possessiones, quæ olim fuerunt Comunis Pistoriensis, & hodie tenentur per Comune Florentie cum pleno dominio, jurisdictione & mero & mixto imperio, & cum eorum omnibus iuribus, & pertinentiis restituantur, & pro restitutis habeantur Comuni pistoriensi. Ita quod in totum & in omnibus & per omnia ipsum Comune Pistoriensi restituatur in integrum, & in ipso vere restitutum sit in possessione, Dominio, mero & mixto imperio, in omnibus iuribus & pertinentiis dictarum terrarum, Castrorum, & Villarum, que olim pertinuerunt ad ipsum Comune Pistoriense, & hodie tenetur per Comune Florentie, & in eo statu sint in omnibus, & per omnia, quantum ad predicta, in quo erant, antequam per Comune Florentie tenerentur.

Super qua quidem petitione pro parte dicti Comunis Pistoriensis porrecta, & facta prius ante omnia; Jam dicti Domini Prioris artium, & Vexillifer justitie populi & comunis florentie, excepto Nerio Guidonis de Ritiis, qui predictis omnibus supradictis & infrascriptis contradixit expresse, recolentes antiquam sotietatem, & veram amicitiam, & sinceram dilectionem, quibus olim unita erat, & hodie unitur Civitas Pistoriensis Civitati florentie, & considerantes, quod ipsum Comune Pistoriense semper exposuit se, & sua quibuscumque periculis pro honore Civitatis florentie, & pro generali defensione totius partis Guelfe de Tuscia, & quod hodie intantum premitur incursibus hostium, & guerrarum procellis, quod necessario pro sui defensione expedit, quod continue ipsi pro Comumune florentie impendantur auxilium & succursus, sine quo non posset ulterius a comunibus hostibus suis, & comunis florentie defensari; Volentes, quod ipsa Civitas Pistorii a prefatis hostibus per se ipsam defendatur sine sumptibus & stipendiis

pendiis

pendiis Comunis florentie, & ipsum Comune Pistoriense in antiqua societate, amicitia, & fraternitate indissolubiliter confirmetur, ipsiusque Civitatis Pistoriensis honores, & commoda propria comuni florentie reputantes, habito prius super dicta petitione, & que continentur in eo, deliberato consilio, tractatu, & colloquio, & assensu quamplurium Sapientium, & discretorum virorum, magnatum, & popularium Civitatis Florentie, & maxime Gonfaloneriorum sotietatum populi florentie, & Capitudinum XII. majorum artium Civitatis florentie, & demum inter eos secundum formam statutorum populi & comunis florentie facto, celebrato solepniter, & secreto scruptineo ad pissides, & palloctas eorum officii auctoritate & vigore & omni modo, & juribus, quibus melius potuerint pro bono, pacifico, & tranquillo statu populi, & Comunis florentie. Providerunt, ordinaverunt, & statuerunt omnia, & singula suprascripta, & infrascritta, & quod ipsa jam dicta petitio, & omnia, & singula, que in ea, & qualibet ejus parte continentur, & scripta sunt, totaliter acceptata, deliberata, & stabilita sint, & valeant, & teneant, & plenam, & irrevocabilem habeant, & obtineant firmitatem, & quod in hiis, & super predictis, & infrascrittis omnibus, & singulis procedatur, observetur, & fiat in omnibus, & per omnia, prout inferius, quod in ipsa jam dicta petitione, & qualibet ejus parte, & in infrascriptis ordinamentis, & provisionibus plenius & latius legitur, & habetur cum infrascrittis, & sub infrascrittis tamen modis, pactis, provisionibus, obligationibus, conditionibus, & tenoribus.

In primis videtur, quod fiat, & fieri debeat restitutio dictarum terrarum, que olim fuerunt de Comuni, & districtu Pistoriensi in omnibus, & per omnia, prout, & secundum quod in ipsa suprascritta petitione continetur.

Item quod in ipsis terris, vel aliqua earum, vel earum territoriis non receptentur, nec morentur aliqui ex bapnitis Comunis florentie, & quod si aliqui ex bapnitis cives vel districtuales florentie receptarentur, morarentur, vel reperirentur in ipsis terris, vel territoriis, teneantur Comune Pistorii & ejus regimina ad partes, vel requisitionem Comunis florentie tales ex bapnitis florentie capi, & presentari facere in fortiam Comunis florentie, ac etiam quod omnes & singuli ex bapnitis Comunis florentie ibidem possint impune a quocumque offendi, sicuti possent in Civitate florentia, & quod ad predicta homines . . . . teneantur prestare auxilium, consilium, & favorem, & nihilominus promictat comune Pistoriense per legittimum Sindicum se facturum, & curaturum ita, quod aliqui ex bapnitis prefati Comunis florentie non receptabuntur ibidem &c.

Item si eveniret, quod Civitas Pistoriensis reduceretur ad statum partis Ghibelline, vel quod Ghibellini rebelles ipsius Civitatis per intrinsecos Guelfos in Civitate Pistorij reducerentur sine consensu Comunis florentie, liceat Comuni florentie reprehendere dictas terras, & etiam eximere in casu predicto f. etsi Commune Pistor. hoc contradicat Comune Pistor. hoc concedat, & si deinde Civitas Pistorij reduceretur ad statum partis guelfe, tales terre restituantur dicto Comuni Pistoriense, & hoc intelligatur, quando Civitas florentie per guelfos gubernetur.

Item quod si qui de Civitate, Comitatu, vel districtu florentie per se, vel alios aliquo modo possident, vel tenent aliquas possessiones, affictus, vel soccidas, vel jurisdictionem in dictis terris, vel earum territorio, vel habebunt in futurum, etiam causa doctis, occasione alicujus matrimonij, quod sequeretur ex sponsalibus jam contractis vel in solutum habebunt pro aliquibus debitis jam contractis quousque a talibus non fuerit ab eis eorum tenuta vel possessio de jure advocata, vel diffinitum eos talia jura non habere, possint eas libere retinere. Et quod non possint compelli ad solvendum aliquas libras, dactia, vel gabellas, vel aliquid aliud honus reale, vel personale, vel mistum subire directe vel per obliquum in Civitate vel Comitatu Pistoriensi, nec possint hujusmodi habentis ibi possessiones . . . . aliquarum represalliarum concessarum, vel concedendarum in Comune pistoriense contra florentinos, vel eorum bona gravari, inquietari, vel molestari quomodolibet in dictis bonis, vel eorum fructibus, vel in personis eorum, vel eorum familiarum, seu eorum nuntiorum, vel eorum consortiorum,

qui

qui cum eis, vel pro eis essent in dictis terris, vel aliqua earum, seu eorum, vel alicujus eorum territorio, & etiam patiatur inviolabiliter ipsum Comune pistoriense, quod dicte possessiones collantur, & quod eorum laboratio non interdicatur, hec etiam permittat Sindicus dicti Comunis Pistorii sub certa pena, & simile beneficium habeant illi omnes, & singuli florentini, qui dictas possessiones & jura, vel affictus, vel aliquas earum emerent, vel alio titulo acquirerent ab illis florentinis, qui modo habent ibi aliquas possessiones, vel jura, salvo quod tales florentini conveniri possint a Pistoriensibus ractione jurium, vel obligationis, quod vel quam tales Pistorienses haberent in dictis bonis.

Item si de predictis bonis, vel juribus, vel earum fructibus, vel aliqua earum lix, vel questio moveretur, vel alia aliqua controversia oriretur, debeat talis questio, controversia, & causa agitari, fieri, & terminari in Civitate florentie, coram videlicet officialibus, & rectoribus dicte Civitatis florentie, ita quod de ipsis bonis, juribus, & fructibus solummodo ipsi officiales florentie intelligantur esse, & sint Judices competentes, Judices vero & officiales ipsius Civitatis Pistorii de predictis se nullo modo cognoscere, vel intromittere possint & predictis sic etiam observandis se obliget dictum Comune Pistoriense per legittimum sindicum ad penam mille marchiarum de argento.

Item promittat dictum Comune Pistoriense per legittimum Sindicum se facturum & curaturum ita, quod si qua debita sunt contracta per aliquos Comunitatis ipsarum terrarum, vel Sindicos earumdem cum aliquibus florentinis Civibus, vel Comitatinis, vel aliquod a dictis Comunitatibus vel earum aliqua ex aliqua causa eisdem florentinis debeatur accipere, quo dicte terre steterunt, seu fuerunt sub jurisdictione Comunis florentie citra, vel aliquid debebitur ex aliqua causa incepta, vel unde jam porrecta esset petitio, vel libellus dictis Civibus, vel districtualibus florentinis ab aliqua dictarum Comunitatum, quod respective hujusmodi Comunitates dicta debita integraliter solvant respective, vel aliis pro eis infra terminum duorum annorum proxime futurorum, & quod si infra terminum supradictum non fuerint dicta debita dictis Creditoribus exoluta, vel eas integre satisfactum, incidant Comunitatis predicte in penam dupli dicti debiti ipsis creditoribus exolvendi. Et ipsum Comune Pistoriense teneatur dicta debita talibus creditoribus satisfacere intra mensem a die elapsi termini supradicti ad penam quatuor milium marcarum de argento, & nihilominus si ex dictis debitis aliqua sunt contracta per publica instrumenta quarantigie a dicto tempore citra, & dictis Creditoribus soluta non fuerint dicto termino, presens restitutio, & concessio facta, seu fienda Comuni Pistoriensi de dictis terris & Comunitatibus que debita non solverent, termino supradicto & omnia & singula in hac promissione contempta quo ad ipsas Comunitates sic non solventes penitus evanescant, & caussa irrita, & nullius valoris vel momenti sint. Ita & taliter, quod dicte terre, & Comunitates hujusmodi debita dicto termino non solventes remaneant, & sint sub jurisdictione Comunis florentie, ut erant ante presentem provisionem, & in eo casu per hoc nullum jus seu jurisdictio dicto Comuni Pistoriensi remaneat in terras & Comunitatibus supradictis, quarum debita suis creditoribus antedictis dicto termino non essent plenarie exsoluta. Et hoc si tales creditores petierint infra dictum tempus, & eorum talia credita, seu creditorum instrumenta registrari, & declarari fecerint per publicum instrumentum per Serem Joannem Dini Notarium, & Scribam officii presentium priorum, & Vexilliferi justitie populi florentini infra quindecim dies a die, qua presens provisio in consiliis populi, & Communis florentie firmata fuerit, salvo quod si Creditores dictarum Comunitatum concordes fuerint cum ipsis Comunitatibus eorum debitoribus dicto Comuni Pistoriensi de prorogatione dicti termini, vel alio quocumque modo, ita quod sint ipsi creditores contenti, in eo casu predicta concessio, & restitutio facta seu fienda dicto Comuni Pistoriensi de dictis terris valeat, & teneat, & plenam habeat firmitatem, non obstantibus antedictis; & ad predicta vero sic observanda & observari facienda obliget se dictum Comune Pistoriense per legiptimum Sindicum sub pena duarum millium marcarum de argento, & nichilominus liceat Comuni florentie, & ejus officialibus ad instantiam talium creditorum uti jurisdictione, & mero

mero & mixto imperio, ficut modo licet in dictis terris contra tales Comunitates & ipsarum homines & personas & eorum bonis faciendo satisfieri quibuslibet creditoribus florentinis recipere debentibus ab eisdem, & procedendo contra eas, & homines ipsarum, & in eorum bonis civiliter & criminaliter, & processus, & condepnationes propterea fiendas exequendo, donec creditoribus prefatis fuerit integre satisfactum.

Item promittat, & se obliget dictum Comune Pistoriense per legiptimum Sindicum, quod si qui debetur aliquibus Civibus florentinis vel Comunitati vis ab aliquibus singularibus personis ipsarum terrarum fieri faciet ipsis recipere debentibus brevem & summariam rationem, & contra ipsos debitores, & eorum bona procedetur in civitate Pistoriensi secundum statuta, ordinamenta, & reformationem Comunis florentie, si creditori placuerit & nihilominus contra hujusmodi debitores ad voluntatem eorum creditorum procedi possit, & debeat in personis, & bonis civiliter, & criminaliter per Officiales Comunis florentie, sicut modo potest, donec ipsa debita sint soluta.

Item si que Comunitates ex predictis tenerentur solvere aliquas libras, vel factiones Comuni florentie, compelli possint ad earum solutionem, & obliget se dictum Comune Pistoriense per legiptimum Sindicum sub pena mille marcarum de argento, quod ipsas solvi faciat infra quatuor menses proxime secuturos. Et idem fiat, & promittatur de gabellis debitis Comuni florentie, salvo quod si alicui Comunitati fuissent remisse alique libre, vel provisum fuisset, quod de libris per aliquam Comunitatem solvendis alique expense fieri deberent, nec facte fuissent ille, expresse liceat dictis Comunitatibus, vel dictas libras solvere Comuni florentie, vel dictas expensas facere usque in eam quantitatem, de qua reperietur fuisse provisum pro Comuni florentie.

Item quod Comunia & singulares persone dictarum terrarum teneantur solvere emptoribus Gabellarum, videlicet qui jam eas gabellas emerit pro tanto tempore, quanto fuerint empte & ad predicta possint compelli in Civitate Pistoriensi, & etiam pro ipsis Gabellis exigendis possint Officiales Comunis florentie in ipsis terris, & contra personas dictarum terrarum, & eorum bona uti jurisdictione, & mixto & mero imperio, sicut modo possunt, & possent vigore emptionis eorum, nisi aliter cum prefatis emptoribus Comune Pistoriense vel dicte terre vel Comunitates concordaverint.

Item promittat dictum Comune Pistoriense per legiptimum Sindicum, quod patietur, quod habentes possessiones in dictis terris, quousque ab eis non fuerit advocata de jure possessio, deferri faciant fructus, & proventus dictarum terrarum libere ad Civitatem florentie, non obstante aliquo decreto facto vel fiendo ad penam mille marcarum de argento.

Item promictat dictum Comune Pistoriense per legiptimum Sindicum, se facturum & curaturum, quod singule comunitates dictarum terrarum per legiptimum Sindicum ad ea constitutum remictent, & libere donabunt Comuni florentie, & singularibus personis totum quidquid per Officiales ipsius Comunis florentie ab ipsis Comunitatibus vel singularibus personis earumdem pro ipso Comuni exactum esset, & etiam de hoc libere remissionem faciant omnibus Officialibus Comunis florentie, qui operam in hoc dedissent, & simile Comune Pistoriense per legiptimum Sindicum ad penam quatuor milium marcharum argenti, & hoc facient intra duos menses, & hoc non extendatur ad Officiales forenses, vel ad bona immobilia.

Item faciat compromissum Comune Pistoriense de questionibus, que verterentur, & verti possent de aliquibus possessionibus, que essent in dictis terris, vel aliqua earum, quas alicui florentini ad se pertinere dicunt, & de quibus hodie privati sunt earum possessione, & compromittatur in Dominum Fortebraccium Guinizelly, dominum Ubertum Domini Schiatte, & Dominum Lapum de Sozzofantis Cives Pistorienses pro Comune Pistoriensi ex parte una, & illos florentinos, qui se dicunt hujusmodi possessiones in dictis terris, de quibus terris privati sunt ex parte altera, & obligent se dictum Comune Pistoriense, & dicti florentini Cives, & Comitatini, quod eorum laudum, & arbitrium osservabunt, & obsservari facient

facient sub pena mille florenorum auri, quas questiones partes dicti arbitri infra terminum duorum mensium futurorum debeant per eorum sententias terminare.

Item quod predicta omnia, & singula, in quibus non est appositus certus terminus faciant infra terminum sex mensium proxime futurorum.

Item quod nullus Officialis, qui fuerit in dictis terris pro potestate, Vicario, vel Rectore, vel in aliquo alio officio pro Comuni florentie, vel pro aliqua universitate dictarum terrarum, Comunium, vel populorum, deinceps possint in dictis terris, vel aliqua earum a die presentis reformationis in antea uti vel exercere, seu exerceri facere tale officium Vicariatum, vel Rectoriam, aut aliquid aliud officium sub pena persone, & averis, sed sint ipse electiones casse, & irrite, & nullius valoris, vel momenti, nec etiam tales sic electi possint ratione vel occasione talis electionis aliquid petere, vel recipere ab aliqua dictarum Comunitatum, aut Comuni, vel populo ipsarum, vel alicujus earum pro salario talis electionis de ipso facte, non obstantibus aliquibus viribus talibus sic electis acquisitis occasionibus antedictis, sed ex nunc ipse Comunitates, Universitates, Comunia, & populi, atque loca ab omni jure contra ipsas, vel earum aliqua ratione, vel occasione talis electionis quesito officialibus, vel rectoribus, seu Vicariis antedictis sint & esse intelligantur liberati, & totaliter absoluti, salvo quod si qui sunt nuper officiales pro Comuni florentie in dictis terris, vel earum aliqua, pro rata temporis habere debeant salaria ipsorum.

Item quod Roccha de Carmignano debeat remanere, & esse sub jurisdictione, dominio, & custodia Comunis florentie usque ad finem presentis guerre, & quod finita guerra presenti dirui, & totaliter & fondicitus diruatur Roccha prefata, & locus dicte Rocche sic diruende post quam diruta fuerit, remaneat Comuni Pistoriensi hiis pacto, & conditione, quo nullo tempore debeat dicta Roccha refici, & de hoc fiat promissio per Sindicum legiptimum Comunis Pistoriensis. Et si contra predicta dicta Roccha reficeretur, debeat dicta Roccha, & Comune, & territorio de Carmignano redire, & esse sub jurisdictione, & dominio Comunis florentie. Et quod firmata provisione predicta incontinenti debeat esse, & stare quidam Castellanus pro Comuni florentie ad custodiam dicte Rocche, qui Castellanus sit, & esse debeat popularis Civitatis florentie, & duret per duos menses, & sic subsequenter eligatur de duobus mensibus in duos menses usque ad dictam guerram finitam, & quod nullus magnus possit esse castellanus, vel habere aliquam jurisdictionem, vel officium in dicta Roccha, vel in dicta Roccha esse, vel stare sub pena mille librarum pro quolibet magnate, qui contra predicta, vel aliquid predictorum fecerit pro quolibet priore, & vexillifero justitie, qui aliquem magnatem ad predicta, vel aliquid predictorum eligeret, vel faceret. Qui Castellanus eligi debeat per priores artium, & Vexilliferum justitie pro tempore existentes, & cum illis formulis, & illo salario, de quibus & quo & prout & sicut videbitur per ipsos Priores, & vexilliferum pro tempore existentis.

Item promictat Comune Pistorij per legiptimum Sindicum non facere tacite vel expresse aliquam pacem, treguam, posturam, vel societatem cum aliquibus inimicis, & rebellibus Comunis florentie, nec Ghibellinos . . . . ipsius civitatis Pistoriensis in dictam civitatem Pistoriensem remictere, vel ipsos reverti permictere sine expressa licentia & consensu comunis Florentie sub pena quatuor millium marcarum de argento.

Item quod dictum comune Pistoriense per legiptimum Sindicum faciat compromissum in tres Sapientes viros de omnibus controversiis, litibus, & questionibus, que sunt, vel esse possint inter Comune Pistoriense ex parte una, & Tomaxium de Peruccis, & sotios Societatis de Peruccis, & Vantem Lanfredini, & Fratres ex altera eligendos per dominos priores artium, & Vexilliferum presentes, & fiat compromissum in tales tres, tamquam in arbitros & comunes amicos ad cognoscendum, & terminandum ipsas omnes lites, & specialiter, que vertunt, & verti possunt inter dictas partes occasione Robarie de auro, & virgis auri, & rebus facte Cioni Filippi factori dictorum sotiorum Societatis de Peruciis, de qua dicti sotii, & sotietas, & filii Cenchi Lanfredini habent stantiamentum, & summas contra dictum comune Pistoriense prefatum, seu homines, &

per-

personas ipsius, & promictatur, & satisdetur per ipsum Comune Pistoriense de observando id totum, quod per ipsos arbitros, seu amicos comunes, vel duos ex eis fuerit laudatum, & quod dictum compromissum esse vallatum fidei jussorem florentinis civibus & solitis promissionibus & penarum adjectionibus, & fieri debeat infra quindecim dies a die, qua presens provisio fuerit confirmata in Consiliis populi & Comunis florentie cum termino unius mensis, hoc addito, quod si cessaret dictum comune Pistoriense facere predicto modo in predictos arbitros dictum compromissum quod dictum Commune Pistor. cadat in penam dictis sotiis & sotietati Perucciorum, & Vanti, & fratribus de duobus milibus florenorum auri, pro quibus duobus milibus florenis ex nunc habeant dicti Thomasius, & sotii, & Vante, & fratres represalliam contra dictum comune, & homines, & personas Pistorienses, & maxime contra comunia, & terras, & homines, & personas, & eorum bona communium, & terrarum, que sub restitutione predicta continentur. Ita quod propterea ad dicte pene exactionem non intelligantur esse, nec sint exempte dicte comunitates, & singulares persone ipsarum, vel earum bona a jurisdictione comunis Florentie, & si aliquis de dictis arbitris sic eligendis non posset, vel nollet dictum compromissum recipere, possit alius arbiter per priores & vexilliferum justitie civitatis Florentie, qui pro tempore fuerint, subrogari, & eligi.

Item quod antequam fiat aliqua restitutio dictarum terrarum comuni Pistoriensi, vel fiat aliqua executio provisionis predicte supra dicta restitutione fienda facta provisione predicta, per legiptimum Sindicum comunis Pistorii confirmari & approbari debeant omnia & singula supra dicta, ac etiam per ipsum Sindicum nomine comunis Pistoriensis fieri debeant omnes, & singule provisiones, de quibus supra dictum est, per ipsum comune Pistoriense, vel ipsum Sindicum fieri debere vallate solempniter omnibus obligationibus, renunptiationibus, penarum adiectionibus, & solempnitatibus consuetis, non obstante aliquo termino supra expresso vel concesso; Et que provisio vires non habeat, nisi post quam fuerit approbata, & promissa omnia & singula supradicta per legiptimum Sindicum Comunis Pistoriensis pro dicto Comuni, & quod de predictis omnibus, & singulis fieri debeant publica instrumenta per Ser Ioannem Dini Notarium presentis Officij dominorum Priorum & Vexilliferi justitiæ Civitatis Florentie, que quidem omnia & singula supradicta, & infra dicenda valeant, & teneant, & plenam & inrevocabilem habeant, & obtineant firmitatem, & ad ea omnia, & singula rata, & firma habenda, tenenda, observanda, & facienda, & exequenda, & observari facienda Dominus Vicarius Civitatis, & districtus Florentie, ejusque judices, & officiales, & quilibet alii rectores, & officiales Comunis Florentie presentes, & futuri, priores artium & vexillifer justitie, necnon populus & Comune Florentie, & singulares persone ejusdem populi, & Comunis juramenti vinculo astricti sint, & omnimode teneantur, & quod predictis que superius continentur, necnon de iis, que super predictis in Consiliis proponentur, consulentur, firmabuntur, & fient, seu predictis scribendis, aut pro eorum observantia, & executione supradicti Rectores, & Officiales, de quibus supra dicitur, & etiam Notarius scriba reformationum, Consiliorum dicti populi, & Comunis proponentes, arrengantes, & consulentes super predictis non possint in aliquo tempore gravari, vel molestari, seu contra eos aliquo modo procedi de jure, vel de facto, scilicet exinde a populo & Comuni Florentie exinde totaliter & effectualiter conserventur indempnes; nullus igitur audeat, vel presumat aliquo tempore, modo, seu jure in judicio vel extra judicium dicere, opponere, allegare contra predicta, vel aliquod predictorum, vel quod predicta non valeant, & non teneant, & quod non potuerit provideri, ordinari, fieri, & firmari.

Et si quis, vel si qui contra predicta, vel aliquid predictorum facere, seu attentare presumpserit in aliquo, non audiantur, vel admictantur, vel aliquem rectorem, vel officialem dicti populi, & comunis imo omnes & singuli contra predicta in aliquo facientes, vel venientes de facto sine strepitu & figura judicii omni jure statutorum, & ordinamentorum solempnitate, & ordine pretermissis per dominum Vicarium, seu dominum Potestatem Comunis Florentie ultimo supplicio

M

cio puniatur, videlicet quod eisdem caput abscindatur ita quod a spatulis separetur, & insuper unusquisque officialis, & rector dicti populi, & Comunis presens & futurus, qui predicta omnia & singula non observaverint, aut tacite vel expresse contra predicta fecerit, vel venerit, pro qualibet vice in libris duabus milibus florentinis parvorum Comuni Florentie condampnetur & ipso jure & facto a regimine & officio, in quo pro ipso populo & Comuni prefuerit, removeatur, & privetur, & remotus & privatus sit omnino, & in totum in predictis, vel aliquo predictorum, non obstantibus aliquibus capitulis, statutis, ordinamentis, provisionibus, aut reformationibus Consiliorum populi, & Comunis Florentie precisis, vel non precisis, seu penalibus, aut non penalibus cujuscumque tenoris, auctoritatis, & vigoris, seu ractionis existant, legibus aut juribus quomodolibet directe vel indirecte contradicentibus, seu repugnantibus in predictis vel aliquo predictorum.

Quibus omnibus, ut supra dicitur, seriatim lectis sapiens vir Dominus Albertus Rosonus Juris peritus de numero dictorum Priorum, presentibus, volentibus, & consentientibus aliis Prioribus artium, & Vexillifero justitie, omnibus in dicto officio consotiis in jam dicto consilio centum Virorum ab aliis predictis consiliis generali & speciali domini Capitanei, & populi & Capitudinum separato, & ab una parte dicti palatii populi more solito congregato, ut coram Consiliariis in ipso Consilio centum virorum adstantibus proposuit omnia & singula suprascripta in ipso presenti Consilio super proxime & immediate in predictis & super predictis petitione, & provisione per ordinem specificata, & scripta, & ut supra dicitur seriatim lecta. Et in hiis & super hiis omnibus sibi pro populo, & Comuni Florentie consilium exhiberi, & dari petiit sub hac forma videlicet; Si placet, & videtur Consiliariis in ipso consilio centum Virorum existentium ea omnia, & singula suprascritta fore utilia jam dicto populo & Comuni, & utile fore pro ipso populo & Comuni, quod de hiis & super hiis omnibus & singulis ac etiam de absolutione, & super absoluctione, & correctione Capitulorum, statutorum, ordinamentorum, provisionum, & reformationum Consiliorum dicti populi & Comunis tam lectorum, quam non lectorum, legum, & Jurium, & quorumlibet aliorum obstaculorum, & inhibitionum quomodolibet contradicentium, vel obstantium in predictos vel eorum aliquo teneantur & fiant omnia Consilia opportuna, & quod procedatur, provideatur, firmetur, observetur, & fiat in omnibus & per omnia secundum ipsarum scripturarum petitionis, & provisionis continentiam & tenorem.

Ser Andreas medicus olim Jacobi Consiliarius predicti Consilii, surgendo, & arrengando consuluit, in omnibus & singulis suprascrittis in dicto presenti Consilio super propositis plenius expressis in omnibus, & per omnia secundum ipsarum scripturarum petitionis & provisionis, & etiam premisse propositiones super hiis facte tenorem & formam.

Super quibus omnibus in jam dicto presenti Consilio centum Virorum super proxime propositis, & plenius specificatis, & expressis more solito scruptatis voluntatibus Consiliariorum in ipso Consilio adstantium, & inter eos numero centum octuagintatres inventos pro ut infra patet per Dominum Albertum Rosonis de numero priorum predictorum secundum formam statutorum & ordinamentorum Canonicatuum dicti populi & Comunis, premisso, facto, & obtento partito secreto scruptineo ad pissides & palloctas super predictis petitione, provisione, & propositione super hiis facta, placuit & visum fuit septaginta quactuor ex ipsis Consiliariis ponentibus palloctas in pissidibus albis, in quibus scriptum est *sic*, & per eos concorditer provisum, obtemptum, & firmatum fuit in omnibus, & per omnia secundum suprascriptarum petitionis, & provisionis, ac etiam premisse propositionis super hiis factarum continentiam & tenorem. Illi vero ex Consiliariis predictis, quibus predicta displicuerunt, ponentes palloctas in contrarium in pissidibus rubeis, in quibus scriptum est *non* fuere solummodo novem numero computati, extractis de dictis pissidibus, visis, & numeratis dictis palloctis in ipsius Consilii presentia, & aspectu. Acta fuerunt hec in dicto palatio populi presentibus testibus Ser Johanne Ser lapi bonamichi notario cive Florentino, Pino Ser Alberti de Sancto Geminiano, & Giano melioris nuntio Comunis Florentie.

Item

Item in eisdem anno, Indictione, die, & loco, & presentibus testibus suprascrittis in Consilio speciali domini Capitanei, & populi, & Capitudinum majorum artium Civitatis Florentie separatim & divisim a dicto Consilio centum Virorum, & etiam a dicto Consilio generali domini Capitanei & populi ab una parte populi dicti palatii populi, ut supra dicitur, congregato, & coram Consiliariis, & Capitudinibus in ipso Consilio existentibus predictus dominus Albertus Rosonis Jurisperitus, presentibus, volentibus, & consentientibus aliis iam dictis prioribus & Vexillifero suis in dicto officio consortiis proposuit omnia & singula suprascripta que, ut supra proxime & immediate notatum & scriptum est, proposita, & jam provisa, obtempta, reformata, & plenius specificata sunt in supradicto Consilio centum virorum predicto die XIIII. intrante mense Novembris celebrato, & facto, & in hiis, & super hiis omnibus & singulis sibi pro dicto populo & Comuni Consilium exhiberi, & dari petiit sub hac forma videlicet; si placet & videtur dictis Consiliariis & Capitudinibus in ipso Consilio adstantibus & omnia & singula suprascripta fore utilia jam dicto populo & Comuni, & quod de hiis & super hiis omnibus teneantur, & fiant omnia consilia opportuna, & in omnibus, & per omnia procedatur, firmetur, observetur, & fiat modo, & forma, & sub tenoribus, & conditionibus jam dicto Consilio centum Virorum declaratis plenius, & expressis.

Ser Viannes de Siminettis Consiliarius predicti Consilii surgendo, & arrengando consuluit in omnibus & super omnibus & singulis in hoc presenti Consilio super propositis & in predicto Consilio centum Virorum jam reformatis, & plenius specificatis, & expressis in omnibus & per omnia secundum supradicte propositionis in hoc presenti Consilio super premissis facte tenorem & formam.

Exquisita igitur voluntate Consiliariorum ejusdem Consilii specialis Domini Capitanei, & populi, & Capitudinum predictorum inter eos numero sexaginta sex, & ultra inventos super predictis omnibus in dicto presenti Consilio centum Virorum per dictum dominum Albertum Jurisperitum premisso, & facto partito secundum formam statutorum dicti populi, & Comunis ad pissides & pallectas in ipsius Consilii reformatione, placuit & visum fuit sexaginta & ultra ex Consiliariis, & Capitudinibus predictis ponentibus pallectas in pissidibus albis in quibus scriptum est *sic*, & per eos concorditer provisum, obtentum, & reformatum fuit in omnibus, & per omnia secundum suprascriptarum petitionis, & provisionis, & etiam premisse propositionis super hiis facte, & omnium, & singulorum in eis contemptorum tenorem & formam. Illi vero ex Consiliariis & Capitudinibus predictis, quibus predicta displicuerunt, ponentes pallectas in contrarium in pissidibus rubeis, in quibus scriptum est *non*, fuere solummodo sex numero computati, extractis de dictis pissidibus, visis, & numeratis dictis pallectis in ipsius Consilii presentia & conspectu.

Item in eisdem anno, Indictione, die, & loco presentibus testibus suprascriptis incontinenti, & immediate in Consilio generali & speciali Domini Capitanei & populi, & Capitudinum artium predictarum, ut supra dicitur, simul in dicto palatio populi congregatorum, & coram Consiliariis, & Capitudinibus in ipso consilio adstantibus predictis Dominus Albertus Rosonis Jurisperitus presentibus, volentibus, & consentientibus jam dictis Dominis Prioribus, & Vexillifero proposuit suprascriptam petitionem, ut superius dicitur, pro parte dicti Comunis Pistoriensis porrectam, & factam, ac etiam predictam provisionem, ut supra dictum est, super ipsa petitione, & contemptis in ea per predictos priores, & Vexilliferum editam, & factam, & omnia & singula que in ipsis petitione & provisione ac etiam in supradicto Consilio centum Virorum, nec non in supradicto Consilio speciali domini Capitanei & populi, & Capitudinum predictarum super hiis dicto die XIIII. mensis Novembris celebrato, & facto distincte, & per ordinem scripta, deliberata, & comprensa, & specificata sunt, & in hiis & super hiis omnibus & singulis sibi pro populo & Comuni Florentie consilium exhiberi, & dari petiit sub hac forma videlicet; si placet, jam dictis Consiliariis, & Capitudinibus in ipso Consilio existentibus, quod super suprascripta omnia, & singula, que, ut supra legitur & habetur in supradicto Consilio centum

Virorum, notata & plenius specificata sunt hujus presentis Consiii auctoritate & vigore totaliter approbata, acceptata, admissa, & firma sint pro Comuni jam dicto: & valeant, & teneant, & plenam & irrevocabilem habeant, & obtineant firmitatem, & quod in hiis & super hiis omnibus, & singulis procedatur, observetur, & fiat in omnibus, & per omnia secundum suprascriptarum petitionis, & provisionis continentiam, & tenorem, non obstantibus supradictis Capitulis, & statutis specialiter, ut supra dictum est, lectis, nec aliquibus Capitulis, statutis, ordinamentis, provisionibus, seu consiliorum reformationibus dicti populi & Comunis, licet non lectis, directe vel indirecte quomodolibet contradicentibus, vel repugnantibus in predictis, vel aliquo predictorum, sed eis omnibus absolutis, correctis, & sublatis ita & taliter, quod ab eisdem, & eorum observantia, & executione Dominus Vicarius Civitatis, & districtus Florentie, ejusque Judices, & Officiales, Priores artium & Vexillifer justitie & ceteri alii Rectores, & Officiales dicti populi & Comunis tam presentes quam futuri Capitudines artium Consiliarii quorumlibet Consiliorum. Ego Gratiolus Notarius infrascriptus, & Notarius Scriba dictorum dominorum Priorum & Vexilliferi, & omnes alii, quos predicta tangerent vel ad ea quomodolibet tenerentur, quo ad ea & eorum occasione & quibuslibet in predictis contradicerent, vel obstarent, intelligantur, & sint liberi, & totaliter absoluti, non obstante eo quod ipsa Capitula, & statuta, & ordinamenta sint penalia, & precisa, & quod in eis dicatur, quod absolvi, seu corrigi non possint, & quod de eis absolvendis, seu corrigendis non possit provideri & deliberari, seu exinde Consilium fieri, vel teneri. Et non obstante quod omnia Capitula, & Ordinamenta in hiis contradicentia, & obstantia nominatim, & speciatim non legantur, seu lecta & specificata non fuerint in presenti Consilio, & in aliis super predictis celebratis, & factis, & celebrandis & fiendis.

Ser Rustichellus Bernardi Consiliarius predicti Consilii surrexit, & arrengando consuluit in omnibus & super omnibus, & singulis, in hoc presenti Consilio supra propositis, & in predicto Consilio centum Virorum superius expecificatis plenius, & expressis in omnibus & per omnia secundum suprascriptarum petitionis, & provisionis, ac etiam predicte propositionis in jam dicto presenti Consilio super hiis facte continentiam & tenorem.

In reformatione cujus Consilii, preaudito Consilio in premissis exhibito, & reddito, & deinde super predictis omnibus in dicto presenti Consilio supra propositis inter Consiliarios, & Capitudines in ipso Consilio adstantes secundum formam statutorum dicti populi & Comunis per predictum Dominum Albertum Jurisperitum de numero Priorum facto, & revoluto partito ad sedendum, & levandum placuit quasi omnibus in dicto presenti Consilio existentibus & per eos concorditer provisum, obtemptum, & firmatum fuit in omnibus, & per omnia secundum quod in suprascriptis petitione & provisione, ac etiam secundum quod in suprascripta propositione, ut superius dicitur, in hoc presenti Consilio super hiis, & circa ea & eorum occasione facta plenius & latius legitur, & habetur.

Item in eisdem anno, & Indictione, die decimaottava intrante dicto mense Novembri mandato nobilis militis Domini Raineri Domini Zaccharie de Urbe veteri honorandi Vicarii antedicti Consilio generali tercentorum & speciali nonaginta Virorum & Capitudinum duodecim majorum artium ejusdem Civitatis & Comunis Florentie preconia convocatione, campaneque sonitu in supradicto palatio populi Florentie in numero sufficienti more solito congregato suprascripta petitio pro parte Comunis Civitatis Pistoriensis, ut supra dicitur, super premissis porrecta & facta ac etiam suprascripta provisio super ipsa petitione, & contentis in ea per predictos priores & Vexilliferum modo predicto edita, & facta, & omnia & singula, que in ipsis petitione, & provisione continentur, & specificata sunt sub modis, pactis, promissionibus, obligationibus, conditionibus, & tenoribus ibidem appositis, & infrascriptis, & superius distincte, & per ordinem in supradicto Consilio centum Virorum plenius annotatis, & suprascriptis juxta eorum continentiam, & tenorem, ac etiam statutis domini Capitanei, & populi, & etiam domini potestatis, & Comunis Florentie, de quibus superius in aliis

supra-

supraſcriptis Conſiliis ſpecialis & expreſſa mentio habetur in ea parte, in qua in ſupradictis & infraſcriptis contradicere videbantur, lecte, & lecta fuerunt per me Gratiolum notarium infraſcriptum pro ut & ſecundum quod ſuperius proxime, & immediate in jam dictis Conſiliis centum Virorum & domini Capitanei & populi, ut ſupra dictum eſt, die 14. hujus preſentis menſis Novembris ſuper predictis debito modo, & ordine celebratis & factis plenius & latius legitur, & habetur.

Quibus omnibus ſic lectis providus vir Ser Simon del Dolce Notarius exitus dicti Comunis Florentie preſentibus, volentibus, & conſentientibus Dominis Prioribus artium, & Vexillifero jam dictis in jam dicto Conſilio generali tercentorum & ſpeciali nonaginta virorum dicti Comunis Florentie, & Capitudinum artium predictarum ut ſupra dicitur congregato, & coram Conſiliariis, & Capitudinibus in eo adſtantibus propoſuit omnia ſupradicta, ut predicitur, in hoc preſenti Conſilio lecta, & que in aliis ſupraſcriptis conſiliis centum Virorum, & domini Capitanei & populi jam proviſa, obtenta, reformata, & plenius ſpecificata ſunt, & expreſſa, & in hiis, & ſuper hiis omnibus & ſingulis ſibi pro populo & Comuni jam dicto utile conſilium exhiberi, & dari petiit ſub hac forma videlicet, quid & quomodo videtur & placet eiſdem Conſiliariis, & Capitudinibus in predictis & ſuper predictis omnibus & ſingulis providere, ordinare, & firmare pro Comuni jam dicto.

Ser Peſte Ghugii Peſtis Conſiliarius predicti Conſilii ſurrexit, & arrengando conſuluit in omnibus, & ſuper omnibus & ſingulis ſuperius in hoc preſenti Conſilio ſupra propoſitis in omnibus & per omnia juxta ipſarum petitiones & proviſiones de quibus in jam dicto preſenti conſilio ſpecificata mentio habetur, & etiam ſupradicte propoſitiones ſuper predictis propoſite & facte continentiam & tenorem.

In reformatione cujus conſilii preaudito conſilio in premiſſis exhibito, & reddito, & deinde inter conſiliarios & capitudines in ipſo conſilio exiſtentes numero inter omnes tercentum otto invento, pro exequendis eorum voluntatibus in predictis & ſuper predictis omnibus in dicto preſenti Conſilio ſuper propoſitis dicto & mandato dicti Ser Simonis Notarii camere dicti Comunis ſecundum formam Statutorum, & reformationum dicti populi & Comunis ad ſcruptineum facto partito cum pixidibus & pallоctis ſuper predictis omnibus & ſingulis ſupra propoſitis in hoc preſenti Conſilio & in aliis ſupradictis conſiliis ſpecificatis plenius, & expreſſis, placuit ducentis nonaginta duobus ex conſiliariis & capitudinibus predictis ponentibus palloctas in pixidibus albis, in quibus ſcriptum eſt *ſic*. Et per eos concorditer proviſum, obtentum, & firmatum fuit in omnibus & per omnia prout & ſecundum quod in ipſis & ſcriptis petitione, & proviſione, de quibus ſpecialis mentio habetur, & etiam quod in hiis & ſuper hiis, & omnia ea in hoc preſenti Conſilio ſuperius propoſita & in ſupraſcripto conſilio centum virorum plenius, & ſpecificata, & expreſſa ſunt hujus preſentis conſilii auctoritate, & vigore totaliter acceptata, admiſſa, approbata, & firma ſint, & valeant, & teneant, & plenam habeant, & obtineant firmitatem. Et quod in hiis & ſuper hiis omnibus & ſingulis procedatur, obſervetur, & fiat in omnibus & per omnia ſecundum quod in ſupraſcriptis petitione, & proviſione plenius continetur abſolutis, correctis, & ſublatis quoad predicta & predictorum occaſione, capitulis, ſtatutis, ordinamentis, proviſionibus, ac conſiliorum reformationibus de quibus ſuperius in ſpecie, aut in genere mentio habetur que in predictis vel aliquo predictorum quomodolibet contradicerent vel obſtarent; illis vero ex conſiliariis & capitudinibus predictis, quibus predicta diſplicuerunt, ponentes palloctas in contrarium in piſſidibus rubeis, in quibus ſcriptum eſt *non* fuere ſolummodo ſexdecim numero computati extractis de dictis piſſidibus, viſis & numeratis dictis palloctis in ipſius conſilii preſentia & conſpectu.

Acta fuerunt hec in dicto palatio populi Florentini preſentibus teſtibus dominis Johanne de Roſeholis, Pace de Certaldo Judicibus civibus Florentinis, & Giano Melioris, & Bartolo Montucci Nunciis dicti Comunis Florentini, & aliis &c.

Ego

Ego Gratiolus olim domini Corradi imperiali auctoritate Notarius Mutinensis, & nunc ad scribendum consilia populi & Comunis Florentie electus, & deputatus pro ipso Comuni suprascriptis omnibus in jam dicto Consilio centum virorum, & in aliis predictis Consiliis Domini Capitanei & populi, & etiam Comunis Florentie, ut supra scriptum est, peractis interfui, eaque publicavi, & scripsi.

Ego Rosinus filius Ser Jacobi imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius predicta scripta, ut apparet per suprascriptum Gratiolum Notarium, unde hoc exemplum a me scriptum est, inveni, vidi, & legi, & hic modo fideliter trascripsi, & exemplavi de licentia & auctoritate mihi data & concessa a Domino Bonifacio de Imbarcatis Judice causarum Civilium Comunis Pistor. ad bancum juris, sub porticu palatii dicti comunis, presentibus Ser Lappo Montis Notario, Jacobo Domini Bracci Judice, & Niccolino Novellerii Nuntio testibus rogatis sub divine nativitatis anno MCCCXXI. Ind. V. die XXVI. mensis Septembris.

Ego Bartholomeus filius Ser Schiatte Pisani de Pistorio Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius exemplum illud scriptum manu suprascripti Rosini Notarii, unde hoc exemplum a me scriptum est, vidi, & legi, & hic modo transcripsi, & fideliter exemplavi de licentia, & auctoritate mihi data & concessa 'a domino Taddeo de Reggio Judice causarum Civilium Comunis Pistor., & assensu nobilis militis domini Jacobi de Montepolitiano honorabili potestate Civitatis, & districtus Pistor. pro tribunali sedenti ad ejus solitum banchum Juris, ubi solitus est sedere pro jure reddendo, presentibus Ser Soldo Moddini, & Ser Jacobo Barunti testibus ad hec vocatis, & rogatis, anno nativitatis Dominice MCCCXLIIII. Indictione XIII. die XVIII. mensis Decembris.

X.

Exemplum litterarum factarum pro restitutione Comitatus Pistoriensis per Dominos Priores Artium & Vexilliferum justitie & Civitatis, & Populi Florentini ex libro censuum p. 398.

PRiores Artium, & Vexillifer Justitie Civitatis Populi Florentini, Ranerio quondam Guidonis de Riccis uno ex eis dumtaxat excepto, ipsiusque Civitatis Consilium, Populus, & Comune probis viris Sindicis, Rectoribus, Consiliis, Officialibus, Universitatibus, hominibus, & personis omnium, & singulorum Castrorum, fortilitiarum, villarum, communium, & terrarum, que olim fuerunt de districtu, & Comitatu Comunis, & Civitatis Pistorii, & postmodum ad Comune Florentie pervenerunt, excepta, salva, & reservata Roccha de Carmignano, que debet sub dominio, iurisdictione, atque custodia Comunis Florentini remanere usque ad finem guerre presentis, salutem ac dilectionem sinceram. Convenire, ac expedire conspicimus, quod ea, que facta, & ordinata sunt in populo, & Comuni Florentie contingentium vos & vestram rempublicam notitiam habeatis. Vobis ergo, & cuilibet vestrum tenore presentium nuntiamus, quod auditis, & diligenter intellectis hiis, que pro parte Comunis Pistor. per solempnes, & honorabiles Oratores dicti Comunis fecerunt coram nobis devote, prudenter, atque suppliciter exposita, & petita, & habitis super ipsorum petitione, quam pluribus videlicet Capitaneorum partis Guelfe, Gonfalonierorum, sotietatum populi, Capitudinum artium, aliorumque Sapientium tam nobilium, quam plebeorum consiliis publicis, & privatis, & eorum voluntatibus diversimode exquisitis, & comperto, & cognito manifeste, quod in idem quasi omnium vota Civium concurrebant, quod fratrum Pistoriensium admitteretur, procederet, & adimpleretur petitio gratiose, considerataque devotione sincera, quam semper Civitas Pistorii dum per fideles Guelfos recta fuit, habuit, & nunc habet ad Comune, & Populum Florentinum, & non minus diligenter attento, quod dicta Civitate sic recta dum ipsorum fratrum commoda promovemus, nostram propriam prosequimur causam, consonumque votis vestris, et vestro dulce gustui fore confidimus

fidimus, quod vos, & terras vestras in matris, & Civitatis vestre Pistorii gremium reponamus, gratiose providimus, & solempniter obtentum, firmatum, & reformatum est in omnibus & singulis populi & Comunis Florentie consiliis opportunis, quod dicta Castra, fortilitie, ville, communia, & terre, que olim fuerunt de comitatu, & districtu Pistorii, & postea tenebantur per Comune Florentie restituantur, & pro restitutis habeantur Comuni Pistorii cum pleno dominio, jurisdictione, mero & mixto imperio, & cum eorum omnibus iuribus, & pertinentiis, ita quod ipsum Comune Pistorii, quantum ad predicta sit in eo statu, in quo erat antequam ipsa Castra, fortilitie, ville, communia, & terre per Comune Florentie tenerentur, sub modis, pactis, promissionibus, obligationibus, conditionibus, & tenoribus expressis in reformationibus Consiliorum ipsorum, & in Capitulis super predictis, in predictis, & circa predicta editis, & firmatis, & contentis in reformationibus antedictis. Et ideo cum secundum formam dictorum Capitulorum, & reformationum ratificata sint ipsa Capitula, & omnia in ipsis reformationibus contenta per Comune Pist., & ejus Sindicum ad hoc legiptime constitutum; Vos & dicta Castra, fortilitias, Villas, terras, & Comunia, dicta Roccha Carmignani tamen excepta, iam sic restituta, & restitutas per reformationes predictas dimittimus, & relaxamus ipsi Comuni Pist., & volumus, concedimus vobis, & contenti sumus gratia, & amore Comunis ipsius, quod deinceps sitis de districtu, & Comitatu, & districtuales, & Comitatini Civitatis, & Comunis Pistor., & quod ipsi Comuni subsitis, & sitis, quantum est ad predicta, in eo statu, in quo eratis, ante quam Comune Florentie vos teneret, predictis modis, pactis, promissionibus, obligationibus, conditionibus, & tenoribus semper salvis, & in sua manentibus firmitate. In cujus rei evidentius testimonium has presentes licteras fieri mandavimus, & bulle, ac sigilli nostri appositione muniri.

Data Florentie anno Incarnationis Christi millesimo treecentesimo quinto decimo, Indictione quartadecima, mensis Decembris die sexta.

Ego Johannes quondam Donati Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius, & Cancellarius, & Scriba publicus reformationum, Consiliorum Comunis, & populi Pistorii predictas licteras vidi, & legi, & de Originali scripto, & in cartis bombicinis sigillato quodam sigillo cere viridis, in quo erat schulta imago herculis nudi cum licteris circumquaque scripti sub tali tenore: ✠ *Sigillum Florentinorum*, & quodam parvo sigillo cere viridis, in quo erat designatum lilium cum licteris talis continentie *S. Priorum*, hic inde transcripsi, & exemplavi, & in evidentius testimonium meo consueto signo roboravi.

X I.

Lucensium Literæ ad Pistorienses super Controversia quadam ex libro Censuum pag. 401.

HOc est exemplum quarumdam licterarum transmissarum a. 1317. per Comune Lucanum Comuni Pistorii super responsione facta domino Andree de Rubeis, & Ser Mazeo Guedi ambaxiatoribus Comunis Pistor. ad Comune Lucanum, & anxianis ipsius Comunis cum instrumento ratificationis pacis per comune Pistor. destinatis. Que lictere sigillate erant quodam sigillo cere crocee, in quo sculta erat quedam ymago ad similitudinem cujusdam militis tenentis scutum in brachio sinistro existentis super quodam equo circumcirca quam ymaginem erant sculte lictere sic dicentes *Sigillum Communis Lucani* signo sante Crucis premisso.

Magnificis & potentibus viris dominis Ugoni Comiti Palatino Vicario Regio Civitatis Pistorii, & anxianis Civitatis ejusdem amicis diligendis. Jacopinus de Cornazzano de Parma Lucanus Potestas, & anxiani Lucani Comunis salutem, & bonorum omnium incrementa. Ambaxiatam nobis pro vestra parte noviter expositam a vestris ambaxiatoribus multa alacritate suscepimus, et audivimus, qua intellecta sic damus sub brevitate eidem responsum, quod propter absentiam nostri

nostri Capitanei, qui moram ad presens contrahit apud balneum de Corsenam, non possumus eis, nec vobis, ut optamus respondere, tamen cum redierit, quod cito erit, vobis per ambaxiatores nostros, aut per nuntium cum nostris licteris amicabiliter respondebimus. Non miremini, si vestri Ambaxiatores tantum steterunt, quod credentes, ut Capitaneus reverteretur, eis prediximus, quod spectarent. Datum Luce die 23. Junii decima quinta Indictione.

X I I.

Exemplum quarumdam licterarum transmissarum per Castruccium de Anterminellis Civitatis Lucane Capitaneum Generalem (*a.* 1317.) *Communi Pistor. super responsione facta Domino Andree, & Ser Mazeo ambaxiatoribus a dicto Castruccio cum instrumento ratificationis Pacis per Comune Pist. destinatis, quæ Litteræ sigillate erant quodam sigillo cere rubee, in quo erat sculta quedam ymago ad similitudinem cuiusdam . . . . habentis ymaginem cujusdam Canis super se, & de subter quoddam schutum circum circha quas imagines erant sculte hee lictere videlicet S. Chastrucci vice Comitis Lucensis, ex libro censuum pag.* 401.

NObilibus & sapientibus Viris Ugoni de Bactisolle in Tuscia comiti Palatino Vicario Regio, Anzianis, & Vexillifero justitie, consilio, & Comuni Civitatis Pist. Chastruccius de Anterminellis Civitatis Lucane Capitaneus generalis, & Vicecomes Lunensis salutem, & pacificis gaudere Successoribus. Discretis viris Domino Andree de Rossis, & Ser Mazeo Guidi ambasciatoribus vestris, qui a successu ipsorum de Civitate Pisanum usque in hodiernam diem nostrum qui eramus in comitatu Lucane, reditum expectarunt super tenore ambasciate nobis ex parte vestra diligenter exposite responsa dedimus prout credimus convenire, que vestre presentie, quia eos inde sufficienter credimus informatos, horetenus referre poterunt, & quam habuerunt a nobis intentionem, exponent. Datum Luce 24. Junii decimaquinta indictione.

X I I I.

Roberti Sicilie Regis Literæ a. 1318. *ad Pistorienses, ut pro Genuatibus aciem instituant, ex Thesauro S. Jacobi.*

RObertus Dei gratia Rex Jerusalem, & Sicilie, Ducatus Apulie, & principatus Capue, provincie Fortalquerii comes, discretis viris Rectoribus, Consilio, & Comuni Civitatis Pistorii fidelibus, & devotis suis gratiam & amorem. Notificamus devotioni vestre, quod die vicesimo primo Julii proximi preteriti applicuimus Januam cum fratribus, & gente nostris, ubi fuimus cum magno honore recepti, & sequenti die vicesimo septimo eiusdem mensis populus, Consilium, & rectores dicte Civitatis Janue se dominio domini summi Pontificis, & nostro decem annorum spatio subiecerunt, quod quidem dominium recepimus debitis honore, decentia, & solemnitatibus observatis. Quia igitur inimici Ecclesiastici, ac nostri, & Comunis dicte Civitatis Janue morantes . . . . ipsam Civitatem conantur eam continue offendere, bonumque statum eiusdem multipliciter, & graviter perturbare, nostraque, ac universorum fidelium, & devotorum sancte Ecclesie, & nostrorum interest Civitati Janue, intuitu dicti Domini summi Pontificis, & Ecclesiastice partis, auxilianter subvenire, devotionem, & prudentiam vestram requirimus, & hortamur, quot prudenter attento quod in bono statu predicte Civitatis Janue, cuius incole fratres vestri fore noscuntur, consequenter . . . . tingitur status vester, ordinare curetis, & agere quod . . . mittatis Talamonium equites, & pedites probos, strenuos, & electos decenter arma-

tos

tos in ma . . . . quantitate, qua sinceritati, & prudentie vestre videbitur convenire, venturos ad subsidium predicte Civitatis Janue, ac ad vestra stipendia tempore, quo necessario expedierit, retinendos, significantes nobis, seu nostro Vicario, & Rectoribus Janue statim visis presentibus, quo die predicti equites, & pedites iter accipient, seu recedent, & poterunt ibi esse, eorumque numerum, ut ipsos ibidem recolligi faciamus, & eisdem de vasis & aliis opportunis providere possimus. Et vere noscatis, quod exinde predictum dominum summum Pontificem, nos, & Comune Janue obligabitis ad quelibet vobis grata. Datum Janue die 7. Augusti prima Indictione.

Discretis Viris Rectoribus, Consilio, & Comuni Civitatis Pistorii fidelibus, & devotis suis per Cursorem.

XIV.

Sindici, cujus esset agere de pace cum Pistoriensibus ineunda, institutio a Florentinis facta anno 1329. *ex libro* Nicchio *p.* 75. *& seqq.*

IN Dei nomine Amen suæ salutiferæ Incarnationis anno millesimo trecentesimo vigesimo nono Indictione XII die 23. mensis Maij. Actum in Civitate Florentiæ in Domo, & Palatio habitationis Dominorum Priorum artium, & Vexilliferi iustitiæ dictæ Civitatis, & Populi Florentini præsentibus testibus Domino Gherardo Terini de Castro Florentino, horum, & Domino Alexo de Rinucciis Jurisperitis Civibus Florentinis ad hæc vocatis, et rogatis. Pateat omnibus evidenter, quod providi viri

Dominus Thomaxius Corsini	Ugo Domini Oddi de Altoitis
Bernardus de Quarratensibus	Ubertinus Rossi de Strozziis
Lapaccius del Bene	Cenni Nardi Juncte
Johannes Bonachursi	Cecchus Spine Falconis
Philippus de Magalottis	Niccholus Nelli Rinuccij
Jacobus Alberti	Rinardus de Ricciis, &
Dardanus de Acciajolis	Antonius Sandus de Albitiis.

Florentini Cives tractatores, & Compositores deputati pro Comuni Florentiæ ad faciendum, & tractandum, & ordinandum, & componendum pacem, & treguam cum quibuscumque hominibus, & Terris, & Personis, & Universitatibus, cohadunati simul in Domo Palatio habitationis Dominorum Priorum, & Vexilliferi iustitie Comunis, & Populi Florentini omnes simul, & in concordia, vigore, & auctoritate ipsorum officii, & ex balia, & auctoritate eisdem concessis, & attributis per solempnia, & opportuna Consilia Populi, & Communis Florentiæ, ut de ipsis balia, & auctoritate plene constat scriptura publica inde facta manu Ser Gratioli Domini Corradi de Mutina Notarii Scribæ reformationum dicti Populi, & communis, & omni via, modo, & iure, quibus melius potuerint, vice, & nomine dicti comunis Florentie, & pro ipso Comuni Florentiæ, & hominibus dicti Communis, eiusque districtus, fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt Ser Fredum Bindi de Panzano notarium, qui moratur Florentiæ in Populo S. Nicolai, licet absentem, tamquam præsentem, eorum pro dicto Comuni, & hominibus, & dicti Communis Florentiæ, ejusque districtus, & hominum eorumdem Comunis, & districtus Florentiæ Sindicum, & Procuratorem, & certum, & specialem Nuntium ad faciendum, ordinandum, componendum, constituendum, & reddendum cum Communi, & Universitate Comunis Pistor., seu Sindico, seu Sindicis dicti Comunis Pistoriensis, & ipsi Comuni Pistoriensi, seu eius Sindico, vel Sindicis pro ipso Communi, & universitate ab hominibus dicti Comunis Pistoriensis, ejusque districtus recipientibus, & ab ipso Comuni Pistoriensi, seu ab ejus Sindico, seu Sindicis recipiendum veram pacem, concordiam, finem, remissionem, & bonam voluntatem pacis osculo interveniente de omnibus, & singulis

 inju-

injuriis, & offensionibus, odiis, malevolentiis, controversiis, differentiis, damnis, seu gravaminibus, arsuris, incendiis, & robariis, hinc inde, vel ab una dictarum partium alteri parti illatis, commissis, factis, vel perpatratis ab hinc retro, & usque in presentem diem habitis, & tam præsentibus, quam præteritis, cum omnibus, & singulis pactis, modis, tenoribus, & conditionibus & . . . restitutionibus, & satisfactionibus, de quibus placuerit, & videbitur dicto Sindico, & in prædictis, & pro prædictis omnibus & singulis, & quolibet prædictorum, & cujuslibet eorum occasione observantia, & executione, & etiam cohærentium, vel dependentium ab eisdem, seu eorum aliquo premissa obligatione ren. & pacta faciendi, & unum & plures contractus, & unum, & plura instrumenta vallatum, & vallata, promissionibus, stipulationibus, obligationibus, renumptiationibus, adiectionibus iurium, præceptorum, Guarantigiæ, & aliis omnibus, & singulis cautelis, & solemnitatibus opportunis, quibus eidem Sindico videbitur, & placuerit faciendum, ac etiam in prædictis, & pro prædictis, & quolibet prædictorum præstandum idoneas cautiones, & satisdationes, pro ut dicto Sindico placuerit, & videbitur, & ad obligandum propter ipsum Comune Florentinum, & universitatem, & homines, & personas ipsius, & ipsius Comunis, & universitatis, & hominum bona omnia mobilia, & immobilia præsentia, & futura, & ad præceptum Guarantigiæ solempniter recipiendum. Insuper ad dandum & tradendum, concedendum & relaxandum dicto Comuni Pistorii, seu alii personæ recipienti pro eodem Comuni Pistorii tenutam, & possessionem liberam, & expeditam quorumcumque Castrorum, Terrarum, Villarum, & locorum, & fortilitiarum, que vel quos relaxari debent, & tradi dicto Comuni Pistorii per dictum Comune Florentiæ per pacta, & vigore pacis fiendæ inter ipsa Comunia Florentiæ, & Pistorii, temporibus, & locis in ipsa pace specificandis, & dicendis, ac etiam ad recipiendum, tenendum, intrandum, & possidendum tenutam, & corporalem possessionem, quorumcumque Castrorum, Terrarum, Villarum, & locorum, & fortilitiarum, quæ & quos dictum Comune Pistorii restituere, dimictere, & relaxare, & tradere debebit dicto Comuni Florentiæ per pacta, & vigore pacis fiendæ inter ipsa Comunia Florentiæ, & Pistorii. Insuper ad fide iubendum, & fideiussorio nomine pro dicto Comuni Florentiæ promictendum, & se obligandum ipsorum partibus, & mandato pro dicto Comuni, & Sindico Comunis Pistorii, & intrinsecis dicti Comunis, ac etiam pro extrinsecis, & suis procuratoribus, & negotiatorum gestoribus dicti Comunis Pistorii in contractu, & super contractum pacis fiendæ inter dictos intrinsecos Comunis Pistorii ex parte una, & dictos extrinsecos dicti Comunis Pistorii ex parte altera, secundum quod sibi Ser Fredo Sindico placuerit, & videbitur convenire, & ad obligandum dictum Comune Florentiæ ad partes, & mandata dictarum partium, & cujuslibet earum pro observatione pacis, & concordiæ, & omnium, quæ promictent dictæ partes hinc inde, & sibi ad invicem in contractu dictæ pacis, & concordiæ fiendæ inter dictos intrinsecos, & extrinsecos dicti Comunis Pistorii. Et generaliter ad omnia, & singula facienda, & exequenda, quæ necessaria, & expedientia fuerint in prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum, & quæ ipsi Constituti, & Comune Florentiæ facere possent, si præsentes erunt, & ipsi Sindico utilia videbuntur. Dantes, & concedentes, modo, vigore, & auctoritate prædictis eidem Sindico in prædictis omnibus, & quolibet prædictorum, & circa ea plenum, liberum, speciale, & generale mandatum cum plena, libera, & speciali, & generali administratione. Nec non promittentes mihi Cambio notario infrascripto, tanquam publicæ persone recipienti, & stipulanti vice, & nomine dicti Comunis Pistorii, & omnium, quorum interest, vel intererit, seu interesse posset, se, & dictum Comune Florentiæ firmum, & ratum, & gratum perpetuo habiturum totum, & quidquid idem Ser Fredus Sindicus Comunis Florentiæ in prædictis, & circa prædicta duxerit faciendum, & contra non venire sub dicti Comunis Florentiæ bonorum omnium præsentium, & futurorum obligatione, & ypoteca.

Ego Michael Ser Cambij de Camiano imperiali auctoritate iudex ordinarius, & notarius prædicta omnia rogatus, & imbreviaturam per infrascriptum Ser Cambium

bium Michaelis notarium Patrem meum, & mihi ab eodem ſcribenda, & publicanda commiſſa ſcripſi, & in publicam formam redegi, ideoque ſubſcripſi. Ego Cambius michaelis de Camiano imperiali auctoritate Judex ordinarius, & notarius prædictis omnibus dum agerentur, interfui, eaque omnia rogavi, & imbreviavi, & dicto Michaeli notario filio meo notario ſcribenda, & publicanda commiſi, ideoque ſubſcripſi.

X V.

Pax univerſalis inter Florentinos, Pratenſes, & Piſtorienſes de anno 1329. *die* 24. *Maij, ex libro* Nicchio *p.* 19. *t. & ſeqq.*

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Amen. Ad honorem, & gloriam Omnipotentis Dei, & glorioſæ Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum, & ad laudem, & reverentiam Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac Sanctiſſimi Patris Domini Domini Johannis Papæ vigeſimi ſecundi. Et ad honorem Sereniſſimi Principis, & Domini Domini Roberti Dei gratia illuſtris Jeruſalem, & Siciliæ Regis, & exaltationem bonum, & tranquillum ſtatum infraſcriptorum Comunium, & univerſitatum, & ſingularium perſonarum, eorumque diſtrictualium. Quoniam omne Regnum, Civitatem, Comune, Populum, & ſingularem perſonam decet tranquillitatis, & pacis beneficium exportare, in quo reſidet animarum ſalubritas, viget jucunditas corporum, proficiunt omnes populi, & utilitas gentium cuſtoditur. Ideo ſapientes, & diſcreti viri Ser Fredi Bindi de Panzano Notarius, qui moratur Florentiæ in Populo S. Nicholai Civis honorabilis Florentinus Sindicus, & Procurator Comunis, univerſitatis, & populi Florentiæ ad hæc ſpecialiter conſtitutus, de cuius Sindicatu, & procura patet publico inſtrumento facto manu Mei Cambij Michaelis Notarij infraſcripti ſub Anno ſalutiferæ Incarnationis milleſimo treceteſimo vigeſimo nono, indictione duodecima die vigeſimo tertio menſis Maij ſecundum conſuetudinem Floren: Sindicario, & procuratorio nomine pro dictis Comuni, & hominibus, & univerſitatibus Comunis, & Populi Florentiæ, ac etiam, ut Sindicus dicti Comunis Florentiæ geſtorio nomine pro Comuni, & univerſitate, & hominibus, & perſonis Comunis, & Terræ Prati, eiuſque diſtrictus, pro quibus, & quolibet eorum de rato promiſit, & ſe facturum, & curaturum ita, & taliter, quod dictum Comune Prati per legitimum Sindicum ratificabit prædicta, & infraſcripta omnia, & ſingula hinc ad quindecim dies proxime venturos, & Dominus Ubaldus quondam Ugolini de Pipinis Iudex, & Loctus quondam Cambij Terrigene Terræ Prati, Sindici, & Procuratores Comunis, univerſitatis, & hominum Terræ Prati, eiuſque diſtrictus, ut de Sindicatu, & ipſorum mandato conſtat inſtrumento publico inde facto manu Ser Bartholomæi Locti de Manaſſeis de Prato Notarij a me Cambio Notario infraſcripto viro, & lecto, Sindicario, & Procuratorio nomine pro dictis Comuni, univerſitate, & hominibus Terræ Prati, eiuſque diſtrictus, ante omnia proteſtatione præmiſſa per dictos hominum Ubaldum, & Loctum Sindicos ſupradictos, quod prædictis, & infraſcriptis non conſentiunt, nec conſentire intendunt, niſi dumtaxat quoad generalem pacem, concordiam, & remiſſionem, pro ut in Capitulo generalis pacis continetur, cum conditionibus in hoc contractu, & pace contemptis, & quoad ſublationem, & ſuſpenſionem repreſaliarum, & alia contempta in Capitulo de repreſaliis, in cæteris vero Capitulis pactis, & modis in præſenti contractu, & inſtrumento contemptis non conſentiunt, aſſerentes ſe ad prædicta, in quibus non conſentiunt, non habere ſufficiens mandatum, attendentes, & conſiderantes, quod infraſcripti Sindici Comunis Piſtorii Sindacario, ac etiam geſtorio nomine dicti Communis, & quolibet de dictis nominibus; & Ser Mazzeus Ser Johannis procurator plurium extrinſecorum Communis Piſtorii procuratorio nomine pro eis, ac etiam geſtorio nomine pro dictis, & aliis extrinſecis utroque nomine in ſolidum promiſerunt ſolempniter Ser Fredo Bindi Notario Sindico Comunis Florentiæ recipienti

pro

pro Sancta Romana Ecclesia, & Domino nostro Summo Pontifice obedientiam, & devotionem S. Romanæ Ecclesiæ, & dicti Summi Pontificis, ac etiam stare, & perseverare in obedientia, & devotione dictæ S. R. E., & dicti Summi Pontificis, & in Rebellione dampnati Ludovici olim Ducis Bavariæ, & aliorum inobedientium Ecclesiæ supradictæ, & Domino Summo Pontifici, ac etiam submiserunt dictis nominibus, & eorum quolibet dictum Comune Pistorii, & homines, & personas dicti Comunis dispositioni dicti Summi Pontificis, & promiserunt se facturos ita, & taliter, quod dictum Comune Pistorij per legitimum Sindicum ad hæc constitutum per ipsum Comune Pistorij ratificabit, approbabit, & de novo faciet dictam promissionem, & submissionem, in omnibus, & per omnia, ut dicti Sindici promiserunt, & fecerunt, de quibus promissione, & submissione constat scriptura publica manui mei Cambij Notarij facta hodie ante hunc contractum, prædicti omnes nominibus, & modis prædictis ex parte una, & Dominus Cremona Balinerii, Dominus Gherardus de Sodoxiis, & Nellus Cecchi Melanensis Cives Pistorienses Sindici, & Procuratores Comunis, universitatis, & hominum Civitatis, & districtus Pistorii ad hæc specialiter, & solempniter constituti, ut constat in instrumento publico manu Ser Bonaventuræ quondam Ser Jacobi de Pistorio Notarii facto sub Anno Nativitatis Dominicæ millesimo trecentesimo vigesimo nono indictione XII. die undecimo mensis Maij secundum consuetudinem Pistoriensium a me Cambio Notario infrascripto viso, & lecto, Sindacario, & procuratorio nomine pro dictis Comuni, universitate, & hominibus Comunis Pistorij ex parte altera constituti in præsentia Dominorum quatuordecim tractatorum Comunis Florentiæ, coram quibus mediante eorum ministerio facta, & firmata fuit infrascripta Pax, assistente gratia Dei Patris fecerunt, & reddiderunt sibi ad invicem veram puram, & firmam pacem, finem, & remissionem, concordiam, & bonam voluntatem perpetuo duraturam pacis osculo interveniente, & liberationem, & quietationem de omnibus, & singulis robariis, furtis, incendiis, homicidiis, insultibus, feritis, iniuriis, & offensionibus, quomodo libet dicto, vel facto illatis hinc inde universaliter, vel singulariter, & de omnibus, & singulis guerris, malivolentiis, iniuriis, & offensionibus hinc inde illatis, habitis, & factis, & de omnibus dampnis occasione guerræ, & de omnibus inimicitiis quocumque modo, & quacumque de causa hinc inde contractis, vel commissis, & generaliter de omnibus excessibus, & delictis hinc inde commissis, factis, & perpatratis quocumque modo in personis, vel rebus usque in presentem diem, quam quidem pacem, & concordiam, & remissionem fecerunt remissis hinc inde rancoribus, & iniuriis quibuscumque cum infrascriptis modis, tenoribus, pactis, conventionibus, capitulis, & promissionibus, videlicet. In primis, quod statim facta præsenti pace, dum Comune Pistorij, & homines, & personæ dicti Comunis servare debeant interdictum, & statim erigere, & erigi facere Vexillum Ecclesiæ in dicta Civitate Pistorii, & stabunt, & perseverabunt in obedientia, & devotione S. Matris Ecclesiæ, & Domini nostri Domini Joannis Papæ 22., & in rebellione contra damnatum Lodovicum, olim Ducem Bavariæ; & eius Vicarios, & Officiales, & contra omnes inobedientes Ecclesiæ, & eiicient omnes Officiales constitutos per dictum Lodovicum, tam in Civitate Pistorij, quam in terris, quæ tenerentur, vel tenebuntur per Comune Pistorij. Item quod incontinenti facta præsenti pace per dictum Comune Pistorij, vel eius legitimum Sindicum tradatur, & restituatur dicto Comuni Florentiæ vel eius Sindico, seu alteri recipienti pro dicto Comuni Florentiæ Castrum, & territorium Montis Murli cum suis pertinentiis, & iurisdictionibus, & eidem Comuni Florentiæ vel alteri recipienti pro eo relaxetur possessio dictorum Castri, & Territorij Montis Murlj libere, & expedite perpetuo remansura penes dictum Comune Florentiæ. Item quod per dictum Comune Pistorij remictat, & reponat in dicta Civitate Pistorij infra quindecim dies a tempore dictæ pacis factæ Guelfos omnes exititios dictæ Civitatis Pistorij, cum eorum, & omniumque ipsorum familiis, qui exititii, & eorum familiæ post remissionem factam de his per dictum Comune Pistorij, vel post terminum dictorum quindecim dierum libere, licite, & secure ire, & stare, & habitare possint in dicta Civitate Pistorij,

&

& eius districtu ad eorum liberam voluntatem, & eisdem Guelfis exititiis restituantur eorum bona immobilia, & iurisdictiones, & ex tempore dictæ pacis restituta esse intelligantur, & sint exceptis illis exititiis, de quibus declaraverit dictum Comune Pistorij, dummodo exceptandi non excedant, nec excedere possint numerum quinquaginta, possint tamen familiæ talium, qui non remittentur, redire in dictam Civitatem Pistorij, & ipsi, & dictæ eorum familiæ rehabeant bona immobilia, & iurisdictiones ipsorum exititiorum, qui non remitterentur, & eisdem & eorum familiis restituantur per dictum Comune Pistorij, & ex dicto tempore pacis restituta esse intelligantur, & sint, & illa intelligantur bona dictorum exititiorum, & eisdem debeant restitui, & restituta intelligantur, quæ possidebant tempore eorum expulsionis factæ anno millesimo trecentesimo vigesimo primo completo citra nisi forent dicta bona per ipsos exititios vendita, vel alienata, exceptis illis bonis, quæ occupata fuissent millesimo trecentesimo vigesimo octavo kalendis mensis Januarij citra, & illud idem fiat, & intelligatur, & observetur per omnia intrinsecorum Civitatis, & districtus Pistorij pro dicto tempore, salvis, & reservatis in dictis omnibus, & eorum quolibet pristinis iuribus, & actionibus unicuique, tam intrinseco, quam extrinseco, quæ iura, & actiones, & nunc sint, & esse intelligantur in eo statu, & robore, in quo erant tempore expulsionum dictorum intrinsecorum, vel extrinsecorum, vel alicuius eorum, salvis, & reservatis omnibus iuribus cuiuscumque locationis, vel conductionis, vel contractus Emphyteotici, omnique conductori, vel Emphyteotæ competenti dumtaxat presenti anno. Possint tamen dicti exititij, quos contingeret exceptari, siquidem sunt magnates, stare, & habitare in Castris, & Terris, quæ hodie tenentur per Comune Florentiæ, & eidem Comuni Florentiæ obediunt. Populares vero stare, habitare, ire, & redire possint iuxta dictam Civitatem Pistorij per tria milliaria, & non ultra. Qui exititij postquam eisdem vel eorum familiæ fuerint dicta bona effectualiter restituta, subeant, & subire teneantur onera realia, & personalia, & mista dicti Comunis Pistorij, quorum onerum impositio fieri debeat per intrinsecos, & extrinsecos, ita quod extrinseci, & intrinseci, pares sint in numero, & in vocibus in imponendo onera dicti Comunis, hoc addito, quod Comune Pistorij teneatur dictos exititios, quos declaraverit ad presens non fore remittendos, remanere infra sex annos numerandos a tempore dictæ Pacis, ita quod quolibet duorum annorum primorum saltem remittat, & remittere teneatur novem de dictis exititiis, reliquos vero quatuor annis remictat, & remittere teneatur ceteros exititios Guelfos, videlicet quolibet dictorum quatuor annorum octo de dictis exititiis, hoc addito in prædictis quod Comune Pistorij rebampniat, & rebapniri, ac etiam eximi, & cancellari faciat omnes dictos exititios Guelfos, tam remittendos, quam non remittendos ad præsens, & ex nunc rebapniti, exempti, & cancellati esse intelligantur, & sint ab omnibus dampnis tantum, vel condempnationibus tantum, in quibus reperientur descripti in libris, & actis Comunis Pistorij, & regimina dictæ Civitatis prædicta facere teneantur, & fieri facere, statim postquam de prædictis fuerint requisiti ab ipsis, vel eorum aliquo, vel aliquo pro eis, vel eorum aliquo, sine aliqua solutione pecuniarum propterea dicto Comuni facienda. Item, quod si quæ possessiones essent, vel esse reperientur in Civitate vel districtu Florentiæ, vel Terra Prati, vel eius districtu, vel in Civitate Pistorij, vel eius districtu, quæ pertinerent ad singulares personas Civitatis, vel districtus Pistorij, dictæ possessiones eisdem relaxentur, & dimittantur, ad quos pertinerent, per dictum Comune Florentiae, vel dictum Comune Prati, in cuius territorio, vel districtu essent site dictæ possessiones, vel eorum Civis, vel Terrigena teneret dictas possessiones, ac etiam ex tempore dictæ pacis relaxatæ, & dimissæ esse intelligantur, & sint. Et simili modo fiat per Comune Pistorij de possessionibus sitis in Civitate, vel districtu Pistorij, quæ pertinerent ad singulares personas Civitatis, vel districtus Florentiæ, vel ad singulares personas Terræ Prati, vel eius districtus, & ex dicto tempore pacis restituta esse intelligantur, & sint dictis singularibus personis dictæ Civitatis Florentiæ, vel districtus, & dictæ Terræ Prati, vel eius districtus, non obstantibus in omnibus prædictis aliquibus concessionibus factis de dictis possessionibus,

nibus,

nibus, vel aliqua eorum per aliquod Comune dictum, vel rectorem, quæ concessiones sint nullius efficaciæ, & habeantur pro cassis, & irritis; salvo, quod si per Regem Siciliæ, vel olim Ducem Calabriæ, vel eorum, vel alicuius eorum locum tenentem facta foret concessio de dictis possessionibus, vel eorum aliqua, quod dicta comunia debeant se interponere, ut dictæ concessiones penitus cassentur, & tollantur per dictum Regem, ac etiam dicta omnia, videlicet quilibet per se teneatur cogere cum effectu Cives Terrigenas, & districtuales suos, quibus factæ forent dictæ concessiones, vel eorum aliqua, ac etiam quoscumque alios, ad quos dictæ possessiones pervenissent, post dictas concessiones dictas possessiones relaxare, & dimittere iis, ad quos spectant, & pertinent. Et idem fiat de concessionibus cuiuscumque quantitatis factis per dictum Regem, vel Ducem Calabriæ, vel eorum, vel alicuius eorum locum tenentem alicui singulari personæ dictorum Comunium scilicet Florentiæ, & Prati contra Comune Pistorij, & teneatur Potestas, & Capitaneus, & executor ordinis iustitiæ Civitatis Florentiæ, & eorum, quicumque fuerit requisitus, & regimina Terræ Prati dictos tales, quibus factæ forent dictæ concessiones, vel aliqua earum ad restitutionem dictorum bonorum compellere etiam de facto sine strepitu, & figura judicij, & etiam nullo statuto, vel iuris solempnitate servata; Et idem fiat, & fieri debeat per Potestatem, & alia regimina dictæ Civitatis Pistorij, reservato eisdem talibus, qui restituere cogerentur, omni regressu contra auctores suos, tam ad pretium, quam ad interesse, & dampna. Et teneantur dicta Regimina, & quodlibet eorum, quod requisitum fuerit, statim sibi ostenso instrumento sui tituli cogere de facto, nulla iuris, vel statuti solempnitate servata dictos auctores ad restituendum pretium, & ad emendationem dampnorum, & interesse, prout in instrumento, & titulo continebitur. Item quod omnes, & singulæ represalie concessæ a quatuor annis citra per Comune Pistorij contra homines, & Comune Florentiæ, vel contra homines, & Comune Prati sint cassæ, & irrite, & ex tempore dictæ pacis, & cassari, & irritari debeant per dictum Comune Pistorij; & idem fiat, & factum esse intelligatur ex dicto tempore pacis de repræsaliis concessis a dictis quatuor annis citra per Comune Florentiæ, vel Comune Prati contra Comune Pistorij, vel contra homines dicti Comunis omnibus iuribus principalibus salvis remanentibus quibuscumque personis habentibus dictas repræsalias. Repræsaliæ vero concessæ a dictis quatuor annis retro per dicta Comunia vel eorum aliquod suspendantur, & suspensa esse intelligantur per tempus, & terminum octo annorum numerandorum a tempore dictæ pacis, salvo quod non obstantibus supradictis sit licitum infra dictum terminum dictas repræsalias, & earum quamlibet de jure impugnare, & super earum, & cujuslibet earum cassatione procedere de jure, dummodo illi, quos impugnare contingeret, careant suspensione prædicta, & audiri non possint, nec debeant ad impugnandum dictas repræsalias, vel earum aliquam, nisi primo renunptient suspensioni prædictæ, pendente tamen causa nulla novitas fieri possit occasione dictæ repræsaliæ, hoc addito in prædictis, quod deinceps non possint concedi repræsaliæ per aliquod dictorum Comunium, vel alicujus eorum contra aliquod de dictis Comunibus, vel homines, vel personas alicujus dictorum Comunium, nisi primo regimina Comunis, contra quod repræsaliæ peterentur, fuerint requisita per ambasciatores illius Comunis, coram quo, seu coram cujus offic. repræsaliæ peterentur, quod summariam faciant rationem. Item, quod omnes, & singuli Cives, & districtuales Florentiæ, & Terrigenæ districtuales Terræ Prati exbampniti, vel condempnati, vel exbampniti tantum dicti Comunis Pistorii, quicumque essent descripti, vel descripti reperientur in libris, seu actis dicti Comunis Pistorii, eximantur, & cancellentur absque aliqua solutione pecuniarum dicto Comuni Pistorii facienda de dictis libris, & actis dicti Comunis Pistorii, & ex nunc exempti, & cancellati esse intelligantur, & sint ab omnibus bampnis, & condempnationibus tantum, in quibus quomodo libet scripti reperientur & eodem modo fiat de civibus, & districtualibus dictæ Civitatis Pistorii, qui essent, seu esse reperientur exbampniti, & condempnati, vel exbampniti tantum, vel condempnati tantum Comunis Florentiæ, vel Terræ Prati, vel in libris exbamnitorum, vel condempnatorum dicti Comunis Florentiæ, vel dictæ Terræ Prati descripti. Et regimina dictorum Comunium, vel Terrarum prædictæ teneantur fieri

facere,

facere, & executioni mandare ad petitionem dictorum exbampnitorum, & condempnatorum, vel exbampnitorum tantum, vel condempnatorum tantum, vel cujuscumque alterius personæ pro eis, vel eorum aliquo prædicta fieri petentis, hoc salvo, & intellecto expresse in prædictis, quod dictum Comune Terræ Prati non teneatur eximere de bampno, & condempnatione, vel bampno tantum, vel condempnatione tantum aliquem exbampnitum, vel condempnatum dictæ Terræ Prati, qui sub origine sua vel paterna de dicta Terra, seu districtu Prati, qui non sit ad mandata dictæ Terræ Prati, & eius districtus, nec aliquem Pistoriensem, vel eius districtualem, qui sit, vel fuerit terrigens Terræ Prati, & e contra, quod dictum beneficium non extendatur ad aliquem Pratensem, qui sit factus Civis Pistorij.

Item, quod dictum Comune Florentiæ pro posse procuret, quod inter singulares Personas Civitatis, & districtus Pistorij, de quibuscumque inimicitiis, ex quibus posset verisimiter scandalum oriri, fiant Paces vel Treguæ, prout qualitas inimicitiæ exegerit, & ex tunc intelligatur, tam de inimicitiis, quæ essent inter intrinsecos tantum, vel extrinsecos tantum. Item, quod si qua debita forent hactenus contracta per Comune Pistorij, ex quibus dictum Comune Pistorij foret obligatum Comuni Florentiæ, dictum Comune Pistorij ad solvendum dicta debita habeat dilationem sex annorum, infra quos sex annos non possit gravari, vel molestari dictum Comune Pistorij, vel singulares personæ dicti Comunis, vel eorum, vel dicti Comunis Bona occasione dictorum debitorum Comunis. Item, quod Comune Florentiæ relaxet, & relaxare debeat, & ex tempore dictæ Pacis relaxata, & restituta esse intelligatur dicti Comunis Pistorij libera, & expedita possessio dumtaxat infrascriptarum Terrarum, scilicet Luvicciane Vallis Bisentii Castra Conij, & Lamporechij, & homines, & personæ dictarum Terrarum eximi, & cancellari debeant de quibuscumque dampnis, & condempnationibus, & exempti, & cancellati esse intelligantur in quibus reperientur descripti in libris exbampnitorum, & condempnatorum Comunis Pistorij, absque aliqua solutione pecuniarum, propterea dicto Comuni Pistorij facienda, & prædicta teneantur regimina Comunis Pistorij fieri facere, & executioni mandare, & etiam libere, & licite, ire, stare, & habitare possint in dictis eorum Terris, & fortilitiis, si quæ essent, & quod onera personalia, & realia, & mixta comuniter subeant, & æqualiter intrinseci, & extrinseci, & comuniter imponantur per eos, ita quod intrinseci, & extrinseci sint pares in numero, & in vocibus remanentibus Comuni Florentiæ, & Castris Carmignani, Artimini, Castelline, Vitorini, & Bachereti. Item, quod regimina, & officia dictæ Civitatis, & districtus Pistorij tam rectorum, quam officialium Forensium, quam Civium, statim post unum annum a tempore dictæ pacis numeranda sint comunia, & comuniter fiant, & disponantur, & fieri, & disponi debeant, tam per intrinsecos, quam per extrinsecos Guelfos remittendos in dictam Civitatem Pistorij, ita quod extrinseci, & intrinseci sint pares in vocibus, & in numero personarum, & pro observatione prædictorum contemptorum in præsenti Capitulo, & pro restitutione facienda de quodam debito duorum millium quatuor centum Florenorum auri, ad quod obligatum est dictum Comune Pistorij, & homines dicti Comunis Strozze quondam Ser Pini de Populo S. Mariæ Ugonis de Florentia, unde est Carta manu Ser Cambij Michaelis Notarij facta in Anno Incarnationis millesimo trecentesimo vigesimo nono indictione duodecima, die vigesimo mensis Maij, dictum Comune Pistorij incontinenti facta pace præsenti teneatur tradere Comuni Florentiæ vel Sindico dicti Comunis, liberam, & expeditam possessionem Castri, & Fortilitiarum Tizzanæ districtus Pistorij tenendi per dictum Comune Florentiæ expensis dicti Comunis Florentiæ, donec dicta Comunia, officia, & regimina Comunia fuerint cum effectu modo prædicto, & dictum debitum restitutum fuerit integre dicto Strozze creditori, hoc addito, quod dum Castrum, & Fortilitiæ custodiri debeant per unum Civem Florentiæ vere Guelfum, & amatorem S. Matris Ecclesiæ nominandum per Comune Pistorij, quæ nominatio fieri debeat hoc modo, videlicet: quod Comune Pistorij nominare debeat sex Cives Guelfos Civitatis Florentiæ, & priores, & Vexilliferi iustitiæ

Civi-

Civitatis Florentiæ de dictis sex eligere teneantur unum ad dictam custodiam, in cujus Castri fortilitiis tenendis per Comune Florentiæ pro observatione prædictorum non possint stare vel habitare exititij dicti Castri Tizzane.

Item, quod Comune Florentiæ, & Comune Prati relaxent, & liberent omnes, & singulos Carceratos, & Captivos, si quos haberent, vel tenerent de Civitate, vel districtu Pistorij, salvo quod prædicta non intelligantur de Carceratis, & Captivis singularum personarum, seu ad petitionem singularium personarum existentium. Et idem fiat per Comune Pistorii de civibus, & districtualibus Florentinis, & terrigenis, & districtualibus Terræ Prati Captivis, seu Carceratis in Civitate Pistorij, vel eius districtu cum salvo supradicto. Item teneatur Comune Florentiæ pro posse operari, quod Ugolinus, & Lodovicus Fratres, & Filij Rodulphi de Panciatichis, Simon Lantis de Mulis, Sirimannus Domini de Bellartis, & Bartholomæus Martini Aballiati Pistorienses Cives, qui sunt in Carceribus Comunis Florentiæ recommendati pro parte Domini Philippi Sangineto Capitanei olim Guerræ Comunis Florentiæ, quod bene custodiantur ipsi, & quilibet eorum a dictis carceribus liberentur, & relaxentur absque aliqua solutione pecuniæ propterea facienda. Et si ad supplicationem dicti Comunis Florentiæ dicti Carcerati relaxentur ex concessione Regiæ Majestatis, & dicti Domini Philippi, in eo casu teneatur dictum Comune Pistorij liberare, & relaxari facere absque aliqua solutione pecuniarum propterea facienda omnes & singulares Guelfos, Cives, & districtuales Florentiæ, & omnes, & singulos Civitatis, & districtus Pistorij, & omnes, & singulos Guelfos terræ Prati, & eius districtus, etiamsi essent penes quascumque singulares personas dicti Comunis Pistorij, quas singulares personas dictum Comune Pistorij teneatur cogere cum effectu ad observationem, & executionem prædictorum. Item, quod Cives, & districtuales Civitatis Pistorij secure conducere possint bestias grossas, & minutas per Civitatem, & districtum Florentiæ, prout voluerint, dummodo dictas bestias conducant de extra Civitatem, & districtum Florentiæ, & de hoc fidem faciant per publicum instrumentum, & de dicta conductione licentiam habere debeant ab officialibus bladarum pro tempore existentibus in Civitate Florentiæ, quam licentiam dicti officiales bladarum concedere debeant eisdem petentibus, de quibus bestiis solvant Gabellam Comuni Florentiæ, secundum quod faciunt Florentini. Item, quod homines, & personæ Comunis Montis Murlj, quæcumque possessio dicti Castri, & Territorij Montis Murlj pervenerit ad Comune Florentiæ, possint libere stare, & habitare in dicto Comuni Montis Murlj, & cancellentur, & eximantur, & exempti, & cancellati esse intelligantur ex tempore, quo Comune Florentiæ habebit possessionem dicti Castri, de quibuscumque bampnis, & condempnationibus dicti Comunis Florentiæ vel Terræ Prati, seu Civitatis Pistorij, quæ incurrissent, seu in quibus reperientur descripti a quatuor annis proximis præteritis citra, ac etiam absolvantur, & liberentur, & absoluti, & liberati esse intelligantur a quibuscumque restitutionibus, ad quas tenerentur occasione dictarum summarum, vel condempnationum, vel dictorum bampnorum, & dictorum Comunium vel Terrarum regimina teneantur prædicta fieri facere, & effectu demandare absque aliqua solutione pecuniæ propterea dictis Comunibus facienda. Item, quod onera personalia, realia, & mixta æqualiter debeant imponi, & subiri in quibuscumque Terris, quæ hodie tenentur, seu in futurum tenebuntur per dictum Comune Pistorij, seu in Terra Carmignani, & Artimini, & Castelline, & Viturini, & Bachereti, quæ tenentur per Comune Florentiæ tam per intrinsecos, quam per extrinsecos, & in imponendo dicta Onera sint pares intrinseci, & extrinseci in vocibus, & numero personarum. Item, quod dictum Comune Pistorij non receptabit rebelles, vel exbampnitos, vel inimicos S. Matris Ecclesiæ, nec rebelles, vel bampnitos, seu inimicos Comunis Florentiæ. Item, quod dictum Comune Florentiæ teneatur ad requisitionem Comunis Pistorij per suos ambasciatores Sanctitati Domini nostri Summi Pontificis supplicare, quod dictam pacem confirmet, & approbet, & dictum Comune Pistorij, & homines, & personas dicti Comunis recipiat ad gremium, obedientiam, & devotionem

S. Ma-

S. Matris Ecclesiæ, ac etiam eosdem tam Clericos, quam Laicos absolvat ab omnibus excomunicationibus, interdictis, & penis, quas incurrissent occasione processuum factorum per dictum Summum Pontificem occasione dampnati Lodovici olim Ducis Bavariæ, & Castruccij de interminellis, olim Lucanorum Thyranni, & procurent dicti ambasciatores pro posse, & supplicent dictæ Sanctitati ipsius Summi Pontificis, quod Pistoriensis Episcopus permutatur pro bono pacis, & tranquillitatis dictæ Civitatis, & Comunis Pistorij.

Item teneatur dictum Comune Florentiæ procurare pro posse, quod dictum Comunet Pistorij reducatur ad pacem, amicitiam, & concordiam cum Comunis Bononiensi, & Comuni Senarum, & Ulterarum, & Comuni S. Miniatis, & aliis Comunibus, & Terris omnibus amicantibus Comuni Florentiæ. Item, quod omnes, & singuli comitatini, & districtuales exititij de aliquibus Castris, seu Terris, quæ tenentur per Comune Pistorij, vel tenebuntur in futurum, eximantur, & cancellentur per dictum Comune Pistorij, & ex nunc exempti, & cancellati esse intelligantur, & sint de omnibus, & ab omnibus, & singulis bampnis, & condempnationibus, & bampnis tantum, & condempnationibus tantum, in quibus quomodo libet descripti reperientur, vel essent in Actis dicti Comunis Pistorij absque aliqua solutione pecuniarum, propterea dicto Comuni Pistorij facienda, & eisdem bona sua restituantur, & eisdem, & cuilibet eorum ex nunc restituta esse intelligantur, & sint, videlicet bona, quæ possidebant tempore expulsionis factæ de eis anno millesimo trecentesimo vigesimo primo Anno completo citra, nisi forent dicta bona per ipsos exititios vendita vel alienata, & redire possint in dictis terris, salvo, quod per prædicta non possint stare, vel habitare in fortilitiis suarum terrarum, & idem fiat, & observetur in omnibus, & per omnia de exititiis terrarum, & Castrorum Carmignani, Artimini, Cartelline, Viturini, & Bachereti, quæ tenentur per Comune Florentiæ, ac etiam cancellentur, & eximantur, & exempti, & cancellati esse intelligantur de omnibus bampnis, & condempnationibus, & bampnis tantum, & condempnationibus tantum, in quibus descripti reperientur in actis, seu libris Comunis Florentiæ, & regimina dictorum Comunium teneantur prædicta mandare executioni absque aliqua solutione pecuniarum, propterea dicto Comuni Florentiæ facienda, quam pacem, & concordiam, & remissionem dictus Ser Fredus Sindicus Comunis Florentiæ, & dicti Dominus Ubaldus, & Loctus Sindici Comunis Prati fecerunt, & valere voluerunt dumtaxat sub conditionibus infrascriptis; videlicet si, & in quantum dictum Comune Pistorij & homines, & personæ dicti Comunis stent, & perseverent in obedientia, & devotione S. Matris Ecclesiæ, & Summi Pontificis, & stent, & perseverent in rebellione contra dampnatum Ludovicum olim Ducem Bavariæ, & eius Vicarios, & Officiales, & contra omnes inobedientes Ecclesiæ, & eijcere curent omnes Officiales constitutis per dictum Ludovicum, tam in Civitate Pistorij, quam in terris, quæ tenentur per dictum Comune Pistorij, & si, & in quantum approbetur per dictum Summum Pontificem, & si, & in quantum dictum Comune Pistorij tradiderit, & dimiserit Comuni Florentiæ possessionem liberam, & expeditam dicti Castri, & fortilitiarum Montis Murlj cum territorio suo, & modis, & conditionibus suprascriptis, & si, & in quantum tradiderint modo, & forma prædictis dicto Comuni Florentiæ custodiam Castri, & fortilitiarum Tizzanæ, & si, & in quantum dicta Civitas Pistoria regatur per Comune Pistorij, & non per Tyramnum sub dicta devotione, & obedientia Sanctæ Matris Ecclesiæ, & per homines fideles Ecclesiæ. Et si, & in quantum dictum Comune Pistorij per Sindicum ad hæc legitime constitutum approbaverit, & ratificaverit; & de novo fecerit promissionem obedientie, devotionis, & rebellionis factam per dictos Dominum Cremonam, Dominum Gherardum, & Nellum Cives Pistorij Sindicario, & gestorio nomine dicti Comunis Pistorij, & quolibet de dictis nominibus dicto Ser Fredo recipienti pro dicta Romana Ecclesia, & Domino Summo Pontifice, & si, & in quantum approbaverit, & ratificaverit, ac etiam de novo fecerit submissionem factam per prædictos Cives Pistorienses dictis nominibus, & eorum quolibet dicto Ser Fredo recipienti pro dicta S. Romana Ecclesia,

& præfato Summo Pontifice, de quibus submissione, & promissione constat publica scriptura facta manu mei Cambij notarij, quæ approbatio, ratificatio, & nova submissio fiat in omnibus, & per omnia, & in dicta scriptura facta manu mei Cambij notarij plenius continetur, quam pacem, conventionem, concordiam, & contractum, & omnia, & singula suprascripta, & infrascripta prædictus Ser Fredi Sindicus Comunis Florentiæ Sindicario nomine pro dicto Comuni Florentiæ, & ut Sindicus Comunis Florentiæ gestatorio nomine pro dicto Comuni Prati, & dicti Dominus Ubaldus, & Loctus Sindici Comunis Prati Sindacario nomine pro dicto Comuni Prati cum protestatione & salvis prædictis, & nominibus, & modis, quibus supra dictum est ex parte una, & dicti Dominus Cremona, & Dominus Gherardus, & Nellus Sindici Comunis Pistorij Sindacario nomine pro ipso Comuni Pistorii, & nominibus, & modis, quibus supra dictum est ex parte altera, ad invicem nominibus, & modis, quibus supra, solempni stipulatione interposita, promiserunt, & convenerunt, & etiam iuraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evangelia inviolabiliter observare, & sibi ad invicem attendere, observare, & adimplere, & firma & rata habere bona fide, sine fraude, & contra prædicta vel aliquid prædictorum non facere, vel venire per se vel alios, aliqua occasione, iure, vel modo. Quod si contra prædicta vel aliquid prædictorum factum aut ventum fuerit, vel si prædicta omnia, & singula non fuerint observata, promiserunt, & convenerunt inter se ad invicem dictæ partes nominibus, quibus supra, solempni stipulatione interposita, dare, & solvere scilicet non observans, aut contra prædicta faciens observanti parti, & in fidem stanti pro pena, & nomine pene decem millia marcarum argenti, & dampna omnia, & expensas, & interesse ea de causa resarcire, & emendare, quæ pena totiens comittatur, & exigi possit cum effectu, quotiens contra prædicta, vel aliquid prædictorum factum fuerit, seu ventum, & quotiens prædicta omnia, & singula non fuerint observata, & ipsa pena semel, & pluries commissa, petita, & exacta vel non, nihilominus præsens contractus, conventio, & pax, & pacta, & omnia, & singula in eis contempta in qualibet sui parte in sua permaneant firmitate. Ita tamen, quod ille, & illi tantum in dictam penam incidant, & ipsam solvere teneantur, qui prædicta omnia non observaverint, vel contra prædicta, vel aliquid prædictorum fecerint, & illi; seu illis tantum ius petendæ penæ quæratur, & ea petere possint, cui vel quibus prædicta, & quodlibet prædictorum non fuerint observata, vel contra ea, vel aliquid eorum factum fuerit. Pro quibus quidem pace, & conventione, & contractu, & omnibus, & singulis supra dictis attendendis, & observandis & firmis, & ratis habendis, & pro pena solvenda, & dampnis, & expensis, & interesse restituendis, & emendandis prædicti Sindici & nominibus, quibus supra, pro eisdem Comunibus, & Universitatibus obligaverunt inter se ad invicem ipsa Comunia, & Universitates, & homines, eorumque hæredes, & bona in solidum omnia mobilia, & immobilia præsentia, & futura, renuntiantes ad invicem ex causa non celebrati contractus, & non factæ pacis, & conventionum conditioni sine causa vel ex iniusta causa doli mali, forique privilegio, & omni alij iuri, & legum, & constitutionum auxilio, per quæ prædicta, vel prædictorum aliquid possint infringi, vel per actum aliquem in contrarium attentari, quibus quidem Ser Fredo Sindico, & Procuratore Comunis Florentiæ, & Domino Ubaldo, & Locto Sindicis, & Procuratoribus Comunis Prati ex parte una, & Domino Cremone, & Domino Gherardo, & Nello Sindicis, & Procuratoribus Comunis Pistorii ex parte altera, & cuilibet ipsorum nominibus quibus supra dictum est, & quolibet modo, & nomine, & casu in solidum prædicta sic volentibus, & confitentibus præcepi ego Cambius Michaelis Notarius infrascriptus per quarantigiam constitutus Comunis Florentiæ, ac etiam Comunis Pistorii, & Comunis Prati, & cujuscumque alterius Civitatis, & Terræ, & Loci in quantum licet michi, & sicut potui, quatenus prædictam pacem, & concordiam, & omnia, & singula suprascripta inter se ad invicem, & vicissim observent, & attendant, faciant, & curent, & executioni mandent per omnia, & contra non faciant, vel veniant aliqua ratione, vel causa, ut promiserunt, & superius per ordinem est expressum.

Acta

Acta fuerunt hæc omnia in Civitate Florentiæ in Domo habitationis Priorum artium , & Vexilliferi iustitiæ Comunis, & Populi Florentini sub anno Incarnationis Dominicæ millesimo trecentesimo vigesimo nono indictione XII. die vigesima quarta mensis Maij secundum usum , & cursum Civitatis Florentiæ præsentibus testibus Ser Iohanne Piccini de Ponturmo Notario Scriba Dominorum Priorum , & Vexilliferi iustitiæ Civitatis Florentiæ , & Michele Ser Cambij de Castro Florentino Notarij Ser Andrea Lapi Iohanne Mazzei , & Piero Baronti de Pistorio , & aliis pluribus ad hæc vocatis solempniter , & rogatis . Ego Martellus filius Ser Iacobi Consigli de Castro Florentino Imperiali auctoritate Iudex ordinarius , & Notarius publicus prædicta omnia rogata , & imbreviata per Ser Cambium Michaelis Notarium infrascriptum mihi ab eodem scribenda , complenda , & publicanda commissa scripsi , & in publicam formam redegi , ideoque me subscripsi , & signum meum apposui .

Ego Cambius Michaelis de Cumiano Imperiali auctoritate Iudex ordinarius, & Notarius hiis omnibus dum agerent , interfui, eaque omnia rogavi, imbreviavi , & dicto Ser Martello scribenda , & publicanda commisi , ideoque subscripsi , & signum meum apposui .

X V I.

Sacramentum Pistoriensium , quo obedientiam , & submissionem promittunt Johanni XXII. Pontifici, & rebellionem contra Ludovicum olim Bavariæ Ducem , ex libro Nicchio *p. 76. & seqq.*

IN nomine Patris , & Filij , & Spiritus Sancti Amen. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo trecentesimo vigesimo nono Indictione XII die vigesima quarta mensis Maij. Actum in Civitate Florentiæ in Domo habitationis Dominorum Priorum artium , & Vexilliferi iustitiæ Comunis , & Populi Florentini præsentibus testibus Ser Ioanne Piccini de Ponturmo Notario Scriba Dominorum Priorum , & Vexilliferi Civitatis Florentiæ Ser Michele Cambij de Castro Florentino Notario Ser Andrea Lapi Ioanne Mazzei , & Piero Baronti de Pistorio , & aliis pluribus ad hæc vocatis, & rogatis .

Ad honorem , & gloriam Omnipotentis Dei , & Gloriosæ Virginis Mariæ , & omnium Sanctorum , & ad laudem , & reverentiam Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ , & Sanctissimi Patris , & Domini Domini Ioannis Papæ XXII. , & ad bonum , & pacificum , & tranquillum statum omnium, & singulorum devotorum, & Fidelium dictæ S. Matris Ecclesiæ, & dicti Summi Pontificis, Cunctis præsentem paginam inspecturis pateat manifeste, quod in præsentia Dominorum Priorum artium , & Vexilliferi iustitiæ Comunis, & Populi Florentini, & XIIII. virorum pro Comuni Florentiæ deputatorum ad tractandum , & componendum pacem , & treguam cum quibuscumque Comunibus & personis, sapientes , & discreti viri Dominus Cremona Baiinerij , & Dominus Gherardus de Sedogiis , & Nellus Cecchi Melanensis Pistorienses Cives Ambasciatores , & Sindici , & Procuratores Comunis , Universitatis , & hominum , & personarum Comunis Pistoriensis , ut constat de ipsorum Sindacatu , & mandato in instrumento publico inde facto manu Ser Bonaventuræ quondam Ser Iacobi de Pistorio Notarij , Sindacario, & procuratorio nomine , ac gestorio nomine dicti Comunis , & Universitatis, & hominum , & personarum dicti Comunis Pistoriensis , & quolibet de dictis nominibus , utroque modo nomine , & causa insolidum , & omni modo , & iure , quibus melius potuerint. Et Ser Mazzeus Ser Iohannis Bellebuoni Procurator Bonifacij Truffe, Zarini Datucci, Lantis Bartholomæi, Nerij Carlini, Ser Nerij Ser Armaleonis , Ser Pauli Ser Mosche , Larini Mucij, Arrighetti Lenzij, Masini Ser Orlandi , Domini Iohannis , & Iacobi Domini Braccii , Michele Pergagliesis , Lapi Iusti , Puccini Tozzii , dannis Bononi , Ser Mei Ser Armaleonis, Chelli Domini Aldobrandini , Ser Lapi Ser Puccini , Ser Pestis Bartholomæi , Soffredis Sinibaldi , Arrighi Bonaccursi , Pazzere Rogerij , Fredis Guarduccii , Chelli Domini Broccardi, Nerij Lippi, Mei Francini, Mei Fran-

 chi,

chi, Ser Cionis Roffi, Ser Niccholai Dei, Ser Nerij Venuti, Fredis Nuti, Andrucci Pacis, Benis Calabriiæ, Andreæ Ser Bonaccurfi, Iohannis Bartholomæi Domini Aſte, Foglini Domini Pieri, Karofi * Datucci, Ioannis Rainerij, Iunctini Guardati, Ioannis Pucci, Fioravantis Colli, Bandini Gualandi, Domini Baghani, Orlandini detti, Ser Vannis Domini Gualandi, Ser Iohannis Ser Mathæi, Novelli Zeij, Cambij Iohannis Belli, Stephani Venuti, Marabottini Albertini, Pauli Ser Landecti, Francifci Domini Fortebraccij, Ser Pucci Pacini, Francifchi Dini, Lapi Riccobenis, Lippi Paffare, Stancholli Ser Francifci, Pieri Maxij, Nerij Sofredi, Domini Ruftichelli De-Lazzariis, Puccini Fortini, Ser Monis Bindi, Corradij Domini Vinciguerræ, Domini Iacobi quondam Domini Schiattæ, Ser Lenzij Bellij, Contis Curfi, Ser Lanfranchi Domini Guelfi, Nicolucci Domini Andreæ, Iohannis Magiftri Lotti, Iacobi Monis, Artarij Iacobi, Ciani Corradi, Vantis Mei, Lippi Mulæ, Nuti Bartoli, Ser Vannis Donati, Incontrij Nerij, Bartholomæi Ser Vannis Mofche, Artolini Artalonis, Francifci Cini dicti Ceſte, & Zei, Pucci Calzorarij, & Domini Uguccionis quondam Domini Trincie, Domini Ioannis Truffe, Domini Cancellerij, Domini Villelmi Ser Tancredis, Domini Maximi Domini . . . . . de Tavianis, Domini Gualfredi, Domini Mei., Domini Bartholomæi Domini Benedicti Francie Lapi Merguglieſis Domini Andreæ Pieri, Magiftri Guildi Bafchiere Vannis Michaelis Martellini, Ser Cei de Sinibuldis, Guelfi Ser Bindi, Francifci Ceri, Baronti Pieri, Leonelli Deghi, Francifci Bandini, Lapi Lippi, Paffere Nefis, Pierini Boffellini, Vannis Michelis, Benvenuti Soldi, Lambertini Bonaccurfij, Cozzi Iohannis, Meglini Lenzi, Vannis Mannaja, Vannis Carlini, Landi, Gualandini, Spinelli, Pieri Pacini, Baronti Cennis, Iacobi Pierini, Iohannis Megliorini Pieri Cambij Lippini Bertini Ser Gualterij Domini Lapi Pieri Vannis Ser Vanni Partis Guidi Baldini Benevieni Lapi dicti Tamantone quondam Nuti Ioannis Mucci Franchini Chelli Paulini Montis Ser Ducij Boffij Ioannis Bol Mei Truffe Tufcij Puccij Iohannis Fioravantis Mannarelli Baronis Cenni, Landi Buti, Landi Fortucci, Marchiani Cortorij Cerrhandonis Iohannis Ser Andreæ Micheletti Cecchi, Zampe Lefis Giorgi Tanfi Simonis Cecchi Gratie Domini Iacobi Pieri Domini Bafchiere Bartholomæi Soldi Ioannis Montini Ugolini Paganelli Gualfredis Domini Ranaldi Bartholomæi Moriani Lapi Paulini Spigliati Lapi Ser Giordani Muccii Lippi Domini Guillelmi Vannucci Balderè Lazzarini Vannis Andreæ Venture Bartholomæi Berti Lapi Pauli Saluti Iunctini Lapi Iohannis Piftorucci Corfini Martini Lunardi Mati Dacharini Bonfilioli Iuncte Corfi Domini Francifci Comi Ormanni Lippi Mule Bertini Iohannelli Zei Forefis Fortuccij Nicoluccij Chiariti Ser Vannis Tuccii Federighi Vannuarij Bindi Ser Simonis Ser Francifci Chiarati Iohannis Nefini Iuncte Michi, Dacini Lippi Orlandini Nicholini Cambini Petrucciolí Maccharonis Iohannis Nerij Vannis Magiftri Iuncte Andreæ, & Monis Ser Alberti, & Taddei Lippi Mei Lapi Andreæ Baldini Pauli Petri Fredi Vannis Megliorini Gerardi Domini Filippi Dominici Nerij Incontri, & Nelli Baftardi Domini Roffi, & Pauli quondam Domini Fucci, & Vannis Latini Taddei Pieri Lapi Donati, & Uberti quondam Domini Fortebraccij, Maniccij Mazzei, Voglie Ghini, Vannis Belli quondam Ciuti, & Bernardi quondam Nardi, & Docti Kardini Lippi Gotemiani, & Iohannis Vitelli, & Iohannis Guidarelli, & Guillelmi Ciati Mule omnium extrinfecorum, & qui funt de numero exititiorum dicti Comunis Piftorienfis, & diftrictus, ut conftat de procuratione in Carta publica inde facta manu Ser Andreæ Lapi Iufti de Piftorio Notarij, procuratorio nomine pro eis, & quolibet eorum, ac etiam geftorio nomine pro eifdem, & aliis omnibus extrinfecis Guelfis, & partis Ecclefiæ utroque modo, nomine, & caufa in folidum folempniter promiferunt Ser Fredo Bindi Notario Florentino Sindico, & Procuratori Comunis Florentiæ recipienti, & ftipulanti pro Sancta Romana Ecclefia, & Sanctiffimo Patre, & Domino Domino Iohanne dictæ Sacrofanctæ Romanæ Ecclefiæ Summo Pontifice obedientiam, & devotionem Ecclefiæ fupradictæ, & dicto Summo Pontifici, & rebellionem contra dampnatum Ludovicum olim Ducem Bavariæ, & ejus Vicarios, & Officiales, & contra omnes rebelles, &

* *f. Karoli*

& inobedientes Ecclesiæ, & quod obedient dictæ Ecclesiæ, & dicto Summo Pontifici, vel ei, cui dictus Summus Pontifex duxerit comictendum, & quod stabunt, & perseverabunt continue bona fide sine fraude in dictis devotione, obedientia, & rebellione, ac etiam promiserunt dictis nominibus dicto Ser Fredo recipienti, & stipulanti, ut supra, quod ipsi non receptabunt in dicta Civitate Pistorij, vel in terris, quæ tenentur, seu tenebuntur per dictum Comune Pistorij Rebelles, seu inimicos dictæ Ecclesiæ, vel dicti Summi Pontificis, sed eos eiicient de dicta Civitate, & Terris, ac etiam se & dictum Comune, & Universitatem, & homines, & personas dicti Comunis Pistorij dictis nominibus, & eorum quolibet in solidum submiserunt dispositioni dicti Summi Pontificis, quam submissionem fecerunt dictis nominibus, & eorum quolibet dicto Ser Fredo stipulanti, & recipienti dictis nominibus, & etiam promiserunt eorum, & cuiusque eorum propriis, & privatis nominibus eidem Ser Fredo recipienti, ut supra se facturum, & curaturum ita, & taliter, quod dictum Commune Pistorij per legitimum Sindicum ad hæc specialiter constitutum, vel constituendum ratificabit, & approbabit omnia, & singula in hoc contractu contempta, ac etiam de novo faciet similes promissiones, & submissionem sic, & in omnibus, & per omnia, ut superius continetur, hinc ad octo dies proxime venturos. Quæ omnia, & singula promiserunt nominibus, quibus supra dictum est, utroque modo, nomine, & causa in solidum eidem Ser Fredo recipienti, ut supra attendere, & observare facere, & curare, & fieri facere, & executioni mandare, & contra non facere, vel venire aliqua ratione vel causa de iure, vel de facto sub pena, & ad penam mille marcharum argenti solempni stipulatione eidem Ser Fredo recipienti, ut supra, promiserunt, & refectione dampnorum, & expensarum, ac interesse litis, & extra, quæ pena totiens committatur, & exigi possit cum effectu, quotiens contra factum, seu ventum fuerit, & ea soluta, vel non rata maneant omnia, & singula suprascripta, & infrascripta, pro quibus omnibus, & singulis observandis, & firmis tenendis, & dicta pena solvenda, si commissa fuerit, obligaverunt se ipsos, & dictum Comune Pistorj, & universitatem, & homines, & personas dicti Comunis, & eius districtus, tam intrinsecos, quam extrinsecos dictis nominibus, & quolibet de dictis nominibus in solidum, eorumque hæredes, & bona in solidum omnia mobilia, & immobilia præsentia, & futura dicto Ser Fredo recipienti, ut supra, & dictis nominibus renunciantes ex causa non factarum promissionum, & submissionum prædictarum, & non celebrati dicti contractus, & ex causa doli mali conditioni sine causa, & ex iniusta causa in factum actioni, foríque privilegio, & omni alii iuris legum, & constitutionum auxilio, Quibus quidem Domino Cremone, & Domino Gherardo, & Nello Ambasciatoribus, & Sindicis, & Ser Mazzeo Procuratori, & cuilibet eorumdem nominibus, quibus supra dictum est, & quolibet de dictis nominibus prædicta sic volentibus, & confitentibus. Ego Cambius Notarius infrascriptus per guarantigiam constituti Comunis Florentiæ, ac etiam Comunis Pistorij, & cuiuscumque alterius Civitatis, & terræ, & loci, in quantum licet michi, & sicut potui, quatenus prædicta omnia, & singula observent, & attendant, & faciant, & iurent, & executioni mandent per omnia, ut promiserunt, & superius per ordinem continetur.

Ego Martellus Filius Ser Iacobi Consiglij de Castro Florentino, imperiali auctoritate Iudex ordinarius, & Notarius publicus, prædicta omnia rogata, & imbreviata per infrascriptum Ser Cambium Michaelis Notarium, & Michi ab eodem scribenda, & publicanda commissa scripsi, & in publicam formam redegi, ideoque subscripsi, & signum meum apposui consuetum.

Ego Cambius Michaelis de Camians imperiali auctoritate Iudex ordinarius, & Notarius his omnibus dum agerentur interfui, eaque omnia rogavi, & imbreviavi, & dicto Ser Martello Notario scribenda, & publicanda commisi, ideoque subscripsi.

XVII.

XVII.

Pax inter Comune Lucensium, Pistoriensium, & Pisanorum, ex libro Censuum pag. 537. 1.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.
Quoniam omne Regnum, Civitatem, Populum, & singularem personam decet tranquillitatis, & pacis beneficium exoptare in quo residet Animarum salubritas, viget iucunditas corporum, proficiunt omnes Populi, & utilitas gentium custoditur. Ideo Ser Michael Lantis de Vico Pisanus Civis Cancellarius Dominorum Ansianorum Pisani Populi Sindicus, & Procurator Comunis Pisani, ut de ipso Sindicatu, & procura constat publico instrumento scripto manu Mei Lapi Notarij quondam Bartholomaei Notarij Salvati de Perignano Civis Pisani Scribae publici Cancelleriae Pisane Comunis hodie Sindacario, & procuratorio nomine pro dicto Comuni. Et Ser Chellus quondam Ser Paganelli Ghiotte Notarius Civis Lucanus Cancellarius Anzianorum Lucani Comunis Sindicus, & Procurator ipsius Comunis Lucani, ut de ipso Sindicatu, & procura constat publico instrumento scripto manu Ser Aytantis filii Vannis Aytantis de Luca Notarii, & Cancellariae ipsorum Anzianorum Lucani Comunis Scribae publici Anno, & indictione praesentibus die octava mensis Decembris Sindacario, & procuratorio nomine pro dicto Comuni Lucano ex una parte; Et Ser Lapus quondam Bindi de Armaleonibus, & Bartholomaeus Ser Matthaei Cives Pistorienses Sindici, & Procuratores Comunis Pistoriensis, ut de ipso Sindicatu, & procura constat publico instrumento scripto manu Ser Iacobi Filii Maximi de Puppio Notarij, & dicti Comunis Pistoriensis Cancellarij & Scribae publici, Anno, & Indictione praesentibus die 4 mensis Decembris, Sindacario, & procuratorio nomine pro dicto Comuni Pistoriensi ex altera pro se ipsis, ut dictum est, ac dicitur, pro eorum, & cuiuslibet eorum Castris, Comunitatibus, & Villis, constituti in Palatio ipsorum Anzianorum Pisani Populi in praesentia Regiminum, & Consilij dicti Comunis Pisani fecerunt, & reddiderunt sibi ad invicem nominibus, quibus supra, veram, & puram pacem, concordiam, & bonam voluntatem perpetuo duraturam pacis olculo interveniente, & remissionem ac liberationem de omnibus, & singulis Guerris, iniuriis, rancoribus, incendiis, offensionibus, & dampnis hinc inde usque hodie illatis, habitis, factis, & perpetratis tam in genere quam in specie, & omnibus obligationibus factis occasione alicujus pacis hactenus factae, & de penis hinc inde commissis. Quam quidem pacem, & concordiam, remissionem, & liberationem fecerunt cum infrascriptis pactis, modis, & tenoribus, videlicet quod praedictae partes tam in universo, quam in * seculari debeant se habere, tenere, & tractare ad invicem pro Amicis in bona, & perfecta pace tam in personis, quam in rebus, & se de cetero non offendere vel non offendi facere in personis vel rebus per se, vel alios publice, vel occulte, sive dando auxilium, vel favorem, vel alio modo. Item quod praedicta Comunia Pisarum, & Luce, vel aliquod eorum, vel eorum, aut alicuius eorum Rectores, seu Officiales nullus processus fiat, vel fieri possit occasione alicuius maleficij, vel delicti contra aliquem de dicta Civitate Pistorij, vel eius comitatu, Fortia, vel districtu, nisi primo per licteras ipsorum Comunium Pisarum, & Luce, videlicet illius eorum, ubi processus fieret, seu fieri intenderetur, legiptime denumptietur dicto Comuni Pistorij, exprimendo in ipsis literis nomen, & pronomen, & maleficium, vel delictum illius, contra quem procederetur, & assignando in eis competentem terminum ad comparendum ad se defendendum ab ipso processu. Et si aliquis processus, condempnatio, sive bampnum fieret, vel daretur per dictos Rectores, vel Officiales dictorum Comunium Pisarum, & Luce, vel alterius eorum contra aliquem de dicta Civitate Pistorij, vel eius comitatu, fortia, vel districtu, non facta requisitione per licteras, ut dictum est, dicti processus, sententiae, condempnationes, & bampna non valeant, nec teneant, scilicet sint nulla ipso iure, &

* f. singulari

& possint, & debeant de quibuscumque Actis, & libris libere cancellari absque aliqua solutione, vel onere expensarum, & e converso nullus processus occasione alicuius maleficii, vel delicti fiat, vel fieri possit per dictum Comune Pistorij, vel eius Rectores, sive Officiales contra aliquem de dictis Civitatibus Pisarum, & Luce vel altera earum, vel earum, aut alterius eorum Comitatu, fortia, vel districtu, nisi primo similis denumptiatio per licteras fiat ipsis Comunibus Pisarum, & Luce, ei videlicet, de cuius iurisdictione esset, contra quem procederetur, in quibus contineantur ea, quae supra sunt expressa, & si aliquis processus, condempnatio, sive bampnum fieret, vel daretur per Rectores vel Officiales dicti Comunis Pistorij contra aliquem de dictis Civitatibus Pisarum, & Luce, vel altera earum, vel earum, aut alterius earum fortia, vel districtu non facta requisitione per licteras, ut dictum est, dicti processus, sententiæ, condempnationes, & bampna non valeant nec teneant, scilicet sint nulla ipso iure, & possint, & debeant de quibuscumque Actis, & libris libere cancellari absque aliqua solutione, vel honere expensarum. Item quod omnes, & singuli de dicta Civitate Pistorij, ejusque Comitatu, fortia, & districtu possint, & eis libere liceat deferre, & conducere, & deferri, & conduci facere, unde cum que sua mercimonia, merchantias, pecuniam, res, & bona ad dictas & in dictas Civitates Pisarum, & Luce, & quamlibet earum, & earum, & cuiusque earum fortiam, vel districtum, tam per Terram, quam per Mare, & alias aquas, & in ipsis Civitatibus, & qualibet earum, & earum, & cuiusque earum fortia, & districtu, & terris eis, & cuique earum subiectis libere, & secure commorari, & mercimonia, & merchantias exercere, habere, tenere, vendere, emere, & permutare, & de ipsis Civitatibus, & qualibet earum, & earum & cuiusque earum fortia vel districtu, tam per Terram, quam per Mare & alias aquas libere extrahere, & extrahi facere omnia & singula mercimonia, merchantias, pecuniam, res, & bona, dummodo solvant gabellas, dirictus, & pedagia ordinata, salvo quod victualia comestibilia inde extrahere non possint, nisi quatenus procederet de voluntate ipsorum Comunium, videlicet illius de quo extrahi vellet, & e converso omnes, & singuli de dictis Civitatibus Pisarum, & Luce, & qualibet earum, & earum, & cuiusque earum fortia, & districtu possint, & eis liceat sua mercimonia, merchantias, res, & bona quaecumque ad dictam Civitatem Pistorij, eiusque comitatum, fortiam, & districtum libere deferre, & conducere, & deferri, & conduci facere undecumque tam per Terram, quam per Mare, & alias aquas, & ibi libere, & secure commorari, & mercimonia, & merchantias exercere, habere, tenere, vendere, emere, & permutare, & exinde extrahere, & extrahi facere omnia & singula mercimonia, merchantias, pecuniam, res, & bona, dummodo solvant gabellas, dirictus, & pedagia ordinata, salvo quod victualia commestibilia inde extrahere non possint, nisi quatenus procederet de voluntate ipsius Comunis Pistorij.

Quam quidem pacem, conventionem, concordiam, & contractum, & omnia, & singula supra scripta, & infrascripta, prædictæ partes ad invicem nominibus, & modis, quibus supra, solempni stipulatione interposita, convenerunt, & promiserunt, ac etiam iuraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evangelia inviolabiliter observare, & sibi ad invicem attendere, & observare, & adimplere, & firma, & rata habere bona fide. Et contra prædicta, vel aliquod prædictorum non facere, vel venire per se, vel per alium aliqua occasione iure, vel modo, & si contra prædicta, vel aliquod prædictorum factum, aut ventum fuerit, aut si prædicta omnia, & singula non fuerint observata, promiserunt, & convenerunt, inter se ad invicem dictæ partes nominibus, quibus supra, solempni stipulatione interposita, dare, & solvere, scilicet non observans, aut contra prædicta faciens observanti parti, & in fide stanti nomine pene decem milia marcharum argenti solempni stipulatione promissa, & dampna omnia, & expensas, & interesse ea de causa resarcire, quae pena totiens committatur, & exigi possit cum effectu, quotiens contra prædicta, vel aliquid prædictorum factum, aut ventum fuerit, & quotiens prædicta omnia, & singula non fuerint observata, & ipsa pena semel & pluries commissa, petita, & exacta, vel non, nihilominus præsens contractus,

tractus, conventio, & pax, & omnia, & singula in eo contenta in qualibet sui parte in sua firmitate permaneant. Pro quibus quidem pace, conventione, & contractu, & omnibus, & singulis supradictis attendendis, & observandis, & firmis, & ratis habendis, & pro pena solvenda, & pro dampnis, & expensis, & interesse restituendis, & emendandis prædicti Sindici, nominibus, quibus supra, obligaverunt inter se ad invicem ipsa comunia, & omnia eorum bona; Hoc addito in prædictis, quod prædicti Sindici, & Procuratores suo nomine nullatenus teneantur vel intelligantur in aliquo suo nomine obligati. Renumptiantes ad invicem . . . . non celebraturos contractus conditioni sine causa vel ex iniusta causa in factum . . . . doli mali forique privilegio, & omni alio iure legis & constituti auxilio, per que prædicta, vel præfatorum aliqua possent infringi vel per actum aliquem in contrarium attentari., quibus Sindicis, & Procuratoribus, prædicta omnia, & singula inter se ad invicem, sic volentibus, confitentibus, & guarantigiantibus nos Ser Parmigianus quondam Iacobi de Sodogiis Civis Pistoriensis Notarius, & Lapus quondam Bartholomæi Notarii Salvati de Perignano Notarius, & Scriba publicus Cancelleriæ Pisani Comunis præcepimus nomine iuramenti, & guarantigiæ, & constituti sive status Pisarum, Luce, & Pistorij, quatenus prædicta omnia, & singula, faciant, & observent in omnibus, & per omnia, pro ut superius continetur, & scriptum est. Et de prædictis prædicti Sindici, & Procuratores dictis nominibus rogaverunt nos subscriptos Notarios, ut inde conficeremus unum, & plura consimilia instrumenta. Actum Pisis in Sala Palatij Dominorum Anxianorum Pisani Populi, in quo resident Ipsi Domini Anziani Pisani Populi, presentibus Ser Bene de Calci quondam Leopardi Cancellario Pisani Comunis, & Puccio Renecti Pisanis Civibus, & Ser Simone Riccobaldi Notario de Contrada S. Prosperi de Pistorio, & Iacobo Lippi de Sedogiis Notario de Contrada S. Zenonis de Pistorio testibus ad hæc vocatis, & rogatis Dominicæ Incarnationis Anno MCCCXLIV. Indictione XII. secundum cursum Pisanorum, & Anno Nativitatis Domini MCCCXLIII. Indictione duodecima secundum cursum Civitatis Pistorij die nona Mensis Decembris.

Ego Corradus Filius quondam Ricciardi Notarius Renonithi Civis Pisanus Imperiali auctoritate Notarius hoc instrumentum a suprascripto Lapo Notario una cum suprascripto Ser Parmigiano rogatum, & in Actis dictæ Cancelleriæ Pisani Comunis per dictum Lapum redactum, pro ut in ipsis actis inveni, ita parabola, & mandato dicti Lapi scripsi, & in hanc publicam formam redegi.

Ego Lapus quondam Bartholomæi Notarius Salvati de Perignano Pisanus Civis, Imperiali auctoritate Notarius, & Cancelleriæ Pisani Comunis pro ipso Comuni Pisano Scriba publicus prædictis omnibus, una cum dicto Ser Parmigiano Notario interfui, & rogatus præsens confeci, & in Actis dictæ Cancelleriæ redegi, & suprascripto Corrado Notario parabola ipsum inde publicandi dedi, & quia presens instrumentum cum originali concordare inveni, ideo ad cautelam hic me subscripsi cum signo, & nomine consuetis.

Ego Gualandus Filius quondam Nichole olim Domini Ricciardi de Pistorio Imperiali auctoritate Iudex ordinarius, publicusque Notarius, prædicta omnia, & singula, unde hoc exemplum a me sumptum est, vidi, & legi, quodque exemplavi fideliter, signumque meum consuetum apposui, scriptum publicatum manu suprascripti Ser Lapi, ut superius evidenter apparet, & transcriptum, & exemplatum manu suprascripti Ser Corradi de Actis suprascriptis, de licentia, voluntate, & mandato suprascripti Ser Lapi, ut superius plene continetur.

X V I I I.

Exemplum quarumdam litterarum transmissarum (a. 1344.) per Comune Pisarum Comuni Pistorij , de acceptatione ratificationis pacis factæ per Comune Pistorii ipsi Comuni Pisanorum , quæ litteræ sigillatæ erant quodam sigillo ceræ croceæ , in quo sculta erat aquila , & circum circa dictum sigillum erant hæ litteræ videlicet.

Urbis me dignum Pisanæ noscite signum. Ex *libro Censuum pag.* 401.

MAgnificis , & potentibus Viris Dominis Ugoni de Bactifolle Comiti in Tuscia Palatino Vicario Regio , Antianis, & Vexillifero Iustitiæ , Consilio, & Comune Civitatis Pistorij amicis suis Guido Baldi Domni Castellani de Burgo Pisanorum Potestas , Inzigrinus de Suardis de Pergamo Capitaneus , & Anziani Pisani Populi , Consilium , & Comune Pisanorum optata gaudia cum salute . Litteras, & Instrumenta Sindicatus , & ratificationis grati beneficij pacis inter utrumque Comune coram Sacra Regia Majestate initæ, & firmate per sapientes Viros Dominum Andream de Rubeis Iuris peritum , & Ser Mazzeum Guidi Notarium Cives Karos , & Ambasciatores vestri Comunis, omni , qua decuit , affectione recepimus , & intelleximus diligenter, quam ratificationem gratanter acceptavimus, ipsamque per Civitatem Pisanam ubique preconizari fecimus , ut liceat vobis venire ad Civitatem Pisanam , stare, & redire secure , tanquam amici, & veræ pacis Consortes benivoli , quos nos gratis obsequiis dilectionis & pacis intendimus affectione respicere, & velut caros amicos fideliter pertractare.

Datum Pisis die XII. Kal. Iulij XV. * Indictione. * *f. XII.*

X I X.

Reformatio XL. Barbutarum, ex Volumine rerum Antiquarum , quod in publico Pistoriensi Archivo adservatur.

IN Christi nomine Amen. Anno Dominicæ Nativitatis millesimo trecentesimo quadragesimo octavo Indictione undecima * die sexto decimo Mensis Martii. * 1. In generali Concilio Populi Civitatis Pistorij sono Campane, voceque Preconis in Palatio dicti Comunis , more solito congregato de mandato nobilis, & potentis viri Symonis de Antellensibus de Florentia honorabilis Capitanei Populi dictæ Civitatis Pistorij , & de consensu , præsentia , & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum , & Vexilliferi iustitiæ Populi dictæ Civitatis Pistorij, deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis , propositum fuit in dicto consilio, & Consilium postulatum per dictum Dominum Capitaneum de consensu , præsentia , & voluntate prædictorum Anzianorum Dominorum , & Vexilliferi Iustitiæ super infrascripta proposita, & quia expensas continet, deliberata primo per ipsos Dominos Anzianos , & Vexilliferum Iustitiæ una cum officio viginti quatuor sapientum Virorum deputatorum super provisionem expensarum Civitatis Pistorij , secundum formam statutorum Comunis dictæ Civitatis Pistorij , videlicet.

Cum propter novitates occurrentes Comuni Pistorij occasione rebellionis Montanee superioris, nec non propter novitates , quæ undique præparantur in partibus circumstantibus, utile sit, quin imo necesse, quod per Comune Pistorij gens armigera conducatur ad stipendium dicti Comunis ad reparationem , & recuperationem dictæ Montanee, & ad resistendum novitatibus supradictis , quid videtur , & placet dicto Consilio providere , ordinare , & reformare circa condu-

ctionem dictæ gentis armigere, & per quos conducatur, & quanta quantitas, & per quantum tempus, & cum quo stipendio, seu quanto in Christi nomine generaliter consulatur?

Ser Symon Riccobaldi unus ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus surgens ad Arengheriam ad Arengandum, & consulendum arengando, & consulendo dixit, & consuluit super dicta proposita, quod Domini Anziani, & Vexilliferi Iustitiæ Populi Civitatis Pistorij auctoritate presentis Consilij habeant plenam Bayliam, & liberam potestatem conducendi ad stipendium Comunis Pistorij quadraginta homines armigeros Equestres pro uno anno incipiendo die Kalendis mensis Iulij proxime venturi, & ut sequitur finiendo cum stipendio habito per illos quadraginta homines armigeros Equestres, datos in subsidium per Comune Pistorij Comuni Florentiæ de Anno præterito, & quod eodem modo, & per eumdem modum quo facta fuit dicta solutio dictorum quadraginta hominum Equestrium armigerorum fiat solutio stipendij dictorum quadraginta hominum Equestrium armigerorum conducendorum pro ipso Anno incipiendo in Kalendis mensis Iulii proxime venturi, ut prædicitur, & quod ipsam conductionem præfati Domini Anziani, & Vexilliferi iustitiæ facere valeant per se ipsos, aut per illam personam, vel illas personas, in quam, seu quas præfati Domini, & Vexilliferi iustitiæ commiserint, quam commissionem præfati Domini Anziani, & Vexilliferi iustitiæ facere valeant pleno iure, auctoritate presentis Consilii.

In reformatione, & summa dicti Consilij facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, præsentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ ad fabas nigras, & albas, secundum formam statutorum Civitatis Pistorij, de procedendo, vel non procedendo super dicta proposita, placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum undecim, quod super dicta proposita procedatur, & sic attemperatum, & reformatum fuit, & est, non obstantibus 55. Consiliarij, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Item simili modo, & forma facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ super Consilio dato supra per dictum Ser Symonem super dicta proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero 111., quod sit firmum, fiat, observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia prout consuluit Ser Symon consultor suprascriptus. Et sic obtemperatum, & reformatum fuit, & est non obstantibus 55. Consiliarij, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

X X.

Commissio XL. Barbutarum, ex eodem Volumine.

ANno Dominice Nativitatis 1358. Indictione 11. die nono Mensis Martij Magnifici Domini Domini Anziani, & Vexilliferi iustitiæ Populi Civitatis Pistorij in Sala Palatii Populi dictæ Civitatis Pistorij. Eorumdem Dominorum residentiæ, in qua consueti sunt tenere, & tenent eorum secreta consilia in sufficienti numero congregati secundum formam statutorum Pistorij ex vigore, arbitrio, potestate, & baylia ei data concessa, & attributa a Consilio Populi dictæ Civitatis Pistorij die 16. presenti mensis Martij suprascripti, ut continetur manu mei Iacobi Notarij infrascripti, facto, & misso prius inter eos secreto scruptineo, & obtento partito ad fabas nigras, & albas secundum formam statutorum Civitatis Pistorij, nullo eorum in aliqno discendente, & omni iure, causa, modo, & forma, & . . . . quibus magis, & melius potuerunt, & secundum formam dictæ reformationis, elegerunt, & deputaverunt majores Ofitiales pro Comuni Florentiæ constitutos, & deputatos ad conductam, & super conducta stipendiariorum Equestrium, & pedestrium dicti Comunis Florentiæ ad conducendum, & conductam faciendam vice, & nomine Comunis Pistorij 40. homines

nes armigeros Equestres, & de 40. hominibus Equestribus armigeris ad stipendium dictæ Civitatis Pistorij pro uno anno incipiendo in Kalendis mensis Iulij proxime venturi, & ut sequitur finituri cum stipendio habito per illos 40. homines armigeros Equestres datos in subsidium per Comune Pistorij Comuni Florentiæ de anno preterito, & quod eodem modo, & per eumdem modum, quo facta fuit solutio dictorum 40. hominum Equestrium armigerorum, fiat solutio stipendij dictorum 40. hominum Equestrium armigerorum, conducendorum pro ipso anno incipiendo in Kalendis mensis Iulij proxime venturi, ut prædicitur, mandantes mihi Notario infrascripto, ut exinde publicum conficerem instrumentum.

X X I.

Reformatio Montaneæ superioris pro castris rehabendis, ex eodem Volumine.

IN Christi nomine Amen. Anno Dominice Nativitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo Indictione undecima die vigesimo primo mensis Martii generali Consilio Populi Civitatis Pist. in Palatio Populi dictæ Civitatis sono Campane, voceque Preconis more solito congregato, de mandato nobilis, & potentis Viri Symonis de Lantella de Florentia honorabilis Capitanei Populi dicte Civitatis Pist. de consensu, & voluntate Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi justitie Populi dicte Civitatis Pist. dicto Consilio presentium, deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis, propositum fuit in dicto Consilio, & Consilium postulatum per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi justitie secundum formam statutorum dicte Civitatis videlicet.

Cum casus occurrat Dominis Anzianis, & Vexillifero justitie suprascriptis, per quem oportet, quod derogetur particula infrascripti statuti quoad infrascripta, quam particulam dicti Domini Anziani, & Vexillifer justitie inter eos legi fecerunt, & facta inter eos proposita, si dicta derogatio est utilis dicto Communi, deinde facto inter eos secreto scruptinio ad fabas nigras, & albas secundum formam statutorum, fuerit per ipsos Dominos Anzianos, & Vexilliferum justitie deliberatum, & obtemperatum, dictam derogationem utilem esse dicto Communi, videlicet particule seu particulis statuti Populi, cujus Rubrica *de oblatione carceratorum* Capitulo quarto quarti libri quod incipit: *Statutum, & ordinatum est, quod nec Potestas, nec Capitaneus &c.* & dicta particula dicat sic: *Et hoc Capitulum sit precisum, nec possit per aliquod statutum, ordinamentum, reformationem, sententiamentum, vel provisionem, vel consilium in aliqua parte sui tolli, minui, vel mutari, vel per aliquam bayliam, nec de dicto Capitulo tollendo, mutando, vel derogando, vel suspendendo possit, vel debeat aliqua propositio fieri, vel baylia concedi &c.* videtur, & placet dicto Consilio providere, ordinare, & reformare, quod dicte particule, & verbis in ea contentis sit, & esse intelligatur auctoritate presentis Consilij derogatum sic, & in quantum essent contraria hiis, que hodie in presenti Consilio contigerit proponi, obtineri, & reformari super proposita derogatoria fienda dicto statuto. Et quod dicte particule, & verbis in eo contentis non obstantibus possit, & licitum sit, libere & impune fieri propositum de derogando dicto statuto, & cuilibet alii statuto tam Comunis quam Populi, prout & qualiter dictis Dominis Anzianis, & Vexillifero justitiæ videbitur & placebit, ut . . . etiam fieri possit talis proposita. Et si obtinebitur, & reformabitur per quimque partes dicti Consilii ad minus derogari posse & debere dictis statutis derogatum esse intelligatur legiptime, vel quid aliud placet in predictis ipsi Consilio providere, deliberare, ordinare, & reformare, in Christi nomine generaliter consulatur.

Ser Symon Riccobaldi unus ex Consiliariis dicti Consilij surgens in dicto Consilio ad Arengheriam, arengando, & consulendo dixit, & consuluit super dicta proposita derogationis, quod dictæ particulæ seu particulis dicti statuti derogatum

cum sit, & derogatum esse intelligatur auctoritate presentis Consilii hodie per totam diem, ut in proposita continetur.

In reformatione, & summa dicti Consilii facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de præsentia, consensu, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi justitiæ ad fabas nigras, & albas secundum formam statuti Pistorij de procedendo, vel non procedendo super proposita suprascripta derogationis, placuit dantibus fabas nigras repertas numero 156., quod super dicta proposita procedatur, & sic obtemperatum est, & fuit de procedendo, non obstantibus viginti Consiliarijs, qui fabas albas in contrarium deposuerunt.

Item simili modo, & forma facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi justitiæ super consilio dato per dictum Ser Symonem super dicta proposita, placuit dantibus fabas nigras repertas numero 159., quod sit firmum, & fiat in omnibus, & per omnia, prout consuluit Ser Symon suprascriptus, & sic obtemptum, & reformatum fuit, & est, non obstantibus decem, & septem Consiliariis, qui fabas albas in contrarium apposuerunt.

Postea vero incontinenter post prædicta propositum fuit, & consilium postulatum in Consilio suprascripto per dictum Dominum Capitaneum de præsentia, & voluntate, & consensu dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ, deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis, super infrascripta proposita derogatoria, deliberata primo per ipsos Dominos Anzianos, & Vexilliferum iustitiæ secundum formam statuti, videlicet.

Cum casus occurrat dictis Dominis Anzianis, & Vexillifero iustitiæ, per quem oporteret, quod derogetur infrascriptis statutis, & cuilibet eorum, quoad infrascripta, quæ statuta dicti Domini Anziani, & Vexillifer iustitiæ inter eos legi fecerunt, & facta inter eos proposita, si dicta derogatio est utilis dicto Comuni, deinde facto inter eos secreto scruptinio ad fabas nigras, & albas secundum formam statuti fuerit per eos deliberatum, & obptentum dictam derogationem utilem esse dicto Communi, videlicet statuto Populi, cuius rubrica est *de oblatione Carceratorum* Capite 4. quarti libri, quod incipit *statutum, & ordinatum est, quod nec Potestas, nec Capitaneus &c.* statuto Populi, cuius rubrica est *de exbampnitis, & condempnatis rebampniendis* Capite 5. dicti quarti libri, quod incipit, *statuimus, & ordinamus quod quicumque &c.* statuto Populi, cuius rubrica est *de modo, & forma derogandi statutis* Capitulo 2. dicti quarti libri, quod incipit, *statutum, & ordinatum est, quod nulla derogatio &c.* statuto Populi posito sub rubrica, *quod non possit provideri contra condempnationes factas occasionibus prædictis* Capitulo quartodecimo quarti libri, quod incipit. *Item provisum, & ordinatum est, quod si casus &c.* statuto Populi posito sub rubrica *de non donando de pecunia, & avere Comunis, & de non concedendo alicui ad custodiendum aliquod Castrum* Capitulo tertio quarti libri, quod incipit *ad resistendum fraudibus &c.* statuto Comunis posito sub rubrica, *quod in assentia Cancellarij Comunis non fiant propositæ singularium personarum*, quod incipit, *statuimus, quod in assentia Cancellarij &c.* statuto Comunis posito sub rubrica *de fortalibus non fiendis in montaneis superioribus Pistorij*, quod incipit. *Item ad evitandas Guerras &c.* Capitulo 132. quarti libri statuto Comunis posito sub rubrica *de casibus, in quibus permissum est Potestati, & Iudici malorum per inquisitionem procedere* Capitulo 3. quarti libri, quod incipit &c. *Ordinamus, quod Potestas, & Iudex malorum &c.* Si videtur, & placet dicto Consilio providere, ordinare, & reformare, quod dictis statutis, & cuilibet eorum, & cuilibet, seu quibuslibet aliis statutis, seu ordinationibus Civitatis Pistorij, in quibus essent contraria, vel nociva iis, quæ hodie in præsenti Consilio contigerint proponi, arengari, scribi, legi, obtineri, & reformari super infrascripta proposita infrascriptorum Capitulorum fienda in dicto Consilio, & quod dictis statutis vel aliquo eorum, vel aliquo alio, seu aliquibus non obstantibus dictis Dominis Anzianis, & Vexillifero iustitiæ, & Domino Capitaneo Populi auctoritate præsentis Consilij liceat libere, & impune proponere, & proponi facere hodie, & in præsenti Consilio, quidquid eis videbitur super dicta infrascripta

propo-

proposita, & cuilibet Consiliario etiam super ipsa proposita dicere, consulere, & arengare, quidquid eis placuerit, & mihi Iacopo Notario infrascripto locum tenenti Cancellarij Comunis Pistorij super prædictis scribere, legere, & reformare, & quod omnia, & singula, quæ fient, attinebuntur, & reformabuntur in dicto Consilio per quinque partes Consiliariorum in dicto Consilio existentium in prædictis, & super prædictis sint, & esse intelligantur firma, valeant, & teneant, & debeant observari, & executioni mandari. Vel quod aliud placet ipsi Consilio providere, deliberare, ordinare, & reformare in Christi nomine generaliter consulatur.

Ser Symon & cætera, *uti superius*, *his exceptis*, ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus surgens ad &c. quod dictis statutis, & cuilibet eorum sit derogatum.

In Reformatione &c. &c. *uti superius*, *excepto* numero centum sexaginta &c. non obstantibus sexdecim. Item simili modo &c. *excepto*, centum sexaginta quinque &c. undecim Consiliariis.

Postea vero incontinenter anno indictione, & die prædictis, cum pro pacifico, & tranquillo statu Populi Comunis, & hominum Civitatis Pistorij, & totius Montanee superioris Comitatus Civitatis eiusdem, & hominum, & personarum ipsius Montanee, & totius Comitatus, & districtus prælibatæ Civitatis, & pro exaltatione, & substentatione perpetue libertatis prænotatæ Civitatis, Comitatus, & districtus eiusdem per dictos Dominos Anzianos, & Vexilliferum iustitiæ Populi dictæ Civitatis Pistorij sit opportunis remediis fatigatum propositum fuit in dicto Consilio, & Consilium postulatum per Dominum Capitaneum antedictum de consensu, deliberatione, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ ipsi Consilio præsentium, deficiente tamen uno ex ipsis Dominis Anzianis super infrascripta proposita deliberatum primo per ipsos Dominos Anzianos, & Vexilliferum iustitiæ una cum officio viginti quatuor sapientum Virorum deputatorum super provisione expensarum Comunis Civitatis Pistorij secundum formam statuti dictæ Civitatis, videlicet si videtur, & placet dicto Consilio, providere, ordinare, & reformare, quod infrascripta Capitula, provisiones, & ordinamenta lecta per me Iacobum Notarium in dicto Consilio sint firma, valeant, & teneant, & debeant observari, vel quod aliud placet in iis, & circa ea in Dei nomine generaliter consulatur. Quæ quidem sunt hæc, videlicet.

In primis quod omnes exbampniti, seu condempnati infrascriptorum locorum, videlicet de Lizzano, Cutiliano, Cavinana, Sancto Marcello, Pupillio, Pitellio, Mammiano, Brandelio, Satornana, Piteccio, Santo Mamme, Castagno, Sancto Flice, Vergivole, Sorripore, Valdibrana, Valdumbrone, seu habitantes in supradictis locis, vel aliquo eorum tempore occupationis Sycuranæ, vel per sex menses ante ipsam occupationem sint cassi, & cancellati de omnibus eorum bampnis, & condempnationibus absque aliquo pretio solvendo Comuni Pistorij, seu alicui singulari personæ; Et quod Notarius, seu Notariis, qui dictas condempnationes cancellabunt, non possint aliquo modo recipere aliquam quantitatem denariorum ab aliquo suprascriptorum condempnatorum directe, vel per obliquum, sub pœna librarum quinquaginta denariorum. Et quod teneatur suprascriptus Notarius, seu Notarij, cui seu quibus fuerit commissum dictas condempnationes suprascriptorum condempnatorum, seu exbampnitorum ad dictam pœnam, dictam condempnationem, seu condempnationes cancellare infra duos dies, postquam de huiusmodi condempnatione cancellandi extiterit, seu extiterint requisiti a quacumque persona. Et quod nullum benefitium rebampnimenti, seu immunitatis prædictæ se extendat ad aliquem rebellem Civitatis Pistorij.

Et quod per nullum Rectorem, seu Ufitialem Civitatis Pistorij debeat, vel possit procedere aliquo modo contra homines suprascriptorum locorum, seu in ipsis locis, seu in aliquo eorum habitantes tempore suprascripto, seu contra homines, qui prædictis dictorum locorum, vel alicuius eorum dedissent auxilium, consilium, vel favorem, pro aliquo delicto, excessu, malefitio, vel quando malefitio commisso, hinc retro usque in præsentem diem, & si per aliquem dictorum Rectorum procederent de suprascriptis, ipso iure processus sit nullus, & nullius efficaciæ, & valoris.

Et

Et quod omnes homines Montanee superioris, tam de parte Chiavellorum, quam de parte Cannetanorum, & quilibet eorum pacifice, & sine aliqua molestia restituantur, & restituti esse intelligantur, & sint, & remittantur in eorum possessione, & tenutis, & bonis, in quibus ipsi erant de mense Augusti proxime praeteriti, salvo quod Turannuccini de Cavinana teneatur dimittere, facere, & fieri facere Comuni Pistorij in Castro Cavinana super terreno dicti Ture, & in quacumque parte ipsius terreni dicto Comuni Pistorij videbitur placebit unam Fortellitiam pro custodia dicti Castri. Et quod Comune Pistorij mittere debeat unum Capitaneum ad dictum Castrum Cavinanae, prout Consilio Populi videbitur, & placebit. Et quod illis de parte Cannetanorum de Cutilliano sit licitum posse costruere, & costrui facere super eorum proprio terreno, quod ipsi, seu aliquis eorum habent in Comuni Cutilliani, unam Fortellitiam in quacumque parte eius videbitur, & placebit, ita tamen quod dicta Fortellitia per dictos Cannetanes fieri non possit a via Casciorana supra.

Et quod infrascripti homines, & eorum descendentes per lineam masculinam infrascriptorum Comunium, ad hoc, ut magis, & melius sint obedientes Comuni Pistorij, & quilibet eorum intelligantur esse, & sint Cives Pistorienses, non obstante, quod ipsi, seu aliquis eorum stent, seu habitent in eorum Comunibus, & teneantur facere, seu fieri facere in Civitate Pistorij ea, quae continentur in statutis Comunis Pistorij, & in quantum vellent potius emere domum, quam de novo construere, seu aedificare, tunc in illo casu, qui emere vellet, teneatur, & possit emere infra tempus in statutis contentum, ita tamen, quod teneatur expendere duplum eius, quod in statutis continetur ad minus, nomina quorum sunt haec, videlicet.

Puccinus Martini
Bonuccius Therichini
Seme Gherardini
Dinus Perantij
Pasquale Nutini
Franciscus Guiducii
Michael Nuti vocatur Peccio
} De Lizzano.

Dixus Puccini
Milliore Sotti vocatur Rinchaczito
Bartholus Ciuccii
} De Cutilliano.

Francia
Iohannes, &
Mone
} Fioresis.
Bonacchus, &
Dettus
} Trincie.
} De S. Marcello.

Lippus Minuozi, &
Bartholomaeus Nuti
Ser Franciscus, &
Millucchinus
} Giardi.

Telluccinus Ciucchini Tellucci
Telluccinus Ciucchini Guiduccij de Poggiuolo
Corsinus Salvini de Brandelio
Iohannes Pieri Vescontis de Sancto Felici
Franciscus Lapi Galli olim de Carmignano, qui nunc moratur in Val di Brana.

Et quod suprascripti, vel aliquis eorum in quantum faciant, & observent ea, quae in statutis Cittadinantiae requiruntur, non possit aliquo modo cogi, vel gravari in * here, vel persona pro aliquo debito, ad quod eorum Comunia tenerentur, vel obligata forent Comuni Pistorij, seu alicui singulari personae quacumque ratione, vel causa. Ita tamen quod aliquis suprascriptorum non possit, & debeat aliquo modo directe, vel indirecte domos, quas contigerit per eos, vel aliquem eorum occasione dictae Cittadinantiae construi, seu hedificari, vel emi, vendere, vel modo aliquo alienare infra decem annos a die presentis reformationis.

* f. habere

Et

Et quod generaliter fiat pax, & concordia inter omnes homines de Montanea ſuperiori, & eorum amicos, & ſequaces.

Et quod Caſtrum de Muris, & Roccha Fortellia, & Turris, & Fortellitia Rocchæ, & Turris Sycurane, & Turris, quæ extra Sycuran. quæ vocatur Turris Piſtorienſis; Caſtrum S. Marcelli, Caſtrum Cavinan., & Caſtrum Mammiani, & eorum Fortellitiæ, & quolibet eorum debeant reſtitui, & reddi Communi Piſtorij per illam perſonam, ſeu perſonas tenentes ipſa Caſtra, Rocchas, & Fortellitias, ſalvo, quod Domus, ſeu Caſſarum heredum Syngnorini, quod eſt in Mammiano, remaneat, & remanere debeat filiis dicti Syngnorini.

Et quod Telluccino Ciucchini Tellucc ij de Pupiglio dentur, & ſolvantur pro emendatione domorum ſuarum, & ſuorum conſortum, & ſotiorum, & pro emendatione aliorum dampnorum receptorum per eos libre mille denariorum, que . . . . ſibi promiſſæ fuere per octo Cives Piſtorienſes habentes in prædictis bayliam. Quas libras mille denariorum Camerarius dicti Comunis Piſtorij poſſit, teneatur, & debeat de pecunia dicti Comunis ad apodixam, & bullam Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iuſtitiæ ipſi Telluccino libere ſolvere.

Et quod Meliori Soti vocato Rinchaczito detur, & ſolvatur pro expenſis factis in Cavinana id, quod Conſilio Populi videbitur, & placebit, & pro emendatione Domus Filiorum Frediani, quæ combuſta fuit pendente tregua per Comune Piſtorij.

Et quod Dominico Puccini, & Federigo Puccini de Lizzano detur, & ſolvatur pro munimento, & cuſtodia Rocchæ, & Turris Caſtri de Muris id quod Conſilio Populi videbitur convenire.

Et quod omnes Montanini videlicet de Lizzano, Cuttilliano, Sancto Marcello, Mammiano, Cavinana, Pitellio, & Popillio habeant immunitatem quatuor annis proxime venturis omnium rerum, ſalvo, quod quando Comune Piſtorij faceret exercitium, ſeu cavalcatam generalem, dicti homines, ſeu illi, quibus præceptum foret, teneantur ad dictum exercitium, ſeu cavalcatam faciendam, prout Comuni Piſtorij placuerit; Et quod per hanc immunitatem non intelligatur, ſupraſcriptos homines exemptos eſſe ab aliqua abſolutione portarum introitus, & exitus Civitatis Piſtorij, eiuſque Comitatus, & diſtrictus, neque infra muros dictæ Civitatis Piſtorij.

Et quod quæcumque perſona habens aliquid recipere a ſupraſcriptis Communitatibus de Montanea, ſeu ſingularibus perſonis occaſione Gabellarum, ſeu occaſione officiorum, videlicet poteſtariarum, & notariarum, id petere non poſſit durante ſupraſcripta immunitate, & quod creditum de Batingoris, durante ſupraſcripta immunitate, per nullam perſonam peti poſſit. Hoc ſemper intellecto, quod elapſo ſupraſcripto tempore quatuor annorum quilibet, qui occaſionibus præſcriptis debet aliquid recipere a ſupraſcriptis Montaninis, vel aliquo eorum, intelligatur eſſe, & ſit in eodem ſtatu, ut nunc eſt.

Et quod illi, qui erant tempore perditionis infraſcriptarum Fortellitiarum Capitanei, Turrigianei, & pedites Rocchæ, & Turris Caſtri de Muris, & Rocchæ, & Turris Sycurane, & eorum, & cuiuslibet eorum fideiuſſores, approbatores ſupraſcriptorum fideiuſſorum in totum ſint liberi, & abſoluti de omnibus eorum, & cuiuslibet eorum bampnis, & condempnationibus, vel proceſſibus initiatis, aut qui initiari poſſent dicta de cauſa per aliquod ſtatutum, vel reformationem Comunis Piſtorij, per quemcumque rectorem præteritum, vel præſentem Civitatis Piſtorij, & illi, qui condempnati ſunt pro perditione ſupraſcriptarum Roccarum, & Turrium, ſeu alicuius earum, abradantur, & abradi debeant per quemcumque Notarium, qui de his requireretur, de libris condempnationum Comunis Piſtorij, & quod ſi aliquis, ſeu aliqui dictorum fideiuſſorum ſolviſſent occaſione perditionis ſupraſcriptarum Roccharum, & Turrium, ſeu alicuius ipſarum Comuni Piſtorii, aliquam quantitatem denariorum, quod id, quod ſolutum foret per eos, reſtituatur eis per Camerarium Comunis Piſtorij de pecunia dicti Comunis, ſalvo ſemper, quod hec non intelligantur pro Turrigianis, qui erant ſuper Turri Sycurane tempore, quo perdita fuit ipſa Roccha Turris, & Fortellitia Sycurane.

Et

Et quod per Comune Pistorij mittatur in Montaneam superiorem unus Capitaneus bonus, sufficiens, & Guelfus forensis cum illa familia, salario, pactis, modis, conditionibus, & officio, ut Consilio Populi videbitur, & placebit.

Et quod suprascripta Capitula, seu aliquid eorum non habeant vigorem, vel firmitatem in aliquo modo, nisi dum Fortellitiæ Comunis Pistorij, videlicet Castrum de Muris, & eius Roccha, & Turris. Roccha, Fortellitia, & Turris intus Sycuran., Turris nova, quæ est extra, & iuxta Sycuran., quæ vocatur *Turris Pistoriensis*, Castrum S. Marcelli, Castrum Mammiani, & Castrum Cavinane erunt sub obedientia, & dominio, & custodia Comunis Pistorij liberaliter.

Et quod facta pace Montanæ Commune S. Marcelli teneatur, & debeat dare, & solvere Puccio del buro, & aliis exititiis de Sancto Marcello pro emendatione bonorum meorum libras 150. denariorum.

Vel quid aliud placet dicto Consilio providere, deliberare, ordinare, & reformare in Christi nomine generaliter consulatur.

Ser Symon Riccobaldi unus ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus existens, surgens ad Arenghieram, ad arengandum, & consulendum arengando, & consulendo dixit, & consuluit super dicta proposita, quod sit firmum, fiat, observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia, ut in dicta proposita continetur, & Capitulis antedictis.

Bartholomæus Lapi Nerij quidam alius ex Consiliariis dicti Consilij, in dicto Consilio existentibus surgens ad Arangheriam, ad arengandum, & consulendum super dicta proposita arengando, & consulendo, & addendo dicto consilio dato per dictum Ser Symonem, dixit, & consuluit, quod omnes, & singulæ condempnationes, & bampna cancellanda de suprascriptis in proposita contentis debeant, & possint cancellari usque ad per totum mensem Aprilis completum proxime venturum secundum formam Capitulorum in dicta proposita contemtorum per Notarium Cameræ, a dicto vero mense Aprilis proxime venturo completo in antea dictæ condempnationes, bampna cancellari non possit. Ser Iacobus Ser Cecchi quidam alius ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus, surgens ad Arengheriam ad arengandum, & consulendum super dicta proposita arengando, & consulendo, & addendo dictis consiliis supra datis per suprascriptos Ser Symonem, & Bartholomæum, dixit, & consuluit, quod ad hoc ut fraus non possit committi de hiis, qui dicerentur habitasse tempore occupationis Sicurane, vel per sex menses ante occupationem Sicuran., in terris Villis Lizani, Cutilliani, Cavinanæ, S. Marcelli, Popillij, Pitelij, Mammiani, Brandelij, Satornane, Pitecci, in Sancto Mamme, Castagno, Sancto Felici, Vergivole, Sorripore, Valdibrana, Valdumbrone, vel aliquo ipsorum locorum ex presens Dominus Capitaneus Populi Civitatis Pistorij, & eius curia declaret, & declarare debeat per sententiam usque ad per totum mensem Aprilis prædictum, omnes, & singulos habitantes dicto tempore in locis suprascriptis, vel aliquo eorum. Cui declarationi, & assertioni, & sententiæ stari debeat de prædictis. Et tales sic declarati possint, & debeant per dictos Notarios Cameræ libere, & licite de eorum bampnis, & condempnationibus eximi, & cancellari prout supra in primo Capitulo continetur.

In reformatione, & summa dicti Consilij, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, præsentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ ad fabas nigras, & albas secundum formam statutorum Pistorij de procedendo, vel non procedendo supra dicta proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum quinquaginta septem, quod supra dicta proposita procedatur. Et sic obtemptum, & reformatum est, & fuit, non obstantibus decem novem Consiliarijs, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Item simili modo, & forma, facto, & misso distincte partito super consilio dato per dictum Ser Symonem super dicta proposita, & addictionibus dictorum Bartholomæi, & Ser Iacobi per eos factis dicto Consilio dicti Ser Symonis placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum quinquaginta septem, quod sit firmum, fiat, observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia,

prout

prout consuluit dictus Ser Symon, & addiderunt dicti Bartholomæus, & Ser Iacobus. Et sic obtemptum, & reformatum fuit, & est, non obstantibus decem novem Consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

In Christi Nomine Amen. Anno Dominicae Nativitatis millesimo, trecentesimo quinquagesimo octavo Indictione undecima die vigesimo tertio mensis Martii.

Generali Consilio Populi Civitatis Pistorij, sono campanæ, voceque Preconis in Palatio dicti Comunis more solito congregato de mandato nobilis, & potentis viri Symonis Nerij de Antellensibus de Florentia honorabilis Capitanei Populi dictæ Civitatis Pistorij eo die, consensu, & voluntate Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ Populi dictæ Civitatis Pistorij dicto Consilio præsentium deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis propositum fuit in dicto Consilio, & consilium postulatum per dictum Dominum Capitaneum de consensu, præsentia, & voluntate Dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ super infrascripta proposita deliberata primo per ipsos Dominos Anzianos, & Vexilliferi iustitiæ secundum formam statutorum, videlicet.

Cum casus occurrat dictis Dominis Anzianis, & Vexillifero iustitiæ Populi Civitatis Pistorij, per quem oportet derogari statuto secundo Populi quarti libri posito sub rubrica *de modo, & forma derogandi statutis*, quod incipit, *statutum, & ordinatum est, & fuit*, & reformationi seu statuto ipsius Consilij quo, seu qua cavetur quod Domini Anziani, & Vexilliferi iustitiæ Populi Civitatis Pistorij non possint proponere aliquam propositam specialem derogationem statutorum alicujus specialis personæ ultimis decem diebus eorum officij. Et statuto quarto decimo posito in volumine statutorum Comunis in primo libro, quod incipit: *Statuimus, quod in absentia Cancellarij* & &c. quæ statuta dicti Domini Anziani, & Vexillifer iustitiæ inter se legi fecerunt, & deinde facto, & misso partito inter eos, si dicta derogatio est utilis Comuni Pistorij obtemptum, & deliberatum fuerit inter eos ipsam derogationem utilem esse dicto Comuni. Si videtur, & placet dicto Consilio providere, ordinare, & reformare, quod dictis statutis, & cuilibet eorum, & reformationi prædictæ in qualibet suorum, & sui parte sit derogatum, & quanto tempore in quantum essent contraria, vel nociva hiis, quæ in Consilio Populi dicto tempore occurrerint proponi. Ita quod ipsis statutis, & reformationibus non obstantibus Domini Anziani, & Vexillifer iustitiæ, & Capitaneus Populi, & quilibet, vel alter eorum proponere possint, & proponi facere, & per me Notarium infrascriptum legi, & scribi, & per quemlibet Consiliarium super eis dici, & arengari, & quod quidquid obtemptum, & deliberatum fuerit per duas partes dicti Consilij valeat, & teneat, & plenum roboris sortiatur effectum, vel quod aliud placet in prædictis, & circa prædicta in Dei nomine generaliter consulatur.

Ser Iacobus, Ser Cecchi unus ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus surgens ad Arengheriam ad arengandum, & consulendum, arengando, & consulendo dixit, consuluit, quod ipsis statutis, & cuilibet eorum, & dictæ reformationi sit, & esse intelligatur derogatum usque ad per totum presentem mensem Martij completum, ut in proposita continetur, solum ad negotia hominum, & partium Montanee superioris Comitatus Pistorij tractanda, consequenda, & exercenda, & ad petitiones, seu supplicationes factas coram Dominis Anzianis, & Vexillifero iustitiæ suprascriptis, pro parte Domini Abbatis Monasterij S. Michaelis de Furculis, & operatiorum opere S. Petri Majoris de Pistorio in Consiliis expedientibus, & opportunis auctoritate præsentis Consilii, & non aliter, vel alio modo.

In reformatione, & summa dicti Consilii, facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, præsentia, & voluntate prædictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ ad fabas nigras, & albas secundum formam statutorum Pistorij de procedendo, vel non procedendo super ipsa proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum sex, quod super dicta proposita procedatur, & sic obtemptum, & reformatum est, & fuit, non obstantibus triginta uno Consiliariis, qui fabas albas in contrarium opposuerunt.

Item simili modo, & forma facto, & misso distincte partito super consilio dato per ipsum dictum Ser Iacobum super dicta proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum octo, quod sit firmum, fiat, observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia, ut dixit, & consuluit Ser Iacobus suprascriptus, & sic obtemptum, & reformatum est, & fuit non obstantibus viginti novem Consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Postea vero incontinenter post prædicta propositum fuit, & consilium postulatum in Consilio suprascripto per dictum Dominum Capitaneum de consensu, & voluntate Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ Populi, & Comunis Civitatis Pistorij dicto Consilio præsentium deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis super infrascripta proposita, & quæ expensas continet, deliberatum primo per ipsos Dominos Anzianos, & Vexilliferi iustitiæ una cum ofitio viginti quatuor sapientum virorum deputatorum super provisione expensarum Civitatis Pistorij secundum formam statutorum, videlicet pro Dominico Puccini, & aliis.

Cum pro salubri statu, pacifico, & tranquillo, & perpetuæ libertatis, & partis Guelfæ Civitatis Pistorij prælibate, eiusque Montanæ superioris, & totius Comitatus, & districtus eiusdem die vigesimo primo presentis mensis Martij in Consilio Populi dictæ Civitatis fuerit inter alia reformatum, quod Miliori Sotti de Cutilliano detur, & solvatur pro expensis factis in terra Cavinanæ, & pro emendatione domus Filiorum Frediani, quæ combusta fuit durante tregua facta per Comune Pistorij, illa pecuniæ quantitas, quæ consilio Populi videbitur, & placebit, & Dominicho Puccini, & Federigo Puccini de Lizano pro munimentis, & custodia Rocchæ, & Turris Castri de muris detur, & solvatur illa pecuniæ quantitas, quæ per consilium Populi fuerit deliberata, & in dicto Consilio nulla certa quantitas de prædictis extitit declarata, quid videtur, & placet dicto Consilio providere, deliberare, & reformare, & declarare circa quantitates prædictas, ad hoc ut provisa per Consilium ante dictum debitum sortiantur effectum; Vel quid aliud placet dicto Consilio providere, deliberare, ordinare, & reformare in Christi nomine generaliter consulatur.

Dominus Franchiscus Pagni unus ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus, surgens ad Arengheriam ad arengandum, & consulendum arengando, & consulendo dixit, & consuluit, quod pro in proposita contentis, & pro existimatione terreni emendi in Castro Cavinanæ a Tura Nuccini de dicto loco pro Comune Pistorij pro faciendo in ipso, & super ipso Terreno unam Fortelitiam pro Comuni Pistorij pro custodia dicti Castri Cavinanæ Domini Anziani, & Vexilliferi iustitiæ, & Dominus Capitaneus Populi Civitatis Pistorij possint expendere de denariis dicti Comunis Pistorij libras quadringentas quinquaginta denariorum semper, ut eis videbitur convenire. Quas libras quadringentas quinquaginta denariorum semper Camerarius dicti Comunis Pistorij pro causis in dicta proposita contentis, & pro extimatione dicti Terreni emendi a dicto Tura possit, & debeat dare, & solvere de pecunia, & avere dictis Comunis ad provisionem, & deliberationem prædictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ Domini Capitanei illis personis, quibus dictis Dominis Anzianis, & Vexillifero, & Capitaneo videbitur, & placebit.

In reformatione, & summa dicti Consilii facto, & misso distincto partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, præsentia, & voluntate prædictorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ ad fabas nigras, & albas secundum formam statutorum de procedendo, vel non procedendo super dicta proposita, placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum quatuordecim, quod super dicta proposita procedatur, & sic obtemptum, & reformatum fuit, & est non obstantibus viginti tribus Consiliariis qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Item simili modo & forma facto & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum super consilio dato super dicta proposita per dictum Dominum Franchiscum placuit dantibus fabas nigras repertas numero nonaginta novem, quod sit firmum, fiat, observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia ut consuluit Dominus Franchiscus Consultor prædictus, & sic obtentum,

&

& reformatum fuit, & est, non obstantibus triginta octo Consiliariis, qui fabas albas in contrarium apposuerunt.

Postea vero incontinenter post prædicta propositum fuit, & consilium postulatum in Consilio suprascripto per dictum Dominum Capitaneum de consensu, & præsentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ, deficiente tamen uno ex ipsis Dominis Anzianis, super infrascripta proposita deliberata primo per dictos Dominos Anzianos, & Vexilliferum iustitiæ secundum formam statutorum Pistorij videlicet.

Cum secundum Capitula deliberata, & reformata in dicto Consilio Populi die vigesimo primo præsentis mensis Martii inter alia fuerit reformatum de consensu, & voluntate illorum de Montanea superiori, qui ad presens infrascripta Castra, & Fortellitias detinent occupatas; Quod Castrum de muris, & Roccha & Turris ejusdem Castri, & Castrum & Rocca & Turris Castri Sycurane, & etiam Turris, que est extra dictum Castrum Sycuran., quæ vocatur *Turris Pistoriensis*, & Castrum Sancti Marcelli, & Castrum Cavinane, & Castrum Mammiani, & eorum & cujuslibet eorum Fortellitias deberent restitui, & Communi Pistorij libere relaxari, nec in dicto Consilio fuerit provisum, vel deliberatum, qualiter, & que persone mitti & destinari debeant ad ipsa Castra, & Fortellitias recipiendas, custodiendas, & gubernandas, & cum qua, seu quibus familijs, & cum quo salario, pro quanto tempore, quid videtur & placet dicto Consilio Populi in prædictis, & circa prædicta providere & ordinare & reformare pro recuperatione & custodia antedicta in Christi nomine generaliter consulatur.

Ser Franciscus Lapi Domini Aste unus ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus surgens ad Arengheriam ad arengandum, & consulendum arengando, & consulendo dixit, & consuluit, quod Domini Anziani & Vexillifer iustitiæ Populi Civitatis Pistorij, & officium viginti quatuor sapientum Virorum deputatorum super provisionem expensarum Civitatis Pistorij, & officium duodecim sapientum Virorum deputatorum super provisionem, & munitionem Castrorum, & Fortellitiarum Civitatis Pistorij, habeant auctoritate præsentis Consilii plenam bayliam, auctoritatem, & potestatem providendi de Capitaneis, & peditibus, & turrigianis pro tempore duorum mensium incipiendorum die, quo iverint ad custodiam dictorum Castrorum, Roccharum, Turrium, & Fortellitiarum, & etiam providendi de omnibus necessariis reparationibus ipsis Castris, Rocchis, Turribus, Fortellitiis, ut possint etiam ipsis Capitaneis, peditibus, & turrigianis, & cuilibet eorum constituere, & providere de illo salario, & stipendio pro dicto tempore duorum mensium, ut eis videbitur convenire.

In reformatione, & summa dicti Consilii facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, præsentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ Populi dictæ Civitatis Pistorij ad fabas nigras, & albas secundum formam statutorum de procedendo, vel non procedendo super dicta proposita, placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum triginta duas, quod super dicta proposita procedatur, & sic obtemptum, & reformatum fuit, & est non obstantibus quinque Consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Item simili modo, & forma, facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum, de consensu, presentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ super consilio dato super dicta proposita per Dominum Ser Franciscum, placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum viginti sex quod sit firmum, fiat, observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia, prout dixit, & consuluit Ser Franciscus consultor prædictus, & sic obtemptum, & reformatum fuit, & est non obstantibus undecim Consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Postea vero incontinenter post prædicta propositum fuit, & consilium postulatum per dictum Dominum Capitaneum in Consilio suprascripto de consensu, & voluntate Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ Populi Civitatis Pistorij dicto Consilio præsentium, deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis, super infrascripta proposita, & quæ expensas continet, & continere potest, deliberata

 primo

primo per ipsos Dominos Anzianos , & Vexilliferum iustitiæ , una cum officio viginti quatuor sapientum Virorum deputatorum super provisione expensarum Civitatis Pistorij, secundum formam statutorum dictæ Civitatis, videlicet quod videtur, & placet dicto Consilio, providere, ordinare, reformare super infrascripta petitione, seu supplicatione coram dictis Dominis Anzianis, & Vexillifero iustitiæ exhibita, & porrecta per operarios opere S. Petri Majoris dictæ Civitatis Pistorij, lecta per me Notarium infrascriptum in præsenti Consilio. Cuius quidem petitionis, seu supplicationis tenor, talis est, videlicet. Coram vobis magnificis Dominis, Dominis Anzianis, & Vexillifero iustitiæ Populi, & Comunis Pistorij exponitur reverenter pro parte operariorum opere S. Petri Majoris, quod Ecclesia S. Petri prædicti est adeo discoperta, quod in ea, quasi divina ofitia celebrari non possint, & quod operarij dictæ operæ pro costructione, & reparatione eiusdem Ecclesiæ, quidquid habet, & habebat dicta opera, vendiderunt, & distraxerunt, & pecuniam miserunt in reparatione, & costructione præfatis. Et quod ipsa opera nichil habet quid ultra facere possit. Et quod dicta Ecclesia est, ut præfertur, taliter discoperta desuper, & etiam per latus ipsius, quod in ea stari non potest, & periculum esset; nisi provideretur in eius actatione, quod fieri non potest, nisi benigna manus Comunis ibi porrigatur adiutorium. Cum etiam Parrocchiani ipsius de propria bursa miserint adiutorium in eadem. Quare humiliter supplicatur vobis Dominis Anzianis, quatenus dignemini, & velitis proponi facere ad consilia opportuna, & in eis facere reformari, quod Cammerarius Communis Pistorij de pecunia, & avere dicti Communis det, & solvat dictis operariis, vel aliis, prout eidem consilio Populi videbitur illud adiutorium, & pecuniæ quantitatem, quæ eidem videbitur, & placebit, expediendam in reparatione, & costructione dictæ Ecclesiæ. Ad hoc, ut Deus, & gloriosa Virgo Maria, & Beatus Petrus Princeps Apostolorum, cuì ligandi, & solvendi per Omnipotentem fuit, & est attributa potestas, custodiat Civitatem Pistorij, & Cives in pace, & libero statu, & animas Civium uniat, & in fine donet eis gaudia Paradisi in Christi nomine generaliter consulatur.

Gentilis Arrighi unus ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus surgens ad Arengheriam ad arengandum, & consulendum arengando, consulendo dixit, & consuluit super dicta proposita, quod Camera dicti Comunis Pistorij det, & solvat de pecunia, & avere dicti Comunis Pistorij, & de ipsa pecunia, & avere dare, & solvere teneatur, debeat operariis Ecclesiæ S. Petri Majoris de Pistorio pro ipsa Ecclesia recoperienda, reparanda, & costruenda libras ducentas denariorum semper. Bartholomæus Lapi Nerij quidam alius ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus surgens ad Arengheriam ad arengandum, & consulendum, arengando, & consulendo dixit, & consuluit, quod dicta solutio dictarum ducentarum librarum denariorum fieri non possit, donec tota pecunia lignaminis Palatii residentiæ Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ prædictorum extiterit integraliter persoluta, qua solutione dicti lignaminis integraliter facta dictæ libræ ducentæ denariorum dictis operariis opere S. Petri prædicti libere per Cameram suprascriptam solvi valeant auctoritate præsentis Consilii.

In reformatione, & summa dicti Consilii facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, præsentia, & voluntate prædictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ Populi dictæ Civitatis Pistorij ad fabas nigras, & albas secundum formam statutorum Pistorii de procedendo, vel non procedendo super dicta proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum sexdecim, quod super dicta proposita procedatur, non obstantibus viginti uno Consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt, & sic reformatum, & obtemptum fuit, & est.

Item simili modo, & forma facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, præsentia, & voluntate prædictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ super consilio dato supra per Dominum Gentilem, & addictione facta per Bartholomæum suprascriptum ipsi Consilio gentilis suprascripti placuit, dantibus fabas nigras repertas numero centum viginti,

quod

quod sit firmum, fiat, observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia, ut dixit, & consuluit dictus Gentilis, & addidit consilio dicti Gentilis dictus Bartholomæus, & sic obtemptum, & reformatum fuit, & est, non obstantibus decem septem Consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Ego Iacobus condam Ser Pieri Venture de Pistorio imperiali auctoritate Iudex ordinarius, & Notarius, & nunc Notarius, & publicus Scriba Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitiæ dictæ Civitatis, & Populi eiusdem ab ipso Populo constitutus prædictis omnibus, & singulis, dum agerentur, interfui, & ea omnia tanquam locum tenens Ser Blaxij Iohannis de Uulterris Notarij, & Cancellarij Communis Pistorij mandato Dominorum prædictorum, & ex debito mei offitij subscripsi, & fideliter publicavi.

CLASSIS III.

Belli, Pacisque Tractatus.

HANNIBALI. DE. ABBATIBUS.
OLIVERIO. PISAVRENSI. EQVITI.
SANCTI. STEPHANI. PLVRIVM.
INSIGNIVM ACADEMIARVM
SOCIO. OB. PATRIAS. ANTIQVITA
TES. EGREGIO. COMMENTARIO
INLVSTRATAS. ALIAQVE PRAE
STANTIS. INGENI. ATQ. EXQVISI
TAE. ERVDITIONIS. MONVMEN
TA. APVD. ITALOS. GERMANOS.
GALLOS. CELEBERRIMO. FRANC.
ANTONIVS. ZACHARIAS. S. I. HANC
VETERVM. CHARTARVM. CLASSEM
D. D.
AMICO. OPTVMO. AC. B. M.

I.

Pax inter Montecatinenses, & Consules Pistorienses, ex libro Censuum in Archivo publicæ Cancellariæ adservato, pag. 20. &c.

IN nomine Sancte, & individue Trinitatis Amen. Breve memorie qualiter actum est juxta fluvium Nebule in loco, qui dicitur Campo Saldo, bonorum Virorum presentia, quorum inferius descripta apparebunt nomina. Sacramentum Montecatinensium tale est. Ego ab hac hora in antea faciam, & tenebo firmam, & veram fidem, atque pacem Consulibus Pist. & toti Populo Pist., & Burgorum & Suburbiorum, & Castro, & toti Populo de Serravalle, omnibusque eorum sequacibus, & Guidoni Burgundioni, & suis sequacibus omnibus, & dehinc usque ad decem annos ubique salvabo omnes personas Civitatis Pistoriensis, Burgorum, & Suburbiorum, & eorum res, & bona omnia. Excipio

Luca-

Lucanam Civitatem, & Lucanum Populum, hoc intellectu, quod si Lucana Civitas vel Lucanus Populus equitaverint per Comune contra Pistor. vel contra suum Episcopatum possim adjuvare Lucanos, quibus reversis omnia prædicta, & infrascripta tenear observare, & si Pistorienses equitaverint per Comune contra Lucanos vel contra Lucanum Episcopatum, possim adjuvare Lucanos, qui tunc per Comune equitaverint, quibus reversis tenear omnia predicta, & infrascripta observare. Item ego permittam Pistoriensibus, & Marlianensibus rehedificare Castrum de Marliano, & non contrariabo, & si quidem pro habiturio recepi ex Marlianensibus in Castro de Montecatino, vel suis Burgis, aut districtu, postquam Marliana fuerit destructa, liberabo eum dehinc ad festum S. Michaelis, ita quod deinde in antea non morabitur in Monte Catino, neque in Burgo ejus, vel districtu pro habiturio; & deinceps nullum ex Marlianensibus recipiam pro habiturio in Monte Catino, neque in Burgis, vel districtu, nec permittam eos ibi habitare, nisi illuc venerit, & steterit ibi promiscioreccium. Item dehinc ad predictum terminum S. Michaelis proximi liberabo omnes homines de Verucha ab homnibus Sacramentis, quibus nobis pro comuni Populo de Montecatino tenentur, & de cetero non faciam cum eis aliquam securitatem, neque aliqua Sacramenta pro Comuni sine parabola omnium Pistoriensium Consulum vel Potestatis a comuni Populo Pist. electe data plano animo. Item faciam, quod dehinc ad proximum festum S. Michaelis de mense Maij, quod omnes homines de Monte Catino restituant hominibus de Serravalle omnes possessiones, & res, & bona omnia, quas super adprehenderunt, vel occupaverunt, aut retinuerunt aliquo modo, vel ingenio de rebus eorum, postquam hec guerra fuit incepta, nisi remanserit eorum parabola data plano animo, & ad terminum, & terminos, quem, vel quos mihi dederint, tenear observare. Excipio Comitem Albertum de suis rationibus. Quod si Pistorienses, vel Serravallenses nollent ei facere rationem coram arbitris ab utraque parte electis, possim eum adjuvare, & faciam quod quatuor centum homines de Monte tales, quales Pistorienses Consules vel eorum Nuntius petierint, jurabunt hec omnia observare, nisi Sacramento vel voto teneantur, & propter illos dabo salvum cambium ad voluntatem Pistoriensium Consulum vel eorum missi. Item faciam jurare meos proximos Successores Consules vel Potestatem a communi Populo electam hec omnia observare, & faciam, quod illi faciant jurare suos, & illi suos, & sic semper usque ad expletum terminum decem annorum. Item faciam, quod omnes homines de Monte distrigabunt, & restituent Guidoni Burgundioni omnes res, & possessiones, & bona, quas super adprehenderunt, vel occupaverunt, aut retinuerunt de rebus & bonis eius, postquam hec guerra fuit incepta. Hec omnia predicta observabo, & faciam per bonam fidem sine fraude dehinc ad expletum terminum decem annorum remota omni malitia, & malo ingenio, pacem vero toto tempore vite mee teneor observare. Predictum autem Sacramentum Henricus Loctarii, & Cianforgninus quondam Guidocti, & Lambertus quondam Gerardini, & Beniaminus quondam Guidocti Consules Montecatin. tactis Sacrosanctis Evangeliis juraverunt pacem, ut supra dicitur, facientes presentia Corsi, & Arrendaebilis Causidicorum, & Parmisiani quondam Guidonis, & Iacobi quondam Canti, & Viviani quondam Dolcetti, & Iuncta quondam Hodoardi Civium Pistoriensium, & presentia Presbyteri Uguiccionis Plebani de Montecatini, & Aliocti quondam Bonifatii, & Macionis quondam Guidori Monticatinensium, & aliorum quamplurium ex utraque parte. Anno Dominice Nativitatis 1179. 12. Kal. Maij Indictione XII.

Ego Gerardus Sacri Palatii Notarius & Tabellio omnibus interfui predictis, & vidi, scripsi, atque complevi.

II.

I I.

Capitulum Societatis inter Auximanos, & Anconitanos, ex libro Rubro, qui in Archivo Civitatis Auximanæ servatur.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi mill. centes. nonagesimo octavo prid. calend. Septembris tempore Domini Innocentii Summi Pontificis, & universalis Pape Indic. prima.

Sacramentum Societatis tale est, scilicet inter Anconitanos ,& Auximanos.

Jurabunt sine fraude, & malo ingenio a viginti annis, & supra se se juvare, ac defendere contra omnes homines, excepta Ecclesia Romana, & exceptis his solis Civitatibus, & Castris, que sunt in Societate, scilicet Civitates firmanorum, & Castro Civitatis nove, & macerata cum Podio, & Monte Luponi, & Monte Sancti, & Civitate Umana, & Castro Giccardi, si homines ejusdem Castri fidelitatem, & Sacramentum Ecclesie Romane prestabunt, & hoc Sacramentum Societatis facere voluerint, salvis tamen racionibus Anconitanorum ; & Auximanorum, scilicet ut si homines Castri Giccardi habent annuatim dare pallium Anconitanis, quod Auximates prestabunt auxilium Anconitanis, ut Castellani observent. Et e converso si debent cereum Auximanis, Anconitani eis auxilium prestabunt, ut Castellani observent. Et excepto Castro Ubaldi, & Monte Cerno, & Offagnia, & Civitate Senogallie, & Civitate Fani, & Civitate Arimini, & Civitate Ravenne, excepto Ugolino Ugolini, & exceptis Civitatibus, & Castris, que communi voluntate, Consulum, & Rectorem Anconitanorum, Firmanorum, & Auximatium, Senogalliensium, ac Fanensium in communi voluntate recipientur, vel ubi major pars Rectorum, & Consulum convenerint. Et si aliqua Civitas, vel Castrum de supra nominatis ab hac Societate discesserit, ad invicem adversus eandem Civitatem, vel Castrum adjuvare, & defendere tenemini.

Pactum, vel conventionem, vel finem cum aliquo Teutonico, vel cum suo nemico Auximani non facient sine voluntate Anconitanorum, nec Anconitani sine voluntate Auximanorum, & si aliqua discordia fuerit inter Auximanos, & aliquam supra dictarum Civitatum, vel supra dictorum Castrorum, vel aliorum, vel aliarum, que deinceps in Societate communi voluntate, vel majoris partis, ut supradictum est, recipientur ; vel inter Ancon., vel aliquam supradictarum Civitatum, vel Castrorum supradictorum, Anconitani, vel Auximani inter eos partem non suscipient, sed bona fide discordiam sedabunt, & si sedare non poterint, hoc, quod Rectores de eadem discordia communiter, vel major pars statuerint, illud observent. Si qua vero parcium discordantium Rectoribus communiter concordantibus, vel majori parte obedire noluerint; alie communitates Societatis ad mandatum Rectorum vel majoris partis obedire volenti Rectoribus, vel majori parti auxilium, & consilium prestabunt. Si quis Civis Ancon. vel Auxim. hoc Sacramentum prestare noluerit, ipsum de Civitate ejicient, & non recolligent eũm, nisi hoc Sacramentum fecerit, nec aliquem Baronem, vel Civitatem, vel Castrum in speciali, vel generali Societate Auximani sine voluntate Anconitanorum, nec Anconitani sine voluntate Auximanorum recipient. Et si Anconitani, & Auximani inter se non concordarentur in recipiendis Civitatibus, vel Castellis, vel aliquem hominem in predicta Societate, stabunt arbitrio Rectorum, vel majoris partis Consulum, qui non recipientur, nisi primo dampnum datum ab eis Civitatĩ, vel Castro, vel alicui persone de Societate emendabunt ad sensum Rectorum omnium, & Consulum vel majoris partis. Auximani nullum bannum tenent contra Anconitanos, nec tenebunt. Anconitani hoc idem contra Auximanos, & Auximani non facient ullum bannum de blado Anconitanis, nec portum alibi facient, nec consencient aliis facere volentibus, nisi in Ancona, & bannum de blado tenebunt, sicut & Anconitani tenebunt ; & Auximani habeant potestatem honerandi, & exonerandi in portu Anconitane Civitatis, & eundi per mare.

Hoc

Hoc autem Sacramentum renovabunt de decennio in decennio. Insuper quod de Camurano Cardinales statuerunt, illud observent. Insuper Auximani nullum dacium in foro publico, neque ad portam ab Anconitanis accipient. Et Anconitani similiter ab Auximanis nullum dacium neque in foro, neque ad rivam, neque ad portam accipient, excepta racione Anconitani Episcopi. Quociens milites Auximani ierint Anconam ad succurrendum eis pro negocio Anconitanorum, aerunt in expensis Ancone; similiter si ad aliquod Castrum Comitatus Anconitanorum prefati milites ierint, in expensis ipsius Castri erunt. Et e converso similiter si Anconitani ierint Auximum ad succurrendum eis pro negocio Auximanorum, in expensis Auximi erunt. Similiter si ad aliquod Castrum Comitatus Auximanorum prefati milites ierint, in expensis ipsius Castri erunt.

Si milites ad soldos receperint prefate Communitates, pares erunt in expensis. Si Castrum aliquod de Comitatu Anconitanorum Societatem intrare voluerint, scilicet Paternum, Pulverisium, & Galignanum voluntate Anconitanorum intrabunt. Item omnes Concives Anconitanorum, qui nunc habitant in Civitate, facient istud Sacramentum. Et omnes Concives Auximanorum, qui nunc in Civitate habitant, similiter hoc Sacramentum facient. Hæc omnia Anconitani, & Auximani, que superius continentur, bona fide, sine fraude, & malo ingenio promittunt observare, & rata habere, & si quid Rectores & Consules Anconitanorum, & Auximanorum communi consilio Anconitanorum, & Auximanorum addere, vel diminuere, aut mutare voluerint, observent.

Ego Thomas Auximane Civitatis Notarius precepto, & voluntate Rectorum, Consulum Anconitanorum, & Auximanorum omnia supradicta scripsi, & complevi.

I I I.

Charta Gotteboldi Comitis Senogalliæ, ex libro Rubro Civitatis Auximanæ pag. 3. tergo.

IN Dei nomine anni sunt ab Incarnacione Domini nostri Iesu Christi MCC. tempore Domni Innocentij Summi Pontificis, Imperatore Romano non existente & de mense Septembri Indictione tertia Auximi Civitate. Ego Gotteboldus Comes Senogallie, renuncians in hoc facto omni exceptioni mihi competenti, & competituro racione rei, vel Persone, & omni legum auxilio, sive privilegio, propria, & spontanea mea bona voluntate per me, & per meos heredes, & Successores renuncio, refuto, quiete, & pacto remitto tibi Domino Attoni Potestati Auximi, & tuis Successoribus pro te, & Communitate Auximi, & toti Communi Civitatis predicte, excepto Stefano Petri Leonis Casei, idest omnem iniuriam, omne maleficium, omne damnum, & quidquid a nobis petere possumus, potuimus, vel poterimus de destructione Castri A . . . . ., & Castri Bupoti. Ita renuncio, refuto, quieto, fino, & perdono, quod nunquam in Curia spirituali, vel temporali querimonia faciemus, nec veritatem aliquam reddemus, neque in Curia Imperatoris, neque ejus Nuncij. Sic renuncio, refuto quieto, fino, & perdono, & pacto remitto per me & meos heredes, & Successores, & per omnem personam pro nobis tibi suprascripto Attoni Potestati, & tuis Successoribus pro te, & Communitate Auximi, & toti Comuni Auximi præter Stefanum Petri in perpetuum, quod nullam in posterum reservacionem facio. Insuper promitto si ego suprascriptus Gotteboldus, aut mei Successores, vel heredes, contra hanc cartulam a me factam ire temtare, aut corrumpere, vel infringere, aut falsare voluerimus, aut si litem, vel molestiam, vel controversiam, seu querimoniam in Curia spirituali, vel temporali, vel alio fecerimus, aut meritum aliquod reddiderimus, aut si omnia, que superius scripta sunt, firma, & rata non habuerimus, aut in aliquo corrumpere temptaverimus, promitto per me, meosque heredes, & Successores vobis Domino Attoni predicto, & tuis Successoribus pro te, & prædicta Communitate Auximi nomine pene mille marchas puri argenti dare, & solvere & post pœnam datam, & solutam promitto

per

per me, & per meos heredes, & Successores omnia, que superius leguntur, firma, & rata observare, & adimplere.

Hec acta sunt in Palacio Canonicorum Auximi in presentia Gossonis Serrolte, Marchionis Gualterij, Othone Bisaccioni, Iohannis Bonijohannis, Simonis Petri, Andree Vincencij, Simonis Iacobi, Bartholomæi Iohannis, & aliorum multorum hominum.

Ego Thomas Auximane Civitatis Notarius interfui, scripsi, & complevi.

I V.

Treugua inter Consules Florentinos, & Pistorienses, Caprolenses, Guidonemque Burgundionem, ex libro Censuum pag. 24.

IN Dei nomine Amen. Treugua, quam Guillielmus Malusii Consul Lucensis, & Armannus Marronis, & Tedicius Pagani, & Rustichellus de Poggio Lucenses ponunt, & firmant inter Consules Florentinos pro se, & eorum parte ex una parte, & Pistorienses, & Caprolenses, & Guidonem Burgugnonis, & eius filios pro se, & eorum parte ex alia, talis est. In primis, quod Florentini, vel aliqui eorum parte, vel alii pro eis non debeant equitare, vel ire, injuriare, vel offendere, vel tollere ex illorum parte Arni, ubi est Capraria, nec in Capraria, vel in ea parte Curie Caprarie, que est ex illa parte Arni, ubi est Capraria, vel in aliis terris, & rebus, quas Pistor. in Pistoriensi Comitatu habent & tenent in personis vel rebus, nec fieri facere per se vel per alios, nec ibunt pro aliqua re vel rebus contra voluntatem & parabolam Consolum Pistoriensium omnium, vel majoris partis, & firmam treuguam in predictis eis in personis, & rebus tenebunt exceptis Pratensibus, & pro Pratensibus; nec tamen studiose facient, nec fraudem committent, quod Pratenses cum Pistoriensibus litem habeant, vel sibi offendant adinvicem. Item Pistorienses, Caprolenses, Guido Borgognonis, & eius filii, vel aliqui ex eorum parte, vel alii pro eis non debeant equitare, ire, vel injuriare, vel offendere, vel tollere ex illorum parte Arni, ubi est Montelupus a Florentinis noviter hedificatus, nec in Montelupo, vel ejus terris & hominibus, unde fiet Montelupus ex illa parte Arni, ubi est Montelupus, vel in aliis terris & hominibus rebus, quas Florentini habent & tenent in Comitatu Florentino in personis vel rebus, nec fieri facient per se vel per alios, nec ibunt pro aliqua re vel rebus contra voluntatem, & parabolam Consolum Florentinorum omnium, vel majoris partis, & firmam treuguam in predictis eis tenebunt in personis & rebus: hec omnia dehinc ad Kalendas Iulii proximas vel quanto plus concordia utriusque partis fuerit. Actum in Ecclesia S. Quirici inter Pesam & Arnum anno 1204. tertio nonas Iunii indictione septima in presentia Vinciguerre Donati, Gianni Soldanieri, Latini de Galligario, Gianni Bernardi, & Stoldi Moschadi testium ad hec omnia rogatorum. Item alia die proxima scilicet, pridie nonas Iunii indictione eadem * loco juraverunt pro eorum parte hec omnia Berlingherius Iacoppi, & Albertinus Oderingi Priores, Tiniosus Lamberti, Ildebrandinus Cavalcantis, Compagnus Henriguccii, Iacobus Ugolini Nerlii, Baldovinectus Borgognionis, & Gerardus Russus Consules Florent. in presentia Acerbi Falseronis, Gianni Falseronis, Latini de Galligario. Manni Albonitti, Vinciguerre Donati, & Stoldi Moscadi ad hec omnia testium rogatorum.

* *f. eodem*

Ego Litius quondam Locteringi Iudex atque Notarius hec omnia me presente acta scripsi, & in publicam formam redegi.

Ego Ventura imperialis aule Iudex ordinarius, atque Notarius illud publicum instrumentum, quod scriptum est superius, vidi, & legi, & de verbo ad verbum transcripsi, & exemplavi.

V.

Instrumentum pacis Pistorienses inter , & Comitem Guidonem Burgundionem , ex libro Censuum p. I.

IN nomine Domini Amen. Sacramentum Consulum Pistoriensium . . . . Ego iuro corporaliter ad Sancta Dei Evangelia , quod salvabo , & defendam , & adjuvabo ab hac ora in antea Guidonem , & filios , & res suas in Capraia , & fortia de Capraia , & si ipse Guido, vel aliquis de filiis dederit . . . . turrim suam de Capraia tempore mei consulatus, vel dominii, vel regiminis ad ponendos ibi custodes, & guardias; Ego illam turrim ei , & filiis suis facta pace vel treugua habita tranquillitate inter Florentinos & Pistorienses reddam & reddi faciam, & quotiens illa Turris data fuerit Pistor. similiter facta pace vel treugua vel habita tranquillitate inter Florentinos & Pistorienses, illam Turrim ei & filiis reddam , & sic semper , quotiens data fuerit. Item iuro , quod nullum malum usum in podere Guidonis Burgundionis , & filiorum imponam in Capraria contra Guidonem Burg. nec contra filios eius , nec ullam novam fortitudinem faciam in Capraria , nec ullam fortitudinem aliam acquiram in Capraria , que fortitudo excedat altitudinem Turris Guidonis Burg., & filiorum sine parabola Guidonis Burg. , & filiorum data plano animo. Item successores mei Consules Pistor. vel Potestas, vel Rector Comunis Pist. teneantur dare Guidoni Burg. omni anno centum libras bonorum denariorum Pisanorum, donec guerra duraverit. Pacem vero non faciam de Capraria sine Guidone Burg., nisi ipse per malitiam se super excusaret. Treuguam vero non faciam sine eo ultra quatuor menses per singulos annos. Hec omnia observabo, & faciam in meo Consulatu , & sic faciam iurare meos proximos Successores, Consules , vel Potestatem , vel Rectores, & ut illi faciant iurare suos , & illi suos, & sic semper de successione in successionem , & in constituto, & sacramento Consulum vel Potestatis , vel Rectoris Comunis Pist. hec omnia faciam scribi, ut ibi semper sint , & permaneant sine ulla deformatione, & deminutione, ita quod Consules , vel Potestas , vel Rectores Comunis Pist. hec omnia semper iurent , & faciant , donec Guido, & filii Pistorienses fidem super hoc servaverint . Hoc Sacramentum iuraverunt Alexander , & Iacoppus Iudices , & Veronensis , & Raynerius de Turri , & post Reialis Consules Pist. Raynerius autem iuravit se facere , quod hec omnia mictemus in constituto , sicut superius de centum librar. ita quod Successores sui iurent illas dare eam aliter sicut supra dicitur , & iuravit se facere , quod hec omnia mittent in constituto, sicut superius : de aliis non iuravit Sacramentum Guidonis Burg. & filiorum tale est. Ego iuro corporaliter ad Sancta Dei Evangelia , quod ab hac ora in antea salvabo , & defendam , & adiuvabo , & guardabo unam quamque personam de Civitate Pist. & de suo districtu in Capraria , & Curia , ubicumque possum, & potero , sine fraude. Item iuro quod pro pacto huius guerre , que modo est , vel in antea erit , specialiter salvabo, guardabo , & adiuvabo , & defendam.... Pist. , & de suo districtu , & omnes personas , que pro Pist. super hoc facto sunt vel erunt, & non faciam eis, nec alicui eorum super hoc ullam fraudem, nec ullam deceptionem, nec in persona . . . . . quod habeat dampnum , nec iacturam ullam , nec ullum obbrobrium; & si fuero in cavalcata cum eis , vel cum aliquo eorum , similiter salvabo , & defendam, & adiuvabo omnes, & singulos ad bonum, & honorem Civitatis Pist. & Pist. Populi, & non ero in Consilio, nec in assensu, nec in facto , nec per me, nec per alium , quod sit eorum aliquis captus , vel quod habeat aliquod gravamen, vel molestiam , & bonam ydrantiam, & non ream eis omnibus, & singulis faciam tam in cavalcata, quam in aliis locis , & factis; & hec omnia observabo; & faciam ad bonum , & honorem Civitatis Pistoriensis, & Pistoriensis Populi . Item iuro , quod pacem faciam , & vivam guerram , & vivas guerras Florentinis, & omnibus personis de Comitatu Florentino, & omnibus aliis hominibus, qui pro hac guerra, vel occasione huius guerre se super hoc intromiserint contra Pistorienses de Capraria,

praria, & de omnibus aliis fortitudinibus suis usque ad finem, & ad finem deposfinem in avere, & persona, & in mobili, & stabili per me & per omnes meas fortias in Capraria, & extra Caprariam, ad voluntatem Consulum, vel Potestatis, vel Rectoris Comunis Pist. & Consiliariorum Pistoriensium omnium vel majoris partis, qui modo sunt, vel in antea erunt. Item iuro, quod tenebo Caprariam, & salvabo, & defendam, & suas omnes fortitudines ad bonum, & honorem Civitatis Pist., & Pistoriensis Populi. Et non ero in Consilio, nec in facto, nec in assentamento, quod Civitas Pist. perdat Castrum de Capraria, nec suas fortitudines, nec quod alia persona faciat in accatum, & si sciero, quod aliqua persona hoc facere velit, vel quod hoc machinetur, sturbabo illud ad meum posse, & citius quam poterit, Consulibus, vel Potestati, vel Rectori Comunis Pistoriensis pandam. Item iuro, quod non ero in Consilio, nec in facto, nec in assensu, quod Civitas Pist. sit destructa, vel combusta, vel guerreiata, nec eius burgi, vel suburbia, nec quod perdat suum Episcopatum, nec honorem, nec dignitatem, nec quod honor vel dignitas sui Episcopatus sit deminutus, & si perdiderit, quod absit, adiuvabo recuperare, & recuperatum retinere per bonam fidem sine fraude. Item iuro, quod quicumque Consules Pistorienses, vel Potestas, vel Rector Comunis Pistoriensis, qui modo sunt, vel in antea erunt, per se, vel per suum certum missum mihi Turrim meam de Capraria petierit pro hac guerra Florent. vel occasione huius guerre, que modo est, vel in antea erunt, pro illa guardanda dabo illam Comuni Pist. ad tenendam illam, & guardandam, ad quantos Cives Pistorienses, & quales Consules Pist., vel Potestas, vel Rector Comunis Pistoriensis voluerit, & illam eis non contendam, nec contrariabo, nec contendi, nec contrariari faciam, donec hec guerra duraverit, & si alia vice ad guerram cum Florentinis Civitas Pist. devenerit, similiter de predicta Turri faciam. Intellectus talis est: quod si pax fuerit de hac guerra, quid post pacem faciam, debeant illam mihi reddere liberam, & salvam, & si iterum guerra fuerit, iterum Pistoriensibus illam Turrim dare statim, quod petita fuerit, teneat, & illam eis non contendere, nec contrariare, nec contendi, nec contrariari facere; & si Pistorienses reddiderint mihi illam Turrim, & iterum voluerint eam, ex quo petita fuerit, statim tenear illam Turrim eis reddere, & sic semper. Item non faciam finem, nec pacem, nec treuguam, nec aliquid in fraudem super hoc cum Florentinis, nec cum aliqua persona pro eis, nec cum alia persona, que occasionem huius guerre contra Pistorienses fecerit, nec faciam guerram recredutam sine parabola Pistoriensium Consulum, vel Potestatis, vel Rectoris Comunis Pistoriensis data plano animo. Item non tenebo menam, nec complebo cum Florentinis, nec cum aliqua, qui occasione huius guerre guerram fecerit Pistoriensibus, nec cum aliqua persona pro eis sine parabola Consulum Pistoriensium, vel Potestatis, vel Rectoris Comunis Pistoriensis data plano animo; & si mihi aliqua mena fuerit apportata, non complebo illam, immo intra tres dies proximos Consulibus, vel Potestati, vel Rectori Comunis Pistoriensis pandam, & dicam serio per me, vel per alium, & quamcumque credentiam, vel credentias per Sacramentum mihi imposuerint pro hoc facto, observabo illas sicut mihi fuerint imposite, & quotcumque consilium mihi pro hoc facto petierint, eis melius consilium, quod cernam, dabo ad utilitatem & honorem Pistoriensis Populi. Item iuro, quod tenebo firmas, & observabo treuguam, & omnes treuguas, quam & quas Consules Pistorienses, vel Potestas, vel Rector Comunis Pist. super hoc fecerint. Intellectus talis est, quod non possint facere treuguam ultra quatuor menses per singulos annos sine mea parabola data plano animo. Hec omnia ego Guido Burgundio ad Sancta Dei Evangelia corporaliter iuro me observare, & facere usque ad finem predicte guerre, & ad finem de post finem ad purum, & sanum intellectum Consulum Pist. & Potestatis, & Rectoris Comunis Pist., & iuro similiter, quod Rodulfus, & Anselmus filii mei hec omnia observabunt, & facient, set hoc iuro super animas eorum, & quia mihi etiam dederunt parabolam, & postea non revocaverunt nec per se, nec per alium. Hoc Sacramentum fecit Guido Burgundio predictus Pistorii in majori Ecclesia anno Domini 1204. quarto nonas

 Iulii

Iulii indictione septima, & predicti Consules Pist. similiter iuraverunt predictum aliud Sacramentum ipsi Guidoni recipienti pro se, & filiis suis predictis in eodem loco, & die, presentia Corsi Henrigonis, & Nicholay Iudicum, & Naxarii quondam Rustichelli, & Gualfredi quondam Glandulfini, & Iuncte Homodei, & Ugonis Escuffaldi, & Petronis quondam Quesriscii, & aliorum quamplurium.

Ego Gerardus Iudex, & Notarius Domini Frederici Imperatoris interfui, & hec omnia fideliter scripsi.

Ego Ventura imperialis aule Iudex, & Notarius hoc publicum instrumentum, quod scriptum est superius, vidi, & legi, & de verbo ad verbum nihil addens, vel minuens, fideliter scripsi, & publice consignavi.

V I.

Lottarii Pisani Archiepiscopi praeceptum Pistoriensibus, & Bononiensibus, ut pacem inter se ineant, ex libro Censuum pag. 45. t.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Lottarius Dei gratia Pisanus Archiepiscopus precipio vobis Domine Idelbrandine Pist. Potestas, & omnibus illis, qui vobiscum iuraverunt servare precepta mea de discordiis, que erant inter Comune Pist. ex una parte, & Comune Bononie ex altera, sicut continetur in forma compromissi a vobis in me facti, sub debito ipsorum Sacramentorum, ut ab hodie in antea firmam & perpetuam pacem teneatis, & teneri faciatis a Comuni Pist. Cômuni Bononie, & omnibus *, & hominibus sue partis, & adiutoribus eorum, & ipsam pacem ita firmari faciatis in Civitate vestra, ut omnes homines a xv. annis, & supra, & ad 60. ad infra faciatis iurare bonam fidem usque ad octavam S. Michaelis proximi, quod firmam & perpetuam pacem servabunt Bononiensibus, & omnibus eorum partis, & adiutoribus eorum, & hoc idem per omnia precipio vobis Dominis Gerardo Caponsacco, & Catalano Bononiensi Potestati, & omnibus illis, qui ex vestra parte iuraverunt servare precepta mea, ut eodem modo per omnia servetis, & servari faciatis a Comune Bonon. versus Comune Pist. adversus omnes homines sue partis, & eorum adiutores, & similiter ex parte vestra dictam pacem firmari faciatis ad predictum terminum, ut supra dictum est. Item precipio vobis Potestatibus utriusque Civitatis, ut faciatis vobis invicem pro Comunibus ipsarum Civitatum finem, & refutationem, & pactum de non petendo de omnibus maleficiis, & dampnis datis hinc inde occasione ipsius guerre, que incepta fuit in mense Augusti proximo preterito fuit Annus de descordeis autem terrarum, & de illis dampnis, que mihi, vel ipsis, qui concordiam facere iuraverunt, sarcienda videbuntur; hinc inde precipio sub debito iuramenti, ut stetis mandatis, & ordinamentis illorum quatuor, qui iuraverunt concordiam inter predictas Civitates: quod si eos non concordare contigerit usque predictum terminum, precipio vobis sub debito iuramenti, ut dehinc ad VIII. diem ante festum omnium Sanctorum proximum, vel vos ipsi in propriis personis veniatis Pisas ad presentiam meam, vel mictatis Procuratores ab utraque sufficienter instructos, qui possint petitiones vestras secundum jus coram me proponere, & petitionibus adverse partis idonee respondere, & illos quatuor, qui concordiam facere iuraverunt inter ambas Civitates, mittatis ad me ad eumdem terminum. Actum prope Sambucam in loco, ubi dicitur Bresciola, anno MCCXII. Indictione prima, tertio idus Septembris presentia Domini Soffredi Dei gratia Pist. Episcopi, & Domini Tegrimi Comitis Tuscie Palatini, & Magni Bartholomei Canonici Bonon., & Pisani, & Ugonis Canonici Pisani, & Ermani Canonici Pist., & Henrigetti, & Ubaldi heldithi vice Comitum, & Gisberti vice Comitis, Matthei de Corregia, Gerardi Cipriani, Senthanomi Notarii, & Ranuccini Iudicis Pist. Comunis, & Comitis Ugolini de Panigo, Dosdei de Ravenna, Ugonis de Pellegrino de Brectinoro, & Rainerii Comitis de Septimo ad hec rogatorum Testium.

* f. rebus

Ego

Ego Benentendi invictissimi Octonis Romanorum Imperatoris Iudex ordinarius, atque Notarius prefatis interfui, & hec de mandato Domini Loctarii Archiepiscopi scripsi, & publice consignavi, & ubi superius interlineatum est, *& omnibus illis que ex vestra parte iuraverunt servare precepta mea*, & alibi *pacem*, *& fuit*, & inferius *vel ipsi qui concordiam facere iuraverunt*, propria manu interlineavi.

Ego Uguicio Iudex, atque Notarius Domini Imperatoris Octonis illud autenticum, seu exemplum, unde hoc sumptum est, vidi, & legi, de verbo ad verbum transcripsi, & exemplavi, nihil addens, vel minuens excepto, quod non interlineavi, sed per ordinem scripsi, & signum mee manus imposui.

A D N O T A T I O.

ANno 1212. *septimo idus Septembris Dominus Ildebrandinus Pistoriensis Potestas in Pistoriensi Consilio, & eorum voluntate, & mandato compromisit* (ut ex charta constat in eodem Censuum libro descripta *pag.* 177.) *in Dominum Lottarium Pisanum Archiepiscopum de omnibus controversiis, & discordiis, que sunt inter Comune Pist. ex una parte, & Comune Bonon. ex altera*. Idemque eodem anno & die Domini Gerardus Caponsaccus, & Catalanus Bonon. Potest. praestiterunt tum coram eodem Archiepiscopo. Ildebrandinus III. Idus Septembris Bononienses captivos restituit. Eius rei instrumentum extat *pag.* 178. ejusdem libri Censuum. Ibidem *pag.* 177. t. legitur Iuramentum Bononiensium, & Pistoriensium legatorum de curanda pace ipso tertio iduum Septembrium die editum, quod eiusmodi est. *In nomine Domini Amen. Ego iuro ad Sancta Dei Evangelia, quod bona fide, & sine fraude concordiam faciam inter Comune Pist. & Comune Bonon. de discordiis, & controversiis, quæ sunt inter ipsa Comunia, sive de terris, sive de hominibus, sive de pecunia, vel avere, & illa ordinamenta bona fide faciam, per que melius possit pax & concordia retineri, & durare inter homines dictarum Civitatum, & hoc faciam usque ad octavam Sancti Michaelis proxime venientem, & concordiam, quam tractabo, & faciam cum consensu sotiorum meorum, scribi faciam per manum publicam, per duos scilicet tabelliones, unum Pist. & alterum Bonon. hoc Sacramentum iuraverunt Traimertigus Iudex, & Ranuccius Mule ex parte Pist., & ex parte Bonon. iuraverunt idem Sacramentum Albertus de Calvo, & Gilius de Burnetto. Actum prope Sambucam &c.*

Habeto nunc aliud hanc in rem instrumentum ex eodem libro *Censuum* pag. 180. t. ut rerum gestarum series melius innotescat. *In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis eiusdem 1212. indictione prima tertio Idus Septembris. Ex hoc publico instrumento manifeste innoteat universis, quod Domini Gerardus Caponsaccus, & Catalanus Bonon. Potest. pro Comuni eiusdem Civitatis ex precepto eis pro eodem Comuni facto a Domino Loctario Pisano Archiepiscopo per Sacramentum, prout in carta pacis scripta a Benentendi Notario continetur, per hanc cartam incontinenti post preceptum de pace tenenda factum fecerit Domino Ildebrandino Pist. Potest. pro Comuni Pist.... finem, & refutationem, & pactum de non petendo de omnibus maleficiis, & dapnis datis hinc in occasione istius guerre, que incepta fuit in mense Augusti proxime preteriti fuit annus. Actum prope Sambucam in loco, ubi dicitur Bresceola &c.* Verum non ita firma hec fuere, ut novis difficultatibus turbata paene pax non fuerit. Hinc (quod legimus in eodem *Censuum* libro pag. 179. t.) *Cum venissent nobiles viri Gerardus Rolandini, & Bonifatius Quidonis Quicciardi Cives Bononienses, & Girardus Cipriani juris peritus de Florentia Iudex Comunis Bononiensis Pisas ad Dominum Loctarium Pisanum Archiepiscopum pro Comuni Bononie, missi a Potestatibus, & Consilio Bonon. ad postulandas indutias super negotio, & controversia, que vertitur inter Comune Bonon. & Comune Pist., videl. super juramentis, que suprascriptus Dom. Archiepiscopus arbiter a suprascriptis Civitatibus electus præceperat fieri a Civibus Bonon. de pace perpetua Pist. observanda . . . . . auditis etiam his, que ex parte Comunis Pist. ambasciatores missi Rainerius Malencalci, Corsus, & Ranuccinus de Flor. super hoc dicere valuerunt, tales indutias eis dedit, & ita statuit, & precepit, ut in proximis octavis S. Martini de mense Novembri ambe partes suprascripte coram D. Archiep. sufficienter instructe compareant apud Vernium. Acta Pisis*

in

in Balatorio Curie Pisani Archiepiscopatus 1212. *in die I. tertio No..s Octobris. Verumtamen Catalanus Bononiensis Potestas, adveniente termino, quo respondere debebat coram Archiepiscopo, cum advocatis suis veniens litem contestare, & petitioni respondere contempsit, se & Gherardum, & Bonon. qui iuraverunt non tenere de iuramentis, & Archiepiscopum inter predicta Comunia non esse arbitrum suis allegationibus asseverans*; Archiepiscopus Bononiensi Potestati iterum edicit, ut pareat, seque ipsi sisteret. *At meum* (verba sunt Archiepiscopi in charta descripta ibidem pag. 179. t.) *penitus contempsit mandatum. Actum apud Vernium* 1212. *Indict. prima* 8. *Calendas Decembris.*

V I I.

Pax inter Pistorienses, & Bononienses, ex libro Censuum pag. 132.

IN nomine Domini Amen. Hæc est concordia inter Priores de Reno, & S.Margarite nomine Comunis Bonon. ex una parte, & Dominum Archipresbiterum Pist., & Andream rectorem hospitalis Prati Episcopi nomine Comunis Pist. ex altera, videlicet, quod remaneant Pistoriensibus infrascripte terre, & eas habeant ad iurisdictionem eorum, vel ipsorum, Moschacum, Badi, Treppium, Turrim, Fossatum, & Monticelli. Item Ubertinus, & Gisebnerius, & sequaces omnes Pistorienses extrahantur de banno, & rehabeant omnes terras, & possessiones eorum, quales modò sunt, & utantur, & possideant eas eo modo, quo utebantur, & possidebant octo diebus ante guerram inceptam inter Pist. & Bonon., que guerra incepta fuit tempore Guiglielmi de Posterula Bonon. Potest., & Tedici Pist. Potest. mense Augusti; tali pacto, quod Ubertinus, vel eius consortes, seu eorum heredes, vel aliquis pro eis non faciant, nec fieri faciant aliquod castrum, vel aliquam munitionem in terra Stagnesi, & nominatim in Succide, vel granaio, neque noceat, vel nocere possit Comuni Bononiensi, vel Comuni Pist., nec etiam Bonon. faciant, nec fieri faciant aliquam munitionem, vel aliquod castrum a gagio usque Sambucam, & a Casi usque Turrim salvis munitionibus, quas Bonon. nunc ibi habent. Item ut dictus Ubertinus, & eius Consortes de cetero omni tempore permaneant in eodem statu, quo steterunt, & permanserunt ante dictam guerram inceptam. Item ut omnes homines de terra Stagnensi, qui tenuerunt partem Pist., extrahantur de Banno Bonon., & rehabeant omnes terras, & possessiones suas eodem suprascripto modo. Item ut omnes homines de terra Stagnesi, qui tenuerunt partem Bonon., extrahantur de Banno Pist., & recipiantur in terris, & possessionibus suis, & rehabeant eas suprascripto modo, set subiaceant iurisdictioni Pist., illi videlicet, qui habitant, vel habitaverint, seu habitabunt in Moscacco, Badi, Turri, Monticelli, Treppio, & Fossato. Item ut Pistor. non faciant, nec fieri faciant in Moscacco, seu in aliqua predictarum terrarum, seu a Collina Prati Episcopi usque Moscaccum aliquam novam munitionem, seu Castellum, salvis eis munitionibus, que modo ibi sunt. Item ut Bononienses non faciant, nec fieri faciant, nec permictant fieri devetum Pist., & hominibus sui districtus de terris, que sunt a Monte Sante Marie, & Savignano, & Pideliano, & Gagio usque Moschaccum de aliqua re, ita quod libere possint Pist., & homines sui districtus emere, & extrahere omnes res, quas voluerint de predictis terris &c.

PARS II.

SACRA MONUMENTA.

CLASSIS IV.

Constitutiones Ecclesiasticæ, ac Synhodi.

A Ω

FRIDERICO. ALAMANNIO
FLORENTINO. AMPLISSI
MO. ET. VIGILANTISSIMO
PISTORIENSIVM. EPISCOPO
PIO. DOCTO. MAGNANIMO.
FRANCISCVS. ANTONIVS. ZACHARIAS
S. I. HANC. SACRORVM. MONVMENTO
RVM. CLASSEM. PATRONO. SVO. MV
NIFICENTISSIMO. D. D.
BENEDICTO. XIV. IN. ANN. X. P. O. M.
KAL. QVINCTIL.

I.

Confirmatio Constitutionum Capitularium facta a. MLXXXV. *a Leone Pistoriensi Episcopo, ex Archivo Pistor. Capituli.*

COGITANTI mihi, quia ante tremendum Iudicem rationem omnes homines posituri sunt, & quod nullus illic nisi quod hic operatus fuerit, inventurus sit, paucitas bonorum meorum se patefacit. Quo tremore agitatus cogitare cepi, quod adiicere possem, unde meam rationem aliquantulum meliorare possem. Inter hec rogatus ab Ugone Preposito, a ceterisque fratribus, ut ordinationem ab anterioribus Pistoriensis Civitatis Episcopis meis predecessoribus canonicæ ejusdem Civitatis factam mea confirmatione roborarem, acquievi utili rogationi, atque consilio. Quapropter omnia, que a meis Antecessoribus predicte canonice Ecclesie S. Zenonis concessa, & tributa sunt, sive que ab eisdem Episcopis sibi donata sunt, sive que a quibuscumque hominibus quoquo modo oblata sunt, vel offerentur, ego Leo humilis Episcopus prescripte Canonice . . . . similiter concedo, & habere decerno. Et quoniam adhuc aliquantuli ex Clericis adhuc in domibus suis habitant, & seculo impediti Canonicam non . . . . . . ingredi, statuo, precipio, & confirmo, ut cum aliquis eorum obierit, quicquid ordini suo pertinere videtur, a Canonicis habeatur, sicut . . . . um Pape Gregorii Lucensem videlicet Episcopum nomine Anselmum investivi; nam profiteor me investisse illum vice Dmni . . . . . C. librarum presente Comitissa Matilda, & Guidone Comite, & Clericis . . . . re . Ecclesie, nihil me deb . . . . . . Canonice . . . . ad id habenti sive per me, sive per meos Antecessores testaturum, & ut omnia, que a Clericis ordinariis extra Canon . . . . ordine tenen-

tenentur, eisdem Clericis mortuis Canonica habere debeat, concessurum. Hec omnia similiter constituo at . . . . putans me partem habiturum bonorum, qui ibi meo adiutorio fuint. Insuper concedo, ut modo Canonicam inhabitantes habeant . . . . partem omnium oblationum, que a plebibus nostri Episcopatus cum cebariis nostram Ecclesiam venientibus annuatim offeruntur. Et quia hoc . . . . decretum perpetua stabilitate firmum, & inconcussum permanere volumus, obligamus nos, nostrosque Successores, sive quamcumque personam aliquid horum frangere conantem pena centum librarum denariorum Lucensium: Preterea quicumque, sive ego, sive aliquis Successorum meorum, sive quecunque persona aut per se, aut per summissam personam contra hoc decretum fecerit, & eum firmum esse permittere noluerit, sit maledictus, & excomunicatus, atque anathematizatus, & habeat omnes maledictiones, que imposite sunt diabolo, & omnibus participibus eius, & comburatur cum eis in infernum, atque ignem eternum.

Hoc factum est anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo octogesimo quinto mense Aprili Indict. 8. feliciter.

✠ Martinus Clericus vice predicti Episcopi rogatu ejusdem, S.S.
✠ Ugo Prepositus subscripsi. ✠ Ego Ildibrandus Primicerius S.S.
✠ Bonutus presbiter interfuit, & S.S. ✠ Salvus presbiter S.S.
✠ Patricius presbiter S.S. ✠ Ioannes presbiter S.S. ✠ Paganus Diaconus S.S.
✠ Bonancius Canonicus S.S. &c. . . . . quondam fantuli. Ugo . . . . . . testes interfuere . . . . Segnoretus & Henricus gg. Nati Rustiki de Sancto Thoma . . . . . eorum genitor interfuere testes rogati.

Marsillus Notarius hoc scriptum præfati Episcopi rogatu scripsit, complevit, & dedit.

II.

Sinhodus habita ab Hermanno Pistoriensi Episcopo a. 1308. ex Codice Capituli Pistoriensis.

IN Dei nomine Amen. Infrascripte sunt Constitutiones facte, & edite per Ven. Patrem Dominum Ermannum Dei gratia Pistoriensem Episcopum lecte, & publicate in Synodo Cleri Civitatis, & Diocesis Pistoriensis celebrate in Ecclesia majori Civitatis Pistoriensis sub anno Dominice Nat. MCCCVIII. Indict. VII. die VIII. Decembris, & postea confirmate per Ven. in Christo Patrem Dominum Barontum Dei gratia Episc. Pistor. Successorem dicti Ven. Patris Domini Ermanni.

Et postea etiam per Ven. Patrem Dominum Andream de Tiantoris eadem gratia Episc. Pistor. Successorem dicti Domini Baronti Episcopi, & postea etiam per Ven. Patrem Dominum fratrem Remigium eadem gratia Episc. Pistoriens. Successorem dicti Domini Andreae Episc. predicti, & postea etiam confirmate per Ven. Patrem Dominum Iohannem eadem gratia Episc. Pistor., & Successorem dicti Domini fratris Remigij. Et postea etiam confirmate per Ven. Patrem Dominum fratrem Andream Episc. Pistor. Successorem dicti Domini Iohannis Ep. predicti, & postea etiam per Reverendum Patrem Dominum Mattheum Episc. Pistor. Successorem dicti Domini Andreæ avunculi sui.

Quoniam pastoralis officij cura requirit nunc antiquarum renovatione, nunc novarum edictione Constitutionum circa subditorum utilitatem insistere diligenter, & quia non debet reprehensibile, set potius laudabile judicari, si secundum diversitatem temporum, & locorum statuta quandoque varientur humana, maxime quia ipse Deus de hiis, que in veteri testamento statuerat, nonnulla mutaverit & in novo. Idcirco nos Ermannus miseratione Divina Pistor. Episc. ad laudem, & reverentiam Omnipotentis Dei, & beatissime Virginis S. Mariæ Matris ejus, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & beatorum Iacobi, & Zenonis patronorum nostro-

nostrorum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, & ad honorem, & reverentiam Sacrosancte Romane Ecclesie, Sanctissimique Patris nostri Domini Clementis PP. V. & Successorum suorum, & ad eruditionem, correctionem, & reformationem Clericorum, & subditorum nostrorum, & totius Gregis nobis commissi, & salutem, & ad bonum & tranquillum statum Civitatis, & Diocesis Pistor. de voluntate, & consensu Capituli majoris Ecclesie, videlicet Dominorum Orlandetti, Ranerii, Cancellerii, Infrangipanis, & Francisci Canonicorum dicte majoris Ecclesie ibidem presentium, infrascriptas Constitutiones duximus promulgandas.

I *Quod Rector cujuscumque Ecclesie Curate semper habeat secum unum scholarem.*

In primis cum spiritualia multo sint temporalibus digniora, & ideo in omnibus premictenda, statuimus, ut omnis Rector cujusque Ecclesie curam animarum habentis habeat semper secum adminiftrum unum scolarem, qui cantare sciat, & legere competenter; cum canonica Instituta de Divinis Officijs celebrandis loquentia nequeant aliter observari.

II *Quod ornamenta Ecclesiastica conserventur munda.*

Ornamenta Ecclesiastica tam Sacerdotum, quam Altarium munda sollicita diligentia conserventur, & presertim corporalia, que quidem mundissima, & sine fractura precipimus retineri; cum absurdum sit, quod ornatiora sint nostra corpora, quam altaria, & qui mundis vestibus extra Ecclesiam nos componimus, immundis in Ecclesia sordeamus.

III *Quod Corpus Christi in cassa, vel pisside teneatur.*

Corpus autem Domini nostri Iesu Christi in cassa, vel pisside munda clavi firmata, & super altari suspensa, aut etiam in Sacrario, ne ab indiscretis tangi possit, cum multa reverentia teneatur.

IV *Quod Crisma sub fida custodia teneatur.*

Crisma etiam sub firma custodia taliter conservetur, ne ab aliquibus tractari possit sine licentia Prelati, vel honestissime persone, que fuerit ad ipsius Crismatis custodiam deputata; & de ipso Crismate, nisi pro baptismate, vel unctione sacra nulli persone detur.

V *Quod candela accensa habeatur in celebratione Missarum.*

In celebratione Missarum, & maxime publicarum, saltim dum secreta dicitur, candela cerea semper ardeat in altari.

VI *Quod in Plebibus, & Collegiatis Ecclesijs diebus solempnibus incensetur hostia.*

In Plebibus autem, & aliis Collegiatis Ecclesijs diebus celebrandis solempnibus super hostiam, & calicem semper fiat incensum, cum tam parvo possint fieri dispendio, quod paupertatis pretextu vix se aliquis valeat excusare.

VII *Quod nullus Presbiter dicat ultra unam Missam in una die.*

Item quod nullus Presbyter in aliqua die ultra unam Missam, nisi in casu necessitatis, & tunc non ultra duas Missas, excepto die Festi Nativitatis Domini ulterius celebrare presummat.

VIII *De Ordinatione Clericorum.*

Item statuimus, quod Clerici, qui sunt ad Sacros Ordines promovendi, diligenter examinentur per eos, qui adhuc fuerint deputati, vel ad quos pertinet. Quod ut rite fieri possit, quarta, vel quinta feria Sabbatum quatuor temporum precedentibus a Plebanis suis personaliter presententur, ut de ipsorum vita, scientia, condictione, & nativitate constare valeat eorumdem testimonio Prelatorum. Quod si forte aliquis ipsorum Plebanorum venire nequiverit canonica impeditione detentus, Clericos suos, quos ordinare voluerit, cum licteris suis de ipsorum vita, scientia, condictione, & nativitate testimonium perhibentibus ad nos mictat cum aliquo de Cappellanis suis bone fame, & conversationis honeste, qui eos nobis, seu examinatoribus, ad quos pertinet, ipsius Plebani vice, seu nomine representet.

IX *De non promovendis ad Sacros Ordines filiis Sacerdotum, vel ex fornicatione natis.*

Item si quis Sacerdotis filius, aut alius ex fornicatione natus dispensatione

non obtempta Sacrum Ordinem clanculo subripuerit, hoc ipso sit excomunicationis vinculo innodatus, & etiam post absolutionem obtemptam maneat tamdiu ab ordinis sic subrepti executione suspensus, donec dispensationis gratiam poterit obtinere. Quod etiam de his, qui sine certo titulo clanculo fecerint se ad Sacros Ordines promoveri, decernimus observandum. Illos vero, qui scienter ad Ordines jam susceptos iterato, vel per saltum promovere se fecerint, aut per symoniacam pravitatem a nobis vel ab altero se procuraverint ordinari, excommunicationis sententia innodamus. Si qui vero scienter ad Sacros Ordines presentaverint filios Sacerdotum, tacito quod sint tales, ipsos ex nunc excommunicationis sententia innodamus.

X *De debito non contrahendo.*

Item statuimus, quod nullus Rector alicujus Ecclesie, vel loci religiosi Civitatis, vel Diocesis Pistoriensis contrahat nomine Ecclesie sue ultra summam sibi concessam, vel concedendam a nobis. Et si contraxerit, pronunciamus contractum ipsum penitus non tenere, & ex tali contractu in nullo suam Ecclesiam obligari. Verum Plebani, & Priores usque in summam decem librarum; alii vero Ecclesiarum rectores usque in summam IX. soldorum denariorum Florentinorum parvorum, & semel tantum quilibet rector possit, & ei liceat debitum contrahere pro Ecclesia non obstante Constitutione presenti.

XI *De Canonica portione funeris habenda.*

Item statuimus, & sub excommunicationis pena districte precipimus, ut cum aliquis alibi suam in sua Ecclesia elegerit sepulturam; quod ille, apud cujus Ecclesiam sepultus fuerit, de omnibus ex funere provenientibus secundum loci consuetudinem dare Episcopo, & Priori Ecclesie infra octo dies teneatur canonicam portionem.

XII *De procurationibus non exercendis per Clericos in Curia Seculari.*

Item statuimus, quod nullus Clericus contra Pistoriense Commune officium procurationis, vel sindicatus alicujus Communitatis, vel persone layce ulterius gerat in Curia Seculari, nisi pro Ecclesie sue populo, vel pro miserabilibus personis, vel pro aliis sibi conjunctis, & si quis contra fecerit, pena decem librarum denariorum parvorum Florentinorum, & majori juxta negotii qualitatem nostro arbitrio puniatur.

XIII *De non faciendo instrumentum contra Commune Pistor.*

Item statuimus, quod nullus Clericus, qui sit Notarius, contra Pistoriense Commune faciat ulterius aliquod publicum instrumentum, nisi pro Pistoriensi Clero, vel pro Clericis, vel venerabilibus locis, pro juribus, seu personis Ecclesiasticis, vel pro eorum subditis, vel familiaribus, vel fidelibus, vel pro pauperibus, vel pro personis Notario conjunctis. Et qui contra fecerit, nostro arbitrio puniatur.

XIV *De non blasfemando Virginem gloriosam Mariam.*

Item statuimus, & districte precipimus, ut nullus Clericus Civitatis, vel Diocesis Pistor. cujuscunque dignitatis, vel ordinis, vel conditionis existat, Deum, vel Beatam Mariam Virginem, vel aliquem Sanctum, vel Sanctos, vel Sanctas blasfemare presumat, vel contra Crucem, vel imaginem Dei, vel B. Marie Virginis, vel alicujus Sancti aliquod inhonestum, vel vituperabile signum facere audeat. Illum, qui contra fecerit, pena centum soldorum denariorum Florentinorum parvorum vice qualibet determinamus puniendum.

XV *Quomodo puniri debeant Clerici delinquentes, & quibus penis.*

Item volentes Clericorum tam religiosorum, quam secularium, & conversorum, prout possumus, cohibere audaciam, ut quos Dei timor a malo non revocat, discipline severitas coherceat de peccato, & ne Layci conquerantur, & scandalizentur, si majori pena pecuniaria, quam ipsi Clerici, cum deliquerint, puniantur; statuimus, & ordinamus, & volumus, quod quilibet Clerici, ecclesiasticeque persone pro injuriis, excessibus, & enormitatibus ab eis commissis, vel committandis, ex quibus Layci pena essent pecuniaria puniendi, secundum statuta Civitatis Pistorii puniantur. In illis autem casibus, in quibus non invenitur statutum, nostro arbitrio puniatur delinquens, nobis augendi, & minuendi pro qualitate facti,

facti, & persone arbitrio reservato. Salvis nichilominus aliis penis in canonibus constitutis.

XVI *De observandis statutis Communis Pistorii Laycis, & Clericis, & contra Laycos, & Clericos.*

Item volumus, precipimus, & mandamus statuta Communis Pistorii Laycis, & Clericis, & contra Laycos, & Clericos in causis civilibus in nostra Curia observari, dummodo ipsa statuta sint rationabilia, & honesta, & divino juri, & libertati Ecclesie non contraria, & dummodo omnibus sint communia.

XVII *De duabus citationibus faciendis in principio causarum.*

Item quod in omnibus causis tam civilibus, quam criminalibus in ipsarum causarum principio, ad hoc ut reus legiptime contumax reputetur, debeat bis citari, vel personaliter, vel in loco, ubi citatus consuevit habitare, & semper secunda citatio peremptoria habeatur.

XVIII *De faciendo se scribi, qui volunt beneficio clericali gaudere.*

Item requirimus, & monemus pro primo, secundo, tertio, & peremtorie omnes Clericos, & personas ecclesiasticas, qui volunt privilegio clericali gaudere, ut infra tres menses coram nobis, vel alia persona ad hoc per nos specialiter deputanda debeant comparare, & facere se scribi in libro, sive quaterno, in quo alii scribentur, alioquin a predicto termino in antea quicunque in predicto libro, seu quaterno non reperientur scripti, nolumus pro Clericis defensari.

XIX. *De divinationibus, vel maleficiis non faciendis.*

Item statuimus, & prohibemus, quod nulla malefica, nulla incantatrix, & nulla indivinatrix persona maleficium aliquod, per quod alicujus mulieris pregnantis abortivus procuretur partus, vel concipiendi auferatur, vel impediatur facultas, vel per quod inter virum, & uxorem intervenire nequeat copula conjugalis, vel aliud impedimentum sequatur, vel incantationem, vel indivinationem exerceat in Civitate, vel Diocesi Pistor., nullaque alia persona ad tales pro predictis recurrat, nisi incantatio fieret in verbis divinis, vel medicinalibus pro liberandis infirmis. In omnes, & singulas hujusmodi maleficas, incantatrices, & divinatrices personas, & recurrentes ad eas, nisi in predictis casibus, scilicet pro infirmorum liberatione, excomunicationis sententiam proferentes.

XX *De occultantibus per malitiam, vel fraudem instrumenta reddituum, & bonorum Ecclesiarum.*

Item cum quidam iniquitatis filij instrumenta publica, libellarios, vel perpetuos, vel temporales redditus, & possessiones, & terras Ecclesiarum, & venerabilium locorum Civitatis, & Diocesis Pistoriensis in ipsorum animarum periculum, & Ecclesiarum prejudicium in fraudem occultare, & celare non formident, statuimus & unosquosque, & singulos tales occultatores, & occultos alienatores predictorum generaliter, & publice commonemus, ut infra duos menses proximos post hujusmodi Constitutionis publicationem ea, que de predictis occultarunt fraudulenter, & detinent occultata, ipsis Prelatis, & Rectoribus eorumdem studeant revelare, & de ipsis occultatis eisdem pro eorum Ecclesiis infra proximum alium mensem sequentem, satisfaciant, ut tenentur, vel super his concordiam faciant amicabilem cum eisdem. Quodque nulla ulterius persona subcelet in fraudem, vel malitiam, vendat, vel alienet aliquid de predictis. In omnes, & singulos homines, & personas, qui predicta observare contempserint, vel etiam facere presumpserint, excommunicationis sententiam proferentes, hanc nostram Constitutionem quater in anno quolibet publicando.

XXI *De executione ultimarum voluntatum decedentium.*

Item cupientes, ut piæ defunctorum voluntates executioni debite demandentur, statuimus, quod omnes fidei Commissarij hactenus deputati usque ad unum mensem proximum, & ulterius deputandi infra duos menses post defunctorum obitum pias defunctorum eorumdem voluntates, & judicia, ad que constituti sunt, vel fuerunt, exequi fideliter juxta posse teneantur. Alioquin ipsos fidei Commissarios, nisi de ipsorum defunctorum voluntate fuerit, ut amplius differatur, & omnes, qui hanc Constitutionem contempserint, vel distulerint per malitiam observare, excommunicationis vinculo innodamus.

XXII *De non fraudando Episcopum jure sue quarte.*

Item monemus pro primo, secundo, & tertio, & peremptorie omnes, & singulos tam Religiosos, quam Seculares Clericos, & quamlibet aliam personam sub excommunicationis pena precipientes eisdem, in quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto, quod nullus eorum monere debeat, vel inducere aliquem testatorem ad aliqua facienda relicta in fraudem, ut Episcopus jure suo fraudetur.

De solvendo quartam legatorum.

Item monemus pro primo, secundo, & tertio, & peremptorie omnes, & singulos Religiosos, & Clericos seculares, & quamlibet aliam personam Civitatis, & Diocesis Pistor., ad quorum, vel cujus manus pervenit, vel pervenerit in futurum, sive solutum fuerit aliquod legatum, sive relictum, de quo nobis quarta debetur, quatenus infra unum mensem nobis, vel alii recipienti pro nobis solvere debeat, in contrafacientes excommunicationis sententiam promulgantes.

XXIII *De revelandis per Notarios testamentis.*

Ad hec etiam statuimus, quod omnes Notarii, qui ultimis decedentium voluntatibus interfuerint, & de ipsorum judiciis publica fecerint documenta, judicia ipsa pia nobis, vel nostro Vicario, seu fidei Commissario, vel personis, ad quas ipsorum prosecutio pertinet, infra mensem proximum post hobitum testatoris, si poterint, vel quam cito eis facultas aderit, revelent, & fideliter manifestent, & competenti salario de ipsis copiam exhibeant publicatam, ut ipsi fidei Commissi, vel ad quos pertinet, predictas pias voluntates, ut tenentur, salubriter exequantur.

XXIV *De falsis testibus.*

Item cum per falsa interdum testimonia veritas occultetur, justum pervertatur judicium, reus absolvatur & innocens condempnetur, omnes testes, qui falsam dederint attestationem, & omnes, qui falsos dederint testes, vel subornaverint, & omnes Judices, qui scienter secundum falsorum depositionem testium judicaverint; & omnes Judices, & Notarios, qui dicta testium ante ipsorum aperturam patefecerint in prejudicium alicujus, excommunicationis vinculo innodamus.

XXV *De debito jam soluto.*

Item omnes homines, & personas, qui de aliquo debito jam soluto scienter ad impugnandum, vel in prejudicium alicujus universitatis, vel persone in fraudem dederint, vel cesserint alicui alii persone, vel receperint actionem; & omnes, qui de soluto debito ad voluntatem debitoris non restituerint instrumenta, & ita cancellari non fecerint, fraudem in ipsis, vel malitiam aliquam committendo, nec non Notarios, qui de talibus cessionibus publicas scienter scripturas perfecerint, excommunicationis vinculo innodamus, quam Constitutionem, & excommunicationem precipimus quater in anno solempniter publicari.

XXVI *De Incendiariis, & raptoribus, de nocte.*

Item omnes Ecclesiarum fractores, & omnes rerum, & bonorum Ecclesiarum raptores, & omnes sacrorum sepulchrorum violatores, & omnes, qui alicui religiose violentiam intulerint impetu voluptatis; & omnes incendiarios, & omnes robbatores stratarum, & omnes fures nocturnos, & omnes agrorum, & vinearum depopulatores occultos, & omnes, qui terrarum terminos in fraudem devulserint, vel mutaverint, excommunicationis vinculo innodamus, quam excommunicationem quater in anno decernimus fore solempniter publicandam.

XXVII *Quod quilibet homo utriusque sexus major XIV. annis semel in anno debeat confiteri.*

Item cum omnis Christianus utriusque sexus annos discretionis habens omnia sua confiteri peccata semel annis singulis teneatur, statuimus, & universos nostros subditos commonemus, ut quilibet homo utriusque sexus major XIV. annis saltem semel in anno omnia sua peccata confiteatur suo proprio Sacerdoti, vel alteri presbitero de superioris vel nostri, vel proprii Sacerdotis quesita, vel obtempta licentia speciali. Et quod de confessione facta, & penitentia sic accepta ab alio Sacerdote unusquisque suo presbitero, vel Prelato proprio fidem faciat relatione, vel nuntio fide digno, vel licteris confessionis; alioquin ab

Eccle-

Ecclesie repellatur ingressu vivens, & moriens Christiana careat sepultura. Ad hec universis Ecclesiarum Prelatis, & Rectoribus curam animarum habentibus districte precipimus, ut hanc nostram Constitutionem, & sequentem primo (1) die lune Quadragesime, die Pascatis Resurrectionis Dominice, die festi O.O. S.S., & die festi Nativitatis Christi coram Populo in Ecclesiis suis diligenter annis singulis studeant publicare.

(1) in margine prime Dominice Quadragesime

XXVIII *Quod aliquis Religiosus, vel Presbiter non recipiant ad confessionem Parrocianum alterius.*

Item volentes animarum obviare periculis, ut quorumdam tam religiosorum privilegiatorum, qui ultra quam in ipsorum privilegiis continetur, & aliorum Sacerdotum, qui mistim, & indifferenter alienos velud suos parochianos ad confessionem suorum peccatorum recipiunt in maximum tam ipsorum, quam eorum, qui taliter recipiunt, periculum animarum, cum tanquam non sui Judices eosdem absolvere nequeant, vel ligare, & illi tales propter ignorantiam juris se reputantes absolutos absolutionem non recipiunt a propriis Sacerdotibus, & sic quodammodo remanent non confessi, & aliquando propter predictorum culpam forsam sine vera penitentia moriuntur dampnabiliter, extirpare abusum monemus pro primo, secundo, & tertio perentorio, inducimus, & ortamur omnes, & singulos tam religiosos super hoc aliqua habentes privilegia, ut amplius quam eorum privilegia se extendant (*Sic*), quam alios religiosos non habentes super hoc privilegia, & alios Sacerdotes in Civitate, & Diocesi permanentes, & permansuros in posterum, sub excommunicationis pena precipientes eisdem, quod scienter contrafacientes incurrere volumus ipso facto, quatenus alterius parrochianum ad confessionem suorum peccatorum non debeant recipere, nisi in casu necessitatis, quando scilicet sine periculo ad proprium non poterit recurrere Sacerdotem, vel nisi de proprii Sacerdotis vel nostri licentia speciali, de qua licentia debeat eis primo constare per nos, sive suum Sacerdotem, vel etiam per edictum illorum, qui se volunt confiteri, dummodo eis verisimiliter credi possit, de qua credulitate eorum conscientiam oneramus. Eodem modo monemus, & sub eadem pena precipimus omnibus, & singulis supradictis, quod nullus eorum ausus sit aliquem absolvere de aliquo crimine, cujus absolutio ad Dominum Papam, vel ad nos de jure pertineret, exceptis casibus eisdem a jure permissis.

XXIX *Quod Clerici, & Conversi portent habitum, & tonsuram.*

Licet Clericos Religiosos, & Conversos congruis attollere favoribus, & eorum immunitates, jura, & privilegia illibata conservare pro viribus intendamus, tamen ipsos suis juribus, & honoribus ita volumus esse contentos, quod immunitatum, & jurium suorum limites observantes jura non impediant, vel occupent aliorum; & qui eorum verbis, & exemplis Laycos debent ad viam vite, & rectitudinis revocare, ipsos in mortis devia non impellant, & ne ex ipsis fomites eorum erroris & discordiarum materiam dicantur Laici invenire. Sane sicut nos tam facti experientia, quam frequens clamor instruxit, quidam Clerici Religiosi, ac Ecclesiarum, & venerabilium locorum Civitatis, & Diocesis Pistoriensi. conversi, nec in vestimentorum forma, nec in modo tonsure, nec in qualitate negotiorum de Ecclesie religione, seu conversione ostenduntur, ad pene subterfuggium se pro Clericis religiosis, seu conversis solummodo exhibentes, & cum super excessibus, quos seculari laxu commictunt, & negotiationibus secularibus, quas exercent, ad publica judicia protrahuntur, circumcisis crinibus, & habitu clericali, seu religioso assumpto, ut possint circumvenire vindictam, se pro religiosis, vel conversis, seu clericis represeniant, fori privilegium labiis allegantes, quod factis negaverunt paulo ante. Verum quia privilegium meretur amictere, qui permissa sibi abutitur potestate, & frustra legis invocat auxilium, qui conmictit in legem. Nos volentes tam predictarum animarum periculis, quam scandalis, & malis exemplis, que exinde occurrunt, & possunt occurrere, auxiliante Domino precavere; omnes Clericos, & religiosos, & conversos Ecclesiarum secularium, vel venerabilium, seu religiosorum locorum Pistoriensis Civitatis, & Diocesis semel, secundo, & tertio perentorio monemus, ut se ipsos debeant

debeant emendare, & fecularibus negotiationibus, & officiis dimiffis omnino veftem, & tonfuram portare debeant congruentes, ita quod in modo tonfure, & veftimentorum qualitate eorum religioni conveniant, & a Laycis difcernantur.

XXX *Quod Plebani, & Priores non audiant aliquas caufas.*

Sufcepti regiminis nos cura follicitat, ut utilitatibus fubjectorum in illis precipue, per quas occurritur animarum periculis, & parcitur laboribus, & expenfis, nove Conftitutionis editione folicite providere curemus. Sane quod cautum reperitur, quod caufe matrimoniales non funt tractande per quoslibet, fet per difcretos Judices, qui poteftatem habeant judicandi, & ftatuta Canonum non ignorent, volentes in predictis animarum providere periculis, & fubditorum noftrorum parcere laboribus, & expenfis, femel, fecundo, & tertio perentorio Piftorienfis Civitatis, & Diocefis Plebanos, Priores, & eorum Vicarios commonemus, ut de caufis aliquibus audiendis, nifi privilegio Apoftolice Sedis, vel ex commiffione ipfius, vel ejus legati, feu legiptima fint prefcriptione muniti, de quibus infra tres menfes nobis, vel perfone ad hec nobis deputande oftendere teneantur, ullo modo non cognofcant, alioquin in omnes, & fingulos monitionis noftre hujufmodi contemptores excommunicationis fententiam promulgamus.

XXXI *De confirmatione Conftitutionum Epifcopi Thome.*

Item approbamus, confirmamus, & renovamus, & etiam noftras facimus omnes infrafcriptas Conftitutiones editas, & promulgatas per b.m. Domnum Thomam olim Dei gratia Epifcopum Piftorienfem predeceftorem noftrum cum additionibus, & correctionibus contentis in eis.

XXXII *De electione, & quod non recipiantur in Canonicos, vel converfos fine licentia Epifcopi.*

Cum propter indifcretam electionem, & receptionem Canonicorum, Clericorum, & Converforum, que paffim, & indiftincte confueverunt fieri per Prelatos, Rectores Ecclefiarum, monafteriorum, & hofpitalium Civitatis, & Diocefis Piftorienfis fcandala non modica, & dampna gravia provenerint hactenus, & proveniant Ecclefiis, monafteriis, & hofpitalibus Civitatis, & Diocefis noftre pro eo, quod multotiens indigni, & prave vite homines, & qui non ut ferviant Deo, fed ut evitent fecularia onera, & inpune perpetrent malefitia, fe procurant recipi in monafteriorum, ecclefiarum, & hofpitalium Canonicos, Clericos, & Converfos; ftatuimus, ut nullus Prelatus, vel Rector ecclefiarum, feu hofpitalium Civitatis, & Diocefis Piftorienfis, deinceps ultra numerum ftatutum, feu confuetum in Ecclefia, cui preeft, fi Ecclefia eft, que numerum habeat Canonicorum, feu Clericorum, & in Ecclefiis, in quibus non eft numerus, & in hofpitalibus aliquem eligant, vel recipiant in Canonicum, Clericum, & Converfum fine noftra licentia fpeciali: Quod fi fecus per aliquem fuerit attenptatum, electio, & receptio hujufmodi nulle fint ipfo jure. Et Prelatus, vel Rector, qui fic electos, vel receptos habuerit per Canonicis, Clericis, vel Converfis, ipfo jure fententiam excommunicationis incurrant. Et nichilominus taliter electi, vel recepti, fi fe gefferint pro Canonicis, Clericis, vel Converfis Ecclefiarum, vel hofpitalium, in quibus fic electi, vel recepti fuerint, ipfo jure excommunicati exiftant.

XXXIII *De Simonia.*

Quamvis ad extirpandam Simoniacam pravitatem multe fint prodite canonice fanctiones, temeritas, & malignorum pravitas exigit, ut ad eradicandam de Civitate, & Diocefi Piftorienfi peftem hujufmodi execrabilem, & Deo odibilem aliquo de novo adinvento remedio occurramus. Quare ftatuimus, ut nulla deinceps ecclefiaftica, fecularifve perfona aliquem, vel aliquam fcienter eligat, poftulet, vel affummat ad aliquam prelaturam, dignitatem, perfonatum, feu ad aliquam ecclefiam cum cura, vel fine cura, feu ad rectoriam alicujus hofpitalis, vel ad aliquod beneficium ecclefiafticum, & quod nullus fcienter confirmet, admictat, recipiat, vel inftituat in hujufmodi prelaturis, dignitatibus, perfonatibus, feu ecclefiis cum cura, vel fine cura, feu rectoriis alicujus hofpitalis, vel benefitiis ecclefiafticis quibufcunque, nec eadem fcienter conferat, feu de eis provideat pecunia, feu aliquibus illicitis pactionibus mediantibus, vel aliquo dato,

feu

ſeu promiſſo. Quod ſi ſecus actum fuerit, hujuſmodi electio, poſtulatio, preſentatio, confirmatio, inveſtitura, inſtitutio, collatio, & proviſio nulle ſint ipſo jure, nec per eas vel earum aliquam titulus acquiratur; in omnes, & ſingulos taliter eligentes, poſtulantes, preſentantes, confirmantes, inveſtientes, inſtituentes, conferentes, & providentes, nec non in illos Clericos, ſeu Laycos, qui mediatores fuerint hujuſmodi ſymoniace pravitatis, ac in illos omnes, & ſingulos, qui electionibus, poſtulationibus, preſentationibus, confirmationibus, inveſtituris, inſtitutionibus, collationibus, & proviſionibus hujuſmodi ſcienter conſenſerint, in hiis ſcriptis excommunicationis ſententiam promulgamus.

XXXIV *Quod nulla perſona inferat violentiam in electionibus, vel preſentationibus faciendis.*

In tantum quorumdam proceſſit ambitio, & nefanda cupiditas, ut beneficia ecclesiaſtica, que puris, & liberis conſenſibus eligentium, poſtulantium, preſentantium, & conferentium debent juſta ſanctiones canonicas obtineri, laycorum potentia, minis, atque terroribus, violentiis, compulſionibus ea nitantur habere, in non modicum animarum ſuarum periculum, & Cleri, & Eccleſiarum ſcandalum, enorme diſpendium, & gravamen. Quare ſtatuimus, quod nulla eccleſiaſtica, ſecularisve perſona Civitatis, vel Dioceſis Piſtor. deinceps Prelatis, Canonicis, Clericis, vel Converſis, ſeu aliarum eccleſiarum, vel locorum venerabilium perſonis, ad quos jus pertinet eligendi, poſtulandi, preſentandi, conferendi, inveſtiendi, inſtituendi, & providendi, violentiam, minas, ſeu terrores inferat, vel eoſdem compellat, ſeu inducat per vim, ſeu potentiam ſecularem ad eligendum, poſtulandum, conferendum, preſentandum, confirmandum, inſtituendum, & providendum prelaturis, dignitatibus, ſeu perſonatibus, eccleſiis, ſeu beneficiis quibuſcunque. Quod ſi ſecus actum fuerit, electiones, poſtulationes, nominationes, preſentationes, confirmationes, inſtitutiones, & proviſiones hujuſmodi nulle ſint ipſo jure nec per eas, vel earum aliquam jus acquiratur, ut illi, quibus tali modo proviſum fuerint prelaturis, dignitatibus, perſonatibus, rectoriis, & aliis beneficiis quibuſcumque, fructus, quos preceperint, ex eiſdem ſuos efficiant, ſet tanquam raptores eos reſtituere teneantur; & nichilominus tam illi, qui violentias, & minas, & terrores hujuſmodi intulerint, & qui talem conpulſionem fecerint, vel fieri procuraverint, & illi, qui per hujuſmodi violentias, minas, & terrores hujuſmodi elegerint, poſtulaverint, nominaverint, preſentaverint, confirmaverint, & inſtituerint, ſeu providerint, niſi forte eſſet coactio abſoluta, ſive metum contineat, qui poſſit cadere in conſtantem, nec non illi, qui hujuſmodi electionibus, poſtulationibus, nominationibus, preſentationibus, confirmationibus, inſtitutionibus, & proviſionibus ſcienter conſenſerint, ſententiam excommunicationis incurrant.

XXXV *Quod nullus illegiptime natus eligatur ad aliquam prelaturam, vel beneficium cum cura.*

Item ſtatuimus, quod nullus illegiltime natus deinceps eligatur, vel preſentetur ad aliquam prelaturam, dignitatem, ſeu perſonatum, rectoriam, vel beneficium cum cura, & quod nulli inlegittime nato conferantur predicta, vel ſibi provideatur de illis. Nec etiam promoveatur ad ſimplex beneficium, vel ordines ſine diſpenſatione legittima. Quod ſi ſecus actum fuerit, hujuſmodi electiones, preſentationes, ſeu collationes nulle ſint ipſo jure, & eligentes, preſentantes, ſeu conferentes illa vice, jus eligendi, preſentandi, ſeu conferendi ipſo jure admictant, & ad ſuperiorem proximum devoluantur.

XXXVI *Quod non incedentes in habitu, & tonſura, & publice ludentes non poſſint eligi.*

Item ſtatuimus, quod nulla eccleſiaſtica, ſecularisve perſona Civitatis, vel Dioceſis Piſtor. Clericos non incedentes per Civitates, & loca inſignia, per plateas, & vicos eorumdem locorum in tonſura, & habitu clericali, vel ſine licentia noſtra frequenter, & publice arma portantes, ſeu ad taxillos publice ludentes, vel tabernas preter neceſſitatem publice frequentantes, & illos, qui ſevis riſſis, & enormibus publice ſe immiſcent, ſcienter eligat, poſtulet, vel preſentet ad aliquam prelaturam, dignitatem, vel perſonatum, rectoriam eccleſie, vel hoſpitalis,

talis, vel ad aliquod beneficium ecclesiasticum, nec de ipsis eisdem provideat, vel ea talibus conferat. Quod si secus fuerit attemptatum, electio, postulatio, provisio, & collactio hujusmodi nullæ sint ipso jure; eligentes, postulantes, conferentes, & providentes hujusmodi scienter per duos menses ab offitio sint suspensi.

XXXVII *De temporibus Ordinationum, & qualitate ordinandorum.*

Magistra rerum efficax experientia manifestat, quanta ex indiscreta Clericorum ordinatione pericula, & scandala ecclesiis, & clero proveniant, cum enim venientibus ad clerum contra preceptum Apostoli indistincte manus imponitur, & ecclesiasticus Ordo confertur, contingit sepe, quod tales assumuntur ad clerum, qui non pura intentione, set ut seva impune perpetrent, & evitent secularia judicia, & honera, que imponuntur laycis, ad ordines promoventur: propter que plurimum scandalicatur ecclesia, & ordini detrahitur clericali. Quare statuimus, ut nullus deinceps in Civitate, vel Diocesi Pistor. alicui conferat primam tonsuram, vel alios ecclesiasticos Ordines, & quod nullus Civitatis, & Dioc. Pistor., vel qui in eisdem perpetuam elegerit mansionem, sibi faciat clericalem tonsuram, vel ecclesiasticos ordines conferri sine nostra licentia speciali, nisi sint Abbates, qui hoc possint facere de jure, vel aliquo privilegio speciali, quibus sit licitum, non obstante Constitutione presenti; Monacos suos tantum tonsorare, & etiam ordinare, prout jura permictunt. Illi etiam hac nostra Constitutione non intelligantur includi, qui in alia Civitate, vel Diocesi beneficiati existunt, vel perpetuam sibi elegerint mansionem; in facientes, & venientes contra hanc nostram Constitutionem in hiis scriptis excommunicationis sententiam promulgamus, & taliter ordinati, ut Clerici minime defendantur.

XXXVIII *De vita, & honestate Clericorum.*

Ille, cui sua displicet conditio (ut canon in quid), domini conturbat doctrinam; hinc est, quod quidam Clerici conversi clericalem tonsuram, & habitum aborrentes contra conditionem suam, & statuta canonum, ut layci incedunt sine habitu, & tonsura, volentes gaudere privilegio clericali, & clericatus, & religionis insignia non deferre. Quare statuimus, ut omnes deinceps Clerici Pistor. Civitatis, & Diocesis, qui defendi volunt, ut Clerici, & uti benefitio clericali, coronam, tonsuram, & habitum sine infulis deferant ordini congruentes. Beneficiati autem Clerici, qui sextum decimum annum exegerint, non existentes in scolis, supertunicalibus, seu guarnacchiis clausis utantur; Prelati autem, & rectores ecclesiarum, nec non Canonici collegiatarum ecclesiarum ultra annum vigesimum constituti, cum per Civitatem, vel alia insignia loca nostri Episcopatus incedunt, portent capam, cottam, vel mantellum, vel saltem guarnacchiam clausam, vel tabarrum caputeum ad collum, & birrettum in capite, nisi sint forenses, quibus liceat, cum ad Civitatem, & per Civitatem accesserint, vel ad alia insignia loca, in decentibus tabarris, seu mantellis incedere, ita tamen quod si Prelati diocesani forenses ultra unam diem in Civitate Pistor., vel in Prato moram traxerint, portent capam, cottam, vel mantellum apertum post collum connexum, vel saltem guarnacciam clausam, vel tabarrum caputeum ad collum, & birrettum in capite. Hospitalarij autem, & conversi monasteriorum regularium, ecclesiarum, & hospitalium tonsuram portent, signum, & habitum eorum religioni decentem. Secularium vero ecclesiarum conversi tonsorati sine corona incedant, ita quod in tonsura a laycis discernantur; Clericos autem, qui extra clericalem habitum, & tonsuram, & conversos, qui extra pretaxatum habitum fuerint deprehensi, tanquam personas ecclesiasticas in civilibus causis defendi nolumus.

XXXIX *De non tenenda Taberna.*

Item statuimus, ut nullus Clericus, vel persona ecclesiastica teneat, vel teneri faciat tabernam, seu canovam ad panem, vel vinum vendendum, nec vendat, seu vendi faciat panem, vel vinum minutatim; in omnes, & singulos contrafacientes excomunicationis sententiam promulgamus in hijs scriptis hac nostra Constitutione presenti, contra quos alias etiam procedetur, prout justitia suadebit.

XL

XL *Quod detur securitas de non offendendo.*

Item ordinamus, & statuimus, quod si Clerici, vel ecclesiastice persone inter se, vel cum laycis inimicitias habuerint, & Clericus, seu ecclesiastica persona, vel laycus petit a clerico, vel persona ecclesiastica securitatem de non offendendo, ille, a quo petitur hujusmodi securitas, prestare eandem modis omnibus teneatur infra tres dies, postquam sibi fuerit demandatum; que securitas si petatur a clerico, vel ecclesiastica persona, ille, a quo petitur, eam prestet arbitrio Presidentis. Si autem a layco, vel seculari persona petatur, prestet eam clericus, vel ecclesiastica persona secundum modum, & formam, qua prestatur inter laycos coram potestate, vel judice seculari, dummodo laycus caveat de non offendendo clericum, vel ecclesiasticam personam hujusmodi modo predicto coram potestate, vel judice seculari, vel etiam coram nobis, si ille, a quo petitur hujusmodi securitas, hoc magis acceptet; illo autem casu, quando inter ecclesiasticas personas hujusmodi securitas peteretur, si clericus, vel persona ecclesiastica eamdem prestare contempserit, pena pecuniaria, & excomunicationis, & suspensionis compellatur prestare eamdem. Si vero a layco petatur hujusmodi securitas, & clericus, vel persona ecclesiastica eamdem non prestiterit infra terminum pretaxatum, ad hoc penis consimilibus conpellatur; & nichilominus si potestas taliter renitentem ad prestandum securitatem compulerit, eumdem nolumus tanquam personam ecclesiasticam defensari.

XLI *De concubina non tenenda.*

Item statuimus, quod nullus clericus, vel persona ecclesiastica publice in domo, vel alibi teneat concubinam, seu fornicariam, vel aliam mulierem suspectam; quod si contra fecerint, preter penas alias contra eosdem per canones, & statuta legatorum inflictas eisdem, ipsos excomunicationis sententia innodamus in hijs scriptis, hac Constitutione presenti; contra quos etiam procedetur ad executionem aliarum penarum eisdem inflictarum per Constitutiones, & statuta predicta, & maxime per statuta venerabilis patris domini Latini Ostiensis Episcopi, que condidit contra publicos concubinarios, cum in partibus tuscie legationis officio fungeretur. Monemus insuper, & mandamus in virtute obedientie omnibus ecclesiarum prelatis nostre Civitatis, & Diocesis, ut subditos suos, qui deinceps concubinas, seu fornicarias, vel suspectas mulieres publice tenuerint, nobis denuntient, & quod idem faciant subditi de Prelatis, qui in hoc fuerint delinquentes; quod si negligentes fuerint in denuntiando predicta, eosdem puniemus, prout justitia suadebit.

XLII *De non comedendo in Tabernis, & aliis locis infrascriptis, & de non ludendo ad zardum, vel alium ludum taxillorum publice.*

Item statuimus, quod nullus Clericus, hospitalarius, vel conversus Pistoriensis Civitatis, vel Diocesis comedat, vel bibat in tabernis, seu canovis, vel ante ipsas, seu in alio loco, ubi comuniter commestibilia venduntur, nisi sint itinerantes, vel transeuntes de terra ad terram, quibus cum expedierit, liceat comedere, & bibere in locis predictis, & quod nullus clericus, hospitalarius, seu conversus ludat ad zardum, seu publice ad ludum alium taxillorum; in omnes, & singulos contrafacientes in hijs scriptis excomunicationis sententiam promulgamus; ad aliam penam nichilominus processuri, prout meruerit facti qualitas, & condictio delinquentium personarum; in virtute autem obedientie precipimus, ut persone ecclesiastice, que viderint taliter delinquentes, eosdem nobis infra 8. dies studeant intimare.

XLIII *De armis non portandis.*

Cum armorum usus Clericis, vel personis ecclesiasticis sit a sacris canonibus interdictus, exigit perversorum malitia, qui contra sacros canones arma portant, unde scandala plurima clero proveniunt, aliquod super hoc speciale remedium invenire. Quare statuimus, & monemus, ut nulla ecclesiastica persona in Civitate vel Diocesi Pistoriensi sine nostra speciali licentia arma portet. Si qua autem ecclesiastica persona nostre Civitatis, vel Diocesis post hanc nostram monitionem arma portaverit, ipsa arma, que portaverit, amictat; & nichilominus

 punia-

puniatur, prout layci arma portantes puniuntur in loco, in quo hujusmodi arma portaverint, in foro civili per potestatem, vel judicem secularem.

XXXXIV *De Clericis non defendendis, qui in sevis sceleribus fuerint deprehensi.*

Hac nostra presenti Constitutione (1) decernimus, quod si Clerici, qui sevis, & enormibus sceleribus se immiscent publice, in hujusmodi actu facinoris fuerint deprehensi, quin teneantur, & puniantur pena pecuniaria per potestates seculares, minime defendantur, dummodo penam eamdem nobis solvi faciant, alias condempnationem executioni demandare non possint.

XLV *De restitutione spoliatorum.*

Decernimus, ut nulla ecclesiastica persona, vel secularis persona Pistoriensis Civitatis, & Diocesis violenter ecclesias, monasteria, hospitalia, seu beneficia ecclesiastica, vel alia loca religiosa, aut ecclesiastica, vel possessiones ecclesiasticas, seu jura, & bona mobilia a valore viginti soldorum supra occupet, vel invadat. Si enim aliqua ecclesiastica secularisve persona hoc attemptare presumpserit, hac presenti Constitutione ipso jure excomunicatus existat, quod si forte, postquam denuntiati fuerint excomunicati hujusmodi occupatores & invasores cujuscunque condictionis, vel status existant, ecclesias, monasteria, hospitalia, vel beneficia, ac possessiones, invasa jura, ac bona mobilia a viginti solidis supra non dimiserint, & ipsa cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, non restituerint, permittimus secularibus potestatibus, quod ad predicta dimictenda, vel restituenda eosdem compellant, & alias invasores, & occupatores hujusmodi preter penam sanguinis puniant, prout viderint expedire hujusmodi autem invasores, & occupatores ecclesiarum, beneficiorum, & aliorum venerabilium locorum, nec non possessionum ipsorum ipso jure benefitiis, si qua obptinent, hac nostra Constitutione privati existant, & si persone fuerint ecclesiastice, inelegibiles fiant, nec ad aliquod benefitium ecclesiasticum cujuscunque condictionis existat, possint eligi, vel assummi sine Sedis Apostolice, vel nostra speciali dispensatione.

(1) Hac in margine leguntur. *Anno Nativitatis Domini* 1346. *Ind.* 15. *die* 22. *octub:* cassata, & cancellata fuit *dicta constitutio* incipiens: Hac nostra presenti constitutione decernimus *&c. que legitur de Clericis non defendendis, qui in sevis sceleribus fuerint deprehensi per venerabilem in Christo Patrem Dominum Barontum Episcopum Pist. in generali adunatione clegi Pist: diecesis*

XLVI *De rebus Ecclesie non alienandis.*

Presenti Constitutione statuimus, ut nulla persona ecclesiastica Pistoriensis Civitatis, vel Diocesis possessiones, vel res immobiles, ac jura monasteriorum, hospitalium, & aliorum locorum venerabilium, seu thesaurum, libros, vel paramenta quocunque titulo distrahat, alienet, vel pignori obliget sine nostra licentia speciali; quod si contra factum fuerit, hujusmodi distractiones, alienationes, vel pignorum obligationes nulle sint ipso jure; nec per eas emptoribus, vel creditoribus jus aliquod acquiratur, & nichilominus distrahentes, alienantes, vel pignora obligantes ipso jure hac presenti Constitutione offitio, & beneficio sint suspensi, quousque per nos suspensionem hujusmodi contingerit relaxari, quod si sic suspensi administrationi beneficiorum, & divinis se immiscuerint irregularitatem incurrant, a qua non nisi per Sedem Apostolicam poterunt liberari.

XLVII *De adulteriis.*

Cum matrimonium domino fuerit institutum ea lege, ut illi, quos ipse in conjugio iungit, ab invicem temeritate propria minime separentur, quidam in coniugio positi Deum non timentes in animarum suarum periculum, & in fame sue dispendium propria temeritate legittimas dimictunt uxores, & alias fornicarias, immo potius adulteras superinducere non verentur. Quidam etiam non habentes uxores, mulieres in matrimonio constitutas tenent in domibus propriis, vel alibi adulterantes cum ipsis, eademque dampnatione multe mulieres inique in matrimonio posite, dimissis viris propriis, aliis aderent publice, cum eisdem nefandum adulterium commictendo. Quare presenti Constitutione statuimus, ut nullus deinceps in Civitate, vel Diocesi Pistoriensi coniugatus dimissa uxore propria alterius superinducat, vel teneat in domo sua, vel alibi uxorem, seu aliam mulierem, nec solutus uxorem alterius cum eisdem adulterium commictendo. Similiter nec mulier in coniugio posita, vivente viro proprio, alteri viro adhereat publice, adulterando cum ipso, nec mulieres solute cum viris in matrimonio constitutis publice morentur, vel maneant in domo, vel alibi adulte-

rando

rando cum ipfis . Monemus autem omnes, & fingulos tam viros, quam mulieres hujufmodi, ut hec deinceps non perpetrent, & ab huiufmodi nefando, & execrabili delicto dexiftant, & quod viri huiufmodi mulieres dimictant, & quod mulieres ab huiufmodi viris difcedant infra 15. dies, poftquam hec Conftitutio in ecclefiis, in quibus degunt, fuerit publicata; in omnes, & fingulos contra facientes, & noftris monitis in hoc non parentes in hijs fcriptis excomunicationis fententiam promulgamus.

XLVIII *Quod Officiales layci non impediant litigantes Clericos in Curia Epifcopali.*

In tantum quorumdam laycorum contra Deum proceffit temeritas, ut non folum ea, que divini juris funt, ufurpare nitantur, fet etiam quod nefandiffimum eft, Epifcopale offitium, ac jurifdictionem ecclefiafticam contra legales, & canonicas fanctiones impediant, & perturbent, nitentes fuis conatibus illos, qui in caufis ad ecclefiafticum forum fpectantibus trahunt aliquos coram nobis, perturbare modis illicitis publice, & occulte, ut ab hujufmodi caufis, ad quas coram nobis reos citari faciunt, defiftant capiendo, & detinendo, & aliis gravibus injuriis laceffendo propinquos, confanguineos, affines, & familiares eorum, qui hujufmodi modis trahuntur in caufam coram nobis. Quare prefenti Conftitutione ftatuimus, ut deinceps Poteftates, Capitanei, Rectores, vel Confules, Anziani, Confiliarii, feu alii Officiales quocunque nomine cenfeantur; Comunitates, vel Univerfitates quecunque, feu quevis alia perfona noftre Civitatis, & Diocefis impediant, vel perturbent clericos, feu laycos litigantes, feu litigare volentes coram nobis, Vicariis, Officialibus, vel Commiffariis noftris in caufis, quarum cognitio ad nos fpectat, nec propter hoc moleftiam, vel violentiam, feu aliquod gravamen, vel dampnum in perfonis, vel rebus inferantur, vel inferri faciant publice vel occulte, directe vel indirecte ipfis vel eorum propinquis, familiaribus, confanguineis, vel affinibus, aut aliis quibufcumque, in Poteftates, Capitaneos, Rectores, vel Confules, Anzianos, & Confiliarios, & alios Officiales quocunque nomine cenfeantur, & in alias perfonas contra hujufmodi Conftitutionem facientes per hanc noftram Conftitutionem in hiis fcriptis excomunicationis fententiam promulgamus; Univerfitates autem, & Comunitates, que contra hanc noftram Conftitutionem fecerint, & terras earum fupponentes ecclefiaftico interdicto.

XLIX *De non imponendis collectis perfonis ecclefiafticis.*

Nonnulli layci, & feculares perfone contra Conftitutiones canonicas, & legittimas fanctiones, que divini juris funt, ufurpare nituntur, & clericos, ecclefias, & perfonas ecclefiafticas modis pluribus illicitis aggravare, quibus expedit ex officio nobis iniuncto, viis, & modis omnibus, quibus poffumus, obviare. Ideoque prefenti Conftitutione ftatuimus, quod nulla deinceps Poteftas, Capitaneus, vel Rector, feu Confules, nec aliqua Univerfitas, Confilium, Offitiales, feu quevis alia fecularis perfona Piftorienfis Civitatis, vel Diocefis ecclefias, feu alia loca venerabilia, Prelatos, vel Rectores ipfarum, feu Clericos talliis, collectis, datiis, exactionibus, preftantiis, feu quibufcunque aliis extorfionibus quocunque nomine cenfeantur, gravare, vel eadem imponere, vel imponi facere, vel auferre ab eis, vel ab aliis occafione predicta, feu recipere quoquo modo prefumant. Si autem contra hoc ftatutum Poteftates, Capitanei, Rectores, Confules, Confiliarii, & alii Offitiales quicunque, feu quevis alia perfona fecularis aliquid attemptare prefumpferit, excomunicationis fententiam hac prefenti Conftitutione incurrant. Terram autem, in qua talia fuerint attemptata, per hanc noftram Conftitutionem ecclefiaftico fupponimus interdicto; in Prelatos, & Clericos, & alias religiofas, & perfonas ecclefiafticas folventes predicta fine noftra licentia fpeciali in hiis fcriptis excomunicationis fententiam promulgamus.

L *De Inftrumentis fictitiis.*

Item monemus femel, fecundo, & tertio peremptorio omnes, & fingulos clericos, ac perfonas ecclefiafticas Civitatis, & Diocefis Piftorienfis, quod nullus eorum fictitie, & in fraudem juris comunis Civitatis Piftorienfis, vel aliarum Comunitatum Diocefis Piftorienfis, feu alicujus fingularis perfone, & non ea intentione, ut fua remaneant, emat aliquas poffeffiones, domos, res, vel bona

 que-

quecunque, jura, nomina, vel actiones, seu titulo donationis, cessionis, transactionis, vel aliquo alio titulo recipiat; & quod si eo absente, & ignorante hujusmodi venditiones, donationes, cessiones, seu alienationes quecunque eisdem fierent, vel alteri persone pro eis, quod intra 8. dies, postquam de eisdem ad eos pervenerit, easdem renuntient, & ea non acceptent per publicum instrumentum, & de hujusmodi renuntiatione, & non acceptatione, quam citius commode poterunt, certificent nos, & illos, si commode poterunt inveniri, in quorum preiudicium facte fuissent. In omnes autem, & singulos contrafacientes sententiam excomunicationis promulgamus in hijs scriptis, & contra eos alias procedemus nichilominus, prout nobis videbitur expedire.

LI Item monemus semel, secundo, & tertio perentorio omnes, & singulos clericos, & personas ecclesiasticas Pistoriensis Civitatis, & Diocesis, que actenus a sex annis citra recepissent, vel habuissent, vel haberent fictitie, & in fraudem juris alicujus hujusmodi emptiones, donationes, vel cessiones, aut alios contractus quocunque nomine censeantur, nisi concordia facta fuerit de bonis, & rebus contentis in eis, quod infra mensem a die, qua eis innotuerit de presenti sententia, his contractibus quocumque nomine censeantur, omnino renuntient per publicum instrumentum, & eisdem contractibus, & juribus in eis contentis aliquatinus non utantur, vel quod illis personis, que transtulissent in eas, quocunque titulo, jura, vel bona sua, restituant, seu revendant ipsa bona, & omnia jura, nomina, & actiones sibi qualitercunque competentia in eisdem; in omnes autem, & singulos non facientes predicta infra terminum pretaxatum, in hiis scriptis excomunicationis sententiam promulgamus; contra eos ad alias penas nichilominus processuri, prout videbimus expedire.

LII *De officiis divinis non celebrandis, & de campanis non pulsaldis* (sic) *tempore generalis interdicti.*

Sepe contingit, quod quedam persone ecclesiastice, que nomen Domini in vanum assumere non verentur, qui sua querunt potius, quam que Christi occasione alicujus emolumenti, & commodi temporalis tempore generalis interdicti, vel alicujus terre specialis, contra interdictum positum, & contra canonicas sanctiones divina publice offitia celebrare, & conferre ecclesiastica sacramenta, que a sacris canonibus vi hujusmodi interdicti prohibentur conferri, nec non campanas pulsare, & ire pro corporibus mortuorum, ac ea deferre, seu deferri facere ad ecclesiam, & ecclesiasticam sepulturam, ac sepulturis interesse non formidant contra canonicas sanctiones. Idcirco nos ex permissione Divina Pistoriensis Episcopus volentes hujusmodi morbo congruam adhibere medelam, statuimus, & ordinamus, quod nulla persona ecclesiastica, cujuscunque dignitatis, status, aut conditionis existat, tempore generalis, aut specialis interdicti positi vel ponendi in Civitate vel Diocesi Pistoriensi, seu in aliqua speciali terra ejusdem Episcopatus contra interdicta canonum in locis interdictis in Civitate, vel Diocesi predicta faciat, vel aliquid predictorum; in omnes vero, & singulos contra facientes preter penam irregularitatis a canonibus institutam, quam ipso facto incurrunt talia facientes, per hanc nostram Constitutionem excomunicationis sententiam promulgamus; clerici vero beneficiati, si predicta fecerint, vel aliquid predictorum, preter penas predictas privationem benefitiorum, que obtinent, poterunt formidare.

LIII *Contra Officiales seculares inferentes injurias clericis, vel ecclesiis, vel consanguineis clericorum occasione processuum.*

Item statuimus, & ordinamus, quod nullus potestas, Capitaneus, aut Rectores, Consules, Anziani, Consiliarii, seu alii Officiales, quocunque nomine censeantur, vel aliqua Communitas Civitatis, vel Diocesis Pistoriensis, occasione aliquorum processuum, monitionum, sententiarum excomunicationis, vel interdicti a jure, seu nostris Constitutionibus, vel per nos, vel per quoscunque alios de mandato nostro factorum, seu faciendorum, vel latarum, seu ferendarum in posterum aliquam injuriam faciant, molestiam inferant, vel gravamen per se, vel per alium, seu consentiant, quod per alios inferatur contra ecclesias, aut loca venerabilia, seu contra quascumque personas ecclesiasticas, vel seculares, eorum consan-

consanguineos, vel amicos, vel tenentes aliquas possessiones ab eis directe, vel indirecte in personis vel rebus ipsarum. Si qui autem contra fecerint, & de predictis infra octo dies a die injurie, vel illati gravaminis non satisfecerint, & ea non revocaverint, & emendaverint, preter penam excomunicationis, quam taliter facientes ipso facto a jure incurrunt, hac nostra Constitutione sint excomunicationis vinculo innodati, terras etiam, in qua talia fient, cum suburgiis, & ecclesiis sitis in eorum districtu infra unum milliare per hanc nostram Constitutionem ecclesiastico supponimus interdicto.

LIV *De observando has Constitutiones, & de copia ipsarum habenda.*

Item sic ut premictitur, per omnia statuentes in universos tam clericos, & personas ecclesiasticas, quam laycos nobis subditos hac ultima generali Constitutione semel, secundo, & tertio perentorio commonemus, & eisdem, & cuique ipsorum districte precipimus, ut Deum habentes pre oculis predictas Constitutiones, & que in eis continentur observanda observent, agenda peragant, publicanda publicent, recitanda recitent, & contra prohibita non excedant. Si salutem, honestatem, & quietem suam diligunt, & penam imponendam incurrere pertimescunt, & ut nulli per ignorantiam se valeant excusare, precipimus universis, & singulis ecclesiarum prelatis, plebanis, & omnibus ecclesiarum curam habentibus animarum rectoribus, plebibus non subiectis Civitatis, & Diocesis Pistoriensis sub excomunicationis pena districte, ut unusquisque ipsorum easdem Constitutiones infra duos menses proximos post publicationem earum de manibus Notarii nostri recipiant exemplatas, & ter in anno coram suis capitulo, & cappellanis eas omnes & illas publicandas & que de laycis locuntur, ut continetur in eis, coram populo suo publice legere, & vulgariter exponere non omictant; & omnes alias Constitutiones, epistolas veteres tam per bone memorie D. Thomam & alios predecessores nostros olim Episcopos Pistorienses usque ad hec tempora editas de predictorum nostrorum fratrum capituli consilio cassamus, & omnimode revocamus.

LV *De publicatione harum Constitutionum.*

Lecte, & publicate fuerunt dicte Constitutiones per me Berlingherium Arrighecti Notarium infrascrittum, & Scribam publicum Curie Episcopalis Pistoriensis dicti Domini Episcopi de mandato dicti Domini Episcopi, & condite, facte, & promulgate per dictum venerabilem patrem Dominum Episcopum suprascriptum in dicta Synodo celebrata in dicta majori ecclesia Pistoriensi de voluntate & consensu dicti sui Capituli, & coram Domino Ranuccio de Perusio Vicario, Ser Gentile de Camerata cappellano ipsius Domini Episcopi, Ser Vanne Bonvassalli, & multis aliis testibus vocatis sub anno, indictione, & die suprascriptis.

Ego Berlengherius condam Arrighecti de Pistorio imperiali auctoritate Iudex ordinarius, & Notarius, & nunc Curie Episcopalis Pistoriensis dicti Domini Episcopi publicus Scriba lectioni, publicationi, & promulgationi dictarum Constitutionum interfui, & ipsas Constitutiones de mandato dicti Domini Episcopi S.S., legi, & publicavi, & in publicam formam redegi meo signo, & nomine publicando.

I I I.

Synhodus Ermanni Pistoriensis Episcopi anno 1313., *ex Archivo Capituli.*

IN Christi nomine Amen. Congregatis venerabili Patre Domino Ermanno Dei gratia Pistoriensi Episcopo, & Domino Iacobo de Spello eius Vicario, & Dominis Dominis Orlandetto, Infrangipane, & Francisco Masij Canonicis majoris Pistoriens. ecclesie, in quibus dixerunt Capitulum ipsius ecclesie residere, ac Clero, & Universitate Cleri Civitatis, & Diocesis Pist., videlicet Prelatis, Rectoribus, & Clericis infrascriptis ad Synodum, videlicet dicto Clero, & Universitate Cleri de mandato dicti D. Iacobi Vicarii supradicti requisitionibus......

&

& sono campane, ut moris est in dicta majori Pistoriensi Ecclesia ad infrascripta tractanda, deliberanda, statuenda, & colliganda, propositum fuit coram dictis Rectoribus, & ecclesiasticis dicti Cleri, & ipso Clero ibidem congregatis, & inter ipsos per Dominum Infrangipanem Canonicum stantem in presentia dicti D. Episcopi, & de ipsius consensu, & mandato. Si placet eis pro relevandis oneribus, & gravaminibus expensarum, exactionum, donorum, seu provisionum, que, quas ob multas, & diversas causas hactinus dictum Clerum subire opportuit, & in posterum subire verisimiliter dubitatur, & maxime, & specialiter circa quantitatem moderati auxilij, seu sacre per eos futuris Episcopis Pistoriensibus prestandi, seu prestande justa suarum Ecclesiarum, & . . . . . facultatum, & circa provisiones, & dona, seu quascunque alias solutiones, vel expensas, quocunque nomine censeantur, faciendas per ipsum Clerum ipsis futuris Episcopis Pistoriens. Ecclesie de consensu, & voluntate dicti D. Episcopi, & dictorum duorum Canonicorum tanquam Capituli, eorumque Domini Episcopi, & Capituli auctoritate per eumdem Clerum aliqua provideantur, & statuantur, debite demandentur super predictis, & circa predicta, & quia ut predicta faciliori exitu firmentur, cum sepe in paucos residere soleat spiritus consilii sanioris, dictus Dominus Episcopus plenam licentiam, & liberam facultatem habeat nominandi, eligendi, & assumendi usque in duodecim Clericos, quos ipse voluerit, qui vice, & nomine dicti D. Episcopi, & omnium, & singulorum de dicto Clero tractent, ordinent, & deliberent, & statuant quidquid super predictis, & quolibet predictorum pro utilitate, & commodo dicti Cleri, & relaxationem gravaminum, & expensarum, & onerum Clericorum, & Ecclesiarum dictarum Civitatis, & Diocesis tractandum, ordinandum, & statuendum videbitur ipsis Clericis per dictum D. Episcopum sic electis generaliter consulatur. Presbyter Albertus rector hospitalis Misericordie Pistoriensis surgens consuluit fieri, & observari debere, & executioni mandari in omnibus, & per omnia, ut in dicta proposita plenius, & ad singula continetur. Facta itaque super predictis pro parte dicti D. Infrangipanis de voluntate, & consensu dicti D. Episcopi ad sedendum, & levandum petitione placuit omnibus, nemine discordante, quod fiat, & observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia ut in dicta proposita continetur. Qui Dominus Episcopus sequens reformationem predictam elegit ad predicta tractanda, deliberanda, & statuenda secundum formam dicte reformationis subscriptos Prelatos, Rectores, & Clericos de ipso Clero, videlicet D. Infrangipanem Canonicum Pistoriensem; D. Iacobum Rectorem hospitalis Prati Episcopi; Dominum Guiduccium Plebanum Plebis de Montecuccoli; Dominum Guidalostum Plebanum Plebis de Ajolo; Dominum Lanfrancum Priorem Ecclesie S. Mariae de Alliana; Presbiterum Albertum Rectorem hospitalis Misericordie; Dominum Ioannem Plebanum Plebis de Limite; Petrum Rusticum Rectorem Ecclesie Sancti Srephani de Capraria; Petrum Tuccium Rectorem Ecclesie de Brancanis, & Petrum Guidonem Rectorem Ecclesie de Sietta ibidem presentes & acceptantes; qui Prelati, & Clerici sic electi de consensu dicti D. Episcopi secedentes in partem, & per aliquod temporis spatium in continenti dicta die, & super predictis omnibus, & singulis diversos tractatus, atque collationes habentes, redeuntes ad dictum D. Episcopum, & Clerum in dicta Ecclesia congregatum dixerunt, & asseruerunt, se ad honorem & reverentiam dicti D. Episcopi, & pro utilitate & commodo, ac pacifico statu dicti Cleri, & pro relevatione gravaminum ipsorum Clericorum, & Ecclesiarum, & hospitalium dictae Civitatis, & Diocesis tractasse, deliberasse, & ordinasse, quod de auctoritate & consensu dicti D. Episcopi per dictum Clerum, & Clericos infrascriptos ordinentur, & statuantur in presenti Synodo, quod moderatum auxilium, seu donum consuetum . . . . consecrationis per dictum Clerum Pistoriensem dandum futuris novis Episcopis Pistoriensibus non excedat summam mille ducentarum librarum denariorum parvorum Florentinorum, cum ad majorem quantitatem dicti Cleri, & Ecclesiarum, atque ecclesiasticorum locorum de dicta Civitate, & Diocesi Pistoriensi non suppetant facultates, potissime propter eminens guerrarum periculum, quod longissimis retroactis temporibus

poribus dicti Clerus, & Clerici, & Ecclesie subierunt, propter quod ipse Ecclesie, & earum bona sunt prorsus, & quodammodo irreparabiliter desolata, & quod ultra predictam summam pretextu doni, seu mutui, vel alio quaesito colore dictis futuris Episcopis dari non debeat per ipsum Clerum; & quod ad predicta omnia, & singula teneantur tam presentes, quam futuri Prelati, Rectores, & Clerici Ecclesiarum, & aliorum locorum miserabilium, & Ecclesiasticorum Rectores Civitatis, & Diocesis Pistoriensis vinculo juramenti, & omnia alia, & singula circa predicta, & quodlibet predictorum fiant, & fieri debeant, prout ad majorem firmitatem, & corroborationem omnium predictorum, & omnium aliorum, & singulorum dependentium, & connessorum quomodolibet a predictis, dicto Clero de auctoritate dicti Domini Episcopi, & dicti Capituli videbitur convenire. Quorum quidem electorum deliberatione lecta, & diligenter audita; considerantes dictus Dominus Episcopus, & dictus Clerus, ac omnes, & singuli Prelati, Rectores, & Clerici, quorum nomina inferius describuntur, quod futuri Episcopi Pistorienses cum primo accedunt ad Pistoriensem Ecclesiam pro munere consecrationis, seu confirmationis, & aliis expensis, quas in Romanam curiam fecisse se dicunt ab eis veluti a subditis suis auxilium & subsidium postulant, sicut debent, & quod licet dictus Clerus ad illud moderatum dumtaxat prestandum de jure teneatur, & teneri velint, & ad illud sint Prelati, Rectores, & Clerici dicti Cleri, se humiliter exhibere paratos: iidem tamen Episcopi, sicuti experientia docuit in pluribus Episcopatibus, sibi concessis finibus non contenti quinque in persona propria, quinque per submissas ab eis notabiles & potentes personas adeo fragilium Clericorum corda subducunt, ut quoties subsidii hujusmodi faciendi casus occurrit, & tractatus habetur, nullus apparet in eodem Clero, qui dictis majorum audeat obviare, plus timens in his majestatem terrenam offendere, quam æternam, sicque ex tali periculoso silentio animarum saluti detrahitur; & Ecclesiæ gravantur indebite, & ex hoc non modicum scandalum generatur; ac volentes dicti Prelati, Rectores, & Clerici, & totus ipse Clerus de auctoritate & consensu dicti D. Episcopi, & Capituli super premissis diligenter intendere, consideratis diligenter Episcopatus Pistoriensis, nec non Ecclesiarum, & hospitalium, Prelatorum, Rectorum, & Clericorum Civitatis, & Diocesis Pistoriensis, qui ad onus hujusmodi de jure tenentur, facultatibus universis, & guerrarum periculis, & desolationum dudum in dictis Civitate, & Diocesi habitis; expensis quoque tam illis quas Episcopi Pistorienses, & Clerus secundum taxationem de ipsorum Episcopatu factam Rom. Curie, seu ipsius legatis, quam nuntiis, & cursoribus exibere coguntur, quam aliis, quæ ex variis conjecturis, & rerum experiencia possunt faciliter extimari, prudenter attentis, & futuris damnosis eventibus evitandis, intendens, & ipse Clerus de consensu dicti D. Episcopi salubriter his providere, habita super his omnibus, & singulis diligenti tractatu, & deliberatione solempni, quia manifeste cognoverunt, quod si circa predicta adhibeatur remedium, avaritie in hoc vitium extinguitur, ambitionis elatio enervatur, & materia scandali inter Clerum, & Episcopos tollitur, concordia solidatur, & nutritur, & inter alia maxime Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum ecclesiasticorum locorum dictarum Civitatis, & Diocesis evidens ac debita utilitas promovetur, & indemnitas procuratur, ac etiam inopie subvenitur, ad que principaliter intendunt dicti D. Prelati, & Clerici, & Clerus, ante dicti ipsi Prelati, Rectores, & Clerici, & Clerus de voluntate dicti D. Episcopi ibidem presentis, & consentientis omnibus, & singulis infrascriptis, & ipsius assensu, & auctoritate ordinaverunt, firmaverunt, decreverunt, & statuerunt, & taxaverunt in ipsa Sinodo concorditer, quod mille dugente libre denariorum Florentinorum parvorum sint, & dici valeant moderatum auxilium occasione consecrationis, & expensarum fiendarum in curia pro ipsa per Episcopos Pistorienses, ad quod solum prestandum imposterum dicti Clerus, Prelati, Rectores, & Clerici Civitatis, & Diocesis Pistoriensis suis Episcopis, quando primo de Curia ad Ecclesiam Pistoriensem venerint, teneri tantummodo voluerunt, & si ultra summam predictam cum multa deliberatione taxatam, & etiam declaratam aliquid forsitan peteretur per eos, vel exigeretur ab eis, indemnitati Ecclesiarum,

rum, Monasteriorum, & locorum predictorum providere volentes colligaverunt se ad invicem de consensu, voluntate, & auctoritate dicti D. Episcopi ibidem presentis petitioni, & exactioni hujusmodi nullo modo consensuros, nisi superioris Episcopi Pistoriens. auctoritas illud fieri permitteret, & mandaret, vel nisi Ecclesiarum dictorum Cleri, Prelatorum, Rectorum, & Clericorum ipsius Cleri in tantum excrescerent facultates, quod majorem summam possent sine gravi Ecclesiarum suarum dispendio sustinere. Volentes etiam, quod nullus Prelatus, Rector, vel Clericus ipsius Cleri cujuscunque status, & conditionis existat, contra presentem taxationem, ordinationem, constitutionem, & colligationem hujusmodi, & ea, que continentur in eis, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, per se, vel alium, seu alios, seu ab alio quocunque commisso, in Synodo, vel extra, verbo, vel signo dicere, vel proponere, vel aliquid alicui suadere presumant; volentes insuper dicti Prelati, Rectores, & Clerici infrascritti, & ipse Clerus de auctoritate, & consensu dicti vere Patris Episcopi scripti ibidem presentis, quod omnes Prelati, & Ecclesiarum, & aliorum locorum Rectores, & Canonici, aliorumque piorum locorum gubernatores, & administratores Civitatis, & Diocesis Pistoriensis de observandis statutis, ordinamentis, & colligationibus hujusmodi prestent corporaliter juramentum, & ne eorum memoria a posteris deleatur, voluerunt, & ordinaverunt, quod in qualibet Collegiata Ecclesia, & in qualibet alia Ecclesia, que per Rectorem simpliciter gubernatur, & in quolibet hospitali sive secularis, sive regularis, existat hoc ordinamentum inter alias Constitutiones Ecclesiarum, & etiam Episcopales scribatur, & etiam inseratur, ut cum Prelati, seu Rectores earum, sive Canonici, qui futuri fuerint, ad easdem Ecclesias, & hospitalia venerint confirmati, una cum aliis Constitutionibus jurare cogantur, & ita ista a Cappellanis quoque Plebium, qui post electionem, vel postulationem de ipsis factam in Ecclesiis, ad quas ii, qui eliguntur, vel postulantur, consueverunt institui, vel eorum postulationes admitti; Plebani post institutionem factam de illis, ante quam bonorum possessionem corporalem tradant, petant, & exigant de observandis presentibus ordinationibus juramentum. Et quod omnes, & singuli Prelati sub se Cappellas, vel alia beneficia habentes infra mensem a notitia presentis Constitutionis prestari sibi faciant a suis subditis de his ordinationibus osservandis corporaliter juramentum. Item Reverendi Viri Domini Orlandettus, Infrangipane, & Franciscus Masii scripti Canonici majoris Ecclesie Pistoriensis, ut Capitulum dicte Ecclesie, cum plures in dicta Ecclesia tunc Canonici non essent, ut dixerunt, ad suprascripta ratificanda specialiter una cum predictis Prelatis, Rectoribus, & Clericis congregati in dicta Ecclesia provide attendentes, & plenius cognoscentes, quod scripta omnia, & singula per supradictos Dominos Prelatos, Rectores, & Clericos dicti Cleri, & Clerum Pistoriensem statuta, ordinata, & colligata ad bonum, commodum, & utilitatem, & tranquillum, & pacificum statum dicti Cleri, & singulorum Prelatorum, Rectorum, & Clericorum de ipso Clero redundare, in predictis omnibus, & singulis, tanquam Capitulum, consenserunt expresse, nec non ea omnia, & singula approbantes, & confirmantes omnino, predictis omnibus, & singulis, ut supra dictum est, factis, gestis, & ordinatis auctoritatem suam, & dicti Capituli interposuerunt expresse; quas quidem ordinationes, statuta, & colligationes ad bonum statum, utilitatem, atque indemnitatem dictarum Ecclesiarum, & locorum intendentes cum predicto salvo, & reservatione auctoritatis superioris Domini Episcopi Pistoriensis omnes Prelati, Rectores, & Clerici infrascripti de licentia, & auctoritate dicti ven. Patris Domini Episcopi suprascripti predictis omnibus presentis, & consentientis expresse juraverunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manu tactis scripturis, in animas suas, & omnium, & singulorum, quorum procuratores sunt, perpetuo, & inviolabiliter observare, & contra non facere; vel venire per se, vel alios, directe, seu & indirecte; mandantes mihi Notario dictus Dominus Episcopus, & omnes, & singuli Prelati, Rectores, & Clerici infrascripti, quod de predictis omnibus, & singulis conficerem publicum instrumentum nomina predictorum Prelatorum, Rectorum sunt hæc videlicet.

Domi-

Dominus Orlandettus Dominus Infrangipane Dominus Franciscus Masii	Canonici Pistorienses, & tanquam pro se ipsis Capitulum Pistoriensis Ecclesiæ supradictæ:

Dominus Joannes Truffæ Canonicus S. Joannis, & Rector Ecclesie Sancte Marie de quattro occhi.
Dominus Lanfrancus Prior Ecclesie S. Marie de Alliana.
D. Lippus Rector Ecclesie S. Andree de Verrazzano.
D. Tncus R. Ecclesie S. Miniatis, & Canonicus Plebis S. Andree Pistoriensis.
P. Bertus Cappellanus Ecclesie S. Joannis in Curte.
P. Amadore R. Hospitalis de Brana.
P. Donatus Cappellanus Pistoriensis.
P. Lapus Capellanus Cappelle S. Jacobi.
P. Dinus R. Ecclesie S. Angeli de publica.
P. Done R. Ecclesie S. Matthei.
P. Rosticos R. Ecclesie S. Marie de Bonostallo.
P. Bertus R. Ecclesie S. Petri de Candeglia
P. Cambues R. Ecclesie de Casele.
P. Panus R. Ecclesie S. Petri in Brana.
Dominus Presbiter Albertus R. Hospitalis Misericordiæ.
D. Franchus R. Ecclesie S. Stephani.
P. Michael R. Ecclesie S. Michaelis de Crisciaula
Dominus Johannes Plebanus Plebis S. Laurentii Vallis Bisentii.
P. Donatus R. Ecclesie de Schignjano.
P. Bartholus R. Ecclesie S. Petri de Ysola
P. Ciambus R. Ecclesie de Catuagno.
P. Bandinus R. Ecclesie de Casi.
P. Ubertinus R. Ecclesie de Torricella.
P. Johannes R. Ecclesie S. Quirici de Curia Vernij.
P. Nardius R. Ecclesie S. Marie Nove.
P. Brunus Cappellanus Monasterii S. Mercurialis.
P. Simon Beneficiatus, sive Cappellanus Ecclesie S. Vitalis.
P. Bertinus R. Ecclesie de Canagano.
P. Gratia R. Ecclesie S. Stephani de Lucciano.
P. Franchus R. Ecclesie de Collina Pleb. . . . . .
P. Minus R. Ecclesie de Vergiole.
Ser Justus R. Ecclesie de Campiglio de Montemagno.
P. Seldus R. Ecclesie S. Michaelis in Cioncio.
P. Lippus R. Ecclesie de Valensatico.
P. Stephanus R. Ecclesie S. Stephani de Lucciano.
P. Benevenutus Cappellanus Monasterii S. Georgii de Capraria.
P. Bindus R. Ecclesie S. Cristine de Mezzana pro se, & procuratorio nomine, ut dixit, Presbiteri Vanny Rectoris Ecclesie S. Christine in pille.
P. Ricchus R. Ecclesie S. Blasii de Cahascaia.
P. Franciscus R. Ecclesie de Montagnana pro se, & procuratorio nomine, ut dixit, Rectorum Ecclesiarum de Fagno, Cascen., & Momigno.
P. Andreas R. Ecclesie de Como.
P. Fede R. Ecclesie S. Cristine de Capraria.
P. Ubertinus R. Ecclesie S. Ylarij Pistor.
Dominus Bandinus Procurator Monasterii de Gora.
D. Ranerius R. Ecclesie de Ripalta.
D. Joannes Rector Ecclesie S. Marie in Borgostrada.
D. Ticius R. Ecclesie de Vicopetoso.
P. Guido R. Ecclesie de Chiappore.
P. Bonamicus R. Ecclesie de Calameccha.
P. Pisanus Canonicus Plebis de Serra.
P. Fredus R. Ecclesie de Marliana.
P. Feus R. Ecclesie S. Salvatoris.

P. Bindus R. Ecclesie S. Mori.
Dominus Jacobus Rector Hospitalis Prati Episcopi.
Dominus Duccius Plebanus Plebis de Montecuccoli.
Presbiter Pierus Rector Ecclesie S. Michaelis in Bonaccio.
Presbiter Gratia Rector Ecclesie de Vicofaro.
Presbiter Guillelmus Canonicus de Seiano.
Presbiter Lazzarinus Rector Ecclesie S. Majne.
Presbiter Accursus Rector Ecclesie S. Laurentii de Grappole.
Presbiter Jacobus Rector Ecclesie S. Marie in Turri.
P. Oliverius Rector Hospitalis S. Luce,
P. Vannes Rector Ecclesie S. Petri de Campiglio.
P. Gianus Cappellanus S. Petri majoris.
P. Bindus Canonicus Plebis S. Andree.
P. Tavedus Rector Ecclesie S. Nicholai de Alliana.
P. Gone Cappellanus Majoris Pistor. Ecclesie, & R. Ecclesie S. Michaelis de Sarlocco.
Dominus Simon Abbas Monisterii S. Bartholomei.
Dominus Lazzarus Abbas Monisterii S. Martini in Campo.
Dominus Johannes Plebanus Plebis de limite.
Dominus Bartholomeus Plebanus Plebis de Artiminio.
Dominus Guidalottus Plebanus Plebis S. Petri de Aiolo.
Dominus Michael Plebanus Plebis S. Hypoliti in Piazzanese.
Dominus Accursius Procurator Ecclesie S. Marie Castello Praten.
P. Arrigus R. Ecclesie S. Georgii Praten.
P. Agolante R. Ecclesie S. Marie de Vormingo.
Dominus Philippus Plebanus Plebis S. Quirici.
P. Nerius R. Ecclesie S. Marie Presbiteri Anselmi.
Dominus Philippus Plebanus Plebis de Popiglio.
P. Mascarinus Cappellanus Hospitalis.
D. Nicholaus R. Ecclesie S. Jacobi de Pulligno.
P. Landus R. Ecclesie de Orbignano.
D. Baruntus R. Ecclesie de Pantrio.
Velgilius Custos, & Sindicus, ut dixit, Hospitalis S. Marie de Osnello.
P. Guido Cappellanus majoris Pistoriensis Ecclesie.
P. Vannes R. Ecclesie S. Pauli.
P. Rusticus R. Ecclesie S. Stephani de Capraria.
P. Andreas R. Ecclesie S. Petri de Santomato.
P. Bartholomeus Clericus, sive Cappellanus Monasterii S., Procurator, ut dixit, Abbatis dicti Monasterii pro se & dicto Abbate.
P. Lapus R. Ecclesie de Collina Vallis Arni.
Don Thomasius R. Ecclesie Ss. Jacobi, & Philippi de Vignole.
P. Adamus Cappellanus Ecclesie S. Marie Forispontе.
P. Philippus R. Ecclesie de Crespore.
P. Vannes R. Ecclesie S. Georgii de Colonica.
P. Minus R. Ecclesie S. Jacobi in Castellate.
P. Andreas R. Ecclesie S. Martini de Ponti.
P. Nicholaus R. Ecclesie S. Marie in Burgo.
P. Ranuccius R. Ecclesie S. Michaelis de Cappiano, & Cappellanus Pistoriensis.
D. Blasius Canonicus Plebis S. Andree.
P. Orlandus Cappellanus, seu Sanctese Pistoriensis.
P. Guido R. Ecclesie S. Georgii in Camtuardi, & Ser Jacobus Prosperi.
P. Iunctinus R. Ecclesie S. Petri de Limite.

Acta fuerunt predicta omnia & singula supra dicta, & prestita juramenta predicta per dictos Prelatos, Rectores, & Clericos pro se ipsis, & nominibus quibuscunque, & ut supra continetur, Pistorii in Ecclesia majori Civitatis Pistor. in Synodo predicta ibidem, ut supra dicitur, congregata coram Domino Jacobo Vicario dicti Domini Episcopi; Nerlo Petronis Clerico, Arriguccio Corvini, Pres-

Presbitero Bonanno, Blasio Dei Clerico, Ser Vagnozzoro Francisci Fulq, & aliis testibus vocatis, & rogatis sub anno Dominice Nativitatis millesimo trecentesimo tertio decimo. Indict. 11. die 26. mensis Aprilis. Postea vero eodem anno, & Jndict. die 29. mensis Aprilis in Palatio Episcopali coram Presbitero Bartholomeo de S. Barunto, & Johanne Ser Gheris testibus rogatis, Dinus Falconerius Coadjutor Hospitalis de Quarreta, exposito sibi tenore dicte constitutionis, & ordinis, & omnium statutorum, eisdem consentiens predicta omnia ratificavit, ac probavit, & affirmavit, & de ipsorum observatione simile, ut alii scripti, ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis corporaliter prestitit juramentum.

Postea vero eodem anno, & Indict. die 30. Aprilis in Palatio Episcopali coram Domino Accursino Priore de Castello, Rosso Domini Leucci, & Capanella testibus rogatis Dominus Joannes Prior Ecclesie S. Donati, & Canonicus Plebis Pratens., Vicarius; ut dixit, Domini Philippi Canonici Pratens; Presbiteri Vallis Rectoris Ecclesie de Ribalda, Presbiteri Bruchi Rectoris Ecclesie de Narnari, & Presbiteri Vannis Rectoris Ecclesie S. Georgii de Montemurlo pertactam scripturam manu in presentia Ser Simonis Notarii, exposito tenore dicte constitutionis, & ordinationis, & omnium predictorum pro se ipso, & Vicariat., & procuratorio nomine predictorum, predictis omnibus, & singulis consentiens, predicta omnia, & singula suprascripta ratificavit, approbavit, & affirmavit, & simile de predictorum omnium & singulorum observatione, ut alii scripti, & eodem modo, ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis corporaliter prestitit juramentum per se in animam suam, ac etiam nomine predicti Prepositi, & quorum est procurator, & in eorum animas. Postea vero eisdem anno, Indict., & loco die 2. Maij coram Presbitero Dono Rectore Ecclesie S. Matthei, & Presbitero Mino Rectore Ecclesie S. Jacobi in Castellare testibus rogatis, Presbiter Ramondus R. Ecclesie de Orio, & P. Fede R. Ecclesie S. Marchi predictis omnibus, & singulis eis expositis, & datis intelligi consentientes, ea omnia, & singula ratificaverunt, approbaverunt, & affirmaverunt, & de predictorum omnium observatione simile, ut alii scripti, & eodem modo, ad S. Dei Evangelia tactis scripturis prestitere corporaliter juramentum. Postea vero eodem anno, Indict. & loco die 3. Maij Dominus Bonchristianus R. Hospitalis de Osnello, P. Bartholomeus R. Ecclesie S. Anastasii, & P. Nuccius Rector ecclesie S. Petri de Agliana predicta omnia, & singula sibi primo exposita ratificaverunt, approbaverunt, & affirmaverunt, & predictis omnibus, & singulis consenserunt expresse, ac de ipsorum observatione eodem modo, ut alii scripti, ad S. Dei Evangelia tactis scripturis prestiterunt corporaliter juramentum coram Domino Jacobo de Spello & Ser Arrigo Napolitano testibus rogatis.

Postea vero eodem anno, Indict., & loco die 3. Maij P. Lentius R. Ecclesie de Buriano, & P. Silvester R. Ecclesie S. Laurentii de Colle predictis omnibus eis expositis primo consenserunt, ipsaque omnia, & singula ratificaverunt, approbaverunt, & affirmaverunt, ac de ipsorum observatione ad S. Dei Evangelia tactis scripturis eodem modo, ut alii scripti, corporaliter juramentum prestiterunt coram Domino Jacobo de Spello, & Ser Arrigo Neapoleonis testibus rogatis.

Postea vero eodem anno, Indict., & loco die 5. Maij Dominus Lotterius Plebanus Plebis S. Marcelli, P. Nati R. Ecclesie de Cuttiliano, Dominus Johannes Plebanus Plebis de Satornana, & P. Meliorinus R. Ecclesie de Baggio predictis omnibus, & singulis eis primo expositis consenserunt, eaque omnia & singula ratificaverunt, approbaverunt, & affirmaverunt, & de ipsorum observatione eodem modo, ut alii scripti, ad S. Dei Evangelia tactis scripturis prestiterunt corporaliter juramentum coram Ser Bonaccorso Alexandri, & Ser Arrigo Neapoleonis testibus rogatis. Item postea eodem anno, Indict., & loco, & die scriptis coram Bartholomeo Contri & Capo Baldi testibus rogatis P. Guido R. Ecclesie de Uurica, P. Cecchus R. Ecclesie de Hivaio, & P. Melliore Rector Ecclesie S. Marie Novelle de Montemagno predictis omnibus, & singulis eis primo expositis consenserunt, eaque omnia, & singula ratificaverunt, approbaverunt, & affirmaverunt, & de ipsorum observatione eodem modo, ut alii scripti, ad S. Dei Evangelia manu tactis scripturis prestiterunt corporaliter juramentum.

Item postea eodem anno, Indictione, & die, & loco Dominus Infrangipane Canonicus Pistor. procurator, ut dixit, Domini Jacobi Plebani de Villiano, & Canonici Pistoriensis, & Presbiteri Cioffi R. Ecclesie S. Justi de Radicaja, & Presbiteri Bonucchi R. Ecclesie S. Potiti, ut de sua procuratione contineri asseruit in charta facta dicta manu Ser Baldi Venture Notarii, procuratorio nomine pro eis, & P. Juncta R. Ecclesie de Collina, & P. Robertus Cappellanus Pistoriensis predictis omnibus & singulis primo eis expositis consenserunt, atque omnia, & singula ratificaverunt, approbaverunt, & affirmaverunt, & de ipsorum observatione eodem modo ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis prestiterunt corporaliter juramentum coram Ser Frediano Notario, & Eiado Domini Contis testibus rogatis.

Postea vero eodem anno, Indictione, & loco die 12. mensis Maij Dominus Michael Plebanus Plebis S. Ippoliti in piazzanese procurator plurium Clericorum de terra Prati, suique districtus, ut dixit, de quorum nominibus contineri asseruit in charta videlicet facta manu Ser Simonis Sinibaldi Notarii, procuratorio nomine pro eis, predictis omnibus primo ei expositis consensit, ipsaque omnia & singula ratificavit, approvavit, & affirmavit, & de ipsorum observatione in ipsorum animas eo modo, ut alii scripti, prestitit corporaliter juramentum coram Domino Jacobo de Spello, & Ser Ventura Miniatis, & fratribus Andrea, & Agnolo de S. Anna testibus rogatis.

Ego Berlingherius quondam Arrighetti imperiali auctoritate Judex ordinarius & Notarius predictis omnibus interfui, & ea de mandato dictorum Dominorum Episcopi, & Prelatorum, Rectorum, & Clericorum subscripsi, & publicavi fideliter, & quod superius subscriptum, & signatum est, S. *Prælatis*, & alibi *noscuntur*, & interlineatum *predicto tempore*, *&* *loco*, propria manu feci.

IV.

Confirmatio Synodorum, quas Thomas & Hermannus Episcopi Pistoriensis Ecclesiæ habuerunt, ex Archivo Pistor. Capituli.

IN Christi nomine Amen. Cum venerabilis in Christo Pater, & Dominus D. Barontus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Pistoriensis Episcopus tam propter temporum discrimina, quam occupationem, quam habet erga multa, non possit Clerum suum ad Synodum convocare, nec circa Statum, & ordinationem Ecclesiarum, & Prelatorum, Rectorum Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, Venerabiliumque Locorum suæ Diæcesis intendere, & volens, quantum sibi facultas adest, in prædictis salubriter providere, ut omnes tam Clerici quam Laici Pistoriensis Diæcesis sub regula, & norma correctionis degant, existens Prati dictæ Pistoriensis Diæcesis una cum Domino Jacobo filio Gucci Canonici Pistoriensis, & Syndico & Procuratore Capituli, & Canonicorum dictæ Pistoriensis Ecclesiæ ad infrascripta specialiter constituto, ut constat publico Instrumento scripto manu Armalionis quondam Bindi Notarii de Pistorio sub Anno Dominicæ Nativitatis 1322. Indictione 6. die 7. Septembris, & cum Domino Bartholomeo Præposito Pratensi, & Domino Joanne quondam Truffæ Canonico Pistoriensis Ecclesiæ, & dictus D. Jacobus Syndicus, & Bartholomeus, & Jo: Canonicus una cum eo ratificaverunt, & approbaverunt, & promulgaverunt omnes & singulas constitutiones tam Synodales, quam Episcopales factas, editas, & compositas tam tempore bo: me: Thomæ, & Ermanni olim Episcoporum Pistoriensium, quam per ipsos Do: Thomam, & D. Ermannum, & constitutiones Venerabilis Patris D. Baronti Episcopi, quas omnes, & singulas habere, & tenere, & observare, executionique mandare voluerunt, & hæc fecerunt omni via, jure, & modo, quibus melius potuerunt; Qui Venerabilis Pater D. Barontus Episcopus dictas constitutiones, tanquam suas, præcepit ab omnibus observari. Actum Prati Pistoriensis Diæcesis presentibus D. Lanfranco Priore Ecclesiæ S. Mariæ de Alliana, Bertino Nicolai, Cheffo D. Bernardi, & Binarello Lostis de Pistorio testibus vocatis, & rogatis. Sub Dominicæ Nativitatis Anno 1322. Indictione 6.

die

die 8. Mensis Octobris. Ego Joannes Donati de Pistorio Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius prædictis interfui, & de mandato &c.

V.

Constitutiones ad Cleri disciplinam reformandam editæ ab Joanne S. Theodori Diacono Cardinale Apostolicæ Sedis legato, ex Archivo Pist. Capituli.

IN nomine Domini Amen. Hæ sunt constitutiones facte per Rever. in Christo patrem, & Dominum Dominum Johannem, permissione Divina S. Theodori Diac. Card. Apostolicæ Sedis in partibus Tusciæ Legatum.

Quia nihil juxta verbum Augustini facilius, & lenius & omnibus acceptabilius est Episcopi, ac presbiteri, aut Diaconi officio, si perfunctorie & adulatorie agatur: & nihil apud Deum miserabilius, & tristius, & dampnabilius; universos Diaconos convenit ab omni strepitu terrenorum cessare, & divino officio, & contemplationi insistere, cum dicantur Reges, hoc est ipsos, & alios regentes virtutibus, quod corona capitis designare videtur. Protestantur enim dicentes domino, *pars hereditatis mee*: Sed nunc proh! dolor obliti, quod dicerent, terrena ambiunt, non ordini vel orationi vacant; set armis & mercimonijs, & alijs detestandis artibus adeo se involvunt, ut quasi in nullo a secularibus differant, immo uniformiter sic incedunt. Nos vero hijs morbis quantum cum Deo possumus occurrere cupientes, ut possimus cum Apostolo dicere: *munde sunt manus mee a sanguine omnium vestrum, nec enim subterfugii, quominus annunciarem omne consilium Dei vobis*, ut quos ad vite decorem domestice laudis exempla non provocant, saltem medicina correctionis compellat, presenti constitutione duximus statuendum, ut non comam nutriant, sed tonsuram publice ac patenter deferant Clericalem, & habitum juxta modum, qui sequitur, videlicet.

De vita & honestate Clericorum quoad vestes, & tonsuram.

Quod Prelati Ecclesiarum, quocunque nomine nuncupentur, Rectores Ecclesiarum Civitatum Canonici & Cappellani Ecclesiarum Cathedralium, & aliarum principalium Ecclesiarum Locorum insignium, dummodo tales Canonici decimum octavum suæ ætatis actingant, cum fuerint in eorum Ecclesiis tempore Divini Officij, cum birrectis, seu berriolis, & cappis clausis, coctis, vel mantellis humeros, & anteriores partes corporis cohoperientibus, prout decet; extra vero Ecclesias possint cum eisdem vestibus incedere, prout placet; Ac Rectores Ecclesiarum aliorum Locorum per Civitates, Castra, Terras, & loca per dicta insignia cum tabarris talaribus incedere teneantur, nisi fuerint in itinere, vel peregrinatione constituti. Siquis autem cum tonsura condecenti, & habitu, sicut premictitur, non incesserit supradicto, ... quandiu non paruerit a perceptione fructuum sui beneficij, & nicchilominus post eius perceptionem per mensem unum sit ipso facto suspensus de quibus quidem si interim qualitercunque perceperit, sit eo ipso inhabilis per sex menses ad alia benefitia Ecclesiastica obtinenda. Cujus quidem constitutionis transgressores suo Ordinario infra octo dies a tempore sententie intimare concanonici, vel beneficiati eidem ecclesie sub pena inhabilitatis predicta jam lata obnixxius teneantur. Predicta vero ad residentes tantum in dictis Ecclesiis, sive locis, & ad fructum benefitii, in quo taliter delinquitur, volumus dumtaxat extendi.

Contra portantes Arma.

Volumus insuper, & mandamus, quod dicti, quibus lacrime arma debent insistere, arma publice non deferant, nisi habentes inimicitias capitales a nobis, vel a suis diocesanis licentiam obtinerent; quo casu uti possint caputiis magnis, & honestis, atque tabarris; vel nisi qui essent in peregrinatione, vel itinere constituti. Contrarium vero facientes penas supradictas modo, & forma supradictis ipso facto incurrant.

Po-

Postremo quia Religionis ager non potest bonorum operum uberes fructus producere, nisi per cultoris diligentiam, & culturam a vitiorum spinis fuerit expurgatus, universos, & singulos Clericos tam Sæculares, quam Regulares pro primo, secundo, & tertio monitionis edicto, monemus, eis districta sub excomunicationis pena mandantes, quod divinis officiis diligenter inserviant, ac cum ecclesiis, & personis Ecclesiasticis conversentur, a criminibus quoque, maxime homicidiis, depredationibus, usuris, violentiis, ludis prohibitis, tabernis, (nisi dumtaxat essent in itinere constituti), & blasfemationibus Dei, & Sanctorum, exercitibus & cavalcatis, (nisi in casibus a jure concessis), offitiis Secularibus, publicis, ac mercimonijs vel aliis exercitiis, seu commertiis Clericis, vel Monacis interdictis, nec non a quibuslibet aliis flagitiis, & enormitatibus prorsus studeant abstinere, vel se talia perpetrantibus cohunire, vel prebere ipsis auxilium, consilium, vel favorem; alioquin, si patenter, & pubblice tonsuram, & vestem huiusmodi non detulerint, vel se in predictis sibi prohibitis, vel aliquo predictorum immischuerint, & per hoc eos vexari contingat in judicio seculari, a nobis, vel suis diocesanis subsidium aliquod non expectent. Et nichilominus si benefitiati fuerint, preter alias penas a jure in taliter delinquentes inflictas per tres menses fructus benefitiorum suorum omnium perceptione noverint se privatos, convertendorum in utilitatem ecclesiarum suarum in quolibet predictorum casuum de suorum Dyocesanorum consilio & assensu. Recolende memorie Domini Fratris Latini hostiensis, & velletrensis Episcopi, tunc apostolice sedis legati constitutionem unam, videlicet contra Concubinarios Clericos, aliam contra beneficia Ecclesiastica illicite detinentes, vel se in illa auctoritate propria intrudentes editas, volentes a Clericis, & Subditis nostris inviolabiliter observari ipsas nostris constitutionibus de verbo ad verbum duximus inserendas, & etiam innovandas, quarum tenores tales sunt.

De Clericis Concubinariis.

Quamvis Concubinarios clericos Sacri Canones severitate multiplici persequantur, quia tamen plerique timore Dei deposito in huiusmodi turpitudine vitii non solum occulte, sed etiam publice inveniuntur offendere, nos eorum inprudentiam opportuna districtione confundere, ac reprimere cupientes, monemus Clericos omnes nostre legationis, qui sacrum ordinem, & Ecclesiasticum beneficium sunt adepti, seu adipiscentur in posterum, ut nullus eorum concubinam, seu fornicariam publice tenere presumant; & qui suadente diabolo, detinent infra octo dies, ex quo presentem constitutionem in sua Civitate, & Dyocesi publicatum esse cognoverint, eas a se prorsus abjiciant, nunquam de cetero recepturi. Si qui vero ex predictis Clericis concubinam, seu fornicariam, publice, ac manifeste, sive in domibus Ecclesiarum, sive alibi post duos menses post terminum supradictum non erubuerint retinere, beneficiis ecclesiasticis, que infra nostre legationis terminos obtinent, ipso facto noverint, se privatos. Episcopis autem, & superioribus prelatis, ad quos beneficiorum, que taliter delinquentium fuerant, collatio, seu provisio pertineat, conferendi ea, seu providendi de ipsis liberam concedimus potestatem; aliis etiam, ad quos electi, seu presentati ad beneficia eadem vel eorum provisio spectare dinoscitur, liceat eligere, seu presentare ad illa, vel etiam providere de illis, ex quo per Episcopos predicti Clerici presentis constitutionis penam declarati fuerint incurrisse, ut sic eos, qui dampna spiritualia parvi pendunt, temporalis saltem jactura coherceat a peccato.

De Clericis non residentibus, & de cotidianis distributionibus.

Etsi beneficia sint dignis propter offitia tribuenda, ut plurimum nostri temporis clerici veluti dilicati pro fructu tamen, non merito beneficia affecuti, cum mattutinis, misse, vesperis, & ceteris canonicis horis in Ecclesiis persolvendis se mancipatos agnoscant, ut cotidianas distributiones lucrifaciant ingredientes, choro nondum solutis horis egrediuntur, risibus, & circuitibus, & vaniloquiis se involvunt, & mox cum instat finis horarum, iterum eundem chorum reintrare procurant. Etsi nos falliunt, numquid fallere possint oculos cuncta cernentis, qui dixit, *Domus mea domus orationis vocabitur?* & per Prophetam: *impii ambulabunt in circuitu?* Sed in extremo examine cum dicet, redde, inquid, *villi-*

catio-

cationis rationem tue, quam redditurus erit, qui amplexans commodum, onus repudiat.? immo velut morbosa ovis, que eiicienda esset potius ab ovili, inficit alias suo exemplo ? propter que ipsorum fraudibus est de opportuno remedio obviandum sane licet statutum existat, quod distributiones cotidiane, que alias manualia beneficia, seu victualia nuncupantur, tantum canonicis, vel aliis beneficiatis, seu clericis captedralium, & aliarum collegiatarum Ecclesiarum, que divinis officiis in hujusmodi ecclesiis affuerint, debeantur juxta Ecclesie cujuslibet ordinationem rationabiliter jam factam, seu etiam faciendam; quod tamen statutum ipsum utplurimum non servatur, & a multis nostre legationis trahitur in abhusum; statuimus, & ordinamus, quod quicunque predictarum Ecclesiarum Canonici, & alii beneficiati, seu Clerici, qui dum in Civitatibus, vel locis aliis ubi distributiones hujusmodi tribuuntur, presentes extiterint ad mattutinum ante primum ynnum perlectum, vel in missa antequam finitum sit ultimum *Chirieleison*, seu in vesperis antequam primus psalmus totaliter compleatur, non adfuerint, seu perstiterint usque ad finem offitii, eo ipso cotidianas distributiones, que dantur in illis horis, in quibus delinquunt, per duos dies immediate sequentes amittant. Si qui vero de distributionibus ipsis quicquam receperint, exceptis illis, quos infirmitas, seu justa & rationalis causa temporalis necessitatis, aut evidens Ecclesie utilitas excusaret, nec non & illi, qui easdem distributiones eis dederint, vel eisdem consenserint, ipso facto sententiam excomunicationis incurrant, a qua, nisi duplum ejus restituant, quod turpiter receperunt, vel dederunt, seu dari consenserunt, nullatenus absolvantur. Verum si distributiones hujusmodi in captedralibus Ecclesiis, vel etiam in aliis collegiatis Ecclesiis, si collegiate fuerint Civitatenses, vel principales aliorum locorum insignium, non existunt; volumus, & mandamus, quod Canonici denarios octo, & alii beneficiati, seu Clerici earundem Ecclesiarum Prelatis exsolvere teneantur; quod si eos non soluerint, ipso facto sint fructuum prebendarum suarum per mensem privati, statuentes, quod distributiones hujusmodi, in denarii, & fructus sic amissi in quolibet casuum predictorum de dyocesani consensu in utilitatem Ecclesiarum absque diminutione qualibet efficienter convertantur. Quod si de fructibus hujusmodi taliter delinquentes quicquam interim receperint, eo ipso sententiam excomunicationis incurrant.

Contra detinentes, vel occupantes illicite beneficia ecclesiastica.

Preteriti malitiam temporis usque adeo in quibusdam partibus nostre legationis invaluisse dignoscitur, ut non solum plerique Clerici sine justo, verum etiam quidam layci sine ullo titulo . . . . Ecclesias, & earum jura occupare presumpserunt, & eas in suorum aliorumque periculum detinere presummant. Nos igitur huic letali morbo cupientes opportuni remedii medelam apponere, monemus omnes Clericos, & laicos nostre legationis, eisque in virtute obedientie sub intermination Divini Judicii, qua fungimur, auctoritate districte precipimus, quatenus Clerici, qui Ecclesias quaslibet propria temeritate invadere, occupare, vel absque institutione canonica recipere presumpserunt; & eas taliter occupatas, sive receptas detinere non metuunt, & laici, qui quotunque modo Ecclesias detinent, sive eis per Clericos faciant deserviri, sive ipsas debito teneant obsequio defraudatas Ecclesias, ipsas cum omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, ac juribus quoquo modo pertinentibus ad easdem infra unum mensem a publicatione presenti in Civitate, ac districtu Florentie; in aliis vero Civitatibus, & diocesi infra similem terminum, ex quo in eis presens Constitutio fuerit publicata, libere, & absolute dimittant, ut ipsis Ecclesiis per illos, ad quos de jure in eisce electio, vel collatio, aut presentatio, seu provisio pertinet, de personis idoneis valeat provideri; & provisionem hujusmodi ipsi, qui easdem Ecclesias detinent, nullo modo publico vel privato per se, vel alios impedire presumant. Si qui vero Clerici, aut Laici ex predictis hoc nostrum tam salubre preceptum infra predictum terminum adimplere contempserint, aut provisionem Ecclesiarum hujusmodi, quominus infra unum mensem, ex quo eis ipsas dimiserint, libere fieri valeat, quoquomodo presumpserint impedire, Clericos non solum predictis Ecclesiis, verum omnibus beneficiis ecclesiasticis, que infra nostre legationis ter-

minos

minos obtinent, omnino privamus, & inabiles reddimus ad alia beneficia infra eosdem terminos obtinenda; Laicos autem, si sunt potentes aut Judices, aut Notarii, seu Domini legum, aut quolibet alio publicco fungantur offitio, hujusmodi offitio volumus esse privatos; eosque inhabiles reddimus ad hec vel similia deinceps in loco quolibet exercendo, insuper ipsos excomunicationis vinculo innodamus; a qua nonnisi per Apostolicam Sedem, vel Legatum de latere Domini Pape missum absolutionis benefitium valeant obtinere; preterea quamvis in mortis articulo non sit eis, si pæniteurint, absolutio, & comunio deneganda, tamen ecclesiastica careant sepultura, donec Ecclesie occupate, aut detempte per eos libere, ut dictum est, fuerint & absolute dimisse, ac de fructibus earumdem ad mandatum Ordinarii, vel ejus Vicarii sit integre satisfactum. Omnesque religiosos, & Clericos seculares, qui tales scienter ad sepulturam receperint, per unum annum ab offitio, & benefitio decernimus esse suspensos. Omnibus autem Prelatis, ad quos de jure predictarum Ecclesiarum collatio, seu provisio pertinent, sub excomunicationis pena districte precipimus, ut eisdem humano timore postposito de personis idoneis providere non desistant, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; ad quod exibendum potestates, & rectores alios Civitatum aliorumque locorum per censuram ecclesiasticam compellere studeant, teneantur, & debeant, si fuerit opportunum.

De Executoribus testamentariis.

Quia nihil est, quod magis debeatur hominibus, quam ut supreme voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stilus, & licitum quod iterum non reddit arbitrium, decens est celeriter exequi testamentorum ultimas voluntates, que pro legibus sunt servande; ideoque statuimus, quod quicunque hactenus deputatus fuerit executor ultime voluntatis, vel in posterum deputabitur, si executionem sibi commissam, infra annum computandum ab obitu testatoris non fecit, vel non faciet in futuris executionibus, cum ex hoc manifeste ejus negligentia deprehendatur, ipsa executio per Diocesanum Episcopum fiat, contradictione aliqua non obstante.

Contra Patronos.

Quos debemus defendere, & tueri prohibemur procul dubio impugnare: nunc autem nonnulli Ecclesiarum patroni, Dei timore postposito ad ipsas Ecclesias presentatas ab eis, inexcogitatis modis, nunc latenter, nunc palam, nituntur opprimere, redditus earumdem, qui Rectoribus, & Ministris eorum debentur, sibi appropriare nituntur. Igitur auxibus duximus obviandum, statuentes, & ordinantes, quod siquis patronus, vel pro patrono se gerens aliquod immobile occupaverit, seu mobilem pretiosum, vel sacrum Ecclesie, in qua patronum se dixerit, rapuerit; sive Prelatum, vel Rectorem, Canonicum, vel adversus ipsius Ecclesie manus iniecerit temere violentas, eo ipso prima vice vacationis Ecclesie, in qua se gesserit pro patrono, voce presentandi rectorem noverit se privatum, cum presentatio extunc transferatur in eum, ad quem vel alias, vel de iure, vel ex consuetudine institutio talis Ecclesie pertineret. Et si talis Ecclesia collegiata existeret, per decem annos omni honore, & commodo, qui ex iure patronatus ei ab eadem Ecclesia deberetur, privatus existat. Eisdem quoque penis innodamus patronos prefatos minas, vel terrores inferentes Prelatis, Canonicis, Conversis, vel Rectoribus ante dictis tales, propter quas iidem Prelati, Canonici, Conversi, vel Rectores ab amministratione spiritualium, vel personali residentia facienda aliqualiter retrahantur. Inhibentes nihilominus Prelatis, vel Rectoribus, ne ultraquod ipsis patronis debeatur de iure, vel antiqua consuetudine, aliquid eisdem de iuribus, vel bonis immobilibus ipsarum Ecclesiarum errogare presumant, contra eos, si secus egerint, ad privationis sententiam processuri.

De Censibus, & Procuratoribus.

Quoniam ut ad nos multorum fide dignorum relatione pervenit in diversis partibus nostre legationis prave consuetudinis morbus invaluit, videlicet quod nonnulli Laici, & Parrocchiani diversis anni temporibus commestiones, & potus exigunt ab Ecclesiis sibi exiberi interdum insimul congregati, vel aliquid aliud loco commestionis,

ftionis, vel potus, quod particulariter dividitur inter eos, in quibus preter crapulam, & ebrietatem fuerint vulnera, comittuntur homicidia, dampna plurima proveniunt, & pericula animarum, & dum vacare deberent actibus virtuosis, tenebrarum operibus se involvunt; ea propter volentes, prout ad nostrum spectat offitium, tales abusus, quantum nobis est possibile, refrænare, universis, & singulis laicis, & parrocchianis quarumcumque Ecclesiarum nostre legationis inibemus, & sub excomunicationis pena districte precipiendo mandamus, ne prefatas commestiones, vel potationes ab Ecclesiis predictis exigere presumant, nec ipsi Prelati, vel Rectores Ecclesiarum per se, vel alium, seu alios.

Contra Celebrantes in locis interdictis.

Decet, ut a vinea Domini Sabbaot pestiferi palmites extirpentur. Sane ad audientiam nostram fide digna relatione pervenit, quod nonnulli Clerici ecclesiastica beneficia obtinentes in civitatibus, castris, terris, & locis occupatis per rebelles, & inimicos Ecclesie, ac de heresi, vel favitoria hereticorum sententialiter condempnatos, in eisdem civitatibus, castris, & locis propter dictorum hereticorum, vel favitorum contumaciam, & contemptum suppositis solempniter ecclesiastico interdicto celebrare, & publice divina offitia non verentur; quin immo prestant eisdem in suis sceleribus destinatis consilium, auxilium, & favorem in animarum suarum periculum, & grave scandalum plurimorum. Nos volentes predictis, in quantum cum Deo possumus obviare, hac imperpetuum valitura constitutione sancimus, quod quicunque Clerici, vel religiosi tam exempti, quam non exempti cujuscunque ordinis, aut conditionis existant de cetero in civitatibus, castris, terris, & locis predictis taliter occupatis, & generaliter interdictis divina offitia scienter celebrare presumpserint, etiamsi catedralem, vel matricem, seu parrochialem loci ecclesiam illa viderint, aut sciverint non servare, dummodo eadem interdicta in aliis civitatibus, & locis insignioribus eisdem civitatibus, castris, terris, & locis predictis convicinioribus tam publice, ac patenter fuerint solempniter publicati, quod ad dictam cathedralem, vel matricem, seu parrochialem loci Ecclesiam verisimiliter pervenisse presumatur, vel eisdem dampnatis aliquod prestiterint consilium, auxilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte, seu nomen vicariatus, vel alicuius offitii ad Dyocesanos dictarum civitatum, castrorum, terrarum, & locorum taliter occupatorum spectantium usurpaverint in eisdem civitatibus, castris, terris, & locis predictis quocunque signito, vel quesito colore, nec non dicti, qui ab hujusmodi vicariis, vel offitialibus munus confirmationis, collationis, institutionis, vel provisionis quarumcumque Ecclesiarum, Monasteriorum, vel aliorum quorumcunque ecclesiasticorum, & piorum locorum receperint, vel per licteras commendatitias eorum ad quosvis ordines ecclesiasticos se fecerint promoveri, vel eos ut vicarios, seu offitiales abuerint, vel tractaverint, seu eis quomodolibet paruerint, vel obedierint. Nec non etiam Clerici, qui aliquos induxerint, vel actaverint ad subversiones aliquas dictis rebellibus, & dampnatis prestandas, aut etiam impedierint quoquo modo, quod legatis, & nuntiis Sedis Apostolice, vel dyocesanis prefatis in sepe dictis civitatibus, castris, & terris non parcatur in suis offitiis, jurisditionibus, vel mandatis, non solum excomunicationis sententiam ipso facto incurrant; sed etiam a suis ecclesiasticis benefitiis omnibus noverint se privatos, & perpetuo inhabiles ad alia optinenda. Et si religiosi fuerint, eos per suos Prelatos mandamus carceri districtius perpetuo mancipari, pane doloris, & aqua angustie sustentandos.

Quod habentes dignitates se faciant promoveri.

Quia nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retro actus est regno Dei, nonnulli non attendentes, quod in ea vocatione, in qua qui vocatus existit, persistere debet, assumpti ad dignitates ecclesiasticas de Christi patrimonio sublimati ad aratrum manu missa eas relinquunt, & ad militaria, seu seculum se convertunt in suarum animarum periculum, & dignitatum Ecclesiasticarum non modicum prejudicium, & gravamen; ea propter volentes talibus de opportuno remedio obviare, monemus omnes, & singulos dignitates & personatus habentes, quibus cura imminet animarum, quod infra annum a tempore publi-

cationis presentis constitutionis, qui promoti sunt, & qui promovebuntur imposterum, a suo adeptu possessionis pacificæ tempora numerando, se faciant statutis a jure temporibus, saltem ad subdiaconatus ordinem promoveri, alioquin a dictis suis dignitatibus, & personatibus elaxo dicto tempore se noverint eo ipso fore privatos, nisi per suos diocesanos cum eisdem fuerit favorabiliter dispensatum; quod fieri non intendimus, nisi inspecta rationabili causa, vel prerogativa meritorum, attemptis diocesanis ipsis videretur potius dispensandum. Super que eorum conscientias oneramus.

Publicatio supradictarum Constitutionum.

Publicate, & pronumptiate fuerunt Constitutiones predicte per supradictum Rev. Patrem, & Dominum Dominum Johannem miseratione Divina Sancti Theodori diaconum Cardinalem Apostolice Sedis legatum, & lecte per Bindum de Musello capellanum dicti domini legati de mandato, & auctoritate ipsius domini legati, ipso presente, & mandante, presentibus etiam Clero Civitatis, & diocesis Florentine, ac religiosorum multitudine copiosa Florentie apud locum fratrum minorum in aula dicti domini legati die Dominico VIII. Kalen. Martij sub annum Domini a Nactivitate MCCCXXVII. pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Johannis P.P. XXII. anno XI. Indic. X., presentibus etiam venerabilibus Patribus Petro Anagnino, Alamanno Amiliensi, Ugolino Civitatis Castelli, Tedicio Fesulano Episcopis, Boso Aretino electo, & Dominis Conte, & Arrigo Vicariis Episcopi Florentini, qui Dominus Legatus statim precepit dictas Constitutiones omnes, & singulas per singula capita observari.

Et ego Andreas Nardi de Fulgineo publicus, & apostolica, & imperiali auctoritate Notarius, & Notarius, & Scriba dicti Domini Legati, & sue curie supradictis publicationi, affirmationi, & acceptationi interfui, & de mandato, & auctoritate dicti Domini Legati scripsi, & publicavi, signumque meum apposui consuetum.

Venerabilis in Christo Pater, & Dominus Dominus Barontus Dei, & Apostolice Sedis gratia Pistoriensis Episcopus existens in Ecclesia majori Civitatis Pistoriensis coram Clero & Populo ibidem cohadunato ad audiendum sermones die prima quadragesime imposuit michi Johanni quondam Donati notario, & scribe suo, & sue curie Episcopalis, quot audientibus omnibus publice legerem Constitutiones predictas. Quas ego Johannes de ipsius mandato publice & alta voce legi audientibus omnibus per ordinem ut sunt scripte, quibus lectis eas omnibus publicavit, & mandavit ab omnibus observari.

Acta fuit dicta lectura, & pubblicatio in Ecclesia majori Pistoriensi coram Clero seculari, & regulari dicte Civitatis Pistorii, & magna hominum multitudine adunata ad audiendum sermones. Anno Nativitatis Domini MCCCXXX.
* XIIII. Ind. VIII. * die 21. Febr., & presentibus testibus vocatis, & rogatis Dominis Johanne de Ricciardis, Cancellerio de Cancelleriis, & Bonavollia Canonicis Pistoriensibus, Domino Niccola de Gualfreducciis Judice, & pluribus aliis testibus vocatis, & rogatis.

V I.

Fragmentum Synodalium Constitutionum ex libro Capituli Pistoriensis.

De Operariis.

N. 19. QUoniam nulla juris sanctio, quantuncunque propenso digesta consilio, ad humane nature varietatem, & machinationes ejus inopinabiles sufficit, nec ad decisionem lucidam sue nodose ambiguitatis actingit; considerantes quod laicis . . . . . religiosis disponendi de rebus Ecclesie nulla est attributa potestas, & communis consuetudo Civitatis, & Diocesis Pistoriensis, ut plurimum habeat operas sive operarias, seu fabricas quarumlibet

libet Ecclesiarum, & Monasteriorum in ipsis Civitate, & Diocesi consistentium, cujuscunque qualitatis existant, in laicorum manibus reconmicti, qui ut plurimum propriis commodis inhiantes bona dictarum Ecclesiarum, & Monasteriorum, operarum, seu fabrice mobilia, & immobilia vendunt, dissipant, alienant, & distrahunt pro libito volunptatis in preiuditium animarum ipsorum operariorum, ipsarum operarumque, & dictarum Ecclesiarum, & Monasteriorum desolationem, volentes indempnitatibus Ecclesiarum, & Monasteriorum, ut tenemur ex officio, consulere, animarumque periculis obviare, & hujusmodi alienationibus, distractionibus, & desolationibus providere, de consensu Fratrum nostrorum Capituli Pistoriensis statuimus secundum formam sacrorum canonum, ne operarii ipsi cujusvis qualitatis, aut conditionis de cetero aliqua bona immobilia, aut pretiosa, vel ad divinum cultum deputata mobilia vendere, vel alienare, seu quoties colore quesito distrahere presumant, absque nostra petita, & obtenta expressa licentia speciali, sub pena excomunicationis, & librarum centum denariorum pro quolibet applicandarum pro medietate camere sui comunis, sive comunitatis, in qua ipse Ecclesie, & Monasteria sunt situate, & pro alia medietate curie Episcopali nostre Pistoriensi, decernentes contractus, conventiones, & pacta quoscunque contra premissam nostram Constitutionem fiendos, seu fienda inritos, & inrita ipso jure.

20. Item statuimus, & ordinamus, ut predicti operarii de fructibus, & obventionibus, ac redditibus, & aliis bonis mobilibus exponendis extra Ecclesiam, seu fabbricam Ecclesie, sive Monasterii sine consensu Rectoris ipsius Ecclesie nichil disponere, ac infra, sive intra, seu extra dictam Ecclesiam hedificare possint, & operarii ipsi singulis annis reddere teneantur, & debeant integram, & expressam, & plenam rationem de omnibus gestis, & administratis per eos tam de introitibus, & exitu dictarum operarum, quam de executionibus testamentorum, aut piarum volumptatum per ipsos exequendorum, ac bonis ipsis operis legatis usque ad dimidium mensem Februari eorum exercitium immediate sequentis dicte curie Episcopali, aut illis personis, quas ad hec dicta curia duxerit deputandas sub dicta pena, & similiter confiscanda.

21. Ac volumus insuper, statuimus, & ordinamus, ne in predictis operariis, seu fabbricis pater possit immediate succedere filio, aut filius patri, aut patruus vel avunculus nepoti, vel nepos patruo vel avunculo, aut unus frater alteri, etiam fratres consobrini, set prohibitionem habeant ad minus usque ad annum a tempore exitus alterius utriusque, aut aliquis publicus, aut manifestus usuraius, qui ipsas usuras per se, aut alieno nomine exerceat, esse possit, aut liceat alicui operario vel operariis per substitutam personam opere vel disco facere desirviri, set per se ipsos huiusmodi exercitium facere teneantur sub pena quinquaginta libbrarum denariorum pro quolibet persolvendorum tam per eligentes, quam per electos, aut alios contra hujusmodi nostram ordinationem operarias ipsas quomodolibet contra premissa . . . . quas predictas penas in utroque casu eo ipso harum presentium Constitutionum aliquis fuerit repertus transgressor, & per nostram curiam declaratus transgressor, volumus ipso facto executioni mandari, nec sit necessaria alia sententia, set condempnatio predicta executioni mandetur.

Lecte, edite, composite, lecte, & publicate, ac promulgate fuerunt Constitutiones predicte per Reverendum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Mactheum de Pistorio Dei, & Apostolice Sedis gratia Episcopum Pistoriensem de consilio, & consensu, ac presentia venerabilium virorum Domini Corradi Ser Francisci, Domini Michaelis Pasquini, Domini Justi Filippi, Domini Manni Francisci, Domini Olivierii Taviani, & Domini Andree Jacobi de Pistorio Canonicorum Ecclesie Cathedralis Pistoriensis existentium, & facientium, ut diximus, Capitulum ipsius Ecclesie, & ibidem adstante venerabili viro, & egregio in decretis perito Domino Bartolomheo Clerico de Urbe veteri in spiritualibus, & temporalibus Vicario generali Domini Domini Episcopi Pistorii in Episcopali Palatio in Salecta solite audientie dicti Domini Episcopi. Sub anno Nativitatis Domini 1406. Indictione XV. tempore Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Gregorii divina providentia Pape duodecimi die vero 17. mensis Decembris.

CLASSIS V.

Templa, Monasteria, Hospitalia.

INLUSTRISS. ET. REVERENDISS.
POMPEIO. COMPAGNONIO
AVXIMATIUM. PONTIFICI
OPTIMO. ET. SANCTISSIMO
QVOD. SIBI. STVDIISQ. SVIS
ADPRIME. FAVERIT.
FRANCISCUS. ANTON. ZACHA
RIAS. S. I. HANC. VETVSTORVM.
MONVMENTORVM. CLASSEM.
DEDICAT. CONSECRATQ.
DEVOTVS. NOMINI. DIGNI
TATIQVE. EIVS.

I.

Conventio de ædificatione cujusdam Ecclesiæ ex Archivo Monachorum Vallumbrosanorum Pistoriensium.

HIC brevis memorationis est de conventione, quæ placuit inter Azonem Archipresbiterum de Plebe Suscida, & Abbatem de Ecclesia S. Salvatoris, quæ est posita in loco, qui vocatur Taonis; hic autem Teuzo nominatur, ut in vico, qui cognominatur Fossato, ambobus consentientibus, Ecclesia una ædificaretur in terra suprascripti Abbatis, etiam populo conveniente illius loci, qua ædificata supradictus Abbas debeat huic Ecclesiæ constituere presbiterum, & adjutorium pro nominato Archipresbitero ad Sinodum S. Petri & Sancti Proculi, & duo ferrea paria caballorum dare de hoc, & si quando Episcopus noster in patria venerit, quicquit ex suis rebus potest, auxilium dare debet, & medietatem . . . . . tuorum adipiscencia prenuncupatæ plebi dare debet, & illis qui successores erunt ejus. Hoc si non fecerit, sciat se compositurum XXX. solidos denariorum Lucensium Archipresbitero illius plebis. His finitis debet ipse Archipresbiter esse adjutor de consecratione ejusdem Ecclesiæ aut per Episcopum Bononiensem, aut per aliquem, cui ipse dabit licentiam; hæc si non adimpleverit, aut ipse, aut successores sui patiantur supradictam pœnam. Anni ab Incarnatione Domini nostri Hiesu Christi millesimo quinquagesimo septimo mense Aprilis Indict. X. feliciter

Ego predictus Teuzo Abbas M. M. SS.
Azo Archipresbiter SS. M. M. SS.

Hoc factum est in presentia Johannis filii cuiusdam Girardi, & Carbonis filii ain . . . . . similiter Petri filii Joannis, & Bonizi filii Fusci, nec non Teuzi filii Martini, & Johannis Convinianisi, & Andreæ filii Petri
hii omnes ibi furunt (*sic*)

Ego Girandus Clericus licet indignus ibi fui, & manibus meis hunc breve scripsi.

II.

I I.

Inventarium Ecclesiæ Pistor. S. Marci ex Archivo Pistor. Monast. S. Michaelis PP. Vallumbrosanorum

IN Christi nomine Amen. Infrascriptus est thesaurus Ecclesie Sancti Marci; qui inventus est per Dominum Herrighum Abbatem Monasterii Sancti Michaelis a Furculis, & per Bartraminum Atholini, & per Veronensem Viani operarios opere Ecclesie Sancti Marci, tempore mortis Presbiteri Gualterocti Rectoris eius dicte Ecclesie. In primis unam crucem de octone deauratam, & unum turabulum deaurato de auro, & unum palium de sirico giallo, & unam planetam de purpura foderata de panno viridio, & unum camiscium fornitum cum una tovaliola pasquareccium, & duos camiscios feriales, & tres coperturas de cruce, & duos frescios, & duo drappellette, & duo drappelle, una de baccorano, & unam purpura ad ponendum super altare S. Marci, & quinque drapellas, & tres tovaliolas parvorum, & unum palium ad . . . . . . & unam cortinam ad ponendum in Ecclesiam tempore festivitatis, & unum soppedanum, & unum tascoccium cum cartis publice sigillatis cum sigillo Domini Abbatis, & unum librum humilialem, & unum alium humilialem universalem, & unum librum epistole Pauli, & liber communis, & unum tesanarium de nocte, & unum librum Evangeliorum, & Epistolarum, & unum starsum, & unum missalem, & unum tesanarium de die, & unum psalterium, & unum hebdomadarium, & unum calicem de argento deaurato, & unum amittum cum una tovaliola, & unam planetam nigram, & unam planetam de baccorano, & unam aliam planetam de zendado foderato de giallo, & unum camiscium cum una stolam, & amittum, & manipulum, & unam cassettam cum corporali, & unum soppedanum, quod est . . . . . . de supter, que omnia presbiter Jacopus nunc Rector, & Pastor ipsius Ecclesie ad postulationem Domini Herrighi Abbatis precipientis pro Ecclesia Sancti Marci promisit, & convenit per solempnem stipulationem guardare, & salvare ad honorem Dei, & Ecclesie Sancti Marci, & fuit confessus se habere. Actum Pistorii in Ecclesia Sancti Marci presentibus Presbitero Martio de Sancta Maria in Borghistrada, & Presbitero Amato de Sancto Salvatore, & Presbitero Accurso de Sancta Maria, Presbiteri Anselmi testibus rogatis anni Domini 1275. Indictione tertia sexta Junii.

Ego bene quondam factoboni Judex ordinarius, & Notarius imperiali auctoritate predictis omnibus interfui, & scripsi, & publicavi.

I I I.

Thomæ Pistor. Episcopi Indulgentia illis, qui Ecclesie D. Marci benefecerint, ex Archivo Monast. S. Michaelis Pistor.

THomas permissione divina Pistoriensis Episcopus universis Christi fidelibus in Civitate & Diocesi Pistoriensi constitutis, ad quos lictere presentes uostre pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem extreme misericordie operibus prevenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino tum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis divinam spem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce, & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet . . . . . . quoniam igitur in Ecclesia beati Marci Evangeliste Pistoriensis, in qua Ecclesia plurium Sanctorum, & Sanctarum Dei Reliquie venerantur . . . . . paramentorum, & aliorum munimentorum ad . . . . . . reparationem, indigeat, & ipsa Ecclesia, & opera ipsum . . . . & reparari . . . . . ad id auxilium vestre misericordie porrigatur

tur ; devotionem vestram rogamus, & ortamus in Domino, ac vobis in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus in diebus festivitatum ipsius Ecclesie videlicet . . . . Sancti Marci Evangeliste, beatorum Sisti confessoris, & Agathe martiris, quorum Sanctorum reliquie in ipsa Ecclesia venerantur, cum devotione, & reverentia visitetis deferentes, vel mittentes illuc . . . . . in subsidium dicti operis benefitia Civitatis. Nos etiam de Omnipotentis Dei misericordia, beatorum Jacobi Apostoli, & Zenonis confessoris patronorum nostrorum meritis confidentes omnibus personis, & singulis vere penitentibus, & confessis, que in diebus predictarum festivitatum predictam Ecclesiam visitaverint, & ibidem detulerint, vel miserint de bonis sibi a Domino elargitis, & que predictis diebus, vel alio quandocunque benefecerint operi supradicto; quadraginta dies criminalium de injuncta penitentia, & quartam partem venialium misericorditer in Domino relaxamus. Satisfactiones penitentiarum oblivione, debilitate, aut corporis infirmitate perpetua pretermissas omni persone, que de suis facultatibus dederit in subsidium dicti operis tres denarios parvos currentis, & usualis monete, aut . . . . . seu ipsorum valorem in Christi nomine remittentes. Cupientes insuper dictum opus, quantum cum Deo possumus, prosequi gratia & favore, concedimus, ut de usuris, rapinis, & aliis illicite acquisitis, sive extortis a parrochianis, & popularibus dicte Ecclesie Sancti Marci (*ferme divinando sic lego, adeo litteræ fugiunt*) ita de rebus huiusmodi restitutio fieri valeat, quando sui domini inveniri non possint; ut in summam centum librarum bonorum denariorum Pisanorum, & Florentinorum parvorum operarii dicte Ecclesie pro ipso opere ab eisdem parrochianis, & popularibus de quantitate quadraginta solidorum, & ab inde infra cum Rectore dicte Ecclesie, ab inde vero supra usque in predictam summam centum librarum, nobiscum consideratione prehabita diligenti, satisfactionem possint recipere Deo gratam, ita quod hii, qui usque in predictam summam centum librarum dicto operi, ut premittitur, satisfecerint, de predictis ad satisfactionem aliam nullatenus teneantur. Datum Pistorii die... mensis Martii sub anno Nativitatis Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo undecime Indictionis.

I V.

Monasterii S. Michaelis Ord. Vallumbrosanorum erectio, ex Archivo ejusdem Monasterii.

LEO Dei gratia Pistoriensis Ecclesie Episcopus omnibus nostro regimini commissis in Christo salutem.

Sicut Ecclesie Dei violatores Paulus Apostolus a Deo disperdendos denunciat, ita eum, qui domum Dei iusta possibilitatem suam edificare, vel ordinare studeat, digna mercede remunerandum proclamat dicens. *Unusquisque propriam mercedem accipiat secundum suum laborem*. Quod ita esse & his & aliarum scripturarum divinarum testimoniis cognoscentes, in augumentatione, & melioratione Ecclesiarum nobis commissarum dum vacant, laborare studemus. Talia itaque faciendo nostre memorie occurrit Ecclesia S. Angeli Michaelis in loco, qui dicitur Furcule, sita in suburbio videlicet Pistoriensi, officio, & omni gubernatione destituta, de ejus destructione, & detrimento nimium dolentes & qualiter meliorare valeret, pertractantes cum consilio nostrorum Clericorum, nec non fidelium laicorum, constituimus, & firmissima stabilitate sancimus, pro anime nostre, & antecessorum & successorum nostrorum remedio, cum ab hinc & in perpetuum Monasterium fieri, quatenus sicut de ejus exiguitate, & destructione multi anime & corporis damna perpessi sunt, sic de ejus restitutione, & augumento quamplurimum & anime & corporis salutem se consequi gratulantur. Ut autem Monachi, qui uni Deo militare debent, quiete & secure a secularibus molestiis vivere valeant, preponimus, nos nostrosque successores ab hinc in antea nullam secularem potestatem, vel dominium de predicta Ecclesia habere debere, nichil-

que

que de rebus, quas quolibet modo habet, vel in eternum habebit, auferre, minuere, subtrahare, alienare, vel qualicunque causationis lite fatigare, sive per nos, sive per aliquam a nobis submissam personam. Et quoniam Abbatiam ibi fieri loci parcitas modo non requirit, decernimus & ibi, quando regulariter poterit, ordinari. Ita tamen a nobis, vel nostris successoribus, quocunque tempore, eodem loco Abbas constituatur, vel ordinetur, nisi quem concorditer Monachi in eodem loco habitantes elegerint cum consilio & adiutorio Abbatis Ficeclensis, & eorum, qui Congregationes Vallisumbrosanas pro tempore regunt. Quia autem modo Ficeclensis Abbas suos ibi Monachos ponit, per eum eosdem Monacos volumus regi, si tamen Congregationes Vallisumbrose non discordaverint; quod si fecerint, in eorum sint regimine, qui regunt Cogregationes Vallisumbrosanas. Si autem Monachi, qui in prefata Ecclesia S. Angeli pro tempore fuerint, a suprascriptis Rectoribus discordare ceperint, habeant potestatem cum consilio nostro illos inde trahendi, & alios, quos voluerint, admittendi. Quod si aliquis de meis successoribus, quod absit, simoniacus fuerit, vel aliquod crimen, quod Episcopum non deceat, patraverit, licentiam, & potestatem eis damus, cum consilio Clericorum, qui in nostra Ecclesia secundum Deum vixerint, unde melius potuerint, consecrationes, & ordinationes accipere, aut regulariter nostre Ecclesie ordinarium Episcopum expectare. Ut ergo hoc nostrum decretum firmiter inviolatum permaneat, obligamus nos, nostrosque successores, si aliquod horum irritum facere tentaverimus, sive per nos, sive per submissam personam a nobis, componere debere auri optimi libras centum, & post datam penam quidquid in hoc precepto continetur, in sua firmitate, & robore permanere debere. Insuper sive nos, sive nostri successores, sive a nobis submissa persona quecunque illa fuerit, qui hoc decretum violare tentaverit, ex parte Omnipotentis Dei, & B. Marie semper Virginis, & S. Petri Apostoli, Sanctique Zenonis Episcopi sit excomunicatus, & maledictus, atque anathematizatus, ita ut particeps cum Dathan, & Abiron, qui vivi descenderunt in Infernum, cum Juda traditore, atque cum Simone mago, partemque habeat cum Diabolo, & Angelis suis in ignem eternum. Et hec Martinum Notarium Sacri Palatii ita scribere rogavi.

Actum apud Canonicam Pistor. feliciter.

Leo Episcopus in hoc decreto a me facto mea manu SS.
Ego Azo Archidiaconus interfui, & SS.
Ego Ugo Prepositus interfui, & SS.
Ego Idelprandus Primicerius interfui, & mea manu SS.
Ego Syluvis Presbiter SS.
Ego Bonus Presbiter SS.
Ego Joannes Presbiter, & Canonicus interfui, & SS.
Ego Bonattus Presbiter, & Canonicus interfui, & SS.
Ego Priscianus Presbiter, & Canonicus interfui, & SS.
Ego Minerius Presbiter, & Canonicus interfui, & SS.
Ego Marinus Clericus vice Guidonis Presbiteri eius rogatu SS.
Ego NN. Presbiter SS.
Ego Carbunculus Clericus interfui, & SS.
Ego Paganus Diaconus, & Canonicus interfui, & SS.
Ego Rusticus Diaconus, & Canonicus interfui, & SS.
Ego Patritius Diaconus, & Canonicus SS.
Ego Bellinus Canonicus Clericus SS.
Fullis Custos interfui, & SS.
Bonaccius Diaconus, & Canonicus SS.
Ego Bothon Subdiaconus, & Canonicus interfui, & SS.
Ego Villanus filius b. m. Ugi SS.
Rollandus, Guitto Germani, qui Bonini, interfuere.
Guido, & Rolandinus germani, filii b. m. Gerardi.
Villanus filius Caparotti interfui.
Lucius filius Pancis, & Ugo filius q. Brithoni, & Theodoricus de Dori.

Petrus

Petrus filius b. m. Pagani, & Bonus filius Rustici, & alii quamplures interfuere.
Martinus Clericus vice Rinuccii filii Regimanni ejus rogatu SS.
Bonus filius Fantuli interfui.
Hoc factum est anno ab Incarnatione D. N. Jesu Christi MLXXXIV. pridie Kal. Septembris Indictione 7. feliciter.
Martinus Notarius Sacri Palatii hoc decretum complevi, & dedi.

Ego Avianus D. Frederici D. mem. Imp. Judex, & Sacri Palatii Notarius illud autenticum vidi, & legi, & prout in eo inveni, nihil addens, vel minuens de verbo ad verbum fideliter scripsi, & exemplavi.

V.

Statutum Petri Pist. Episcopi de servandis in electione Abbatis S. Michaelis, ex Archivo ejusdem Monasterii.

PA. Pistoriensis Ecclesie Dei gratia Presul omnibus suo regimini subjectis salutis æterne desiderabile premium. Quia Prelatorum officium est, verbis, & exemplis ad cælestia bona subjectos * exigere, oportet eos, dum tempus concedit, pro vita sempiterna laborare, qualiter in Judicio novissimo mundi Judex æterne lætitie mercede possit illos remunerare; & quia ante tantum Judicem venire, & judicari timendum est, eos preparare dum licet, cogitandum est, ne qui in hoc mundo subjectorum animas judicant, pro sua prelatione sententiam duram accipiant, & eternam penam judicati juste recipiant. Unde Petrus Pistoriensis licet indignus Episcopus sepe suspirando, & recogitando de Pastorali onere, & officio nobis commisso, hoc precipuum estimavimus, ut inibi Deo servientium adjutorio, & orationibus fulti mercede gaudere possimus eterna, audiendo, quod legitur, *euge bone serve, intra in gaudium Domini tui*. Monasterium igitur Sancti Micaelis Archangeli situm loco Furcule in vicinitate nostre Civitatis Pistorie, quod nos ante Episcopatum hedificari, & operam dando corroborari multum desideravimus, corporali adjutorio cognoscentes locum illum habitantes Monachos per plurimum indigere & alios apud Deum ad adjuvandum non modice valere, clericorum nostrorum, nec non consilio fidelium laicorum ab omni honore seculari nostre Ecclesie hoc modo eum reddere, & absolvere, & liberare studuimus; ut Monachi ibi degentes omni nostra molestia, & impressione remota pro se & pro aliis ad orandum locum ipsum quietum possideant, & ut hoc competenter fieri possit, decernimus; & sancimus, aliquo futuro tempore nullum ibi elegi vel constitui, aut ordinari Abbatem, nisi quem unanimiter eumdem locum elegerint habitantes, cum consilio tamen Ficeclensis Abbatis, & juvamine, & eorum, qui Vallis-umbrose Congregationes regunt pro tempore. Quod si [quod absit] Ficenensis Abbas a Vallis-umbrosa Congregatione discordaverit, omne consilium, ut ad caput, deferimus illis, qui Congregationi Vallis-umbrose majores existunt. At si Abbas, vel Monachi, qui in jam dicta S. Angeli Ecclesia aliquo tempore fuerint, a jam nominatis rectoribus Vallis-umbrose discordes esse ceperint, illos cum consilio nostro potestatem habeant inde abstrahendi, & alios, quos voluerint, immittendi. His adjungimus, siquis nostri Episcopatus presulatum tenens simoniaci, vel alicujus alius criminis, quod presulari non debeat, in veritate irretitus inventus fuit cum nostre Ecclesie petito consilio Clericorum, qui secundum Deum melius vixerint, ut ordinationes, & consecrationes accipiant ibi viventes, unde melius potuerint, seu nostre Ecclesie regulariter Episcopum ordinarium * expetent, si voluerint; & quia tali beneficio cum corporali sustentatione magis dilectat inops congregatio Monachorum, ut memoria mei, nostrorumque precessorum, & successorum manere possit mentibus eorum, de nostra possibilitate Ecclesie terram de loco vocato campana recla, & de pero, & unum mansum iusta sanctam Cristinam, vicinam ipso Monasterio damus, concedimus, & ascribimus. Præterea & quidquid terrarum Petrus Gezzi; & ambo filii Mascari a nobis, vel nostris antecessoribus tenue-

* f. erigere

* expectent

tenuerunt, excepto quod a filio Fantini filii Mascarii predicti detinetur. Ut autem que ibi iure obtulimus, & alia, que habentur, vel Deo adiuvante haberi debentur, quiete, & secure in predicto venerabili loco viventes nostra gaudendo tuitione valeant possidere, pro nobis, nostrisque successoribus refutamus, & postponimus nullum dehinc in antea dominium seculare vel potestatem vel habere, seu tenere debere, nichilque de rebus nostris a nobis concessis, vel de retro quollibet modo juste habitis, aut in futuro habendis minuare, vel subtrahere, sive auferre, aut aliqua lite fatigare, sive per nos, sive per summissam personam aliquo presenti, sive venturo tempore. Igitur ut hoc nostrum decretum firmum, & inviolatum semper possit permanere nos obligamus nostrosque successores, si horum aliquid temptaverimus per nos, sive per a nobis submissam personam in aliquo frangere, auri optimi libras centum debeamus componere, & post solutam penam quidquid in hoc decreto nostro legitur, in suo robore permaneat & firmitate.

Et hec Martinum Notarium Sacri Palatij, ita scribere rogavimus. Actum apud Canonicam Pistoriensem feliciter.

Petrus Pistoriensium Episcopus, licet indignus, in hoc decreto a me facto libens S. S. ✠ Ego Boton Archipresbiter manu mea S.S. Ego Archidiaconus S. S. ✠ Ego Prepositus S. S. ✠ Ildibrandus primicerius interfui, & manu mea S.S. ✠ Ego Petrus Custos S. S. ✠ Bonutus Presbiter S. S. ✠ Ego Carboncelli Clericus interfui, & S.S. ✠ Ego Paganelli Canonicus, & Diaconus interfui, & S.S. ✠ Ego Bonancius Subdiaconus, & Canonicus S.S. Villanus filius Ugi, Vitto filius quondam Bonini, Villanus filius Caparotti, Lucius filius Panci, & Ugo quondam Bretoni, & Petrus filius Pagani interfuerunt. Hoc factum est anno ab Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo sexto in mense Decembris Indictione decima feliciter.

Martinus Notarius Sacri Palatii hoc decretum complevi, & dedi.

Ego Fredericus filius quondam Petri imperialis aule Judex ordinarius, & Notarius illud instrumentum publicum subscriptum per Martinum Notarium, unde hoc exemplum sumptum est, vidi, & legi, & prout inveni, hic nullo addito, vel diminuto, nisi fortasse tittulum, in litteram commutando, vel e converso, de verbo ad verbum transcripsi, & ad majorem rei evidentiam signum mee manus apposui sub Anno Domini a Nativitate 1257. indictione 15. decimo Kal. Augusti, & ut superius scriptum, & singnatum apparet videlicet ordinatum, propria mea manu scripsi, & signavi.

V I.

Petri Pist. Episc. de Monasterii Monialium S. Petri Majoris regimine, & juribus constitutio, ex Archivo P.P. Servorum B. Virginis, & ex libro contractuum ejusdem Monasterii.

Vita brevis notificat, qualiter homines festinare ad ædificanda animarum tabernacula oporteat, ut dum licet, de perdibilibus operatur, quod post mortem in Celo accipiantur ad gaudium sempiternum; unde in Evangelio legitur: *facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula*. Qua de causa quidem ego Petrus Pistoriensis Episcopus valde timens, ne mihi præsens subito deficiat sæculum, ad memoriam reduxi mei officii gravissimum onus, & ne unde remunerari felicibus bonis debeam, inde prætermittendo bona negligentiæ causa penam incurram. Considerans itaque nostræ Civitatis undique Suburbium, cognovimus quamdam nostram Ecclesiam, Cujus vocabulum est *Sancti Petri Apostoli* que dicitur *Majoris*, ad Sanctimonialium Monasterium ordinandum valde congruum locum. Consilio ergo accepto cum nostris quidem Clericis, nec non Laicis fidelibus nobis, Deum timentibus, dictam hanc Ecclesiam, quæ sæculariter quidem detinebatur, studeamus sicuti res quoque exigebat, ordinare in melius, & Sanctimonialium quidem Monasterium

 de

de hinc, & in perpetuum Domino concedente, ut nos, noſtrique anteceſſores, & ſucceſſores, atque in hoc opere adiutores animarum remedium habeamus, inviolabiliter eſſe decernimus, ſecundum quod noſtra Pontificalis dignitas ſua decreta poteſt confirmare validius, verumtamen ſalvo honore, & reverentia noſtræ Eccleſiæ Epiſcopatus S. Zenonis, & ſubiectione, & obedientia. Abbatiſſam vero aliquam ibi ab aliquo poſſe conſtitui penitus interdicimus, niſi quam congregatio ejuſdem loci ſororum, cum conſilio tamen Epiſcopi, & noſtrorum Canonicorum, ſecundum regulas S. Benedicti elegerint, ceſſante quidem omni negotiatione, ac vicio ſimoniacæ hæreſis. Et quia Epiſcopalis dignitatis magis proprium eſt animarum, & corporum utile conſilium, & adiutorium ſibi commiſſis impendere, in loco quidem, quem ſolemniter, ſicuti decet, Monaſterium conſtituimus, ſecundum poſſe noſtre majoris Eccleſiæ niſi quidem noviter ordinatæ, & inibi præſentialiter, & in futuro habitantibus adjuvando manuum largitate quaſi filiæ porrigere non dubitemus. Concedimus igitur huic Monaſterio totam terram, quam circum ſe undique eadem Eccleſia S. Petri habuiſſe videtur, & quaſcunque alicubi habuiſſe, vel pertinuiſſe dignoſcitur, illis tantummodo terris exceptis in noſtro . . . . . . decimationem quoque omnem cum beneficiis mortuorum de Villa Guntalmatico, & Valle Capraria, & Lejano ſecundum quod Fluvius Bura decurrit, & de Calaio, & Cumugnano, & Purica, & Magnalla, & de Burgo poſito prope portam, que dicitur S. Petri Civitatis Piſtoriæ, de omnibus hominibus modo ibi habitantibus, licet in antea in perpetuum in prædictis locis habitare debentibus, & de loco vocato Pojo uſque ad Breveraticam aliquo tempore habitantibus in eadem conceſſione integrum includimus. Oblationem, & res, portiones, quas Populus de noſtra Plebe S. Hyppoliti, quæ dicitur Vitula, cum Letaniis æſtivo tempore ad noſtram Eccleſiam Epiſcopatus deferre ſolitus eſt, & ut hoc noſtrum decretum omni tempore validum, & incorruptum ſervetur, noſtra confirmatione, & obligatione ita roborare decrevimus, ut ſi nos, noſtrique ſucceſſores in perpetuum infringere, vel de rebus a nobis datis, ſeu conceſſis, vel adquirendis retollere, aut minuere, ſeu litigare etiam præſumpſerint, centum auri libras præfato Monaſterio, vel Congregationi ſive . . . . eiuſque pro tempore fuerint pœnam imponere ſtudeamus. Verumtamen, qui aliquo tempore huius Monaſterii, loci in aliqua Prælata Perſona vicio aliquo, ſive calliditate de ſub poteſtate licet ordinaria noſtra Epiſcopatus Eccleſiæ hoc Monaſterium ſubijcere, ſeu tollere, aut per Romanum Pontificem, aut per aliam Perſonam in dignitate poſitam tentaverit huius Monaſterii noſtram quidem hanc conſtitutionem, & decretum omnino volumus, dicimus, ſtatuimus infirmari; quin etiam omnibus juribus evacuari. Hoc actum eſt anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonageſimo primo, quinto Idus Junii Indictione decima quarta in Civitate Piſtorii in Solario ejuſdem Piſtorienſis Epiſcopi feliciter.

Ego Petrus Dei gratia Epiſcopus huic decreto ſubſcripſi.
Ego Bonutus Archipresbiter ſubſcripſi.
Ego Ugo Prepoſitus ſubſcripſi.
Ego Ildebrandus Primicerius ſubſcripſi.
Ego Ugo Cantor ſubſcripſi.
Ego Carbunculus Canonicus ſubſcripſi.
Ego Paganus Diaconus, & Canonicus ſubſcripſi.
Ego Ruſticus Canonicus ſubſcripſi.
Ego Saponatus Canonicus ſubſcripſi.

VII.

V I I.

Receptio cujusdam Conversi in Monast. S. Michaelis, ex Archivo ejusdem Monasterii.

IN Christi nomine Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus notum, & manifestum, quod Presbiter Bolognese Rector Ecclesie de Campillo de Montemagno manumisit se in manibus Domini Petri Abbatis Monasterii Sancti Michaelis de Furculis pro converso, promittendo ipsi Abbati obedientiam, sicut promiserunt olim ceteri conversi dicti Monasterii, & ipse Abbas recipienti pro ipso Monasterio recepit ipsum presbiterum tanquam conversum dicti Monasterii cum libro, & stola, ponendo ipse Presbiter Bolognese librum, quem acceperat ab ipso Abbate super altarem Sancti Michaelis faciendo pacem cum ipso Abbate, & aliis Monacis, qui nunc ibi erant, prout moris est; facta dicta conversatione incontinenti dictus Abbas elegit ipsum Presbiterum Bolognese in pastorem, & rectorem Ecclesie Sancti Marci site in Burgo de Viterbio Civitatis Pistoriensis, dando illi claves domus Ecclesie S. Marci. Hec acta sunt in Ecclesia dicti Monasterii, presentia Domni Tomasi Abbatis de Bugiano, & Vicini de Faita, & Belneri quondam . . . . . . & Bonaiuti conversi dicti Monasterii. Item dictus Dominus Abbas Sancti Michaelis de Furculis coram predictis testibus incontinenti cum Domno Paulo, & Domnis Johanne Benedicto, & Filippino Monacis dicti Monasterii accedens ad ipsam Ecclesiam Sancti Marci, & investivit ipsum Presbiterum de ipsa Ecclesia, & de spiritualibus, & temporalibus rebus dicte Ecclesie, mittendo ipsum Presbiterum in possessionem de ipsa Ecclesia cum pannis altaris Sancti Marci, & cum funibus campanarum dicte Ecclesie. Hec omnia acta sunt sub anno Dominice Nativitatis 1231. tertio nonas Januarii Indictione quarta.

Ego Gratia Judex, & Notarius Sacri Palatii predictis omnibus interfui, & hec omnia de rogatu suprascripti Abbatis fideliter scripsi, & publicavi.

V I I I.

Constitutiones quaedam editae a Bartholomaeo Abbate Monasterii Sancti Salvatoris Fontis Taonis, ex Archivo Monachorum Vallumbrosanorum Pistoriensium.

FRater Bartholomeus . . . . . Abbas Monasterii Sancti Salvatori Fontis Taonis . . . . Dilectis in Christo fratribus, & filiis . . . . in capitulo, & conventu ejusdem Monasterii salutem & sinceram in Domino caritatem. Cum nos ire in partes Romaniole, & Lombardie ex ordinamento, & precepto nobis iniuncto, & facto a Reverendo in Christo Patre Domino Valentino Christi gratia favente Vallembrosano Abbate, & diffinitoribus Capituli generalis Monasteria, & Conventus existentia in predictis partibus . . . . . . oporteat, & volentes vos cum fraternitate salubri in statu tranquillo prospera, & preclara in Christo caritate manere, decrevimus vobis aliqua capitula, & precepta transmittere, & ea in virtute obedientie sub excomunicationis pena per vos inviolabiliter observari.

Precipimus ergo vobis, ut divina offitia congruis temporibus secundum ordinem nostrum, & vestrum posse; quantum melius potueritis, celebrare velitis. Item precipimus vobis, quod debeatis invicem in fraterna caritate vigere, a manumissionibus, verbis optiosis, & injuriosis minis, & quibuscunque malis conviccis separari.

Item decernimus, ut nullus ex vobis portet, vel portare presumat infra claustrum seu septa Monasterii aliqua arma defensibilia, vel offensiva, nisi propter dictum Monasterium, & bona ipsius a pravis hominibus defendenda, & tunc in eo casu liceat unicuique vestrum omnia predicta arma deferre . . . . item dici-

dicimus quod unusquisque vestrum debeat stare, & morari in obedientia ad dictum Monasterium, & inde aliquo modo non discedere sine verbo . . . . licentia Camarlingorum dicti Monasterii, vel Domini Abbatis.

Item precipimus quod aliquis ex vobis non . . . . vel faciat, seu fieri faciat aliquem fundum, seu peculium, quod non revertatur ad proprium usum, & communem Monasterii, sine licentia dicti Domini Abbatis.

Item volumus quod unusquisque vestrum in . . . . . abb. debeat venerare & obedientiam facere in omnibus Camarlingis dicti Monasterii ut proprie nostre persone, ac . . . . . si adesset . . . . . Predicta vero capitula nostri sigilli fecimus . . . . . . pendentis cordula roborari.

A D N O T A T I O.

EX Catalogo Abbatum Monasterii S. Salvatoris Fontis Taonis, quem ab humanissimo, doctissimoque Monacho D. Fideli Soldanio adcepi, ab anno 1281. ad 1298. praefuit eidem Monasterio Bartholomaeus, quamobrem Constitutiones istæ ad hos annos, vel intermedios pertinent.

I X.

Absolutio a sententia suspensionis quam Fr. Guillelmus de Perusio Domini Papae Poenitentiarius anno 1338. *impertitus est F. Simoni Abbatis Bartholomaei, ex Archivo eius Monasterii.*

FRater Guilelmus de Perusio Domni Pape Penitentiarius Religioso Viro fratri Simoni Abbati Monasterii Sancti Bartholomei Ordinis Sancti Benedicti Pistoriensis, salutem in Domino. Tua nobis exhibitâ petitio continebat, quod cum olim tu cum voluntate, & assensu Monachorum, & Capituli Monasterii predicti, nec non & venerabilis Patris Domini . . . . . Pistoriensis Episcopi pro diversis, & adversis causis, & honeribus imminentibus ipsi Monasterio expediendis, & debitis persolvendis, ac pro quibusdam expensis necessariis, & utilibus faciendis pro dicto Monasterio, & quibusdam domibus in ipsius Monasterii poderibus construendis vendideritis, & distraxeritis quasdam culturas terre pro quadam summa pecunie, quam antea auctoritate prefati Domni Episcopi interpositam, & decretum infra certum tempus per ipsum Dominum Episcopum proinde statutum tu cum tuis Monachis & Capitulo vos solempniter obligastis, & corporali iuramento tactis scripturis firmastis integrum & sine diminutione persolvere, ac de ipsa summa pecunie tantas possessiones utiles dicto Monasterio reemere, quæ valerent, & quarum extimatio ascenderet ad precium, & valorem terrarum, & possessionum predictarum ipsius Monasterii venditarum, & dictas possessiones reemere promisistis cum scitu, & conscientia Domni Episcopi antedicti. Verum quod tum propter guerras maximas in illis partibus existentes, tum & propter alia incumbentia multa gravamina, & honera dicti Monasterii summam predictam infra taxatum nobis tempus integre persolvere nequivistis, dubitans, ne tu suspensionis ab officio, & tu simul cum Monachis, & Capitulo predicto reatum incurrissetis periurii, super absolutione predictorum a reverendo in Christo Patre, & Domino Domino Cantelmo divina providentia Episcopo Albanensi Domini Pape penitentiarie curam gerente ad discretum virum Vicarium venerabilis Patris Episcopi Florentini licteras impetrastis tenoris & continentie infrascripte. Cantelmus miseratione divina Episcopus Albanensis discreto viro . . . . Vicario in spiritualibus Episcopi Florentini salutem in Domino. Ex parte fratris Symonis Abbatis, & Conventus Sancti Bartholomei Ordinis Sancti Benedicti Pistoriensis nobis exhibita petitio continebat, quod ipsi olim pro quibusdam urgentibus necessariis eiusdem Monasterii de eorum Superioris licentia undecim culturas terre Monasterii ipsius vendiderunt, iuramento prestito per eosdem de reemendo, & expendendo tante pecunie summam, quantam haberent de culturis, seu possessionibus prelibatis usque ad certum tempus

pro

pro iis reemendis, & deponendo propterea penes Jacobum de Vefcontis certam pecunie fummam. Poftea vero idem Abbas, & Conventus dictas poffeffiones reemere, & dictam pecuniam pro majori parte tum propter guerras maximas ibidem exiftentes, tum etiam propter multa alia incumbentia honera dicti Monafterii deponere ceffaverunt. Super quibus fupplicari fecerunt humiliter eis per Sedem Apoftolicam mifericorditer provideri. Nos igitur auctoritate Domini Pape, cujus penitentiarie curam gerimus, difcretioni tue committimus, quatenus, fi ita eft, Abbatem, & Conventum predictos a fententia fufpenfionis ab offitio, fi quam propter hoc incurrerunt, & predicti periurii reatu abfolvas in forma Ecclefiae confueta, & iniuncta inde eis pro modo culpe penitentia falutari, & aliis, que eis de jure fuerint iniungenda, quodque dictum Monafterium indempne reddat, & ad obfervantiam juramenti predicti redeant, ut tenetur fuper irregularitate fi quam fic ligati non tamen in contemptum clavium in eorum ordinibus miniftrando, vel aliis fe divinis officiis immifcendo contraxerunt, difpenfas, alioque eis non obftante Canonico, auctoritate predicta mifericorditer cum eifdem. Datum Avinione 2. Kal. Novem. Pont. Domini Johannis Pape XXII. anno quintodecimo. Super quibus omnibus vigore & auctoritate dictarum litterarum abfolvi fecimus a predicto Vicario, iniuncta tibi falutari penitentia, & alia, que tibi de jure fuerant iniungenda, obtinuifti, prout hec omnia nobis patent publicis documentis a nobis diligenter vifis, & lectis manu Mazzinghi filii Pon.is de monte Rappoli Florentine diocefis imperiali auctoritate Notarii confcriptis. Et quatenus pro parte, ut afferis, debitum fatisfeceris prelibatum, fupervenientibus tamen dicti Monafterii multis collectis, & folutionibus decimarum Romane Ecclefie ac ipfius legatis folvendarum, multifque aliis gravaminibus, & expenfis prefatum debitum integre perfolvere nequiviftis infra tempus, & terminum tibi prefixum a difcreto Viro . . . . Vicario in fpiritualibus Epifcopi Florentini; propter quod dubitas te dictam fufpenfionis fententiam, ac reatum periurii incurifle. Super quo nobis humiliter fupplicafti, per nos tibi fuper hiis de opportuno remedio provideri. Nos igitur tuis fupplicationibus, quantum cum Deo plus, & melius poffumus, inclinati, maxime cum tu afferas divino tibi affiftente prefidio in brevi, ad que te obligafti, complecturum, & predictam fummam pecunie integre foluturum, & poffeffiones, ut teneris, pro dicto tuo Monafterio, cum fcitu, & confcientia predicti Domini Piftorienfis Epifcopi empturum, te auctoritate Domini Pape a fententia fufpenfionis ab officio tuo, fi quam propter hoc, & omni reatu periurii, quod ufque nunc pro dicta caufa incurrifti, abfolvimus in forma Ecclefie confueta, tibique iniunximus penitentiam falutarem, & alia, que de iure vidimus, iniungenda; quodque dictum Monafterium indempne reddas, & ad obfervantiam juramenti predicti redeas . . . . . fuper irregularitate, fi quam forte fic ligatus divina offitia celebrando, aut aliis te immifcendo divinis contraxifti, tecum alio tibi non obftante canonico duximus mifericorditer difpenfandum. Quod fi que mandantur, & alia ad que tuo iuramento ligaris, infra dictum terminum, & tempus per dictum Vicarium tibi prefixum adimplere forte contempferis; in eandem fufpenfionis formam, & reatum perjurii te noveris recidiffe, & noftra prefens abfolutio extunc nullius penitus fit momenti.

Datum Rome apud Sanctum Petrum Nonis Madi Pontificatus Domini Benedicti Pape XII. anno quarto.

Et ego Egidius Clerici Gerardi de Mutina imperiali auctoritate Notarius, & nunc Scriba offitii penitentiarie hec omnia fuprafcripta de mandato dicti Domini penitentiarii fcripfi, & fignum meum confuetum appofui prefentibus hiis teftibus ad hec fpecialiter vocatis, & rogatis, videlicet Fratre Jacobo Ugolini de Perufio Ordinis Fratrum Minorum, fratre Angelo de Eugobio Ordinis Predicatorum fociis Dominorum penitentiariorum, fratre Petro Ser Dominici Monacho Monafterii de Buzan Ordinis S. Benedicti, & Johanne Gerardini de Piftorio, & aliis quampluribus.

X.

X.

Bulla Eugenii IV., quae Monasterium Pistoriense S. Bartholomaei a Benedictinis transfert ad Canonicos Regulares S. Augustini, ex Archivo ejusdem Canonicae.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam Romanus Pontifex, in quo potestatis plenitudo consistit, quique principalem Ecclesiarum, ac Monasteriorum omnium curam gerit circa ea, que eorum directionem, & salubrem statum, ac divinorum inibi augumentum concernunt, prout ei ex debito pastoralis officii diligenter intendit, & quod illa sublatis ab eis sinistris quibuslibet debite reformationis beneficio gaudeant, grataque in eis Deo plantaria surrogentur, opem, & operam libenter impendit, ut etiam exinde Ecclesie, & Monasteria ipsa felicia in spiritualibus, & temporalibus suscipiant incrementa. Dudum siquidem quondam Bartholomeo Abbate Monasterii Sancti Bartholomei Pistoriensis Ordinis Sancti Benedicti regimini ipsius Monasterii presidente nos cupientes eidem Monasterio, cum vacaret per Apostolice Sedis providentiam utilem & ydoneam presidere personam, provisionem dicti Monasterii ordinationi, & dispositioni nostre duximus ea vice spetialiter reservandam, decernentes extunc irritum, & inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum prefatum Monasterium per obitum dicti Bartholomei Abbatis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacaverit, & vacet ad presens, & sicut accepimus Monasterium ipsum, quanvis in Ecclesia, edificiis, ac facultatibus solenne, & notabile ac in bono loco Civitatis Pistoriensis situm existat, de memoria hominum regulari observantia destitutum remanserit, prout etiam hodie remanet, nec ultra quatuor Monachos in eo continuo commorantes, quorum duo etatis legitime non existunt, habere noscatur, ac dilectus filius Julianus Tarati alter Monachorum minorennium prefatorum se in Abbatem prefati Monasterii sic vacantis ab eisdem Monachis licet post, & contra reservationem & decretum predicta, & de facto nulla etiam super defectu etatis huiusmodi ad id canonica dispensatione obtenta electum fuisse pretendat. Nos statui dicti Monasterii de cuius provisione nullus preter nos hac vice se intromittere potuit, seu potest, reservatione & decreto obsistentibus supradictis, ut illud per nostre provisionis ministerium prosperis gratuletur eventibus, ac spiritualium & temporalium augumentum suscipiat, salubriter providere volentes, nec non electionem ipsam, & omnia inde secuta, utpote post, & contra reservationem & decretum huiusmodi de facto, ut premictitur, attemptata, irrita, prout erant, & inania reputantes, ac attendentes quod dilecti filij Canonici de Congregatione Beate Marie de Fasoriana Ordinis Sancti Augustini a multis citra temporibus in numero, bonitate, & virtutibus multiplicati plura, & diversa Monasteria, atque loca in partibus Italie consistentia eis canonice concessa plurimum reformarunt, & in eis sub arcta, & regulari dicti Ordinis Sancti Augustini observantia vivere noscuntur, quodque ex eorum multiplicatis virtutibus, & fructuosis operibus dictum Monasterium summopere reformari, ac exinde Cives pro tempore existentes dicte Civitatis multas suarum animarum consolationes, & gaudia, presertim in missis, & divinis audiendis, ac confessionibus faciendis, sentire debeant, motu proprio, non ad ipsorum Canonicorum, vel alterius pro eis nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate Monasterium Sancti Bartholomei predictum, cujus fructus, redditus, & proventus quadringentorum, & quinquaginta florenorum auri de Camera secundum communem estimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona vacet cum omnibus bonis, iuribus, & pertinentiis suis Congregationi huiusmodi, ac universis illius Canonicis presentibus, & futuris per eos, per priorem temporaneum ad id per ipsos pro tempore electum, ac alios juxta ipsorum ritus, mo-

res,

res, statuta, consuetudines, & privilegia eis concessa, perpetuo, salva tamen infrascripta voluntate, tenendum, regendum, & etiam gubernandum auctoritate Apostolica ex certa scientia, tenore presentium, libere concedimus, assignamus, incorporamus, applicamus, & appropriamus. Ita quod liceat exnunc dilecto filio Rectori prefate Congregationis per se, vel alium, seu alios corporalem possessionem Monasterii, possessionum, bonorum, iuriumque, & pertinentiarum predictorum auctoritate propria libere apprehendere, ac sibi, necnon Canonicis presentibus, & futuris prefatis illam perpetuo retinere, fructusque, redditus, & proventus predictos in suos, & eiusdem Monasterii usus, ac utilitatem convertere, & exponere, Diocesani loci, & cuiuscunque alterius super hoc licentia minime requisita, quodque etiam dictum Monasterium, ac prior, & Canonici de Congregatione huiusmodi, qui in eo pro tempore permanserint, durante concessione predicta, omnibus, & singulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, indultis, & gratiis per nos, & prefatam Sedem aliis dicte Congregationis Monasteriis, Prioratibus, & locis, eorumque pro tempore Canonicis, & personis hactenus generaliter concessis uti valeant pariter, & gaudere. Et nichilominus dilecto filio Abbati Monasterii Beate Marie Florentini dicti Ordinis Sancti Benedicti, predictis, & aliis, si qui forsan sint prefati Monasterii Sancti Bartholomei Monachis, quorum omnium nomina, & cognomina, ac gradus, status, & conditionis presentibus haberi volumus pro expressis, quod in Monasterio Sancti Bartholomei prefato sub habitu regulari Canonicorum de Congregatione huiusmodi remanere seu ad alia Sancti Benedicti, aut aliorum quorumvis ordinum Monasteria se transferre valeant, licentiam concedendi, nec non etiam pro pace, quiete, & concordia prefatorum Canonicorum, & Monachorum singulis ex quatuor Monachis prefatis de bonis, ac fructibus, redditibus, & proventibus Monasterii huiusmodi singulas partes, ac annuas portiones, seu pensiones, auctoritate Apostolica ipsis ad vitam ipsorum, seu ad certa tempora reservandi, assignandi, & constituendi, ac omnes, & singulas expensas post obitum dicti Abbatis tam pro eius funeralibus, seu exequiis, quam pro vestimentis familiarium, & dilectorum suorum, ac vel etiam in prosecutione, & defensione pretensi juris dicti electi ratificandi, & approbandi, aliaque omnia & singula desuper necessaria, & opportuna faciendi, & exequendi, plenam, & liberam motu, & auctoritate predictis harum serie concedimus facultatem, & etiam potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Monasteriorum, & Ordinum Sancti Benedicti, & Sancti Augustini predictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Preterea cum nostre intentionis existat, quod in prefato Monasterio observantia huiusmodi vigere debeat, volumus, quod si Canonici prefati observantiam in Monasterio huiusmodi legittimo impedimento cessante, tenere desierint, & nisi legittime moniti, & requisiti infra competentem eis desuper prefigendum terminum, simili impedimento cessante, defectum huiusmodi suppleverint, ac infra alium similem terminum similibus monitione, & requisitioni precedentibus supplementum huiusmodi non fecerint, prefatum Monasterium per Monachos Ordinis Sancti Benedicti huiusmodi, ut prius, regatur, & gubernetur, ac regi, & gubernari debeat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, assignationis, incorporationis, applicationis, appropriationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Senis anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio. Tertiodecimo Kalendas Septembris. Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Johannes de Cruce.
B. de Urbino.

XI.

X I.

Catalogus etsi admodum mendosus Abbatum Ordinis Vallisumbrosæ, qui M. S. membranaceo Codici, in quo Regula S. Benedicti, & homiliarium mutilum in Evangelia totius anni præfigitur, ex archivo Monachorum Vallumbrosanorum Pistoriensium.

ISti sunt Venerabiles, & Sancti Patres Abbates generales totius Ordinis Vallisumbrosæ videlicet.

1. Sanctissimus Pater Johannes Gualberti primus institutor, & fundator supradicti Ordinis, qui incepit anno Domini 1041. & floruit multis miraculis ut in ejus gesta patet. Obiit autem anno Domini 1073. die 12. Julii.
2. Rodulfus)
3. Rusticus) hi omnes Sanctissimi Johannis discipuli fuerunt, & inter cetera
4. Erizo) miracula multa monasteria aquisierunt.
5. Florentius.
6. Almarius.
7. S. Bernardus Abbas S. Salvii, & monasterii Vallisumbrosæ Abbasque generalis totius ejusdemque Ordinis Pater & Romanæ Ecclesiæ Presbiter Cardinalis, tituli S. Grisogoni, & Episcopus Parmensis, ubi sepultus, & cum magna devotione tenetur: in Monasterio Vallisumbrosæ reconditum suum brachium altare portatile, sandalia, & mitria.
8. S. Acto, qui postea Episcopus de Pistorio consecratus fuit, ubi Deus multa per eum operatus est. Inter alia pars capitis, sive colli S. Jacobi de Yspania deportari fecit, & ibi integrum cum magna devotione habetur.
9. Gualdus.
10. Ambrosius.
11. Marinus.
12. Jacobus.
13. Tertius.
14. Martinus.
15. Benignus Doctor Sanctus, qui librum *claustrum animæ* intitulatum composuit, & Ecclesiam Vallisumbrosæ a fundamentis lapidibus quadratis, sicut nunc videtur, edificari fecit.
16. Valentinus.
17. Tesaurus martir & Sanctus: [*quod sequitur, ab alio additum est*] hic fuit nobilis Civis Papiensis, cujus corpus conditum est in Sacro Cenobio S. Lanfranchi.
18. Plebanus.
19. Jacobus.
20. Valentinus.
21. Roggerius.
22. Johannes.
23. Benedictus.
24. Michael, cum esset vir sanctissimus, & heremita Cellarum Vallisumbrosæ ab omni Congregatione concorditer in Patrem Generalem est electus.
25. Simon de Gaville.
26. Benedictus de Monte Luch., qui a quodam Dopno Johanne dicto Pinello multos in monasterio Vallisumbrosæ libros pro dicta Ecclesia scribere fecit.
27. Bernardus de Gianfigliazij de Florentia.
28. Ricciardus de Senis, vir dottissimus.
29. Placidus de Padua, qui reddita Vallisumbrosæ multum restauravit.
30. Franciscus de Altoviltis de Florentia. Hic appellatur misericors.
31. Blasius Melanensis de Florentia, vir dottissimus & in omnibus prudens, maturus, vigilans, sapiens, & multum misericors, qui dictus Pater misericordie & infra.

Hanc

Hanc omni anno ſtuduit exercere pia in die aſſumptionis Sanĉte Marie in ſuo Monaſterio Vallumbroſano propriis ſumptibus, dotis congruis duodecim Virgines ab eo ſunt deſponſatæ, & non ſolum ipſe ſed omnes qui in inopia ſunt poſiti ad eum confugiunt, ſtatim conſolati remanent. Et non ſolum reddita Vallisumbroſæ multum reſtauravit, ſed totum, ſicut videtur, ordinem recuperavit. Et primum ſimul univit totam Congregationem, quæ antea ſeparatim vivebat, fecit etiam eſſe unam, & multa monaſteria ad ordinem reduxit, videlicet.

. Primum Monaſterium S. Mercurialis de Forlivio.
2. S. Lanfranchi de Papia.
3. S. Sepul. de Aſtino de Bergamo.
4. S. Michaelis de Paſſignano.
5. S. Laurentii Cultus boni.
6. S. Salvatoris de Vajano.
7. S. Bartholomei de Novara.
8. S. Criſtine de Placentia.
9. S. Mariæ de Sereno, ſive de Juſdino.
10. Prioratus de Sale Wlterranæ Diocesis.
11. S. Trinitatis de Florentia.
12. S. Benediĉti in Alpibus.

Et alia Monaſteria Conventualium Congregationi Vallisumbroſanæ reſignari fecit, primum videlicet Monaſterium:

S. Reparate de Marrata.
2. S. Trinitatis in Alpibus.
3. S. Marie de Bibona.
4. S. Marie de Vigeſimo, & de novo.
5. Plebis S. Mariæ Montis Milliarij.

Et multa propter amorem ſui diĉti Ordinis, & pro libertate Eccleſiæ pluribus vicibus detentus eſt. Tandem tempore Domini Domini Julii Pape ſecundi, cum eſſet a Florentinis detentus ipſe ſummus Pontifex, non ſolum ipſum, ſed totam Eccleſiam ab expenſis Secularibus impoſitis totaliter liberavit.

X I I.

Hoſpitalis in Nemoreto conceſſio facta Monaſterio S. Salvatoris de Fontana Taonis, ex archivo Piſtor. Monach. S. Michaelis.

IN nomine Chriſti notitia brevis conceſſionis, qualiter pro modernis, & futuris temporibus ſecuritatis, hae firmitatis ad habendam memoriam, & retinendam aĉtum eſt juxta Eccleſiam Sanĉti Petri majoris, preſentia hominum, ſcilicet Clericorum, atque Laicorum, quorum nomina ſuptus leguntur. Bonutus Piſtorienſis Archipresbiter . . . . . id domnum Johannem Eccleſie, & Monaſteri Sanĉti Salvatoris de Fontana taonis Abatem, ſuiſque illis ſucceſſoribus, qui in eodem Monaſterio pro tempore habitaverint, adque ita obſervaverint, ſicut in oc legitur brevi, pro remedio anime ſue, atque incliti Guidonis Comitis, nec non & nobiliſſime ſue uxoris Armelline, eorumque filiorum, atque pro ſalute anime & corporis Guidonis guerre, videlicet oſpitale illud, quid ipſe archipresbiter edificavit cum conſilio, & adiutorio prediĉtorum Comitum non longe a civitate Piſtoria in loco, ubi memoreto vocatur, iuxta eandem Eccleſiam Sanĉti Petri majoris ad regendum, & ad gubernandum, ſive etiam meliorandum, ad onorem Dei, & utilitate jam diĉti Monaſterii Sanĉti Salvatoris, una cum omnibus terris, & rebus, que ad prefatum oſpitale modo pertinent, aut in antea pertinebunt, ſalva omnium reverentia, & obedientia Eccleſie, & Epiſcopatus Sanĉti Zenonis ſi . . . . . canonice. Eo vero tenore, donec ipſe Archipresbiter vixerit, retinuerit in ſe exinde omnem poteſtatem, & dominium, & jus in omnibus faciendi quicquid voluerit, ſicut ei conceſſum eſt a domino venerabili Urbano Papa, nec non reverentiſſimo Paſchale ſucceſſore ſuo. Sin autem prenominatus

natus bonutus archipresbiter in vita sua supra memoratum ospitale cum rebus suis tullerit eidem Abati, vel Successoribus suis potestatem regendi, & gubernandi, atque meliorandi, & ipsi ei requisierint, & ipse archipresbiter non emendaverit eis infra dies triginta post inquisitionem in laudamento trium rationabilium hominum Deum timentium. Item spopondit se dare penam eis libras centum denariorum Lucensium similiter ipse Johannes abbas obbligavit se suosque successores adversum eundem donnum Bonutum archipresbiterum, si ab ac ora in antea in vita eiusdem archipresbiteri tullerint, vel minuaverint, aut subtraxerint dominium, & potestatem, & omne ius, quod ipse hactenus habuit de eodem ospitali, & de rebus suis, sicuti superius legitur, & eis requisitum fuerit per se, vel per missum suum, & non emendaverint ei infra dies triginta post inquisitionem in laudamento trium rationabilium hominum Deum timentium, dare penam eis libras centum similiter Lucensium denariorum, & insuper sub anathematis vinculo subiaceat ille Abbas, suique Successores habeat, & teneat, & omne jus, & potestatem, quam prefatus archipresbiter ibi habuit sine omni aliqua contradictione alicuius persone quiete & pacifice habeat & exerceat . . . cum reverentia, & subiectione Ecclesie, & Catholici Episcopi Pistoriensis, & Canonice sicut superius legitur. Preterea constituentes decreverunt, quatenus omni anno octavo die post solennitatem omnium Sanctorum pro animabus supradictorum Comitum, & Comitisse pascat centum pauperes. Cum autem Deo placuerit, ut prefatus Archipresbiter de hac vita exeat, similiter in anniversario illius pascendo centum pauperes recreet. Hoc autem actum est presentia Ughicionis presbiteri, & Petri Ponti, atque Guitoni filii quondam Johannis, nec non Ocdi filii cujusdam Regis Bectini, & Bonutini filii Everardi, & sunt anni Domini nostri JesuChristi senpiterni Dei MCXI. mense Januarius Indictione quarta.

Ego Johannes prefatus Abbas huic brevi consensi, & subscripsi.

Ego Bonutus Sancte Pistoriensis Ecclesie indignus archipresbiter in hoc breve a me facto sub ea condictione que superius legitur manus meas subscripsi.

Ego Ildibrandus Pistoriensis Episcopus huic brevi assensum prebui, & subscripsi.

Ego quidem Gerardus Notarius ibi fui, & per iussionem ejusdem Johannis abbatis, & suprascripti Bonuti archipresbiteri hoc breve, & simile aliud scripsi.

XIII.

Gratiæ Dei Episcopi Pistoriensis Constitutiones pro disciplina Hospitalis Prati Episcopi, ex archivo Pistoriensis Episcopii.

IN Christi nomine Amen 1227. Indictione 15. cum Dominus G. Dei gratia Pistoriensis Episcopus accessisset ad hospitale Prati Episcopi, Juncta Rector, & Forcior Presbiter, & omnes Conversi ipsius hospitalis tunc ibi presentes receperunt eum honorifice cum campanis, & processione tanquam Episcopum Diocesanum suum, & Servos, & Clericos, & alios Servientes, & etiam equos suos in omnibus necessariis procuraverunt duobus diebus: qui Dominus Episcopus cum diceret se velle exercere correctionem ibidem, Rector predictus, & omnes Conversi tunc ibi presentes constituti essent coram eodem Domino Episcopo, ipse Dominus Episcopus fecit jurare corporaliter ad Sancta Dei Evangelia dictos Rectorem, presbiterum, & Conversos stare mandatis suis, & dicere veritatem de his, que ipse Dominus Episcopus ab eis quereret, & circa eos statuerunt qui ad correctionem spectarent qui Rector Presbiter, & Conversi . . . . . iuramentum eidem Domino Episcopo tanquam Episcopo Diocesano suo benigno animo prestiterunt . . . . . dictus Dominus Episcopus vollens corrigere ea, que corrigenda erant circa eos, inquisita huius rei veritate ab eis, dictum Rectorem, & Presbiterum Fortiorem, & alios Conversos dicti hospitalis, qui non erant bene tonsi, propriis manibus ad modum Clericorum totondit, precipiens eis, ut ipsi deberent servare castitatem, & vivere sine proprio, & excepto Rectore, qui possit habere rerum ipsius hospitalis amministrationem, & alii Conversi de mandato ipsius,

sius, & precepit eis ut non deberent habere, nec portare aliqua arma inhonesta, & ut debeant comedere simul in uno Refectorio, & dormire in uno dormitorio, si domum habent tam amplam, & ut debeant ire tonsi, sicut idem Dominus Episcopus totondit eos, & ut debeant ferre tonnicas clausas ante, & retro, & ut debeant se diligere ad invicem fraterna caritate, & debeant servare hospitalitatem cum decentem secundum posse suum omnibus & singulis via transeuntibus. Que siquidem precepta, & quam correctionem ab eodem Episcopo tamquam Diocisiano suo prefati Rector, Presbiter, & Conversi pro dicto hospitali benigne receperunt & approbaverunt. Acta sunt hec omnia apud dictum hospitale coram Jacobo Clerico S. Marie, Presbiteri Anselmi, & Accurso quondam Clari, & meliore quondam Carboncelli, & Gerardo de Calcinaia & aliis die X . . . . Mense Octubris.

Ego Guidoctus Sacri Palatij Notarius his omnibus interfui, & de mandato dicti Domini Episcopi scripsi, & publicavi.

X I V.

Vicarii Generalis Episcopi Bononiensis licentia concessa Monachis S. Salvatoris Fontanæ Taonis revertendi in possessionem hospitalis cujusdam ex Archivo Monachorum Pistor. S. Michaelis.

IN Statutis comunis bononiensis in quarto libro infrascriptum Statutum inter cetera in hunc modum.

Ordinamus, quod nullus Clericus, vel laicus deinceps audeat, vel presumat intrare, seu occupare possessionem alicuius Ecclesie, vel hospitalis, vel loci religiosi, vel pij, vel esse, vel ire cum aliquo Clerico, vel religioso, vel ecclesiastica persona ad intrandum, seu occupandum possessionem bonorum alicuius de dictis Locis sine licentia domini potestatis, vel ejus Vicarij infrascriptis f. inscriptis reddacta per unum ex Notariis specialibus ipsius domini potestatis, vel unum ex eis Notariis, qui presint, vel preerint ad dischum domini potestatis, quam licentiam dictus dominus Potestas vel eius Vicarius dare possit & debeat citatis & requisitis illis, quorum interest, vel intererit, vel interesse videretur. Eo videndo primo iure ipsius clerici, vel ecclesiastice persone, que voluerit entrare, seu apprehendere aliquam possessionem de predictis locis, & bonis & que voluerit laicum secum habere, & visa primo licentia eidem ecclesiastice persone, vel religiose concessa per dominum Episcopum bononiensem, vel eius Vicarium, vel alium Judicem, seu executorem, qui de predictis licentiis dandis iurisdictionem habeat de iure, & si quis contra fecerit condempnetur, si fuerit miles, in quingentis libris bonoinorum, & si fuerit pedes in dugentis libris bonon., & de predictis possit, teneatur, & debeat domino potestati inquirere, vel inquiri facere incontinenti hoc audito, & si reperierint aliquem contra predicta fecisse, vel venisse, condempnare ipsum pro qualibet vice in supradicta pena. Occupare autem intelligimus omnes, qui sine licentia domini Potestatis, vel eius Vicarii invenirentur in ipsa Ecclesia, vel loco religioso, vel possessione, que vel qui diceretur occupata, vel occupatus eo tempore, quo diceretur dictam occupationem factam fuisse, vel prope dictum locum, qui diceretur occupatus per tertiam partem milliarii de hiis. Excipimus eos Clericos, & Laycos, qui tempore occupationis, que diceretur facta, erant in ipsa Ecclesia, vel pertinentiis Ecclesie, seu in dictis possessionibus erant soliti per tempora predicta ibi esse, vel stare, vel in possessionibus esse, & si fuerit ecclesiastica persona, eximatur de protectione comunis. Ita quod non redatur ei ius civiliter, vel criminaliter; & nihilominus potestas teneatur, & debeat occupata vel apprehensa in pristinum statum reponere, & reponi facere in quolibet casu, & predicta omnia precise debeant observari, & habeant locum predicta in occupationibus factis a tempore potestatis domini Alberti de Fontana olim potestatis bononiensis curentibus annis domini 1269. Indictione 12. & que deinceps fierent non observata presentis statuti solempnitate salvis ordinamentis Sanctis, & Sanctissimis.

 Ego

Ego Rolandus Bernardini Vicarii Notarius exemplavi, & subscripsi.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto Indictione nona die 10. Februari Discretus vir dominus Girardus de . . . . Canonicus . . . . . Vicarius generalis Venerabilis Patris domini Selacte Dei gratia Bononiensis electi dedit licentiam domino Thommaxino de S. Georgio procuratori Guidonis Frederici de regio Sindici Abbatis Monachorum, & Conventus Monasterii Sancti Salvatoris Fontane Thacini Pistoriensis Diocesis, & ipsi Guidoni Syndicario nomine dicti Monasterii revertendi in tenutam, & corporalem possessionem hospitalis Sancti Michaelis de curtis de reno in silva foresti in loco, qui dicitur Bombiano eo modo & forma que . . . erat die nono Januarii proxime elapsi, & ab inde omni tempore. Et hec fecit presente Premerano . . . . Guglielmi Barufaldi de Barufaldis adversarii predictorum domini Thomaxini, & Guidonis.

Ego Johanninus Jacobini Papazonis de Sancto Georgio imperiali auctoritate & nunc Notarius dicti potestatis de mandato predicti domini Vicarii scripsi & interlinavi . . . .

X V.

Electio Rectoris Hospitalis Pontis Sancti Petri juxta Umbronem, ex Archivo Episcopii Pistoriensis.

IN nomine Domini Amen. Anno Dominicæ Nativitatis MCCCVJ Indictione IIII. die XXX. Mensis Maij. Cum Hospitale Pontis Sancti Petrj iuxta Umbronem Pistoriensis Diecesis vacet ad presens per mortem Cecchi de menichettis olim Rectoris dicti Hospitalis, cuius Hospitalis collatio nullo medio spectat ad venerabilem Patrem Dominum Bartholominum Dei gratia Pistoriensem electum tam de consuetudine, quam de jure, & nos Bartholomeus Canonicus Pratensis Vicarius dicti nomine electi velimus dicto Hospitali, ne diu vacet, & ne lesionem patiatur dictum Hospitale propter defectum Rectoris, inducti, meritis probitatis discreti virj Calvi Tegrinii de Battoni; quibus fide dignorum testimonio commendatur, ut personam suam speciali prosequentes benivolentia sibi reddamus ad gratiam liberales, volentes sibi præsenti prædictorum consideratione gratiam facere specialem ad honorem, & reverentiam Dei, & Beatæ Mariæ Virginis & Beatorum Jacobi, & Zenonis patronorum dicti Domini Electi, elegimus & nominamus dictum Calvum in Rectorem dicti Hospitalis investientes ipsum per nostrum birrettum presentialiter de ipso Hospitali, & de bonis dicti Hospitalis. Volumus insuper, & presentium tenore mandamus discreto viro Presbitero Amadorj Priori Ecclesiæ de Gello, quod ipsum Calvum in corporalem tenutam dicti Hospitalis, & jurium, & pertinentiarum ipsius per se, vel alium inducat & mittat auctoritate nostra. Qui Calvus nobis Vicario suprascripto recipienti pro nobis, & dicto Electo, & suis successoribus, & Ecclesia Pistoriensi ante nostram presentiam flexis genibus constitutus obedientiam juravit, obedientiam, & reverentiam exibens juravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacto libro, quod in perpetuum dicto domino Electo, & suis successoribus canonice intrantibus fidelitatem obedientiam & reverentiam exibebit, & quod dicto domino electo & sue ecclesie persolvet integre iura sua & . . . . . . dicti domini electi, & suorum Vicariorum, & statuta sinodalia, & alia omnia, & singula faciet, & observabit, que facere, & observare tenentur, & consueti sunt, & facere & observare consueverunt antecessores, & alij Rectores dicti hospitalis actum Pistorii in Camera Canonice Pistoriensis Ecclesie, ubi dictus dominus Vicarius iacebat, presentibus ser Presbitero Bonino Cappellano Ecclesie Sancti Petri maioris, vanne ser Franceschi, & Simone Pisarj testibus ad hec vocatis, & rogatis.

Ego Armaleone quondam Infrangipanis auctoritate Imperiali judex Ordinarius, adque Notarius predictis omnibus interfui, & omnia fideliter scripsi, & publicavi.

CLAS-

CLASSIS VI.

Vetusta aliquot Kalendaria, aliaque ad Sanctos spectantia.

REVERENDISS. PRAESVLI. IOSEPHO ALEXANDRO. CHIAPPINIO: PATRICIO. PLACENTINO SPLENDIDISSIMAE. CONGREGATIONIS. CANONICORVM. LATERANENSIVM. ABBATI. GENERALI. PRAECLARISSIMO. MIRAE. INTEGRITATIS. PRVDENTIAE. DOCTRINAE. INQVE. LITERATOS. QVOSQVE. HVMANITATIS. VIRO. FRANCISCVS. ANTONIVS. ZACHARIAS. SOC. IESV. PRESBITER. HAGIOLOGICA. HAEC. MONVMENTA. IN. FLORENTINIS. BONONIENSIBVS. ARCHIVIS. A. SE. REPERTA. D.D.D.

ADMONITIO.

PAuca de his, quæ in hac classe edituri sumus, præfari oportet. Primum heic, locum damus duobus Kalendariis, quæ clariss. atque humanissimus P. Abbas Johannes Chrysostomus Trombellius nobiscum communicavit. Quæ ad hæc, eorumque ætatem spectant, docuit me abunde idem P. Trombellius duabus epistolis, Italica altera IV. Kal. Junias hujus anni 1750. ad me perscripta, latina altera. Italica ejusmodi est.

Già a quest'ora ho fatto copiare il primo Calendario, o sia quello, cui giudico del mille, o novanta in circa, a ciò inducendomi, oltre il carattere di quel tempo, il vedervi segnato Gregorio Papa [che io credo Gregorio VII. *] sul fine di Maggio; e niun altro posteriore, sicchè S. Antonio Abate, e S. Catterina, il cui culto fù introdotto in Italia per le crociate son di carattere posteriore, siccome lo sono gli altri segnati con linetta: ed egli è certo, che quel Baiolotto, la cui morte è notata in Luglio, è anteriore al* 1100. *Era tal Calendario a mio giudicio della Diocesi di Mantova, e di un Monastero Benedettino dedicato ai SS. sette Fratelli. Era di Mantova, perchè vi è notato Longino, e S. Andrea coll' ottava, i quali due SS. erano, e sono tutta via Protettori di Mantova. Era dedicato il Monastero ai SS. sette Fratelli, perchè vi è l'ottava. Benedettino poi perchè espressamente ciò ne insegnano le ottave di S. Benedetto. Non vi veggo notato S. Anselmo, nè la morte di Matilde, il che mi fà credere, che sia stato scritto appena dopo la morte di Gregorio* VII., *e avanti che morisse Matilde, e fosse riconosciuto per Santo S. Anselmo di Mantova vi vedrà poi notati varj Pontefici, e fra gli altri Onorio [vale a dire Onorio* I. *] Ma perchè mai? E' esso Santo? Hà esso concesso alcun Beneficio, o Privilegio a tal Monastero? P. Zaccaria Reveritissimo, egli è questo un nodo, che lascio sciorre a un suo pari. Ma l'accerto, ch' è più d'un poco difficile. Il Calendario è appresso di me, conseguentemente presso a persona, che lo può mostrare, a chi vi avesse qualche dubbio; e l'hò fatto copiare diligentissimamente, e poi l'ho riscontrato minutamente io stesso; onde si può fidare. E ciò in quanto al primo e più antico Calendario, che avrà dal P. Abate Beccari. L'altro poi assai più copioso fra il mille* 200. *e* 300. *lo farà copiare il P. Maniago, con cui me la sono intesa, e da esso lo avrà. Se il Signore mi darà un pò di tempo, e che a lei non dispiaccia, le dirigerò una Lettera latina, in cui darò conto de' Calendarj, le esibirò altre cose liturgiche &c.*

Nunc habeto latinam ejusdem Trombellij eruditissimi epistolam.

Pro-

Promissa solvo, Zacharia Doctissime, tibique mitto duo illa Ecclesiastica Kalendaria, quæ a me poposcisti. Vetustius sub finem undecimi seculi conditum est a Monachis Benedictinis, qui in Sacra æde Sanctis septem Fratribus haud multum procul a Mantua [a] dicata, Ecclesiastica officia celebrabant: Subdebatur autem Basilicæ S. Andreæ, in qua per ea tempora Abbas, & Monachi S. Benedicti residebant: nunc vero tam Sacra ædes Sanctorum septem Fratrum (b), quam Sancti Andreæ Basilica, prædiaque ijs addicta in Canonicorum Secularium iura transierunt (c). Alterum XIII. *Seculo elaboratum Missali præponitur, quod ad Cathedralem Brixianam Basilicam pertinens [d], dono accepi ab humanissimis eiusdem Cathedralis Canonicis. Ea porro, quæ in duobus bis Kalendarijs minutiori charactere exscripta vides, recentiori manu addita sunt. Ut tibi inservirem, omnia cum autographis diligentissime contuli, adeo ut errorem nullum in exemplaribus, quæ mitto, inesse arbitrer. Vale mi Zacharia, tuæque præstantissimæ Societati, & litterarum decori diutissime vive.*

XIV. Seculi est Kalendarium, quod tertio loco divulgamus. Breviario celeberrimi Vallumbrosani Monasterii præfigitur pro altero multo vetustiore, cuius octo tantum supersunt menses a Kalendis Maij. Hos quarto loco exhibemus; descripti autem sunt seculo certe XII. cum ipso Breviario. Doctus P. D. Fidelis Soldanius Monachus Vallisumbrosæ, qua est humanitate, utrumque hoc Kalendarium ex ipso Codice a se descriptum mihi suppeditavit, atque adeo codicem ipsum e Vallumbrosano Monasterio huc ad id translatum, ut apographum cum autographo conferrem. His subijcio fragmentum Kalendarii, quod servat amicissimus meus ac celeberrimus P. Lagomarsinius Societatis nostræ. Lucense ut credam hoc Kalendarium, facit S. Fridiani mentio XIV. Kal. Decembris. Ex ipsa autem characterum forma animadverti XIV. & hoc seculo fuisse perscriptum.

Vetustissimum est *Martyrologium Bedæ* (ut in Codice inscribitur) quod sexto heic loco procudimus. *Neque Martyrologium*, *neque Bedæ* illud ego existimaverim, sed Kalendarium quum nuda Sanctorum nomina contineat, sed fortassis ex Bedæ Martyrologio erutum, atque heic illic auctum, atque interpositum. Post Kalendarium tamen edendum curavi, ut hac in re saltem Tituli Ms. rationem habere viderer. Exstat Codex, unde illud in lucem emittimus, in Laurentiana celeberrima Bibliotheca Pluteo XVI. n. 6. Missalis autem liber est, de quo plura alias. Heic illud adnotasse sufficiat, XI. saltem seculo fuisse hunc descriptum, uti & *Martyrologium Bedæ*, quod in eius fronte legitur. Animadverti autem tum in hoc, tum in ceteris nuper indicatis Kalendariis auctaria non ita pauca, quæ recentiores manus addidere. Illud igitur curæ mihi fuit, ut hæc a primo exemplo apte distinguerentur. Quare auctaria isthæc asterisco quodam prænotavi, & ea quidem quæ omnino recentiora sunt ceteris duobus omnino asteriscis. Festos quoque dies, qui in Codicibus Mss. rubro ut plurimum charactere insigniti sunt, alio heic charactere exhiberi jussi. Intelligebam enim harumce cupediarum studiosis nihil ejusmodi observationum inutile aut ingratum futurum.

Kalendaria excipiunt chartæ duæ ex totidem Pistoriensibus Archivis descriptæ. Primam ediderunt Bollandiani; sed qui cum eorum editione hoc nostrum exemplum contenderit, nec ille actum nos haud egisse intelliget.

I.

(a) Abest duobus fere passuum millibus ab ea Mantuæ Porta, quam *Pradellam* appellant.
(b) Sacerdotium nunc est Collegio Canonicorum S. Petri addictum: illudque satis amplum: Eo nunc fruitur nobilis vir Canonicus de Reinsfeld.
(c) Jampridem nobilissimum Canonicorum Secularium Collegium in ea Basilica institutum est.
(d) Missali isti Epigraphe hæc præponitur. *Iste liber est Altaris sive Capelle Sancti Gregorij Pape, siti, & site in Ecclesia Sancte Marie de dom. Civitatis Brixie.*

I.

Kalendarium Mantuanum

Jan. habet Dies xxxi. L. xxx.
A. KL. Jan. Circumcisio Domini Bonifatij pp.
b IIII. Non. Oct. Steph. Telesphori pp.
c III. Oct. Johan. Anteros pp. & martir.
d II. Oct. Innoc.
e Non. vig.
f. VIII. Id. Epiphania Domini.
g VII.
A VI.
b V.
c IIII. Pauli primi herem. Agathonis pp.
d III. Yginij pp. & Mart.
e II.
f Idus. Oct. Epyphan.
g XVIIII. K. Feb. Felicis Presbiteri.
A XVIII. Mauri Abb.
b XVII. Marcelli pp. & Mart.
c XVI. Savini Episcopi & Antonij.
d XV. Priscæ V.
e XIIII. Bassiani Episcopi.
f XIII. Fabiani pp. & M. Sebast. M.
g XII. Agnetis V.
A XI. Vincentij & Anastasij M.
b X.
c VIIII. Timothei Apostoli.
d VIII. Conversio S. Pauli.
e VII. Paulæ Abbatissæ.
f VI. Vitaliani pp.
g V. Agnetis secundo.
A IIII.
b III.
c II. Geminiani Episcopi.

Feb. habet Dies xxviii. Lun. xxx.
d KL. Feb. Severi Episcopi Brigidæ V.
e IIII. Non: Ypapanti domini.
f. III. Blasij Episcopi & m.
g II.
A Non. Agathæ V.
b VIII. Id.
c VII. Pelagij pp.
d VI.
e V.
f IIII. Scolasticæ V.
g III.
A II. Gregorij pp.
b Idus.
c XVI. K. Mar. Valeriani Episcopi & M.
d XV. Faustini & Iovite M.
e XIIII. Die Jovis Fra . . .obiit anno Domini m. cc....
f XIII.
g XII.
A XI.
b X.
c VIIII. Siricij pp.
d VIII. Cathedra Sci P.
e VII. Mathie Apostoli Sabiniani pp.
f VI.
g V.
A IIII.
b III.
c II.

Martius habet Dies xxxi. L. xxx.
d K Mar. Simplicii pp.
e VI. Non.
f V.
g IIII.
A III.
b II.
c Non. Perpetuæ & Felicitatis Thomæ de Aquino.
d VIII. Id.
e VII.
f VI.
g V.
A IIII. Gregorij pp. & inventio Sanguinis Domini.
b III.
c II. Zachariæ P. P.
d Idus.

Aprilis habet Dies xxx. L. xxviiii.
g K. April.
A IIII. Non. Sixti pp. & M.
b III.
c II.
d Non. Ambrosij Archiepiscopi.
e VIII. Id.
f VII. Celestini pp.
g VI.
A V.
b IIII. Doni pp.
c III. Leonis pp.
d II. Julij pp. Benonis Episcopi.
e Idus.
f XVIII. K.Mad. Tiburtij & Valeriani M.
g XVII.

e XVII. K. Ap.
f XVI.
g XV. Anselmi Episcopi.
A XIIII. ✠ Ioxep.
b XIII.
c XII. Transitus Sancti Benedicti.
d XI.
e X.
f VIIII.
g VIII. Annunciatio S. Mariæ.
A VII.
b VI. Resurrectio Domini.
c V.
d IIII.
e III.
f II.

A XVI. Aniceti pp. & M.
b XV.
c XIIII.
d XIII. Leonis pp.
e XII.
f XI.
g X. Sotheris pp. & M. Gaij pp. & M.
A VIIII.
b VIII. Georgij M. & Adelberti Benedicti pp.
c VII. Marci Evangel. & Litaniæ Maiores.
d VI.
e V. Anastasij pp.
f IIII. Vitalis M.
g III. ✠ Petri Mart. Ordinis Predicatorum.
A II.

Madius habet Dies xxxi. L. xxx.

b K. Ma: Philippi & Jacobi Apostoli.
c VI. Non.
d V. Inventio S. ✠ Alex. pp. & Eventij.
e IIII. Floriani Mart.
f III.
g II. Johannis in Dolio missi.
A Nonis.
b VIII. Id. Victoris Med. Mart.
c VII. Translationis Andreæ Apostoli.
d VI. Gordiani.
e V. Maioli Abbatis.
f IIII. Nerei, achillei, & Pancratij M.
g. III. Mariæ ad Mart.
A II. Victoris Rom: Theodori pp.
b Idus.
c XVII. K. Jun.
d XVI. Siri Episcopi.
e XV.
f XIIII. Potentianæ Mart.
g XIII.
A XII. Teopompi & Sinesij.
b XI. Juliæ V. & M.
c X. Desiderij Episcopi & M.
d VIIII.
e VIII. Urbani pp. & M. Gregorij pp.
f VII. Eleuterij pp. & M.
g VI. Johannis pp. & M.
A V.
b IIII. Salmati, Mariani, & Max: M.
c III. Felicis Papæ & M.
d II. Cantiani, Cantianillæ Petronille V.

Junius habet Dies xxx. L. xxviiii.

e K. Junij. Nicomedis M.
f IIII. Non. Marcellini, Petri, Erasmi m.
g III. (Eugenij pp.
A II.
b Nonis. Bonifacii Episcopi, & Mart.
c VIII. Id.
d VII. Celestini Mart.
e VI.
f V. Primi & Feliciani.
g IIII. Pantaleonis Mart.
A III. Barnabe Apostoli.
b II. Basilidis, Cirini Naboris & Naxarij.
c Idus * Antoni de Padua Ord. Fratrum minorum.
d XVIII. K. Julij.
e XVII. Viti, & Modesti, & Crescentiæ.
f XVI. Adeodati pp.
g XV.
A XIIII. Marcelliani, & Marci Jmerij Ep.
b XIII. Gervasij & Prothasij.
c XII. Silverii pp. & M.
d XI.
e X. Paulini Episcopi.
f VIIII. Vig.
g VIII. Nativitas S. Johannis Baptistæ.
A VII.
b VI. Iohannis & Pauli Vigil.
c V.
d IIII. Leonis pp. Vig.
e III. Petri & Pauli Apostoli.
f II. Pauli Apostoli.

Julius habet Dies xxxi. L. xxx.

g Kal. Julij. Oct. Johannis Bap.
A VI. Non. Processi, & Martiniani.
b V.
c IIII. Transl. S. Martini. Udalrice.
d III.
e II. Oct. Apostolorum.

Augustus habet Dies xxxi. L. xxviiii

c Kal. Augusti Petri ad V. Joh. pp. Mach. (Euseb. Episcopi.
d IIII Non. Steph. pp. & Mart.
e III. Invent. S. Stephani.
f II.
g Nonis * Dominici.

f A

f Nonis Apollonij.
g VIII. Id. Chiliani M. Adriani pp.
A VII. Vig.
b VI. VII. Fratruum.
c V. Transl. Sancti Ben. Pij pp.
d IIII. Naboris & Felicis. Ermagoræ.
e III. Anacleti pp. & M. Margar. V.
f II.
g Idus Quirici & Iol.
A XVII. Kal. Augusti.
b XVI. Oct. VII. Frat:
c XV. Oct. S. B. Filastrij E. *
d XIIII. Simachi pp.
e XIII.
f XII. Praxedis V.
g XI. Hieron. Episcopi. Mariæ Magd.
A X. Apollenaris Episcopi & Mart.
b VIIII. Cristinæ V. Vig.
c VIII. Jacobi Apostoli Euticiani pp. [Xpofori.
d VII.
e VI.
f V. Victoris pp. & M. Nab. &c. In- (noc. pp.
g IIII. Felicis pp. Simplicij. Faust. & B.
A III. Abdon. & Senen Mart.
b II. Benedicti pp. Germani Episcopi.
* Obijt Baiolotus Pater Domini wambariniani m. Lxxxxviii.

A VIII. Id. Sixti pp. Felic. Ag. Hor- [misde pp.
b VII. Donati Episcopi.
c VI. Ciriaci, Maximi & Arch.
d V. Secundiani. Veriani. Marc. Rom.
e IIII. Laurentij Mart.
f III. Tiburtij Mart.
g II. Eupli Mart.
A Idus Ypoliti &c.
b XVIIII. Kal. Sept. Eusebij Presb. Vig.
c XVIII. Assumptio S. Mariæ.
d XVII.
e XVI. Oct. S. Laurent.
f XV. Agapiti Mart.
g XIIII. Ruffini Conf. & Magni Mart.
A XIII.
b XII.
c XI. Oct. S. Mariæ Timot. & S.
d X. Vig.
e VIIII. Lucii pp. & M. Bartolomei Ap.
f VIII.
g VII. Alexandri M. Zepherini pp. & M.
A VI.
b V. Augustini Episcopi. Hermetis M.
c IIII. Decoll. S. Johannis. Sabinæ V.
d III. Felicis & Adauct.
e II.

Septemb. habet Dies xxx. L. xxx.
f Kal. Sept. Constantini Felician.
g IIII. Non:
A III.
b II. Bonifacij pp.
c Nonis. Erculani M.
d VIII. Idus.
e VII.
f VI. Nativitas S. Mariæ Adrianus m.
g V. Sergij pp. Gorgonij Mart.
A IIII. Hilarij pp.
b III. Proti & Jacinti.
c II.
d Idus.
e XVIII. Kal. Oct. Cornelij, Cypr., Exalt. S. ✠.
f XVII. Nicomedis Mart.
g XVI. Eufemiæ. Luciæ. & Gemin.
A XV.
b XIIII.
c XIII.
d XII. Vig.
e XI. Mathei Apostoli. Cononis pp.
f X. Mauritij cum SS. Hemeran: D.
g VIIII. Lini pp. & M.
A VIII. Concep. S. Johannis.
b VII.

October habet Dies xxxi. L. xxx.
A. Kal. Oct. Remigij. Germani Episcopor.
b VI. Non. Eusebij Episcopi.
c V.
d IIII.* Petronij Episcopi. & S. Francisci.
e III.
f II.
g Nonis. Marci pp. Marcelli & al.
A VIII. Id.
b VII. Domnini Dionisij R. & Eleuterij.
c VI.
d V. Probi Conf.
e IIII. Felicis pp. Honorij pp.
f III. Giraldi Conf.
g II. Calixti pp. & Mart.
A Idus.
b XVII. Kal. Nov. Galli Abbatis.
c XVI.
d XV. Luce Evang.
e XIIII.
f XIII.
g XII.
A XI.
b X.
c VIIII.
d VIII.
e VII. Bonifacij pp.

c VI. Cypriani & Iuftinæ.
d V. Cofme & Damiani.
e IIII. Dedic. S. Benedicti in Leon.
f III. Michaelis Arch.
g II. Hieronymi Presbiteri.

d Kal. Nov. Feftivitas omnium Sanctorum Cefarij martyris.
e IIII. Non. * Commemoratio Mortuorum.
f III.
g II. Vitalis, & Agricolae.
A Nonis.
b VIII. Idus.

c VII. Deus dedit pp. D.
d VI. IIII. Coronatorum.
e V. Theodori mart.
f IIII. Leonis pp.
g III. Martini Epifc. Antonini mart.
A II. Martini pp. mart.
b Idus. Bricij Epifc. Antonini mar.
c XVIII. Kal. Dec. Initium xl.
d XVII.
e XVI.
f XV.
g XIIII. Oct. S. Mart.
A XIII. Caloceri cum officio.
b XII. Pontiani pp. & mar.
c XI. Gelafij pp.
d X. Cecilıæ v.
e VIIII. Clementis pp. & mar. Columb. Abb.
f VIII. Grifogoni mar. Profp. Epifc.
g VII. * Caterinæ virg. & mart.
A VI.
b V.
c IIII. Greg. pp.
d III. Saturnini m. Cryfanti & Dariæ.
e II. Andree Apoft.
Novembr. ht. Dies xxx. L. xxx.
Adventus Domini nec ante quinta Kal. Decemb. nec poft III. Non. ipfius menfis. Sed in his VII. diebus ubicumque dies Dominicus evenerit celebrari oportet.

f. VI. Evarifti pp. & martir. Vig.
g V. Ss. Simonis & Iude Apoft.
A IIII.
b III. Germani Epif. Cap.
c II. Quintini mart. Vig.

f Kal. Decemb. Urficini.
g IIII. Non. Longini mart.
A III.
b II.
c Non.
d VIII. Id. Nicolai Epifc.
e VII. Ordinatio S. Ambrofij. Oct. S. Andree
f VI. Zeno. * Conceptio B. Mariæ.
g V. Siri Epifc.
A IIII. Melciadis pp. & mart.
b III. Damafi pp.
c II.
d Idus. Lucie v.
e XVIIII. Kal. Jan.
f XVIII.
g XVII. * Floriani mart.
A XVI. Ignatii Epifc.
b XV.
c XIIII. Gregorij pp.
d XIII. Vig.
e XII. Thome Apoft.
f XI. Felicis pp.
g X.
A VIIII. Vig.

b VIII. Nativitas Domini.
c VII. Stephani Protomar. Zofimi pp.
d VI. Johannis Evang. Dionifij pp.
e V. Innocent.
f IIII. David Regis.

g III.
A II. Silveftri pp.
Dec. hab. Dies XXXI. L. XXVIIII.

I I

Kalendarium Brixianum.

Kal. Jani prima dies & feptima a fine timetur.
Prima dies nona fit iam fcorpius hora.
Vulnera feva nimis fert hora feptima quinis.
Ianuarius habet dies XXXI. Luna xxjx.

iij. a	Ianuarii.	*Circumcifio Domini Noftri Jefu Chrifti.*	D.	IXL.
b	iiij. Non.	Octava Sancti Stephani.		IXL.
xj. c	iij. Non.	Octava Sancti Johannis.		IXL.

	d	ij. Non.	Octava Innocentorum. [*sic*]		IXL.
xviij.	e	Nonas Ian.	Rustitiani Epi. Brix. Vig.		IXL.
viij.	f	viij. Id.	Epiphania.		IXL.
	g	vij. Id.	Luciani presbiteri .		
xvj.	a	vj. Id.	Anastasie virg.		
v.	b	v. Id.	Martialis mart.		
	c	iiij. Id.	Pauli primi heremite.		
xiij.	d	iij. Id.	Gregorii Naxanceni, Ygidii. pp. mar.		
ij.	e	ij. Id.	Mulcenti, & Zotici mar.		
	f	Idus Ian.	Oct. Epiphan. Hilarij Epi.		IXL.
x.	g	xjx. Chal.	Felicis presb.		
	a	xviij. Chal.	Isidori Epi.		
xviij.	b	xvij. Chal.	Marcelli pp. & mar.		IXL.
vij.	c	xvj. Chal.	Antonij Monachi.		
	d	xv. Chal.	Prisce virg.		IXL.
xv.	e	xiiij. Chal.	Marij & Marthe		IXL.
iiij.	f	xiij. Chal.	Fabiani & Sebastiani mar.		IXL.
	g	xij. Chal.	Agnetis virg. & mar.		IXL.
xij.	a	xj. Chal.	Vincentij mar.		IXL.
j.	b	x. Chal.	Emerentiane virg. & mar.		
	c	jx. Chal.	Thimothei Apost. & mar.		IXL.
viiij.	d	viij. Chal.	*Conversio S. Pauli Apostoli.*	D.	IXL.
v.	e	vij. Chal.	Policarpi Epi. Paule virg.		
xvij.	f	vj. Chal.	Ceciliani & Satur.		
vj.	g	v. Chal.	Agnetis Secundo.		
	a	iiij. Chal.	Maureli, Saturnini, & Sisinij mar.		
xiiij.	b	iij. Chal.	Ypoliti cum alijs xxiiij. mart.		
iij.	c	ij. Chal.	Iulii presb. Iuliani Diaconi.		

Kal.

Ast Februari quarta precedit tertia finem.
Quartus in octonis februs manet ut lupus horis.
In decimis ternus est horis fine timendus.
Februarius habet dies xxviij. Luna xxjx.

	d	Februarij.	Brigide virg. Severi Archiepiscopi.		IXL.
xj.	e	iiij. Non.	*Purificatio Sancte Marie.*		IXL.
xjx.	f	iij. Non.	Blasij Episcopi, & mart.		IXL.
viij.	g	ij. Non.	Geminiani & Aquilini mart.		
	a	Nonas Febr.	Agathe virg & mar.		
xvj.	b	viij. Id.	Sotheris V.		
v.	c	vij. Id.	Pauli Episcopi Brix.		
	d	vj. Id.	* Tiberij pp. | *fortasse* Liberi sed caractere posteriori.		
xiij.	e	v. Id.	Pauli & Cipriani conf.		IXL.
ij.	f	iiij. Id.	Sotheris virg. Zotici Nerei. Iacinti. Scolastice virg.		
	g	iij. Id.	Barthemij mar.		
x.	a	ij. Id.	Simplicij mar.		
	b	Idus Febr.	Stephani Episcopi.		
xviij.	c	xvj. Chal.	Valentini. Valentiniani. Vitalis. Felicule. & Zenonis.		IXL.
vij.	d	xv. Chal.	*Faustini & Iovite mart.*		IXL.
	e	xiiij. Chal.	Faustini Epis. Brix. Iuliane virg.		IXL.
xv.	f	xiij. Chal.	Policronij Epis.		
iiij.	g	xij. Chal.	Epymenij Epis. & mar.		
	a	xi. Chal.	Publij. Marcelli. & Iuliani.		
xij.	b	x. Chal.	Gagij Epis.		
j.	c	jx. Chal.	Iusti & Amatoris.		
	d	viij. Chal.	Cathedra S. Petri Apost.		IXL.
jx.	e	vij. Chal.	Policarpi Epis.	Vig.	
	f	vj. Chal.	*Mathye Apost.*		IXL.

xvij.	g	v. Chal.	Iusti & Donati	
vj.	a	iiij. Chal.	Alexandri .	D.
	b	iij. Chal.	Abundantij .	
xiij.	c	ij. Chal.	Celeris.	
Kal.			Martis prima necat cuius in cuspide quarta est. Dando diem primam dabit horam Martius ipsam. Quarta nec est munda cuius nocet hora secunda.	
iij.	d	Martij.	Martius habet dies xxxj. Luna XXX.	
	e	vj. Non.	Albini Epis.	
xj.	f	v. Non.	Simplicii pp.	
	g	iiij. Non.	Pauli Epis. Brix.	
xjx.	a	iij. Non.	Sanctorum mar.	
viij.	b	ij. Non.	Lucii pp. & mar.	
	c	Nonas Mar.	Victoris & Victorini mar.	
xvj.	d	viij. Id.	Perpetue & Felicitatis. Gaudiosi Epis. Brix.	IXL.
v.	e	vij. Id.	Cirili Epis.	
	f	vj. Id.	Quadraginta Martires.	
xiij.	g	v. Id.	Gorgonij & Candidi.	
ij.	a	iiij. Id.	Eradij & Zosimi.	
	b	iij. Id.	Gregorii pp. & Doctoris S. Ecclesie.	IXL.
x.	c	ij. Id.	Marcedonij pres. & Patricie uxoris eius.	
	d	Idus Mar.	Leonis pp. & mar.	
xviij.	e	xvij. Chal.	Longini mar. Pauli & Silvij.	
vij.	f	xvj. Chal.	Ciriaci Diac. cum Azo. mar.	
	g	xv. Chal.	Patricij conf. Quiriaci Epis	
xv.	a	xiiij. Chal.	Collegi Diacon. Anselmi Epis.	
iiij.	b	xiij. Chal.	Theodori pres.	
	c	xij. Chal.	Guthpretti Epis.	
xij.	d	xj. Chal.	Benedicti Abbatis.	IXL.
j.	e	x. Chal.	Pauli conf. Saturnini.	
	f	jx. Chal.	Felicis.	
jx.	g	viij. Chal.	Seleucij.	
	a	vij. Chal.	*Annuntiatio S. Marie.*	IXL.
xvij.	b	vj. Chal.	Pontiani presb. & Maxime uxoris eius.	
vj.	c	v. Chal.	Marciani Episc. & mar.	
	d	iiij. Chal.	Rogati.	D.
xiiij.	e	iij. Chal.	Theodoricis mar.	
iij.	f	ij. Chal.	Secundi mar.	
			Anesi.	
Kal.			Aprilis decima & undecima a fine minatur. Horis in primis decimus suffocat Aprilis. Undecimus nonas ferit inde diesque per horas. Aprilis habet dies xxx. Luna xxjx.	
	g	Aprilis.	Agapitus.	
xj.	a	iiij. Non.	Niceti & Abundi Episcoporum.	
	b	iij. Non.	Sixti pp. & mar.	
xjx.	c	ij. Non.	Depositio S. Ambrosij Archiepiscopi.	
viij.	d	Nonas Apr.	Yrenei.	
xvj.	e	viij. Id.	Celestini pp. & mar.	
v.	f	vij. Id.	Pelusij pp. mar.	
	g	vj. Id.	Ianuarij. Macharij. & Successi.	
xiij.	a	v. Id.	Translatio S. Filastri Episc. Brix.	
ij.	b	iiij. Id.	Ezechielis Prophete.	D.
	c	iij. Id.	Leonis pp.	
x.	d	ij. Id.	Depositio S. Zenonis Episc.	

	e	Idus Aprilis.	Euphemie virg. & mar.	
xviij.	f	xviij. Chal.	Tiburtii. Valeriani. & Maximi mar.	
vij.	g	xvij. Chal.	Olimpiadis & Maximi.	
	a	xvj. Chal.	Kariſſimi mar.	
xv.	b	xv. Chal.	Innocentii Epiſ. Aniceti pp. & mar.	
iiij.	c	xiiij. Chal.	Caloceri mar. Elene Matris Conſtantini.	
	d	xiij. Chal.	Vincentii Epiſ.	
xij.	e	xij. Chal.	Anacleti pp.	D.
j.	f	xj. Chal.	Maximi. Cipriani mar.	
	g	x. Chal.	Gaij & Sotheris pp. & mar.	
viiij.	a	viiij. Chal.	Georgij mar. Theophili Epiſc. Brix.	IXL.
	b	viij. Chal.	Honorij Epiſc. Brix.	IXL.
xvij.	c	vij. Chal.	Marci Evang. Letanie Maiores.	IXL.
vj.	d	vj. Chal.	Cleti pp. & mar. Marcellini pp.	
	e	v. Chal.	Caſtoris mar.	
xiiij.	f	iiij. Chal.	Vitalis mar.	IXL.
iij.	g	iij. Chal.	Pauli Ep. Brix. Torpetis mar.* Petri Martiris.	IXL.
	a	ij. Chal.	Laurentii Presb.	
		Kal.	Tertius in Maio lupus eſt, & ſeptimus Anguis. Interimit tertia Madij lux, horaque ſexta. Aſtque mali moris undenis ſeptimis horis. Madius habet dies xxxj. Luna xxx.	
xj.	b	Madij.	Sanctorum Apoſtolorum *Philippi*, & *Iacobi*.	IXL.
	c	vj. Non.	Athanaſij Epiſc.	
xjx.	d	v. Non.	Alexandri Evencij,& Theodori. Inventio S.Crucis. D.	IXL.
viij.	e	iiij. Non.	Horiani mar. & aliorum XL. Martirum.	IXL.
	f	iij. Non.	Iuviniani Lectoris.	
xvj.	g	ij. Non.	Iohannis Apoſt. in Dolio Miſſi.	IXL.
v.	a	Nonas Mai.	Flavj Epiſcopi.	
	b	viij. Id.	Victoris mart.	
xiij.	c	vij. Id.	Translatio Sanctorum Fauſtini, & Iovite.	
ij.	d	vj. Id.	Gordiani & Epimachi mart.	
	e	v. Id.	Maioli conf.	
x.	f	iiij. Id.	Narei. Archilei, & Pancratij mart.	IXL.
	g	iij. Id.	Marie ad Martires.	
xviij.	a	ij. Id.	Victoris. Felicis, & Fortunati martires.	
vij.	b	Idus Mai.	Stephanie virg.	
	c	xvij. Chal.	Pauli Epiſc.	
	d	xvj. Chal.	Sijri Epiſc.	
iiij.	e	xv. Chal.	Iohannis pp. & mart.	IXL.
	f	xiiij. Chal.	Potentiane virg. & mart.	
xij.	g	xiij. Chal.	Anaſtaſij Epiſc. Brix.	
j.	a	xij. Chal.	Translatio Sancti Zenonis Epiſc.	
	b	xj. Chal.	Iulie virg. & mart.	IXL.
jx.	c	x. Chal.	Deſiderij Epiſc. & mart.	IXL.
	d	jx. Chal.	Affre mart.	IXL.
xvij.	e	viij. Chal.	Urbani pp. & mart.	IXL.
vj.	f	vij. Chal.	Eleuterii pp. & mart. Auguſtini Epiſcopi.	
	g	vj. Chal.	Iohannis pp. & mart.	
xiiij.	a	v. Chal.	Cancij. Canciani, & Cancianille martires.	
iij.	b	iiij. Chal.	Siſinij Martiris, & Alexandri mart.	
	c	iij. Chal.	Felicis pp. & mart.	
xj.	d	ij. Chal.	Petronille virg.	

Kal.

Junius in decimo quindenum a fine ſalutat.
Quinta nocet deni iunij ſatis hora diei.
Horis quartanis quindenus mordet ut anguis:
Junius habet dies xxx. Luna xxjx.

	e	Junij.	Nichomedis mart.		
xix.	f	iiij. Non.	Marcelini & Petri mart.		IXL.
viij.	g	iij. Non.	Gratini Epiſcopi. Laurentij & xl. mart.		
xvj.	a	ij. Non.	Quirini Epiſcopi & mart.		
v.	b	Non. Junij.	Bonifacij Archiepiſcopi.		
	c	viij. Id.	Amati. Donati, & Peregrini.		
xiij.	d	vij. Id.	Pauli & Fortunati.		
ij.	e	vj. Id.	Gethuli. Amancij, & Primitivi.		
	f	v. Id:	Primi. & Feliciani mar.		
x	g	iiij. Id.	Panthaleonis mar.	D	
	a	iij. Id.	Bernabe Apoſtoli.		IXL.
xviij.	b	ij. Id.	Baſilidis. Cirini. Naboris. & Nazarij mar.		
vij.	c	Idus Junii.	Luciani & Fortunati. Antonii Conf.		
	d	xviij. Chal:	Felicule. Elijſei Prophete.		
xv.	e	xvij. Chal.	Viti & Modeſti mar. Creſcentie.		IXL.
iiij.	f	xvj. Chal.	Fenoli Presbiteri.	D	
	g	xv. Chal.	Albini mart.		
xij.	a	xiiij. Chal.	Marci & Marcellini mart. Ymeri. Epiſcopi.		
j.	b	xiij. Chal.	Yervaſij & Protaſii mart.		IXL.
	c	xij. Chal.	Criſpini.		
ix.	d	xj. Chal.	Silverij pp., & mart.		
	e	x. Chal.	Euſebij Epiſcopi. Albini mar.		
xvij.	f	jx. Chal.	Heltrude Virg., & Regine. Vig. S. Jo:		IXL.
vj.	g	viii. Chal.	*Nativitas S. Johannis Baptiſte.*		IXL.
	a	vij. Chal.	Proſperi Epiſcopi.		IXL.
xiiij.	b	vj. Chal.	Johannis & Pauli mar. Vigilij Epiſcopi & mar.		
iij.	c	v. Chal.	Creſcentij & Criſpiniani.		
	d	iiij. Chal.	Leonis pp. Vig. Apoſtolorum.		
xj.	e	iij. Chal.	Scor. Apoſt: *Petri & Pauli*.		IXL.
	f	ij. Chal.	*Commemoratio S. Pauli*.		IXL.

Kal.

Ter decimus Julij decimo invit an Kalendas.
Dampnat tredecima Julij vocat hora ſecunda.
Huius & in novis decimis quoque ſanciat horis.
Julius habet Dies xxxi. Luna xxx.

xjx.	g	Julii.	Oct. Sancti Johannis Bapt.		IXL.
viij.	a	vj. Non.	Proceſſi & Martiniani Mart.		
	b	v. Non.	Translatio S. Thome Apoſtoli.		
v.	c	iiij. Non.	Translatio S. Martini Epiſcopi.		
v.	d	iij. Non.	Agathonis.		
	e	ij. Non.	Oct. Apoſtolorum. Yſaie Prophete.		IXL.
xiij:	f	Nonas Julij.	*Apolonij Epiſcopi Brix.*		IXL.
ij.	g	viij. Id.	Procopij:		
	a	vij. Id.	Anatholie Virg.		
x.	b	vi. Id.	Sanctorum vij. fratrum Felicitatis Matris eorum		IXL.
	c	v. Id.	Translatio S. Benedicti Abbatis Pii pp. & Mar.		
xviij.	d	iiij. Id.	Naboris & Felicis Mart.		
vij.	e	iij. Id.	Margarite Virg. & Mar. Optatiani Epiſc. Brix.	D.	IXL.
	f	ij. Id.	Focati Epiſcopi.		
xv.	g	Idus Julij.	Quirici & Jolite Mar.		
iiij.	a	xvij. Chal.	Ylariani Mar.		
	b	xvi. Chal.	Duodecim Mart.		
xij.	c	xv. Chal.	*Filaſtrii Epiſc. Brix.* Arnulfi Epiſc.		IXL.

j.	d	xiiij. Chal.	Arſeni.	
	e	xiij. Chal.	Victoris & Ciriaci.	
jx.	f	xij. Chal.	Praxedis Mart.	
	g	xj. Chal.	*Marie Magdalene*.	D. IXL
xviij.	a	x. Chal.	Apolenaris Epiſcopi & Mart:	IXL
vj.	b	jx. Chal.	Victorini Epiſcopi Vig.	
	c	viij. Chal.	*Jacobi Apoſtoli*. Xpoſori Mar. Chriſtine V.	IXL.
xiiij.	d	vij. Chal.	Anne Matris S. Marie.	IXL.
iij.	e	vj. Chal.	Simeonis Monachi.	
	f	V. Chal.	Nazari & Celſi Mart.	
xj.	g	iiij. Chal.	Felicis. Simplicij. Fauſtini. & Beatricis Mart.	IXL.
xjx.	a	iij. Chal.	Abdon. & Senen. Mart.	IXL.
	b	ij. Chal.	Geminiani Epiſcopi.	

Kal.

Auguſti nempe prima fugat de fine ſecunda.
Horas dat primas Auguſtus datque Kalendas.
Inde ſecunda dies ſeptenas turbidat horas.
Auguſtus habet dies xxxj. Luna xxviiij.

viij.	c	Auguſti.	Petri ad Vincula. Machabeorum. Euſebij Epiſ. & Mart.	
xvj.	d	iiij. Non.	Stephani pp. & Mart.	D IXL.
v.	e	iij. Non.	Inventio SS. Stephani. Nicodemi. & Gamalielis.	IXL.
	f	ij. Non.	Juſti & Creſcentiani.	
xiij.	g	Non. Aug.	Dominici Conf. Fratrum Predicatorum.	IXL.
ij.	a	viij. Id.	Sixti PP. & Mart. Feliciſſimi, & Agapiti Mart.	IXL.
	b	vij. Id.	Donati PP. & Mart.	IXL.
x.	c	vj. Id.	Ciriaci Mart. & ſeptem Dormientium.	
	d	v. Id.	Firmi & Ruſtici Mart. Vig.	IXL.
xviij.	e	iiij. Id.	*Laurentij Mart.*	IXL.
vij.	f	iij. Id.	Tiburcij Mart.	
	g	ij. Id.	Erculani Epiſc. Brix. Claræ Virg.	IXL:
	a	Idus Aug.	Ypoliti & Caſſiani Mar.	IXL.
iiij.	b	xjx. Chal.	Euſebij Preſbiteri. Vig.	
	c	xviij. Chal.	*Aſſumptio S. Marie*.	IXL.
xij.	d	xvij. Chal.	Marion. & Tyrſi cum Socijs ſuis.	
j.	e	xvj. Chal.	Octava S. Laurentij.	IXL.
	f	xv. Chal.	Agapiti mar.	
ix.	g	xiv. Chal.	Magni mar. & aliorum c l *96*	
	a	xiij. Chal.	Bernardi Conf.	
xvij.	b	xij. Chal.	Luxurij mart.	
vj.	c	xj. Chal.	Octava S. Marie. Tymothei & Sinphoriani mart.	IXL.
	d	x. Chal.	Flaviani Epiſcopi.	
xiiij.	e	jx. Chal.	Geneſii mart. Vig.	
iij.	f	viij. Chal.	*Bartholomei Apoſtoli*.	
	g	vij. Chal.	Alexandri mart. Ludovici Conf. Regis Francie.	IXL.
xj.	a	vj. Chal.	Grathe Virg.	
xjx.	b	v. Chal.	Auguſtini Epiſc. & Doctoris. Hermetis mart.	IXL.
	c	iiij. Chal.	Decollatio S. Johannis Bapt. Sabine Virg.	IXL.
viij.	d	iij. Chal.	Felicis & Audacti mar.	D.
	e	ij. Chal.	Paulini Epiſcopi.	

Kal.

Tertia Septembris Vulpes ferit a pede dena.
Horis Septembris perimit lux tertia ternis.
Eiuſdemque menſis necat horis dona quaternis.
September habet dies xxx. Luna xxx.

xvj.	f	Septembris.	Priſci mar. Egidij Abbatis.	
v.	g	iiij. Non.	Juſti Epiſcopi.	
	a	iij. Non.	Marini & Leonis.	

xiij.	b	ij. Non.	Ruffini.	D.	
ij.	c	Non. Sept.	Taurini & Quinti.		
	d	viij. Id.	Eugenij Epifcopi Zacharie Profete.		
x.	e	vij. Id.	Elodoaldi Conf.		
	f	vj. Id.	*Nativitas S. Marie*. Adriani mar.		IXL.
xviij.	g	v. Id.	Gorgonij mar.		
	a	iiij. Id.	Hylarij pp.		
	b	iij. Id.	Prothi & Jacinčti mar. Eugenie Virg.		
xv.	c	ij. Id.	Serapionis mar.		
iiij.	d	Idus Sept.	Sančtorum 29. mar.		
	e	xviij. Chal.	Cornelij & Cipriani. Exultatio S. Crucis		IXL.
xij.	f	xvij. Chal.	Nicomedis mar.		
j.	g	xvj Chal.	Euphemie Virg. & mar.		
	a	xv. Chal.	Reftitute Virg.		
jx.	b	xiiij. Chal.	Euftorgij & Satiri.		
	c	xiij. Chal.	Januarij Epifcopi. Sofij. Fefti, & Proculi mar.		
xvij.	d	xij. Chal.	Faufte Virg. Vig.		
vj.	e	xj. Chal.	*Mathei Apoftoli & Evangelifte*.	D.	IXL.
	f	x. Chal.	Mauritij & Sociorum ejus		IXL.
xiiij.	g	viiij. Chal.	Tecle Virg. Calimeri Epi. Lini pp. & mar.		IXL.
iij.	a	viij. Chal.	Conceptio S. Johannis Bapt.		
	b	vij. Chal.	Barduniani.		
ij.	c	vj. Chal.	Cypriani & Juftine mar. Vigilij Epifcopi.		IXL.
xjx.	d	v. Chal.	Cofme & Damiani mar.		IXL.
	e	iiij. Chal.	Silviani Epifcopi Brix.		IXL.
viij.	f	iij. Chal.	*Feftivitas S. Michaelis Archangeli*.		IXL.
	g	ij. Chal.	Jeronimi Presbiteri Cardinalis & Dočtoris.		IXL.

Kal.

Tertius Očtubris Pullus decem in ordine necat.
Sauciat Očtubris in quinis tertius horis.
Inque die dena hujus ferit, hora novena.
Očtuber habet dies xxxj. Luna xxjx.

xvj.	a	Očtubris.	Remigij Epifcopi.		
v.	b	vj. Non.	Eufebij pp. & mar.		
xiij.	c	v. Non.	Duorum Presbiterorum.		
ij.	d	iiij. Non.	Francifci Conf.	D.	
	e	iij. Non.	Flaviani Epifcopi.		IXL.
x.	f	ij. Non.	Cafti & Emeli: Fidis. Virg:		
	g	Nonas Oćt.	Marci pp.		
xviij.	a	viij. Id.	Pellagie Virg. & mar.		IXL
vij.	b	vij. Id.	Domnini. Dionifij. Ruftici. & Eleutherij mart.		IXL
	c	vj. Id.	Sančtorum 330. mar.		
xv.	d	v. Id.	Euftachij. Agapiti, Theopifti & Theopifte mart.		
iiij.	e	iiij. Id.	Venantij Epifcopi.		
	f	iij. Id.	Athanafij Epifcopi.		
xij.	g	ij. Id.	Calixti pp. & mar.		
j.	a	Idus Očtub.	Lupuli.		
	b	xvij. Chal.	Galli Abbatis ✠ o Ep. Berardus m. cccviij. de madiis.		IXL
jx.	c	xvj. Chal.	Evarifti pp.		
	d	xv. Chal.	Luce Evang.		
xvij.	e	xiiij. Chal.	Columbani.		
vj.	f	xiij. Chal.	Caprafij mar.		
	g	xij. Chal.	Urfule Virg. & mar. cum 1000. Virg.		IXL.
xiiij.	a	xj. Chal.	Translatio SS. Cofme & Damiani mart.	D.	
iij.	b	x. Chal.	Dorothei mar.		
	c	jx. Chal.	Vitalis. Felicis. & Bonifacij.		
xj.	d	viij. Chal.	Gaudentij Epifcopi Brix.		IXL.

xjx.

xjx.	e	vij. Chal.	Luciani & Marciani.	
jx.	f	vi. Chal.	Evariſti pp. & mart. Vigil.	
viij.	g	v. Chal.	*Apoſtolorum Symonis & Iude.*	IXL.
	a	iiij. Chal.	Appiani Epiſcopi.	
xvj.	b	iij. Chal.	Donciani pp.	
v.	c	ij. Chal.	Quintini mart. Sophie cum tribus filiis ſuis.	
Kal.			Quinta Novembris acus vox tertia manſit in urna.	
			Pungit in octavis horis lux quinta Novembris.	
			Cuius terna nigram facit horam confore quintam.	
			November habet Dies xxx. Luna xxx.	
	d	Novembris.	*Feſtivitas omnium Sanctorum.*	IXL.
xiij.	e	iij. Non.	Officium omnium Defunctorum.	
ij.	f	iij. Non.	Theophili Ep. *Iacet Corpus ad S. Iohannem de foris.*	IXL.
	g	ij. Non.	Vitalis & Agricole mar. Proculi Epiſc.	
x.	a	Nonas Nov.	Flecis Presb. Euſebij Monac.	D.
	b	viij. Id.	Melani Epiſc.	
xviij.	c	vij. Id.	Rogati & Donati mart.	
vij.	d	vj. Id.	Quatuor Coronatorum.	IXL.
	e	v. Id.	Theodori mart.	
xv.	f	iiij. Id.	Leonis Epiſc.	
iiij.	g	iij. Id.	Martini Epiſc. Menne mart.	IXL.
	a	ij. Id.	Martini Epiſc. & mart.	
xij.	b	Idus Nov.	Antonini mart. Bricj conf:	IXL.
j.	c	xviij. Chal.	Antigij Epiſc.	IXL.
	d	xvij. Chal.	Felicis pp.	
jx.	e	xvj. Chal.	Rufiniani.	
	f	xv. Chal.	Aniani Conf.	
xvij.	g	xiiij. Chal.	Romani Monac.	
vj.	a	xiij. Chal.	Officium S. Caloceri.	IXL.
	b	xij. Chal.	Octavij & Fecundi.	
xiiij.	c	xj. Chal.	Gelaſij pp.	
iij.	d	x. Chal.	Cecilie virg. & mart:	IXL.
	e	viiij. Chal.	Clementis pp. & mart: Columbani Abbatis.	IXL.
xj.	f	viij. Chal.	Griſogoni mart.	
	g	vij. Chal.	Katherine virg: & mart.	IXL.
	a	vj. Chal.	Valentini Epiſc.	
viij.	b	v. Chal.	Optati Epiſc.	
	c	iiij. Chal.	Trophini Epiſc.	D.
xvj.	d	iij. Chal.	Griſanti & Darie. Saturnini & Mauri mart. vig.	IXL.
v.	e	ij. Chal.	Andree Apoſt.	IXL.
Kal.			Dat duodena choors ſeptem in decemque Decembris.	
			Vulnerat in primis horis ſeptena Decembris.	
			In ſenis horis decimus fit cauſa doloris.	
			December habet dies xxxj. Luna xxjx.	
	f	Decembris.	Urſicini Epiſc. Brix.	IXL.
xiij. ij.	g	iiij. Non.	Pontiani.	
	a	iij. Non.	Criſpini & Agricole.	
x.	b	ij. Non.	Barbare virg.	
	c	Non. Xbris.	Dalmacij virg.	
xviij.	d	viij. Id.	Nicholai Epiſc.	IXL.
vij.	e	vij. Id.	Ordinatio S. Ambroſij Archiepiſcopi.	D IXL.
	f	vi. Id.	Zenonis Epiſc.	
xv.	g	v. Id.	Depoſitio S. Syri Epiſc.	
iiij.	a	iiij. Id.	Melciadis pp. & mar.	
	b	iij. Id.	Dalmaſci pp.	

xij.	c	ij. Id.	Ermogenis.	
j.	d	Idus Xbris.	Lucie vig. & mart.	
	e	xjx. Chal.	Victoris Episc.	IXL.
viiij.	f	xviij. Chal.	Maximi conf. Silvie virg.	IXL.
	g	xij. Chal.	Valentini.	
xvij.	a	xvj. Chal.	Ignatii Episc. & mar.	
vj.	b	xv. Chal.	Translatio S. Iulie virg. & mart.	
	c	xiiij. Chal.	Yzosimi.	
xiiij.	d	xiij. Chal.	Iulij & Yconij. Vigil.	
iij.	e	xij. Chal.	*Thome Apostoli.*	
	f	xj. Chal.	Sanctorum xxiiij. Mart.	D.
xj.	g	x. Chal.	Victorie virg.	
xjx.	a	jx. Chal.	Vigilia Nativitatis Domini.	
	b	viij. Chal.	*Nativitas Domini Nostri Iesu Christi.* Anastasie virg.	IXL.
viij.	c	vij. Chal.	*Stephani Prothomartiris.*	IXL.
	d	vj. Chal.	*Iohannis Apostoli, & Evangeliste.*	IXL.
xvj.	e	v. Chal.	*Ss. Innocentium.*	IXL.
v.	f	iiij. Chal.	Thome Archiepisc. & mart.	IXL.
	g	iij. Chal.	Perpetui Episc.	
xiij.	a	ij. Chal.	Silvestri pp.	IXL.

III.

Kalendarium Vallumbrosanum.

Januarius habet dies xxxj. Luna xxx. Nox horas xvi. Dies viii.

Kal. Jan. Circumcisio Domini, Basilj conf. Martine virg. mart.
iv. Non. Octava S. Stephani.
iij. Octava S. Johannis.
ij. Octava Innocentium.
Non.
viij. Id. Epiphania Domini.
vij.
vj.
v.
iv. Pauli primi Eremite.
iij. Yginij Pape martiris.
ij.
Idus. Octava Epiphanie.
xix. Kal.
xviij. Mauri Abbatis.
xvij. Marcelli Pape martiris.
xvj. Antonii Abbatis.
xv. Prisce virginis. mart.
xiv. Marii, & Marthe Audifex, & Abacuc.
xiij. Fabiani, & Sebastiani.
xij. Agnetis virginis mart.
xi. Vincentii, & Anastasii.
x. Emerenciane virginis mart.
ix.
viii. Conversio S. Pauli.
vii.
vi.
v. Agnetis Secundo.
iv.
iii.
ii. Ciri, & Johannis.

Februarius habet dies xxviij. Luna xxij. Nox horas xiv. Dies x.

Kal. Ygnacii Episcopi, & martiris.
iiij. Non. Purificatio B. Marie Virg.
iij. Blasii Episcopi martiris.
ij. Giliberti Abbatis.
Non. Agate virginis, & martiris.
viij. Id.
vij.
vj.
v. Apollonie virg. & mart.
iv. Scolastice virginis.
iii.
ii.
Id.
xvi. Kal. Valentini Presbiteri mart.
xv.
xiv.
xiii.
xii.
xj.
x.
jx.
viij. Cathedra S. Petri.
vij.
vj. Mathie Apostoli.
v.
iv.
iij.
ij. Translatio S. Augustini Episcopi, & Conf.

Martius

Martius habet dies xxxj. Luna xxx. Nox habet horas xij. dies xij.

Kal. Mart.
vi. Non.
v.
iiii.
iii.
ii.
Non. j. Sanctorum Virginum Perpetue & Felicitatis.
viij. Id.
vii. Sanctarum quadraginta Martirum.
v.
iv.
iii. Gregorij Pape Conf.
ii.
Id.
xvii. Chal.
xvj.
xv.
xiv.
xiii.
xii.
xj. Benedicti Abbatis.
x.
ix.
viii. Annuntiatio Dominica.
vii.
vi.
v.
iiii.
iii.
ii.

Aprilis habet dies xxx. Luna xxx. Nox habet horas x. dies xjv.

Kal. Apr.
IIII. Non.
iij.
ij. S. Ambrosii Episcopi & Conf.
Non.
viij. Id.
vij.
vj.
v.
iiii.
iii.
ij.
Idus.
xviii. Kal. S. Tiburtij, Valeriani, & Maximi.
xvii.
xvj.
xv. S. Aniceti Pape & Martiris.
xiv.
xiii.
xii.
xj.
x.
ix.
viii. S. Gregorij Martiris.
vii. S. Marci Evangeliste.
vj. S. Cleti Pape & M. & Marcellini Pape Mart.
v.
iiii. S. Vitalis Martiris.
iii. S. Petri M. Ordinis S. Dominici
ii.

Madius habet dies xxx. Luna xxx. Nox habet horas viij. dies xvj.

Kal. Mad.
vi. Non.
v. Inventio S. Crucis & Sanctorum Martyrum Alexandri, Eventii, Theodori, & Jovenalis.
iiij. S. Monice Matris S. Augustini Patris nostri.
iii. Conversio S. Augustini.
ii. S. Johannis ante portam latinam.
Non.
viij. Id. Apparitio S. Michaelis Archangeli.
vii.
vi. SS. Gordiani, & Epimachi.
v.
iiii. SS. Nerei, & Archilei, atque Pancratii.
iii.
ii. S. Bonifatii Martyris.
Idus.
xvii. Kal. Jun.
xvi.
xv.
xiiii. S. Potentiane Virginis & S. Petri de Murrona Conf.
xiii.
xii.
xi.
x.
ix.
viii. S. Zenobii Ep. & Confess. & S. Urbani Papæ & Mart.
vii. S. Eleutherij P. & Mart.
vi. S. Joh. Pape & M.
v.
iiii.
iii. S. Felicis P. & M.
ii. S. Petronille Virg.

Junius habet dies xxx. Luna xxjx. Nox. habet horas vj. dies xviij.

Kal. Jun.
iiii. Non. SS. Petri, Marcellini, atque Herasmi.
iii.
ii.
Nonis.
vjii. Id.
vij.
vj.
v. SS. MM. Primi, & Filitiani.
iiii.
iij. S. Barnabe Apostoli.
ij. SS. MM. Basilidis, Cirini, Naboris, & Nazarij.
Idibus. S. Antonij Confess.
xviii. Kal.
xvii. SS. MM. Viti, & Modesti, atque Crescentie.
xvj.
xv.
xiiii. SS. MM. Marchi & Marcellini.
xiii. SS. MM. Gervasij & Prothasii.
xii. S. Silverij P. & M.
xj.
x. S. Paulini Ep. & Conf.
ix. Vigilia.
viii. Nativitas S. Johannis Bapt.
vii.
vj. SS. MM. Joh. & Pauli.
v.
iiii. S. Leonis P. & Conf. vig.
iii. SS. Apostolorum Petri & Pauli.
ii. Commem. S. Pauli.

Julius habet dies xxxj. Luna xxx. Nox. habet horas viij. dies xvj.

Kal. Octava S. Johannis Bapt.
vi. Non. SS. MM. Processi & Martiniani. Visitatio Virginis Marie.
v.
iv.
iii.
ii. Octava Apostolorum Petri & Pauli.
Non. Anniversarium fratrum nostrorum defunctorum.
viij. Id.
vii.
vi. SS. MM. septem fratrum, & SS. Ruphine, & Secunde Virginum mm.
v. S. Pii P. & M.
iv. SS. MM. Naboris, & Felicis & S. Joh. Gualberti.
iii. S. Anacleti P. & M.
ii.
Id. SS. MM. Quirici, & Julite.
xvii. Kal.
xvi. S. Alexii Conf.
xv. S. Symphorose cum vij filiis.
xiv.
xiii. S. Margarite V. & M.
xii. S. Praxedis V.
xi. S. Marie Magdal.
x. S. Apollinaris Episc. & M.
ix. S. Christine V. & M. Vig.
viii. S. Jacobi Ap. & S. Cristofori m.
vii. S. Pastoris Presb. & Conf., & S. Anne.
vi. S. Pantaleonis M.
v. SS. MM. Nazarij, & Celsi, & Victoris PP., & Innocentii P. & m.
iiii. SS. MM. Simplicij, Faustini, Beatricis, & Felicis P. & M.
iii. SS. MM. Abdon. & Sennen.
ii.

Augustus habet dies xxxj. Luna xxjx. Nox habet horas x. dies xjv.

Kal. Ad vincula S. Petri & SS. MM. Machabeorum.
iiii. Non. S. Stephani P. & M.
iij. Inventio Corporis S. Stephani Protomartyris.
ii. S. Justini Presb. & M.
Nonis. S. Dominici Confessoris, & Sancte Marie ad Nives.
vjii. Id.
vij. S. Donati Episcopi & Martiris.
vi. Sanctorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi Martirum.
v. S. Romani Martiris. Vigilia
iiii. S. Laurentii Martiris.
iii. Sanctorum Tiburtii, & Susanne.
Id. ii. Sancti Ypoliti cum Sociis suis.
xix. Kal. Sanctorum Felicis, & Fortunati.
xviii.
xvii. S. Leonardi Confessoris.
xvi.
xv. S. Agapiti Martyris.
xiv.
xiii. S. Bernardi Abatis & Confess.
xii.
xi. Octava Beate Virginis Marie, & Sanctorum Martyrum Timothei, Ipoliti, & Sinphoriani.
x.
ix.
viii. S. Bartholomei Apostoli.
vii. S. Zepherini Pape, & Martyris, & S. Ludovici Confess. Regis.
vi.
v. S. Augustini Episc., & Confess., & Sanctis Hermetis Martyris, & Sancte Sabine Virginis.
iiii. Decollatio S. Joh. Baptiste.
iii. Sanctorum Martjrum Felicis, & Adaucte.
ii:

Se-

September habet dies xxx. Luna xxx. Nox habet horas xij. dies xij,

Kal. Sep. Sanctorum Martyrum 12. Fratrum, & S. Egidii Abb. & Conf.
iiii: Non. S. Antonini Mar.
iii.
ii. Octava Be: Augustini.
Non.
viii. Id.
vij.
vj. Nativitas B. V. Marie, & Sancti Adriani m.
v. S. Gorgonij m.
iiii. S. Nicolai de Tolentino Conf.
iii. SS. MM. Prothi, & Jacinti.
ii.
Idus.
xviii. Kal. Exaltatio Sancte ✠ & SS. MM. Cornelii, & Cipriani.
xvii. Octava B. Marie V.
xvj. SS. MM. Geminiani, Lucie, & Eufemie.
xv.
xiv.
xiii.
xii. SS. MM. Eustachi, & Soc. eius.
xj. S. Mathei Apostoli & Evang.
x. SS. MM. Mauritij & Sociorum ejus.
jx. S. Lini Pape & M.
viii.
vii.
vi. SS. MM. Cosme & Damiani.
v.
iiii.
iii. Dedicatio Basilice S. Michaelis Arch.
ii. S. Jeronimi Presb. & Conf.

Octuber habet dies xxxj. Luna xxjx. Nox habet horas xjv. dies x.

Kal. S. Remigij Episcopi & Conf.
vi. Non.
iij. v. Non.
iv. Non. S. Francisci Confessoris.
iii. Non.
Prid. Non.
Non. SS. MM. Sergij, Bachii, Marcelli, & Apulei.
viij. Idus S. Reparate Virg. & M.
vii. Idus SS. MM. Dionisij, Rustici & Eleutherij.
vi. Idus S. Cerbonii Ep. & Conf.
v. Idus Transl. B. Patris nostri Augustini.
iv. Id.
iii. Id.
ii. Id. S. Calixti Pape & Martiris.
Idus.
xvii. Kal. S. Galli Abb. & Conf.
xvi.
xv. S. Luce Evang.
xiv.
xiii.
xii. S. Ilaryonis Abb. & Conf. & undecim millium Virginum.
xj.
x.
ix.
viii. SS. MM. Crisanti & Darie, & Sancti Miniatii Martiris.
vii. S. Evaristi Pape & Mart.
vi. Vigilia.
v. SS. Ap. Simonis & Jude.
iv.
iii.
ii. Vigilia.

November habet dies xxxj. Luna xxx. Nox habet horas xvj. dies viij.

Kal. Nov. Festum omnium SS. & S. Cesarii Mart.
iv. Non. Anniversarium omnium Fidelium Defunctorum.
iij. Non.
ii. SS. MM. Vitalis, & Agricole.
Nonas
viii. Id. S. Leonardi Conf.
vii.
vi. S. Quatuor Coronat. Mart.
v. Dedicatio Basilice Salvatoris, & Teodori Martiris.
iv. SS. MM. Triphonis & Respicii & Nimphe Virg. & Mar.
iii. S. Martini Ep. & Conf. & S. Menne Mart.
ii. S. Martini Pape & Mart.
Idus. S. Britij Episcopi & Conf.
xviii. Kal.
xvii.
xvj.
xv.
xiv. Dedicatio Basilice Ap. Petri & Pauli.
xiii. S. Helisabeth, & S. Pontiani Pape & Mart.
xii.
xi.
x. S. Cecilie Virg. & Mart.
ix. S. Clementis Pape & m. & S. Felicitatis.
viii. S. Crisogoni M.
vii. S. Katherine Virg. & Mart.
vi. S. Petri Alexandrini Ep. & M.
v. S. Jacobi Intercisi M.
iv.
iii. S. Saturnini M. Vigilia.
ii. S. Andree Apostoli. De-

December habet dies xxxj. Luna xxjx. Nox habet horas xviij. dies vj.

Kal. Dec.
iv. Non. S. Bibiane Virg. & M.
iij.
ii. S. Barbare V. & M.
Nonas. S. Sabbe Abb. & Conf.
viii. Idus S. Nicholai Ep. & Conf.
vij. S. Ambrosij Ep. & Conf.
vi. Conceptio B. M. semper V.
v.
iv. *Deletum*.
iii. *Deletum*.
ii.
Idus. S. Lucie V. & M.
xix. Kal.
xviii.
xvii.
xvi.
xv.
xiv.
xiii.
xii. S. Thome Apostoli.
xi.
x.
ix.
viii. Nativitas Domini Nostri Jesu Christi.
vii. S. Stephani Protom.
vi. S. Johannis Ap. & Ev.
v. SS. MM. Innocentium.
iv. S. Thome Archiepisc. & Conf.
iii.
ii. S. Silvestri Pape & Conf.

I V.

Alterius multo antiquioris Vallumbrosani Kalendarii Fragmentum.

KMad. habet d. xxxj. L. xxx.

B	K	Philippi & Jacobi.
C	vj. Non.	
D	v. Non.	Inventio Sancte ✠, Alexandri, & Theadoli.
E	iiii. Non.	
F	iii. Non.	
G	ii. Non.	S. Johannis ante portam latinam.
A	Non.	
B	viii. Id.	Victoria S. Michahelis.
C	vii. Id.	
D	vi. Id.	Gordiam & Epimachi. S. Christine.
E	v. Id.	S. Antimi.
F	iiij. Id.	Nerei. Achill. Pancratii.
G	iii. Id.	

A	ii. Id.	
B	Idus	
C	xvii. Chal.	
D	xvi. Chal.	
E	xv. Chal.	
F	xiiii. Chal.	
G	xiii. Chal.	
A	xii. Chal.	
B	xi. Chal.	
C	x. Chal.	
D	viiii. Chal.	
E	viii. Chal.	Urbani pp. & Zenobii Episcopi.
F	vii. Chal.	
G	vi. Chal.	
A	v. Chal.	
B	iiii. Chal.	
C	iii. Chal.	

KJun. habet dies xxx. L. xxv. iij.

E	K	Jun. Proculi & Nicomedis iii. L.
F	iiii. Non.	Marcellini & Petri iii. L.
G	iii. Non.	SS. Alexandri Episc. ✠
A	ii. Non.	
B	Non.	Sanctorum Mar. Naboris & Nazarii ✠
C	viii. Id.	
D	vii. Id.	
E	vi. Id.	
F	v. Id.	Primi & Feliciani.
G	iiii. Id.	✠
A	iii. Id.	Barnabe Ap. & Honofrij.
B	ii. Id.	Basilidis Cyrini Naboris Nazarii.

C	Idus	
D	xviii. Chal.	Translatio S. Bartholomei Apostoli ✠
E	xvii. Chal.	Viti & Modesti.
F	xvi. Chal.	
G	xv. Chal.	
A	xiiii. Chal.	Marci & Marcelliani.
B	xiii. Chal.	Gervasii & Protasii.
C	xii. Chal.	
D	xi. Chal.	
E	x. Chal.	
F	viiii. Chal.	Vig. S. Johannis.
G	viii. Chal.	Nativitas S. Johannis.
A	vii. Chal.	
B	vi. Chal.	Johannis & Pauli.

C v. Chal.
D iiii. Chal. Vig. Apostolorum.
E iii. Chal. Apostol. Petri & Pauli.
F ii. Chal. Commemorat. S. Pauli.

K Julius habet dies xxxj. L. xxx.
G Jul. oct. S. Johannis.
A vi. Non. Processi & Martini.
B v. Non. S. Mustuole V. ✠✠
C iiii. Non. Translatio S. Thome ✠
D iii. Non.
E ii. Non. Oct. Apostolorum 4. Romuli.
F Non. Dedicatio Ecclesie.
G viii. Id.
A vii. Id.
B vi. Id. Septem Fratrum.
C v. Id.
D iv. Id. Naboris & Felicis.
E iii. Id.
F ii. Id. Eugenue.
G Idus. Quirici & Julitte.
A xvii. Chal. Aug.
B xvi. Chal.
C xv. Chal.
D xiiii. Chal.
E xiii. Chal. S. Margarite.
F xii. Chal. Praxedis.
G xi. Chal. S. Marie Magdal. ✠✠
A x. Chal. Apolenaris.
B viiii. Chal. Vigil. S. Jacobi.
C viii. Chal. Jacobi. Xpofori.
D vii. Chal. S. Anne Matris Domine ✠✠
E vi. Chal.
F v. Chal. Nazarii & Celsi.
G iiii. Chal. Felicis Simplicii Faustini & Beatricis.
A iii. Chal. Abdon. & Sennen.
B ii. Chal.

Terdecim Julii decimo invit an Kalendas.

C K Aug. habet dies xxxi. Luna xxjx.
D Aug. Vincula S. Petri Machabeorum.
iiii. Non. Stephani pp.
E iii. Non. Inventio S. Stephani.
F ii. Non.
G Non. Sancta Maria de Nive. & S. Dominici Confessoris ✠✠
A viii. Id. Sixti Felicissimi & Agapiti.
B vii. Id. Donati Episc. & ✠✠ Transfiguratio Domini Nostri.
C vi. Id. Sancti Cyriaci.
D v. Id. Vig. S. Laurentii, & ✠✠ Romani Mart.
E iiii. Id. S. Laurentii.
F iii. Id. S. Tyburtii.
G ii. Id. S. Date Virg. ✠✠
A Idus Ypoliti, & Cassiani.
B xjx. Chal. Sept. Eusebii. Vig.
C xviii. Chal. Assumptio S. Marie.
D xvii. Chal.
E xvi. Chal. Oct. Sancti Laurentii.
F xv. Chal. S. Agapiti.
G xiv. Chal. S. Ludovici Ep. de Ordine Minorum ✠✠
A xiii. Chal. S. Bernardi Ab. & Confessoris ✠✠
B xii. Chal.
C xi. Chal. Oct. S. mar. Timothei. Simphoriani.
D x. Chal. Vig.
E ix. Chal. S. Bartholomei.
F viii. Chal. S. Genesii, & S. Ludovici Francorum Rex ✠✠
G vii. Chal.
A vi. Chal.
B v. Chal. Augustini. Hermetis.
C iiii. Chal. Decollatio S. Johannis Sabine.
D iii. Chal. Felicis & Audacti.
E ii. Chal. S. Juliani Martyris ✠✠

Augusti nepa prima: fugat de fine secunda.

K Septemb. habet dies xxx. Lu: xxx.
F Sep. S. Reguli Epi.
G iiii. Non.
A iii. Non. Ordinatio S. Gregorii Papæ.
B ii. Non.
C Non.
D viii. Id.
E vii. Id.
F vi. Id. Nat. S. Marie.
G v. Id. S. Gurgonii.
A iiii. Id. S. Salvii Episcopi.
B iii. Id. Sanctorum Prothi, & Jacinti.
C ii. Id.
D Idus
E xviii. Chal. Oct. Exalt. ✠ Cornelii, Cipriani.

F

F	xvii.	Chal.	
G	xvi.	Chal.	Lucie & Geminiani.
A	xv.	Chal.	
B	xiiii.	Chal.	
C	xiii.	Chal.	
D	xii.	Chal.	Vig. S. Mathei.
E	xi.	Chal.	S. Mathei Apost.
F	x.	Chal.	Mauricii cum Sociis suis.
G	viiii.	Chal.	
A	viii.	Chal.	Conceptio S. Johannis.
B	vii.	Chal.	
C	vi.	Chal.	
D	v.	Chal.	Cosme & Damiani.
E	iiii.	Chal.	
F	iii.	Chal.	Dedicatio S. Michaelis.
G	ii.	Chal.	Sancti Hieronimi.

Tertia Septemb. vulpis: ferit a pede dena.

	K	Oct.	habet dies xxxi. Luna xxix.
A	K	Oct.	Sancti Remigii Epis.
B	vi.	Non.	
C	v.	Non.	
D	iiii.	Non.	
E	iii.	Non.	
F	ii.	Non.	
G		Non.	S. Marci pp.
A	viii.	Id.	S. Reparate.
B	vii.	Id.	Donnini, Rustici, & Eleutherii.
C	vi.	Id.	S. Cerboni Episc.
D	v.	Id.	
E	iiii.	Id.	
F	iii.	Id.	
G	ii.	Id.	S. Calixti pp.
A		Idus.	
B	xvii.	Chal.	Non. Galli Abbatis
C	xvi.	Chal.	
D	xv.	Chal.	S. Lucae Evangelistae.
E	xiiii.	Chal.	
F	xiii.	Chal.	
G	xii.	Chal.	S. Hylarionis, & ✠✠ quadraginta militum.
A	xi.	Chal.	
B	x.	Chal.	
C	ix.	Chal.	
D	viii.	Chal.	S. Miniatis, Grisanti, & Darie.
E	vii.	Chal.	
F	vi.	Chal.	Vig. Apostolorum Symonis, & Judæ.
G	v.	Chal.	Apostolorum Symonis, & Judæ.
A	iiii.	Chal.	
B	iii.	Chal.	S. Germani Episc.
C	ii.	Chal.	Vig. Omnium Sanctorum.

Tertius October gladius decimo ordine nectit.

	K	Nov.	habet djes xxx. Luna xxx.
D	K	Nov.	Festivitas omnium Sanctorum.
E	iiii.	Non.	
F	iii.	Non.	
G	ii.	Non.	Vitalis & Agricole.
A		Non.	
B	viii.	Id.	Appiani & Leonardi.
C	vii.	Id.	
D	vi.	Id.	Quatuor Coronatorum.
E	v.	Id.	Theodori & Sancti Salvatoris ✠
F	iiii.	Id.	
G	iii.	Id.	S. Martini. S. Menne.
A	ii.	Id.	
B		Idus.	S. Britii Episcopi.
C	xviii.	Chal.	
D	xvii.	Chal.	
E	xvi.	Chal.	
F	xv.	Chal.	
G	xiiii.	Chal.	S. Fridiani Epis. ✠✠
A	xiii.	Chal.	
B	xii.	Chal.	
C	xi.	Chal.	
D	x.	Chal.	S. Cecilie.
E	ix.	Chal.	Clementis pp S. Columbani.
F	viii.	Chal.	Crisogoni.
G	vii.	Chal.	S. Prosperi Episcopi.
A	vi.	Chal.	Gaudentii Episc.
B	v.	Chal.	Jacobi intercisi.
C	iiii.	Chal.	
D	iii.	Chal.	Vig. S. Andreae, S. Antonini.
E	ii.	Chal.	S. Andreae Apostoli.

Quinta November atque ius tertia mansit in urna.

	K	Dec.	habet dies xxxi. Luna xxix.
F	K	Dec.	
G	iiii.	Non.	
A	iii.	Non.	
B	ii.	Non.	
C		Non.	
D	viii.	Id.	S. Nicholai Episcopi.
E	vii.	Id.	Ordinatio S. Ambrosii.
F	vi.	Id.	S. Zenonis Episcopi.
G	v.	Id.	Syri Episcopi.

A	iiii.	Id.	
B	iii.	Id.	
C	ii.	Id.	
D		Idus.	S. Luciae virg.
E	xix.	Chal.	
F	xviii.	Chal.	
G	xvii.	Chal.	
A	xvi.	Chal.	
B	xv.	Chal.	
C	xiv.	Chal.	
D	xiii.	Chal.	
E	xii.	Chal.	S. Thomae Apostoli.
F	xi.	Chal.	
G	x.	Chal.	
A	ix.	Chal.	Vig. Nativitatis Dñi.
B	viii.	Chal.	Nativitas Domini, & S. Anastasie.
C	vii.	Chal.	S. Stephani.
D	vi.	Chal.	S.Johannis Evangeliste.
E	v.	Chal.	Innocentum.
F	iiii.	Chal.	
G	iii.	Chal.	
A	ii.	Chal.	Sylvestri pp.

Dat duodena cohors septem in decemque December.

V.

Lucensis Kalendarii Fragmentum.

November habet dies xxx. Luna vero xxx. Nox habet horas xvi. dies viij.

Kalend.	Nov.	Festivitas omnium Sanctorum, & Sancti Cesarii martiris.
iv.	Non.	Sancte Eusthachie virg.
iij.	Non.	Sancti Euffrosine.
ij.	Non.	Sancti Euffrosini Episc. & Conf.
	Nonas.	Sanctorum mm. Vitalis & Agricole.
viij.	Idus.	
vij.	Idus.	
vj.	Id.	Sanctorum martyrum quatuor Coronatorum.
v.	Id.	Basilica Sancti Salvatoris, & S. Theodori m.
jv.	Id.	Sanctorum martyrum Respitii, & Nimphe, & Triphonis.
iij.	Id.	S.Martini Epis. & Conf. & S. Mene m.
ij.	Id.	S. Martini Pape & m.
	Idibus. [*sic*]	S.Bricci Episc.& Conf.
xviij.	Chal.	dec.
xvij.	Chal.	
xvj.	Chal.	
xv.	Chal.	S.Ergenii Conf. *Sol in Sagittario.*
xjv.	Chal.	S. Fridiani Ep. & Conf. ✠✠ & dedicatio Basilice Apostolorum Petri, & Pauli, duplex minus.
xiij.	Chal.	S. Pontiani pp. & m. ✠ & Sanctae Helisabeth.
xij.	Chal.	
xj.	Chal.	S.Columbani Abbatis ✠✠ & presentatio S. Menne duplex majus.
x.	Chal.	S. Ceciliae v. & m.
jx.	Chal.	S. Clementis Pape & m.
viij.	Chal.	S. Grisogoni m.
vij.	Chal.	S. Caterine v. & m. & Sancti Prosperi Epis. & Conf.
vj.	Chal.	S.Gaudentii Conf. ✠✠ & & S. Petri Alexandrini Episcopi, & martyris.
v.	Chal.	S. Jacobi intercisi m.
jv.	Chal.	
iij.	Chal.	Vig. Apostoli, & S. Saturnini m.
ij.	Chal.	Sancti Apostoli Andreae: Duplex.

December habet dies xxxj. Luna vero xxviij. Nox habet horas xviij. dies vero vi.

jv.	Non.	Sanctorum MM. Grisanti, & Darie, & S. Sabbae Abbatis ✠✠ & S. Ansani m.
iij.	Non.	S. Sabinae v. & m.
ij.	Non.	S. Barbare v. & m.
j.	Non.	S. Dalmatij Episc. & m., ✠✠ & S. Sabbae Abbat.
viij.	Id.	S. Nicolai Episc. & Conf.
vij.	Id.	S.Ambrosii Episc. Duplex.
vj.	Id.	Conceptio M. V.
v.	Id.	S. Siri Ep. & Conf.
jv.	Id.	S. Eulatie v., ✠✠ & Sancti Melchiadis pp. & m.
iij.	Id.	S. Damasii Ep. & Conf.
ij.	Id.	
j.	Idus.	S. Luciae v. & m.
xjx.	Chal.	Jan.
xviij.	Chal.	

xvij. Chal.	
xvj. Chal.	Luciani P. sol in capricornis.
xv. Chal.	
xjv. Chal.	
xiij. Chal.	Vigilia Apost.
xij. Chal.	S. Thomæ Apost. duplex.
xj. Chal.	
x. Chal.	
jx. Chal.	Vig. Nativitatis Domini.
viij. Chal.	Nat. Domini Nostri Jesu Christi, & S. Anastasie Martyris.
vij. Chal.	S. Stephani Protomartiris Duplex.
vj. Chal.	S. Joh. Evang. Duplex.
v. Chal.	SS. Innocentium Duplex.
jv. Chal.	S. Thome Episc. & M.
iij. Chal.	S. Florentii Episc. & Conf.
ij. Chal.	S. Silvestri Pape & Conf.

V I.

Incipit Bedæ Martyrologium, ex Codice Laurentianæ Florentianæ Bibliothecæ.

Januarius habet dies XXXJ. Luna XXX. Signum Capricornij. Nox habet horas XVJ. dies VIIJ.

Jani prima dies, & septima fine tenetur.

Kal. Jan.	Circumcisio Domini, & Sanctæ Martinæ, & Sancti Concordij.
iiij. Non.	S. Machatij Abb.
iij. Non.	S. Genofife Virg.
ij. Non.	SS. Aquilini, Gemini, Quinti.
Non.	Symeonis Profetæ.
viij. Id.	Epyphania Domini.
vij. Id.	Luciani Presbiteri.
vj. Id.	Severini Confessoris.
v. Id.	S. Martianæ Virg.
iiij. Id.	Pauli Primi Heremitæ.
iij. Id.	S. Salvij Conf.
ij. Id.	Eductio Jesu ex Egypto, & S. Basilii Ep.
Id.	Octava Epyphaniæ & S. Hilarij Episc.
xjx. Chal.	S. Felicis Presbiteri.
xviij. Chal.	S. Mauri Abb.
xvij. Chal.	Marcelli Papæ & Mart.
xvj. Chal.	Antonij Monachi.
xv. Chal.	*Sol in aquarium* S. Priscæ Virg.
xjv. Chal.	SS. Marij & Martæ.
xiij. Chal.	SS. Mart. Fabiani & Sebastiani.
xij. Chal.	S. Agnetis Virg.
xj. Chal.	S. Vincentij Mart.
x. Chal.	S. Emerentianæ Virg.
jx. Chal.	S. Timothei Apostoli.
viij. Chal.	Conversio S. Pauli.
vij. Chal.	S. Policarpi Presbiteri ✠ eodem die Translatio B. Zenobii.
vj. Chal.	Depositio S. Johannis Grisostomi.
v. Chal.	S. Agnetis Secundæ.
jv. Chal.	. . . .
iij. Chal.	. . . .
ij. Chal.	S. Geminiani Episc., & Conf.

Februarius habet dies xxviij., & anno bisestili xx. & jx. Luna xxviij. anno bisestili xxx. Signum aquarij. Nox habet horas xiv. dies x.

Ast Februi quarta est, procedit tertia fini.

Chal. Febr.	Sanctæ Brigidæ Virg., & S. Severij Archiep.
jv. Non.	Purificatio S. Mariæ.
iij. Non.	S. Blasij Epi. & Mart.
ij. Non.	. . . .
Nonas.	S. Agathæ Virginis.
viij. Id.	. . . . .
vij. Id.	. . . . .
vj. Id.	S. Yventij Epi.
v. Id.	. . . .
jv. Id.	SS. Zobici, Hyrenei, Jacinti; Amanti, & S. Scolasticæ Virg:
iij. Id.	SS. Caloceri, Parthenij, Desiderij ✠ S. Eufraxiæ Virg.
ij. Id.	
Idus.	
xvj. Chal.	Mart. S. Valentini Episc. & Mart.

xv. Chal. *Sol in pisces* SS. Martirum, Faustini, & Jovidæ.
xjv. Chal. S. Julianæ Virg. *Abrasum heic nomen alicuius Sancti. Et hoc positum.*
xiij. Chal. S. Polocronij.
xij. Chal. . . . .
xj. Chal. S. Gavini Presbiteri.
x. Chal. S. Gagi Papæ.
jx. Chal. S. Policarpi Presbiteri.

viij. Chal. Cathedra S. Petri.
vij. Chal. ✠✠ Vigilia S. Mathiæ Apostoli.
vj. Chal. S. Matthiæ Apostoli, & inventio capitis Præcursoris.
v. Chal. SS. Victoris. Nicofori; Claudiani.
jv. Chal. S. Nestoris.
iij. Chal. S. Abundantijs.
ij. Chal. S. Rufini.

Martius habet namque dies xxxj. Luna xxx. Signum piscis. Nox habet horas xij. dies xij. Martij prima necat cuius in cuspide quarta est.

Kal. Martii. S. Adriani.
vj. Non. S. Henuarij.
v. Non. Felicis. Lucioli.
jv. Non. . . . .
iij. Non. SS. Victoris, & Victorini.
ij. Non. Perpetuæ, & Felicitatis.
Nonas
viij. Id. *Prima incensio Lunæ Paschalis* S. Urbani.
vij. Id. in Armenia 40. militum.
vj. Id. Attalæ Abb.
v. Id. . . . .
jv. Id. Depositio S. Gregorij Pap.
iij. Id. . . . .
ij. Id.
Idus . . . .
xvij. Chal. April. SS. Cyriaci, Largi, & Smaragdi.

xvj. Chal. . . . .
xv. Chal. *Sol in Arietem.*
xjv. Chal. . . . .
xiij. Chal. . . . .
xij. Chal. . . . *Equinotium. Saltus Lunæ.* S. Benedicti Abb.
xj. Chal. *Primum Pascha, & Sedes Epactarum.*
x. Chal. Adam plasmatus est.
jx. Chal. . . . .
viij. Chal. Dominus Crucifissus est. Annuntiatio Dominica.
vii. Chal.
vi. Chal.
v. Chal.
iv. Chal.
iii. Chal.
ii. Chal.

Aprilis habet dies xxx. Luna xxjx. Signum Arietis. Nox habet x. dies xjv.
Aprilis decima est: undena a fine minatur L.....

Chal.
jv. Non. . . . . iii. Non. . . . ii. Non. . . . . Nonas . . . . viii. Idus . . . .
vii. Id. . . . . vi. Id. . . . v. Id. iiii. Id. . . . .
iii. Id. S. Leonis Papæ.
ij. Id. S. Julii Epis.
Id. S. Eufemiæ Virginis.
xviij. Chal. Madii SS. Tiburtii, Valeriani, & Maximi.
xvij. Olimpiadis, & Maximi.
xvj. . . . .
xv. Sol in Taurum.
xjv. . . . .
xiij. ✠✠ S. Crescentii.
xij. . . . .

xj. . . . .
x. . . . .
jx. S. Georgij Martiris.
viij. . . . .
vij. S. Marci Evangelistæ, & Letaniæ maiores.
vj. S. Cleti Papæ & Mart.
v. . . . . .
jv. S. Vitalis Mart.
iij. S. Torpetis Mart.
ij.

Maius habet dies xxxj. Luna xxx. Signum Tauri. Nox habet horas viij. dies xvj.

Maius tertius est Lupus, & septimus anguis.

Chal. Mad. SS. Apostolorum Filippi, & Jacobi.

vj. Non. S. Sigismundi Regis, & Mart.

v. Non.	Inventio S. Crucis, & SS. Alexandri Papæ, Eventi, & Theodoli.	ij. Id.	. . . .
jv. Non.	. . . .	Idus	*primum a Pentecosten.* Sancti Hilari Conf.
iij. Non.	. . . .	xvij. Chal.	S. Peregrini.
ij. Non.	S. Johannis Evangelistæ ante portam latinam.	xvj. Chal.	. . . .
Non.	* 1245. obijt Mag. Pelagotus Cano: Favent: cujus anima requiescat in pace.	xv. Chal.	*Sol in Geminos.*
viij. Id.	Victoria S. Michaelis Archangeli.	xjv. Chal.	S. Potentianæ Virg.
vij. Id.	*Estatis initium* habet dies 91.	xiij. Chal.	S. Eustasij. cum Uxore, & filiis suis.
vj. Id.	SS. Gordiani, Epjmachi, & S. Christinæ Virg.	xij. Chal.	. . . .
v. Id.	S. Victorini Mart.	xj. Chal.	S. Juliæ Virg. & Mart.
jv. Id.	SS. Martirum Neerei, Achillei, & Pancratij.	x: Chal.	. . .
iij. Id.	Dedicatio S. Mariæ ad Martjres.	jx. Chal.	*Estas oritur.*
		viij. Chal.	S. Urbani Papæ, & Sancti Zenobii Ep. & Conf.
		vij. Chal.	S. Augustini primi Anglorum Episcopi.
		vj. Chal.	. . . .
		v. Chal.	S. Germani Conf.
		jv. Chal.	S. Restitutæ Virg.
		iij. Chal.	
		ij. Chal.	S. Petronillæ Viduæ.

Junius habet dies xxx. Luna xxjx. Signum Geminorum. Nox habet horas vj. dies xviij.

Junius in Decimo, quindeno a fine salutat.

Chal.	SS. Martirum Proculi & Nicomedis.	xjv. Chal.	SS. MM. Marci, & Marcelliani.
jv. Non.	SS. MM. Marcellini, & Petri.	xiij. Chal.	SS. Gervasij, & Protasij.
iij. Non.	SS. Laurentii & Pergentini fratrum.	xij. Chal.	*Solstitium* S. Iacobi Alfei, & S. Florentiæ Virg.
ij. Non.	S. Bonifatii Martiris.	xj. Chal.	S. Albani Mart.
viij. Idus.	S. Alexandri Episc. Fesulani.	x. Chal.	S. Albini Mart., & Sanctæ Consortiæ Virg.
vij. Idus.	S. Fortunati Epis.	jx. Chal.	Vigilia S. Johannis Baptistæ.
vj. Idus.	S. Medardi Conf.	viij. Chal.	Natalis S. Johannis Baptistæ.
v. Idus.	SS. MM. Primi & Feliciani.	vij. Chal.	. . . .
jv. Idus.	. . . .	vj. Chal.	SS. Johannis, & Pauli fratrum.
iij. Idus.	Sancti Barnabe Apostoli.	v. Chal.	. . . .
ij. Idus.	SS. Basilidis Cyrini Naboris & Nazarij.	jv. Chal.	S. Leonis Papæ, & Sancti Hyrenej Mart. & Vig. Apost.
j. Idus.	*Ultimum Pentecosten.*	iij. Chal.	Natalis Apost. Petri, & Pauli.
xviij. Chal.	S. Feliculæ.	ij. Chal.	Commemoratio S. Pauli Apostoli, & S. Martialis Conf.
xvij. Chal.	SS. MM. Viti, & Modesti.		
xvj. Chal.	. . . .		
xv. Chal.	*Sol in Cancrum* ✠ Translatio S. Bartholomei Apostoli.		

Ju-

Julius habet dies xxxj. Luna xxx. Signum Cancri. Nox habet horas viij. dies xvj.

Ter decimus Julius, decem innuit ante Kalendas.

	Kal.	. . . . .
vj.	Non.	SS. MM. Processi & Martiniani.
v.	Non.	. . . .
jv	Non.	Turonjae Translatio Sancti Martini.
iij.	Non.	. . . .
ij.	Non.	Octava Apost., & S. Romuli Epis. & mart.
	Non.	. . .
viij.	Id.	. . .
vij.	Id.	. . .
vj.	Id.	Natalis septem Fratruum.
v.	Id.	SS. Naboris, & Felicis, & Translatio S. Benedicti.
jv.	Id.	. . .
iij.	Id.	. . .
ij.	Id.	*Dies Canicularum.*
	Idus.	SS. MM. Quirici, & Julitte.
xvij.	Chal.	. . .
xvj.	Chal.	S. Alexij Conf.
xv.	Chal.	*Sol in Leonem* S. Rosilli, & S. Arnulfi Conf.
xiv.	Chal.	Sancti Arseni.
xiij.	Chal.	S. Margharitae virg.
xij.	Chal.	S. Praxedis virg.
xj.	Chal.	S. Cyrilli Episc. & S. Mariae Magdalenae.
x.	Chal.	S. Apolenaris mart.
jx.	Chal.	✠✠ Vigilia S. Iacobi.
viij.	Chal.	S. Jacobi Apost. Zebedei, & S. Chrjstofori mart.
vij.	Chal.	. . . . .
vj.	Chal.	. . . .
v.	Chal.	SS. MM. Nazarij, & Celsi.
jv.	Chal.	SS. MM. Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis.
iij.	Chal.	SS. MM. Abdon, & Sennenn.
ij.	Chal.	S. Germani Episcopi, & Confessoris.

Augustus habet namque dies xxxj Luna xxjx. Signum Leonis. Nox habet horas x. dies xjv.

Augustus nepa prima fer de fine secunda.

	Kal.	S. Petri ad vincula, & S. Felicitatis, & septem Fratrum Machabeorum.
jv.	Non.	S. Stephani Papae & mart.
iij.	Non.	Inventio Corporis S. Stephani Protomartiris.
ij.	Non.	S. Justini Presbiteri.
	Non.	S. Dominici Conf. de ordine FF. Predic.
viij.	Id.	Transfiguratio Domini, & S. Sixti Papae, SS. Felicissimi, & Agapiti.
vij.	Id.	*Autumni initium habet dies* 91. S. Donati Epis. & m.
vj.	Id.	S. Cyriaci mart.
v.	Id.	Vigilia S. Laurentii mart.
jv.	Id.	S. Laurentii.
iij.	Id.	S. Tyburtii mart. & S. Taurini & S. Susannae.
ij.	Id.	. . .
	Id.	SS. MM. Ypoliti, & Cassiani.
xjx.	Chal.	Sept. Vigilia Assumptionis S. Mariae, & S. Eusebii Episc.
xviij.	Chal.	Assumptio S. Mariae virg.
xvij.	Chal.	. . .
xvj.	Chal.	Octava S. Laurentii.
xv.	Chal.	S. Agapiti mart.
xjv.	Chal.	S. Magni.
xiij.	Chal.	S. Felibetti Abb.
xij.	Chal.	. . .
xj.	Chal.	SS. MM. Timothei, & Simphoriani.
x.	Chal.	*Autumnus boritur.*
jx.	Chal.	Translatio S. Bartholomaei Apost.
viij.	Chal.	S. Genesii mart. & S. Anastasii mart.
vij.	Chal.	Rufi mart. & Alexandri mart.
vj.	Chal.	S. Cesarij Epis. & Conf.
v.	Chal.	S. Hermetis mart. & Juliani mart. & S. Augustini Episcopi.
jv.	Chal.	Decollatio S. Johannis Baptistae, & S. Sabinae virg.
iij.	Chal.	SS. Felicis, & Adaucti martirum.
ij.	Chal.	S. Pauli Episcopi, & Confessoris.

Septem-

September habet autem dies xxx. Luna xxx. Signum Virginis. Nox habet horas xij. dies xij.

Tertia Septembris vulpis ferit a pede dena.

	Kal.	SS. MM. Prisci, Felix, & Peguli.
jv.	Non.	S. Justi Epis. & s. Antonini mart.
iij.	Non.	. . .
ij.	Non.	S. Marcelli mart.
	Non.	Exceptio S. Marcelli mar. Cluniaco.
viij.	Id.	S. Eleutherij, & Zaccha-riae Prophetae.
vij.	Id.	. . .
vj.	Id.	Nativitas S. Mariae, & S. Adriani mart.
v.	Id.	S. Gorgonij mart.
jv.	Id.	S. Ylarii Papae, & 800. Mart. & S. Salvij Conf.
iij.	Id.	Ss. MM. Proti, & Jacincti.
ij.	Id.	S. Amati Conf.
	Id.	
xviij.	Chal.	Oct. S. MM. Cornelij, & Cypriani, & Exaltatio S. Crucis.
xvij.	Chal.	Ss. MM. Nicomedis, & Mamiliali.
xvj.	Chal..	Ss. Luciae, & Geminiani, & S. Eufemiae virg.
xv.	Chal.	*Sol in Libra.*
xjv.	Chal.	S. Trophimi.
xiij.	Chal.	Ss. MM. Januarij, Festi, & Desiderij.
xij.	Chal.	*Equinotium autumnale* Sanctae Faustae virg.
xj.	Chal.	S. Mathei Apost. & Evang.
x.	Chal.	S. Mauritii cum sociis suis.
jx.	Chal.	S. Lini pp. & s. Teclae virg.
viii.	Chal.	*Hic inditiones incipiunt. hicque finitur locus inditionum.* Conceptio Sancti Johannis.
vij.	Chal.	. . .
vj.	Chal.	S. Eusebii Conf. & Sanctae Justinae virg. & Cypriani mart.
v.	Chal.	Ss. MM. Cosmae, & Damiani.
jv.	Chal.	. . .
iij.	Chal.	Victoria S. Michahelis Archangeli.
ij.	Chal.	S. Hyeronimi Presb. & S. Sophiae cum filiabus suis.

Octuber habet dies xxxj. Luna xxjx. Signum Librae. Nox habet horas xjv. dies x.

Tertius Octubris Gladius decimo ordine nectit.

vij.	Chal.	Oct. S. Remigi Conf. & Germani Episc.
vj.	Non.	S. Leodegarij Episc. & m.
v.	Non.	. . .
jv.	Non.	S. Francisci Conf. de ordine Fratrum minorum.
iij.	Non.	Placidi, Eventi, Fausti.
ij.	Non.	S. Marci Papae, & mart. S. Marcelli, & Apulei.
	Non.	
vij.	Id.	S. Reparatae virg., & Ss. Domnini, Dionisij, Rustici, & Eleutherij.
vj.	Id.	S. Victoris mart., & Sancti Cervonij Conf.
v.	Id.	S. Martialis.
jv.	Id.	. . .
iij.	Id.	. . .
ij.	Id.	S. Calysti Papae, & mar.
	Id.	. . .
xvij.	Chal.	S. Galli Conf.
xvj.	Chal.	. . .
xv.	Chal.	S. Lucae Evang. & S. Aquilini Epis. & Conf.
xjv.	Chal.	*Sol in Scorpionem.*
xiij.	Chal.	S. Hylarionis heremitae.
xij.	Chal.	S. Modesti, & Ss. undecim milia Virginum.
xj.	Chal.	S. Donati, Scotti, Fesolani, Fhilippi, Eusebij, Severini.
x.	Chal.	S. Severi Dorothei.
xj.	Chal.	Ss. Vitalis, Felicis, & S. Cresci mart.
viij.	Chal.	Florentia S. Miniatis cum sociis suis.
vij.	Chal.	S. Verani mart.
vj.	Chal.	S. Policarpi, & vigilia Apost. Symonis, & Judae.
v.	Chal.	Natalis Apost. Symonis, & Judae.
jv.	Chal.	S. Narcisci Epis.
iij.	Chal.	S. Gergani Conf.
ij.	Chal.	

Novem-

November habet autem dies xxx. Luna xxx. Signum Scorpij. Nox habet horas xvi. dies viij.

Quinta Novembris acus vis tertia mansit in urna.

v. Chal. Festum Omnium Ss., & s. Cesarij mart.
jv. Non. . . .
iij. Non. S. Eufrosini Conf.
ij. Non. Ss. MM. Vitalis, & Agricolæ.
Non.
viij. Id. S. Appiani Conf., & s. Leonardi Conf., & Dedicatio s. Johannis Baptistae.
vij. Id. *Hiemis initium habet dies 91.*
vj. Id. Ss. quatuor Coronatorum.
v. Id. S. Theodori mart. & s. Salvatoris.
jv. Id.
iij. Id. S. Martini Epis. & s. Mennae mart.
ij. Id.
Idus. S. Britij Epis. & Conf.
xviij. Chal. . . .
xvij. Chal. . . .
xvj. Chal. . . .
xv. Chal. *Sol in Sagittarium*. s. Eugenii Conf.
xjv. Chal. S. Fridiani Epis. & Conf.
xiij. Chal. . . .
xij. Chal. S. Ponziani Papae.
xj. Chal. . . .
x. Chal. S. Ceciliae virg.
jx. Chal. S. Clementis mart. & Columbani Abb. & s. Felicitatis mart.
viij. Chal. S. Gorgonij mart.
vij Chal. *Hiems oritur*. s. Prosperi Episc.
vj. Chal. S. Gaudentii Conf.
v. Chal. S. Jacobi intercisi.
jv. Chal. . . .
iij. Chal. Ss. Grisanti, & Dariae, & s. Saturnini, & vigilia s. Andrae.
ij. Chal. Natalis s. Andreae Apost.

December habet autem dies xxxj. Luna xxjx. Signum Sagittarij. Nox habet horas xviij. dies vj.

Dat duodena Cohors septem in die decemque December.

Kal. S. Candidae virg.
jv. Non. S. Vivianae virg. & mart.
iij. Non. . . .
ij. Non. S. Barbarae virg.
j. Non. S. Dalmatij Conf.
viij. Id. S. Nicholaj Epis. & Conf.
vij. Id. S. Ambrosii Conf. & s. Savini Epis. & mart.
vj. Id. S. Zenonis Epis. & Conf.
v. Id. S. Syrij Epis. & Conf.
jv. Id. S. Gulaliae virg.
iij. Id. S. Damasi Papae.
ji. Id. . . .
Idus. S. Luciae virg,
xjx. Chal. . . .
xviij. Chal. . . .
xvij. Chal. . . .
xvj. Chal. . . .
xv. Chal. *Sol in Scorpionem.*
xjv. Chal. . . .
xiij. Chal. Vigilia B. Thomae Apost.
xij. Chal. *Solstitium*. s. Thomae Ap.
xj. Chal. . . .
x. Chal. . . .
jx. Chal. . . . Vigilia Nativitatis Domini.
viij. Chal. Natalis Domini Nostri Jesu Christi, & s. Anastasiae virg.
vij. Chal. S. Stephani Protomart.
vj. Chal. S. Johannis Apost., & Ev.
v. Chal. Ss. MM. Innocentium.
jv. Chal. S. Thomae mart.
iij. Chal. S. Florentii Conf.
ij. Chal. S. Silvestri Papae.

V I I.

Inventio Reliquiarum Mariae Matris Filiorum Zebedei, ex Thesauro S. Jacobi Pistor.

REverentissimo Patri, & Domino Innocentio [1] Sancte Romane Ecclesie Summo, & universali Pontifici Fr. C. Abbas Casamarij debite subrectionis obsequium. Quidam Juvenis Verolanus inter alias, quas vidisse asseritur visiones, istam vidisse refertur, quam vestre Sanctitati rescribo. Beatum Petrum Apostolum vidit, ut asserit, manifeste, qui sibi locum liquido demonstravit, ubi Matris Filiorum Zebedei reliquias reconditas affirmabat. Post aliquot dies itum est ad locum, qui puero fuerat ab Apostolo premonstratus. Ego cum duobus de fratribus meis affui rogatus a venerabili Episcopo Verulano. Locus erat foris iuxta moenia civitatis, arduus, & aridus, & valde difficilis ad eundum precipitij plenus, & rupibus, que rupes tante erant molis, & magnitudinis, ut non sine palis, & malleis ferreis, multoque labore confracte potuissent amoveri de loco; quibus amotis cavatum est fere ad staturam hominis, & inventus locus, sub quo item lapis inventus est alius, uti scriptum erat, *Sancta Maria Mater Jo. Apostolo, & Jacobi reliquia.* inventa est & cartula, in qua id ipsum, quod in lapide scriptum erat, que cartula suta erat in panno, ubi ipse erant involute reliquie. Carta, pannus, & ossa omnia pura, integra, & sincera; ac si de novo fuissent ibi reposita. Que autem sic inventa sunt, sic ut Juvenis previderat, & predixerat memoratus, ossa levavit Episcopus, & tradidit ea mihi, que post paululum Episcopo reddidi; Episcopus vero reddidit ea Vicedomino suo, Vicedominus cuidam Monacho meo, qui Monachus tangens unum de ossibus manum suam vidit, & sensit sanguine recenti perfusam, & ego postea cum multis aliis vidimus, pannum, & tualiam perfusam sanguine, in quibus erant involute reliquie. In excavatione vero odor suavissimus replevit me, & qui aderant, universos; duravit autem non multum, sed & tremotus, ut aiunt, factus est magnus, sed ego non sensi. Post paucos autem dies vadens illuc cum Domino Pennensi Episcopo, & Abbate Sancti Anastasii, in osse, sicut puto, tibie vidimus purum sanguinem, & recentem. Ecce quod oculis meis vidi, Sanctitati vestre fideliter denotavi.

Ego Vethosius Apostolice Sedis Notarius, atque Tabellio literas illas autenticas Fratris C. Abbatis Casemarii eius sigillo cereo munitas vidi, & legi & hic de verbo ad verbum fideliter exemplavi, ideoque huic exemplo ad futuram estensionem rogatus signum proprium apposui & subscripsi. *Venerabili in Christo Patri Domino S.* (2) *Dei gratia Pistoriensi Episcopo L.* (3) *divina miseratione Verulanus, que preparavit Deus diligentibus se. Ad multarum precum instantiam Domine Pisane Ancille Dei mittimus paternitati vestre sub sigillo nostro de reliquiis beate Marie Matris Apostolorum Jacobi & Johannis verulis nuper veraciter inventis. Que licet parum videantur in quantitate, plurimum tamen reputande sunt in qualitate. Quas si quidem petimus cum honorificentia recipi, & cum devotione, qua decet, venerari. Ad hec quia postulastis, de ipsarum reliquiarum inventione certificari, secundum quod Venerabilis olim Abbas Casamarius C. qui interfuit, & Domino Pape veraciter scripsit, sub suo sigillo per predictam mulierem easdem litteras magnificentie vestre trasmittere curamus.*

(1) Innocentio III. qui obiit CIↃCCXVI. XVII. Kal. Aug.
(2) Laetus, seu Leo Verulanus Episcopus ab anno 1212. vide Ughell. T. 1. col. 1394. novae editionis.
(3) Soffredo Pistoriensi Episcopo.

VII.

VIII.

Corporis S. Felicis Pistoriensis inventio, ex Archivo Episcopij.

FIdes per me infrascriptum qualiter in protocollis olim Egregii Ser Stractæ quondam Pauli de Taratis existen. in generali Archivio publico Florentino inter cetera instrumenta apparet infra scriptum tenoris sequentis, videlicet. In Dei nomine amen ab anno Dominice Nativitatis millesimo quadringentesimo quarto decimo indictione septima die vero duodecima mensis Augusti.

Reverendus in Christo Pater, & Dominus Dominus Matheus olim Domini Lazzari de Diamantis de Pistorio, Dei, & Apostolice Sedis gratia Episcopus Pistoriensis vacans circa orationem Majoris & Cathedralis Ecclesie Pistoriensis, volens in melius reformare Altare Virginis Marie, que est in Choro dicte Ecclesie, cum faciat immutare causa ipsum in melius reducendi, invenit ibi sub Altare predicto quamdam cassam in qua erat quedam pilla lapidis grossitudinis unius palmi, altitudinis trium spannarum, & longitudinis spannarum duarum, vel quasi, super qua erat una lastra chiavata, quam inde exthrai fecit, & aperiri per Nenoium Pauletti Muratorem de Pistorio, qui dictum Altare actabat, in qua pilla fuit reperta quedam capsetta alabastri albi, in qua erant sculpti certi homines cum uno carro, & equis superducentis cum coperchio etiam alabastri, in quo erant Reliquie & Ossa Corporis Sancti Felicis prout sic esse dixerunt, qua aperta magnus odor fuit per totam Ecclesiam Moscadi, & ipse Dominus Episcopus cum Domino Guidone de Octorenghis de Furlivio, eius Vicario, Domino Justo olim Philippi Gai, Domino Michaele Pasquini, & Domino Olverio Taviani de Lazzaris de Pistorio Canonicis dicte Majoris Ecclesie, & certis Cappellanis dicte Ecclesie Majoris Ecclesie Pistoriensis ipsam aperuerunt cum luminibus, Campanis pulsatis cantando Te Deum, ad que omnia magna multitudo populi pervenit cum magna devotione &c.

Acta fuerunt predicta in Choro dicte Majoris Ecclesie presentibus Jacobo olim Domini Pieri de Cancelleriis, Ser Ricciardo, Ser Goalandi de Bracciolinis de Pistorio, & pluribus aliis testibus rogatis &c.

Antonius Dominus Pinius ex Ministris in generali Archivio Publico Florentino in fidem subscripsit die 10. Octobris 1685. salvo &c. Petrus de Christianis J. U. D. Conservator vidit &c.

CLASSIS VII.

Miscellanea Sacra.

PRESVLI. REVERENDISSIMO
DOMNO. IOHANNI. IPSIO
INCLVTAE. CONGREGATIONIS
BENEDICTINO—CAMALDVLENSIS
ABBATI. GENERALI. DOCTISSI
MO. VIRO. RELIGIOSISSIMO
MONACHO. PRAESIDI. VIGILANTIS
SIMO. HANC. VETERVM. MONV
MENTORVM. CLASSEM. FRAN
CISCUS. ANTONIVS. ZACHARIAS
S. J. EX. FLORENTINO. COLLEGIO
D. D.
MAECENATI. SVO.

I.

Poenitentiae Canonicae commutatio, ex Autographo, quod cum Apographo Pistorienses Monachi Vallumbrosani S. Michaelis adservant.

A D M O N I T I O.

Edidit hoc monumentum Johannes Lamius in deliciis eruditorum pag. 116. *Chronici Pontificum a Leone Urbevetano compositi; sed mendoso exemplo, quod neque Autographo, neque Apographo satis respondet, usus est vir doctus.*

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Breve recordationis pro modernis, & futuris temporibus ad memoriam habendam, vel retinendam, qualiter actum est in loco, qui dicitur Campilio, positum juxta Bati, in praesentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur.

Manifesti sumus nos Alfredus, Bernardus, a Domino Lamverto Boloniensi Episcopo accepimus penitentiam triginta annorum, qua suscepta, professi sunt [*sic*] coram Domino sustinere non posse; qua de causa prefatus Episcopus cum voluntate, & licentia Nordigii, Lamverti, & Oddi, praecepit nobis pro remissione peccatorum nostrorum ad Ospitium Sancti Salvatoris positum in loco, qui dicitur Fontana Taoni, omnium bonorum nostrorum rerum decimas fideliter offeramus, & ita recepimus. Preterea alii quattuor Decimatores, videlicet Johannes Diaconus, Presbiter Lambertus, Teuzo Clericus, Presbiter Gerardus, qui antiquitus prefati hospitij decimatores fuerunt, ita & in antea in nomine Domini constituimus, & firmamus. Ego Lambertus Dei gratia Episcopus, cum Abbate Rustico, in presentia bonorum hominum Nordili, Lamberti, & Oddi, & alii quamplures ad Ospitium Sancti Salvatoris pro remedio animae meae, & os exdecimatores [*sic*] de Vico de Casi ab hora in antea, ut nullus Episcopus, Clericus, Laicus, vel aliqua persona tollere, minuere, intentionare praesumat, & ita constituimus, & firmamus: pro quo prefatus Rusticus Abbas cum suis Fratribus viginti annis de penitentia illorum receperunt. Quod, si quam [*sic*] hoc

hoc nostrum praeceptum violare praesumpserit, in nomine Domini Gladio anathematis feriatur, & sunt anni Domini millesimo octuagesimo, indictione V.*, XI. Kal. Augusti. *III.

Ego praefatus Dei gratia Episcopus Lambertus manu mea scripsi.

Signum manibus Nordili, Lamberti, & Oddi, Albizj, Rainerii quondam Filii bone memorie Joci, Aicardi Filii bone memorie Bonundi rogati testes.

Ego Ardimannus hunc breve manu mea scripsi, complevi, & tradidi.

II.

Sancti Attonis Episcopi Pistoriensis excomunicatio in Consules Pistorienses.

PRO sacrilegio, & rapina, quam fecerunt Consules Civitatis in Ecclesia B. Zenonis anno preterito, aliisque Ecclesiis Episcopatus sepe vocati despexerunt hactenus satisfacere competenter, tandem in nomine Dei Patris Omnipotentis, & Jesu Christi Filii eius, & in virtute Spiritus ex parte S. Mariæ semper Virginis, gloriosi Petri Apostolorum Principis, B. Zenonis Episcopi, & Confessoris, omniumque Sanctorum ab octavis presentis Epiphanie, donec ad satisfactionem, & penitentiam venient, Rainaldum, & Monachum excomunicamus, & a comunione Corporis Christi, sive a liminibus Sancte Matris Ecclesie separamus cum Berardisio ministro eorum, qui contra divinam auctoritatem ecclesiastica signa pulsare, & claves Ecclesie per laicam potestatem tenere presumpsit. Preterea Consules Civitatis Rectores, ac Ministros ipsorum, qui scientes hanc sententiam excomunicationis canonicam S. Zenonis, aut alias Episcopatus Ecclesias simili rapina de cetero spoliare presumpserint extra licentiam, & consensum Episcopi, qui pro tempore fuerit, usquequo commissam iniquitatem penitentia, seu congrua satisfactione non emendaverint; antiquorum patruum, novorum & modernorum sententias devote sectantes, maledictos esse censemus, ac predicta pariter excomunicatione dampnamus, in dispositione tamen Episcopi presidentis hec omnia relinquentes. Hec autem anathematis sententia data est per Dominum Attonem Episcopum in Ecclesia ejusdem Sancti Zenonis cum Canonicis, & universo Clero totius Civitatis Pistor. Dominica infra octavas Epiphaniæ anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo trigesimo octavo, presentibus viris multis, ac mulieribus, Romane Ecclesie presidente Domino Innocentio Papa II. feliciter. Hanc autem sententiam Dominus Papa cum Episcopis, & Cardinalibus SS. sic confirmatum, ut in sequentibus continetur. Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei a. Venerabili fratri Episcopo, & dilectis filiis Clero Pistoriensi salutem., & Apostolicam benedictionem. Super iniuria, quam Clero, & Ecclesie vestre a Pistoriensibus illatam esse accepimus charitati vestre affectione debita condolemus, & tam in hoc, quam in aliis, prout expedit vobis, tamquam charissimis fratribus consilium, & auxilium volumus exibere. Proinde sententiam a B. M. predecessore nostro Papa Pascale in aggressores vestre Ecclesie, & bonorum eius prolatam ratam habemus, & eam, quam pro tanta presumptione & sacrilegio in Cives vestros iam dedistis, aut in antea canonice protuleritis, auctore domino confirmamus. Datum Rome secundo nonas Decembris. Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei fidelibus Episcopis Abbatibus Clericis, & Laicis Per Pisanum, Pistoriensem, Florentinum, Fesulalum, Lucanum, Vulterranum, & Senensem Episcopatum constitutis salutem, & Apostolicam benedictionem. Perlatum est ad aures vestras quod Consules Pistorienses in suam Matrem Ecclesiam gravissime delinquerunt, eamque suis thesauris, postposita Dei reverentia, spoliaverunt; pro quo nimirum venerab. frater noster a. eiusdem loci Episcopus in eos sententiam protulit: quia ergo iuxta Sacre Scripture vocem *frater fratrem adiuvans Civitas munita, & fortis*, & prossimorum mala debemus propria deputare, mandamus vobis, atque precipimus quatenus eidem fratri nostro & Pistoriensibus Clericis in hoc viriliter assistatis, & sententiam, quam idem Episcopus iam in illos sacrilegos protulit, aut in antea canonice pro-

 mulga-

mulgaverit, per vestras parrochias observetis, & observari firmiter faciatis. Datum Rome secundo nonas Decembris.

A D N O T A T I O.

HOC monumentum in Codice Capituli Pistoriensis deprehendi, in quo sermo *S. Fulgentii*; sub finem autem haec inscripta reperi a recentiore manu, que digna lectu sunt.

Peretulo, & Tucciano due Plebes sunt in marettima, que fuerunt antiquitus Pistoriensis Episcopatus. Pro istis duabus Plebibus reddebant nobiles homines de Peretulo, qui habebant eas ab Episcopo, Corium unum Cervinum Episcopo in mense Augusti: ad alteram istarum Plebium olim mortuus est unus Pistoriensis Episcopus, & ibi sepultus est, dum a Roma rediret. Has ambas Plebes nunc tenet Episcopus de Suano, quas predicti nobiles non sunt passi mutari de priori loco, nisi sub eadem conditione, ita ut semper eas tenerent, & recognoscerent per Pistoriensem Episcopatum.

I I I.

Praeceptum Caelestini II. Clero, & Populo Pratensi, ut B. Attoni Episcopo Pistoriensi obediat, ex Archivo Episcopi Pistoriensis.

CElestinus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Clero, & Populo Pratensi salutem, & Apostolicam benedictionem.

Manifestum est, quoniam obedientia omnium virtutum stabilitas est, & fundamentum, qua infidelis quis esse convincitur, etiam si fidelis esse videatur. Quocirca per Apostolica vobis scripta mandamus, quatinus venerabili fratri nostro A. Pistorien. Episcopo, discreto siquidem, & religioso viro, tamquam proprio Pastori, & animarum vestrarum Episcopo absque ulla contradictione debitam obedientiam, & reverentiam humiliter deferatis; de possessionibus vero, & pensionibus Ecclesiae suae nullam ei injuriam faciatis, nec ab aliis fieri permittatis. Datum Lateranj XJJJ. Kal. Martii.

I V.

Sententia separationis inter Teudicium virum, & Oreliam coniugem, ex Archivo Capituli Pistoriensis.

IN Dei nomine. Homo Dei gratia Dei humilis Archipresbiter, & idem Prepositus Aecclesie S. Zenonis Civitatis Pistoriensis voluntate, & parabola, & consilio Gerardi Vicecomitis, & eiusdem prefate Aecclesie Canonici, & voluntate, & parabola, & consilio Basilii Canonici, Rainaldi Canonici, nec non Nevaldi Canonici, & Lamberti Canonici, & Nati Canonici. Similiter voluntate, & parabola Episcopi Traciae dedit separationis sententiam inter Teudicium, & Oreliam. Scilicet ut Teudicius acciperet uxorem, & Orelia acciperet virum propter consanguinitatis parentelam, que per legittimos testes iurata fuit, precessa accusatione coram prefato Archipresbitero, & Preposito. Scilicet per Astaricollum virum prudentem, & per Guastavillanum Vicecomitis filium, & per Segniorettum, & per Jacobum de Casale, & per Milliarinum quondam filium Rainaldi hoc modo. Emma, & Bonadonna fuerunt sorores: de Emma fuit Rusticus, de Rustico fuit Teudicius, de Teudicio fuit Ormannus, de Ormanno fuit Teudicius. De Bonadonna fuit Geraldellus, de Geraldello fuit Ennerigus, de Enrigo fuit Talia, de Talia fuit Orelia. Et hoc quidem factum est in Civitate Pist. in Ecclesia S. Zenonis, presentia Maleriathi, & Mule, & Quittoncinj, & Soldi, & Coholi, & Struffaldi, & Orlandini, & Petronciori, & multorum aliorum hominum. Et sunt anni Domini millesimo centesimo sexxagesimo quinto
* XIII. sexto Idus Maj Indictione prima * Ego

Ego Belthrius Judex, & Sacri Palatii Notarius omnibus supraddictis interfui, & vidi, & signum manus mee imposui.

V.

Alexandri IV. Confirmatio Indulgentiarum PP. Ordinis Eremitarum S.Augustini, ex Apographo Josephi Borelii eruditi Presbyteri Pistoriensis.

UNiversis presentes literas inspecturis Guidalostis miseratione divina Pistoriensis Episcopus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noveritis nos infrascriptas literas indulgentiæ Santissimi Patris nostri bonæ memoriæ Domini Alexandri PP., eius Bulla plumbea munitas, in qua Bulla ex una parte sunt duo capita, & eorum suprascriptio sic dicit. *Spiritus Sanctus*. Et alia parte ipsius Bulle dicit *Alexander Papa IIII.*, vidisse, & intellexisse, quarum tenor talis est. Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Generali, & Provincialibus, Prioribus, ac Universis fratribus Ordinis Heremitarum S. Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. Oblata nobis ex parte vestra petitio continebat, quod Apostolica Sedes nonnullas domos Ordinis vestri, antequam effetis in unius religionis corpus de mandato nostro redacti, diversis privilegiis, & indulgentiis per speciales litteras decoravit. Ut igitur vobis per divinam & nostram dispositionem in una offervantia uno professionis fædere counitis omnino proficiat, quod divisim aliquibus domibus vestris ante unionem huiusmodi fuerat ab eadem Sede concessum; Nos vestris precibus inclinati privilegia, & indulgentias huiusmodi eisdem domibus singulariter olim indulta, ad omnes & singulas extendentes, utendi eis, quoties opus erit, liberam vobis omnibus concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attenptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani XJJ. Kal. Maij. Pontificatus nostri anno tertio * *A.Ch.1257.

In cuius rei testimonium presentes literas nostri sigilli munimine jussimus roborari, & etiam ad majorem fidem habendam nomina infrascriptorum Notariorum cum eorum signis similiter fecimus, seu iussimus hic apponi. Datum anno Dominicæ Nativitatis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto. Indictione quarta die Sabbati Ottavo Kal. Maij.

Fr. Aldibrandus Bonnocontri de Luc. fratrum Ordinis herem. Sancti Augustini Imperialis Aulæ Judex, & Notarius predictas litteras vidi, legi, & exemplavi, nihil addens, mutans, vel minuens, præter forsitan punctum, litteram, aut syllabam, & sic in Originali continebatur, ut in isto novo continetur exemplo, & de mandato dicti D. Episcopi meum signum, & nomen apposui, prædictaque scripsi.

V I.

Literae Testimoniales Sacrae Ordinationis, ex Archivo Monasterii S. Michaelis Pistor.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Anno Dominice Incarnationis 1361. indictione quinta decima *, die * XIV. Sabati Sacri ieiunii quatuor temporum 4. idus Martii. Reverendus in Christo Pater, & Dominus Dominus frater Andreas Dei gratia Episcopus Fesulanus in generali Clericorum ordinatione per eum celebrata hac presenti die Sabati Sacri ieiunii quatuor temporum in sua Cathedrali Ecclesia Fesulana intra missarum solempnia iuxta ritum Sancte Romane Ecclesie, & secundum canonicas sanctiones

patrem

patrem Stephanum Baronti de Pistorio Ordinis Vallisumbrose recommendatum pro parte Abbatis sui ad sacrum Subdiaconatus ordinem promovit, eidem dictum ordinem more solito conferendo, mandans mihi Bono ejus Notario infrascripto, ut de predictis publicum conficerem instrumentum. Actum Fesulis in maiori Ecclesia Fesulana presentibus reverendo in Christo Patre Domino Domino fratre Barrolo Dei gratia Episcopo Lodoricensi, fratre Bartolomeo de Florentia de Ordine Carmelitarum, Vannone . . . . . familiari ipsius Domini Episcopi, & aliis pluribus ad hec vocatis, & rogatis testibus.

Ego Bonus Regii de Castro Leccii Vallismarittime Florentine Diocesis Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, Notarius & Scriba dicti Domini Episcopi Fesulani predictis omnibus, dum agerentur, interfui, & ea rogatus scripsi, & de mandato dicti Patris scripsi, & publicavi, ideoque me subscripsi.

V I I.

Breve Alexandri V. a. MCCCCIX., in quo Indulgentiam impertitur Pontifex vespere Sabbati Sancti Missam audientibus Pistorii in Ecclesia S. Michaelis, quodque mendose edidit Lamius in Chronico Pontificum p. 117., ex Archivo Monachorum Vallumbrosanorum Pistoriensium.

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem. Altitudo providentiae divinae Maiestatis nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura iudicii coelestia pariter, & terrestria ordinat, & disponit Ministros suos in cultores, altis decorando honoribus devotionem ipsorum quasi quibusdam alliciendo muneribus, ut eos efficiat coelestis patriae possessores, invitare consuevit ad debiti famulatus Deo & Sanctis ejus honorem, de cuius dulcedine aegris medicina, languentibus solamen, reis culpae remissio, & cunctis ipsius patrocinium implorantibus misericordie rivulus noscitur emanare. Quum itaque, sicut accepimus, in Ecclesia Monasterii S. Michaelis de Furculis ordinis Vallisumbrosae Pistoriens. annis singulis in vigilia Festivitatis Resurrectionis Dominicae hora diei vigesima tertia, vel circa una Missa solemniter decantari consueverit, cui magna, causa devotionis, interesse consuevit populi multitudo. Nos cupientes, ut huiusmodi devotio ferventius augeatur, & ut Christi fideles eo libentius ex causa praedicta Ecclesiam visitent antedictam, quo ex hoc ibidem dono coelestis Gratiae uberius conspexerint se refectos; De Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere paenitentibus, & confessis, qui celebrationi missae praefatae ex causa praedicta annis singulis, ut praefertur, pro tempore interfuerint, duos annos, & duas quadragenas de iniunctis eis poenitentiis misericorditer relaxamus. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam Ecclesiam, vel ad eius fabricam, seu conservationem manus adiutrices porrigentibus, seu alias inibi pias elemosinas erogantibus, vel alias aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapsum duratura auctoritate Apostolica concessa fuerit, presentes littere nullius existant roboris, vel momenti. Datum Pistorij XJJ. Kal. Januarij Pontificatus nostri Anno primo.

V I I I.

Commutatio votorum ab Eugenio IV. facta in favorem Canonicae S. Bartholomaei Pistoriensis, ex eiusdem Canonicae Archivo.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Priori, & Conventui Monasterii Sancti Bartolomei Pistoriensis per Priorem soliti gubernari de

de Congregatione Salvatoris Lateranensis, alias Sancte Marie de Fuxonaria ordinis Sancti Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. Debitum pastoralis officij, cui disponente Domino presidemus, exposcit, ut deformatis in suis structuris, & edificiis Ecclesiis, ac monasteriis illud apponamus in opportunitate consilium, per quod congruum reformationis optate consequantur effectum. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, Monasterium vestrum Sancti Bartolomei Pistoriens. , in quo sub regulari observantia ordinis Sancti Augustini degentes divinis officiis mancipati fore noscimini, in suis structuris, & edificiis, in quibus incompositum existit, reparatione, & fabrica plurimum indigeat, & ad reparationem, & fabricam huiusmodi ipsius Monasterii facultates non sufficiant, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hiis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati vobis sub regulari observantia persistentibus, & non alias, tenore presentium indulgemus, quod unus, vel plures ex vobis, vel aliis personis secularibus, vel ordinum quorumcumque regularibus, quam, seu quas ad id pro tempore duxeritis eligendum, vel eligendos cum quibusvis utriusque sexus personis Civitatis, & Diocesis Pistoriensis super quibuscumque votis etiam Jerosolimitane liminum Apostolorum, ac Sancti Jacobi in Compostella, nec non quarumcumque aliarum peregrinationum per eas emissis, vel que interim emittere contigerit, votis dispensare, illa in alia pietatis opera commutare, dummodo persone huiusmodi illud idem exhibeant, quod in eundo, stando, & redeundo, si laborarent, exponerent, & spetialiter offerenda vovissent, vel quod cum eligenda persona, seu eligendis personis huiusmodi composuerint vobis, seu eligende persone, vel eligendis personis huiusmodi realiter, ac cum effectu tradiderint, & assignaverint, auctoritate Apostolica dispensare, ipsaque vota in alia pietatis opera commutare valeat, seu valeant, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, dicta auctoritate Apostolica tenore presentium de spetialis dono gratie concedimus pariter, & indulgemus, presentibus donec, & quousque illarum vigore summam, seu valorem trecentorum Ducatorum auri perceperitis, duntaxat valituris. Volumus autem, quod summa, seu valor huiusmodi in reparationem, & fabbricam predictas, ac alias in vestros, nec non dicti Monasterii usus, & utilitatem dumtaxat penitus, & omnino convertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, quintodecimo Kalendas Februarij Pontificatus nostri anno sextodecimo.

B. Roverella
Gratis de mandato Domini
nostri Pape.
P. S. . . . . .

I X.

Leonis X. litterae ad Episcopum Pistoriensem, in quibus de sua ad Pontificatus adsumptione ipsum certiorem facit, ex Archivo Pistoriensis Capituli, ex Apographo Presbyteri Borelli.

LEO Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Episcopo Pistoriensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Salvator noster Dominus Jesus Christus, ut ab eterna morte liberaret humanum genus, mortalitatem nostre carnis assumpsit sacrosanctamque universalem Ecclesiam sua Passione fundatam in terris usque ad consumationem seculi perpetuari voluit, & Gregis sui Oves pascendas

scendas per variam successionem Pastorum, qui eas verbo, & opere ad eternam gloriam innovarent, dispofuit. Sane cum felicis recordationis Julius Papa II. Predecessor noster vigesima prima Februarij sicut Domino placuit, ex hac mortali vita ad immortalem migrasset, post funeris ipsius, ac solemnium exequiarum, ut moris est, celebrationem, Venerabiles Fratres nostri Sancte Romane Ecclesie Cardinales, de quorum numero tunc eramus, Rome in Palatio Apostolico apud Basilicam Beati Petri Apostolorum Principis, in quo idem Predecessor, dum viveret, habitabat, & cursum presentis vite finierat, in Conclavi pro electione futuri Pontificis celebranda modo, & tempore congruis in virtute Altissimi convenerunt, ubi variis consiliis, & maturis deliberationibus prehabitis, facta celebratione misse in honorem ipsius Sancti Spiritus, post diligentem tractatum, prout tante rei, qua nulla major in terris agitur, gravitas exigebat, tandem predicti Fratres, eius, qui invocatus fuit, gratia cordibus eorum infusa, licet in alios majoribus meritis insignes convenire potuissent, certo tamen Dei Judicio, cujus consilia incredibilia sunt, Nos tunc Sancte Marie in Dom. Sancte Romane Ecclesie Diaconum Cardinalem in Sponsum, Pastoremque Ecclesie sue Sancte. Quinto Idus Martij unanimi voluntate, & concordia elegerunt. Quoniam vero sicut Domino placuit, ita factum fuit, quamvis nos habere humeros imbecilles ad preferendum tantum onus, quantum est universalis Ecclesie sarcina, sentiremus, tamen ne reluctari videremur divine voluntati, colla subiecimus jugo Apostolice servitutis; sperantes in eo, qui infirma eligit mundi, ut confundat fortia, cum Romanus Pontifex, licet per ministerium hominum eligatur, ex celesti tamen inspiratione procedat, quod fragilitati nostre robur sue gratie inspirabit, & vires contra hostes Fidei suggeret, ut perfidi Turci non solum a suis ausibus retrahantur, sed ope divini auxilii, & presidio nostro, ac Catholicorum Regum, & Principum penitus conculcentur. Quod ut nostris temporibus concedatur, & in omnibus Divina Gratia assistat, & gressus nostros dirigat, tuis, & aliorum Fidelium orationibus cupientes adiuvari, exhortamur fraternitatem tuam, ut solemnes processiones in tua Diœcesi indicas, quibus supplicetur, ut nostre humilitati manum sue pietatis porrigat, qua roborari valeamus, iniunctum nobis Apostolice Sedis offitium, & gloriam sui nominis, ac exaltationem fidei, pacem, salutem, & tranquillitatem Populi Christiani exercere, Nos quippe eamdem Fraternitatem tuam in omnibus, quæ concernunt statum, honoremque tuum, & Ecclesiæ tibi commissæ habere intendimus commendatam.

Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice 1513. Quarto decimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

S. Andree.

Visa P. Delius.

X.

Juramentum praestandum ab Abbate S. Bartholomaei Pistoriensis Ordinis S. Benedicti, ex Archivo ejus Monasterii.

EGO . . . . Abbas Monasterii Sancti Bartholomei Pistoriensis Ordinis Sancti Benedicti ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero beato Petro, Sancteque Apostolice Romane Ecclesie, & Domino meo Domino Benedicto Pape [1], suisque Successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium vero, quod michi credituri sunt per se aut per nuntios suos, seu per licteras, ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum, & defendendum contra omnem hominem; Legatos Apostolice Sedis in eundo, & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuvabo; Apostolorum limina annis singulis per proprium nuntium visitabo, nisi Apostolica absolvar licentia. Posses-

Possessiones vero ad meum Monasterium pertinentes non vendam, neque dabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo inconsulto Romano Pontifice. Sic Deus me adiuvet, & hec Sancta Evangelia.

(1) ADNOTATIO.

EX characterum forma suspicor, Benedictum heic intelligi XI. aut XII. Quamobrem charta ad seculum XIV. spectat.

X I.

Juramentum praestandum per Offitiales Cleri Pistorien. ante ipsorum introitum, alias non admictantur ad officium, ex Libro Capituli Pistoriensis, in quo existunt Constitutiones Cardinalis Johannis Classe IV. a nobis editae.

NOS M. N. B. juramus, quod fideles, & obedientes erimus Sancte Romane Ecclesie, & Domino nostro Domino Joanni Papae XXIII. ac Domino M. (1) Episcopo Pistoriensi, eorumque Successoribus canonice intrantibus. Non erimus in consilio, consensu, machinatione, vel facto, ut honorem, aut famam, seu vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Secreta Cleri Pistorienf., & Domini Episcopi secrete tenebimus, & nulli revelabimus sine licentia ipsorum. Item adjuramus omnem sectam divisionem, & partialitatem clericorum, & laicorum, fidem nostram, ut obligamur Dantes, Domino Pape, & Domino Episcopo pro tempore existentibus, & vovemus, & promictimus, quod ad nichil aliud respectum habebimus, nisi ad bonum, & honorem Domini Episcopi, & sui Clericatus. Remotis omni amore, affectione, passione, & hodio, aut secta, & ad nichil aliud operam dabimus, aut intendemus, quantum cognoscere poterimus. Constitutiones Cleri servabimus, nullamque litteram in hodium alicuius nomine Cleri, nisi omnes sex aut saltem quinque; & tunc de consensu Domini Episcopi consentientes fuerimus, nec in favorem etiam alicuius, nisi ad minus quactuor etiam consenserint, sigillabimus, aut sigillari permittemus. Sic Deus nos adiuvet, & hec Sancta Dei Evangelia.

(1) ADNOTATIO.

HEinc charta isthaec scripta videtur, dum Matthaeus de Diamantibus Ecclesiae Pistoriensi praeerat.

PARS III.

COMMUNIA QUÆDAM POLITICO ÆQUE ATQUE ECCLESIASTICO STATUI.

CLASSIS VIII.

Bullæ ac Diplomata

BRAYDENSIS. COLLEGI. S. I.
MODERATORI. INTEGERRIMO
CONSTANTINO. CICERIO
ET. CETERIS. HVMANISSIMIS. AT
QVE. ERVDITISSIMIS. SOCIIS.
FRANCISCVS. ANTONIVS. ZACHA-
RIAS. EIVSDEM. SOCIETATIS
HANC. MONVMENTORVM. VETE-
RVM. CLASSEM. D. BENEMERENTIBVS

I.

Henrici II. Imperatoris Diploma pro Monasterio S. Salvatoris Fontanæ Taonis, ex Archivo P.P. Vallumbrosanorum Pistoriensium.

IN nomine Sanĉte, & individue Trinitatis, Henricus Divina largiente Clementia Romanorum Imperator Augustus Justum, & rationabilem nobis videtur in Venerabilia Sanĉtorum Dei loca, que ab a bonis hominibus intuita pietatis, & spe alterne remunerationis conferuntur, atque nostro iuri, & dominio traduntur, nostra auĉtoritate fieri iussimus. Quocirca omnium Sanĉte Dei Ecclesie nostrorumque Fidelium, presentium scilicet, & futurorum, volumus universitati pateat, qualiter nos recepisse Monasterium Sanĉti Salvatoris, quod est situm in Fontana Tanoni, quod Bonifacius Marchio pro remedio animæ suæ sibi predià, quod vocatur Casadia Bonifacinga, proprietario iure eidem concessit, & villam, quæ vocatur Stazano cum omnibus suis pertinentiis, & in badio omnia, que habuit, & sibi similiter condonavit sub nostri mundi surdii tuitione recepimus hec, & alia, que in antea Deo auxiliante adquirere potuerit, volumus, ut sub nostra defensione quiete, ac pacifice perpetuo permaneat sine molestatione alicuius. Quod vero precipimus, & ab hac hora in antea nullus Dux, Marchio, Episcopus, Comes, Vicecomes, Gastaldio, Sculdascio, Decano, seu aliqua nostri Imperij magna, parvaque persona audeat Johannem Monachum Abbatem, qui ibi Deo servit, atque alios Monachos, qui modo sunt, aut pro tempore inibi Deo famulentur, disvestire, molestare, aut inquietare presumat sine legati Judicio. Si quis igitur huius nostri mundi burdii violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem Kameræ nostræ, & medietatem prefatum Johannem Abbatem, atque fratribus atque suis successoribus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur sigillo nostro jussimus insigniri. Hein-

Heinricus Cancellarius vice Everadi Episcopi & Archicancellarij recognovit.
Locus Sigilli.

Datum anno Dominice Incarnationis MXJJJJ. Indict. XII. Anno Domini Heinrici Imperatoris Augusti Regni XJJ. [1] Imperij eius I. Actum in Papiano, feliciter. Amen.

A D N O T A T I O.

Nisi malis, mendum in annorum supputationem inrepsisse, scriptumque Regni XJJ. pro XJJJ; dic Diploma datum ante Kal. Martias A. MXJV. Tum belle omnia fluent. Nam (quod ad hunc annum demonstratur a Muratorio contra Pagium aliosque) circa Martium A. MJV. Henricus II. Italicum Regnum adripuit.

I I.

Corradi Regis Diploma pro Monasterio Fontanæ Taonis ex Archivo Monachorum Vallumbrosanorum Pistoriensium.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis, Conradus divina favente Clementia Rex. Quicquid locis Divino cultui mancipatis nostræ liberalitatis munere conferimus, id nobis in eterna retributione lucrum pro certo credimus. Qua propter cognoscat omnium Fidelium Sanctæ Dei æcclesie præsentium scilicet, & futurorum sollertia, qualiter nos interventu, ac petitione dilecte coniugis nostræ Gislæ Reginæ per hanc preceptj nostrj paginam, prout juste & legaliter possumus, Monasterium Sancti Salvatoris una cum Abbate, monachisque in loco, qui dicitur Fontana Taonis, Deo, & Sancto Salvatori servientibus cum eorum omnibus rebus & proprietatibus, scilicet terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, pascuationibus cultis, vel incultis, quod quidam bonifatius marchius pro remedio animæ suæ ibidem contulit, nominative casagium, quod vocatur bonifazingo, & quod nos pro Dei timore donamus in usum, & sumptum illorum in loco stagiano, cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, & in bajo quicquid ad nostrum Regale dominium attinet, & alpem, ubi præfatum Monasterium situm est. Ab æcclesia Sancti mamme vel a cetera loca, que ita nominantur colles bolagi, petra bottiliaria, capud Lentule, colles frascini cum vallibus eorum, aquarumque decursibus in Lementria. . . riola, loca canilia, & via pubblica collinæ & quicquid eidem loco vel in antea, vel ammodo a quoquam collatum extiterit, confirmamus, & sicut ab antecessore nostro pie memorie serenissimo, ac semper augusto Henrico Imperatore dispositum est, nos etiam nostræ Regalis potentie auctoritate conroboramus, quatinus predicti monasterij Abbas eiusque Monachi ibidem Deo servientes, in usum, & sumptum predictas res teneant possideant jure perpetuo, omnium contradictione remota, firmiter precipientes, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Gastaldius, Decanus, seu ulla Regni nostrj magna, parvaque persona eundem Abbatem, suosve successores, atque monachos inquietare, molestare, aut disvestire presumat de omni predicto jure. Si quis autem huius precepti nostrj violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem Kamere nostre, & medietatem præfatis monachis. Quod ut verius credatur, manu nostra roborantes sigilli nostri inpositione iussimus insigniri. Signum domni Chonradi Serenissimi & invictissimi Regis.

Haro Cancellarius vice Anbonis Archiepiscopi, & Archicancellarij.

Data anno Dominice Incarnationis MXXVI indictione X anno domno Cunrado Rege III. (1) in campo Lucæ Feliciter.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacrj Palatii, qualiter in autenticum scriptum inveni, fideliter exemplavi.

ADNOTATIO.

[1] TErtio scilicet Germanici Regni anno; nam annus MXXVJ. primus fuit Italici Regni a Conrado II. administrati. Mirabimur ergo, in Italica charta annos Italici Regni omitti, Germanici numerari. At quid de Indictione dicemus, quæ X heic notatur? Fortassis post Septembrem datum fuit diploma quo X inceperat Indictio.

III.

Conradi II. Imp. Diploma pro Canonicis Pistoriensibus, ex eorumdem Archivo.

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Chunoradus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus.

Si dignis nostrorum Fidelium petitionibus assensum præbuerimus, devotiores eos fore minime diffidimus. Quo circa omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ Fidelium, nostrorumque præsentium scilicet ac futurorum comper . . . . Imperatrix nostra scilicet dilectissima Contectalis, nostrique Imperij Consors & Heinricus Rex noster amantissimus . . . . deprecantes, quatinus nos pro Dei amore, nostræque animæ remedio concederemus, atque donaremus omnibus Canonicis in Episcopatu Ecclesiæ Pistoriensis ad honorem Sancti Zenonis constructæ servientibus, suisque successoribus, ut nullus ex illis fodrum, vel aliquam publicam functionem de omnibus eorum rebus mobilibus, & immobilibus, tam etiam de Castellis, quam de Villis, adiacentiis, & pertinentiis ad omnia eorum prædia donet & largiatur. Quorum igitur interventui atque petitioni annuere dignum esse considerantes, & eiusdem concessionis præceptum ab antecessore nostro secundo Octone firmatum & sigillatum videntes concedimus, firmamus, & corroboramus, & per hanc præceptalem paginam stabiliter præcipimus, ut nullus Dux, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdascio, Gastaldus, nullaque nostri Regni magna, parvaque persona præfatos Canonicos, suosque successores de Fodro, vel de aliqua publica functione, aut de omnibus eorum rebus, quas juste & legaliter per Cartas & ordinationem, & testamenta tenere, & possidere videntur, vel in antea Deo auxiliante adquirere potuerint, inquietare, molestare vel per aliqua placita fatigare, aut sine legali iuditio disvestire, vel intromittere audeat, vel presumat. Si quis vero huius nostri præcepti paginam violare temptaverit, vel prædictos Canonicos de omnibus, quæ Superius scripta sunt, molestaverit . . . . compositurum aurj optimi libras ducentas, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem præfatis Canonicis in prædicto episcopatu servientibus. Quod ut credatur & diligentius ab omnibus servetur manu propria roborantes sigilli nostrj impressione iussimus insigniri.

Signum Domini Chuónradi Romanorum Imperatoris Augusti Kadelohus Cancellarius vice Hermanni , ... navit.

Datum VII. Id. Febr. anno Dominicæ Incarnationis MXXXVIII. Indict. VI. Anno Domini Chuonradi . . . . XIIII. (1.) Imperij XII. Actum Pistoriæ Feliciter. Amen.

ADNOTATIO.

QUæ desunt verba, suppleo *Regni Germanici*, scilicet quod VIII. Kal. Sept. a. 1024. iniit Conradus. Itaque a. MXXXVIII. usque ad VIII. Kal. Sept. annus Regni XJV. numerabatur.

IV.

I V.

Bonifacij Ducis Diploma pro Monasterio S. Bartholomei Pistor:, quod edidit mendose Cl. Muratorius To. I. Antiquitatum Italic. col. 955., *ex autographo eiusdem Monasterii* .

P
X In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Bonifacius Dux, & Marchio Divina Favente Clementia. Si Sanctorum Dei loca nostra iusta potentia sublevamus, & eorum rectores oppressos malicia sustentamus, culmen dignitatis & salutem anime nostræ indubitanter subsistere credimus. Quocirca omnium Sanctæ Dei æcclesiæ, nostrorumque Fidelium, presentium scilicet ac futurorum, noverit solercia, qualiter nos recepisse monasterium Sancti Bartholomæi, quod est subiectum Sancti Johannis Evangeliste Parmensis monasterii, & est situm foris, & prope civitate Pistoria cum omnibus suis pertinentiis tam in ipso comitatu Pistoriensi, quam in comitatu Florentino, interventu, ac petitione Kadoli parmensis Episcopi nostræ obnixe efflagitasse clementiam, quatenus res omnes, quæ supradicto cænobio monasterio S. Bartholomei iure proprietario, vel alicuius titulo Inscriptionis pertinere videntur, confirmare dignaremur cum omnibus suis pertinentiis tam in ipso comitatu Pistoriensi; quam & in aliis comitatibus scilicet cappella S. Mauri, qui est posita in loco campitio cum duobus suis massariciis. Illud etiam, quod habere videtur in casisse massericies tres, seu in galoniano mansum unum in casa Vecla mansum unum, in petrolatica mansum unum, in campilio mansum unum, ad sophinito mansum unum, & molendinum unum in Pistoria iusta portam S. Petri prope pontegratuli, seu cum omnibus terris ad ipsum cenobium pertinentibus, vel ubicunque locorum ipsius monasterii predia inventa fuerint, cum omnibus pertinentiis, & adiacentiis suis, seu cum omnibus superioribus, vel inferioribus, pratis, vineis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscacionibus, servis, & ancillis, aldionibus, & aldianabus, casis, cappellis, castellis, cultis & incultis, seu cum omnibus, que dici vel nominari possunt ad eamdem abaciam quoquo modo pertinentibus confirmamus, atque prout juste, & legaliter possumus, omni modo coroboramus, eo videlicet ordine, ut nullus Dux, Episcopus, Comes, Gastaldio, Sculdasius, vel aliquis publice rei exactor de pretaxatis rebus supradictum cænobium, vel abbate, vel monachi, qui pro tempore fuerint, inquietare, vel disvestire presumat, sed potius hoc nostre confirmationis precepto de omnibus iam dictis rebus investitura, quam habuit, teneat firmiterque possideat nostra omniumque violentorum remota controversia. Si quis igitur, quod minime credimus, huius nostre confirmatiotis precepti quolibet tempore temerarius violator exstiterit, siad (*sic pro sciat*) se compositurum auri optimi libras centum, medietatem Kamere nostræ, & medietatem præfato monasterio, cui violentia illata fuerit. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria roborantes nostro sigillo iussimus inferius insigniri.

Signum Domini Bonifacij Ducis & Marchionis.

ADNOTATIO.

NUllæ in hoc diplomate Chronicæ Notæ, Verum Kaduli Parmensis Episcopi, quæ heic fit mentio, nos cogit illud post annum 1039. conlocare. Nam Kadolous Episcopus primo occurrit apud *Murat. Antiquit. Italic.* dis. 72. in diplomate Henrici III. XVI. Kal. Febru. anno MXL. Quum vero Bonifacius a. MLII. sexto Maij die interemptus e vivis excesserit (de quo vide eumdem *Murat. Ann.* T. VI. *pag.* 159.) aliquo ex intermediis annis procul dubio datum fuit hoc Diploma.

V.

V.

Urbani II. Bulla pro Canonicis Pistoriensibus ex eorumdem Archivo.

URban. ep. serv. servor. Dei Karissimis filiis pistoriensis Ecclesiæ Canonicis, eorumque successoribus in perpetuum iustis votis assensum prebere, iustisque petitionibus aures accomodare nos convenit qui licet indigni iustitie cultores, atque preconis in excelsa Apostolorum Principum Petri, & Pauli specula positi Domino disponente, existimus. Quod igitur necessitatibus peregrinorum Karitate debita providentes hospitalem domum iuxta portam vestræ pistoriensis urbis, que S. Petri dicitur, adiuvante domino, vestris impensis edificastis: Nos prout dignum est, vestrum studium conlaudamus presentisque paginæ auctoritate decernimus, ut decimarum, que vobis a populo dantur, pars decima, & laborum vestrorum decima, quemadmodum a vobis unanimiter est statutum; eidem hospitalis domini deinceps in perpetuum conferantur. Preterea Apostolica auctoritate censemus, ut quæcunque hodie eadem hospitali domus iuxte possidet, sive in crastinum concessione Pontificum, largitione Principum, vel oblatione fidelium iuxte, atque canonice poterit adipisci, firma ei & illibata permaneant. Decernimus ergo, ne ulli omnino hominum liceat eandem domum temere perturbare aut infra eam aliquem capere; aut eis subditas possessiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum conservatione concessa sunt, usibus, eorumque saluti, qui obtulerint, profutura. Eiusdem tenoris privilegium cæteris quoque, qui per vestrum Episcopatum sunt, hospitalibus indulgemus; ei videlicet, quæ iuxta villam quarratam est edificata; ei quæ iuxta caprariam oppidum, ei, quæ in prato, quod dicitur episcopi; ei quæ iuxta locum, qui dicitur Crux brandelliana; ei quoque quæ in blisceto vestris studiis, impensisque ædificata est. Quæ vestræ illi iuxta portam S. Petri domui hospitalis, sicut hodie est, in perpetuum subiecta esse presentis auctoritate paginæ confirmamus. Quæ vero extra Urbem hospitales domus consistunt, huius privilegii decreto statuimus, ut infra unum stadium nemo iusta eas aliquem capere, predari, aut hostiliter disturbare presumat; Quorum omnium ordinationes, ac dispositiones vobis, vestrisque successoribus committimus, ut eorum, qui in vobis spirituales, ac religiosiores fuerint voluntate comuni; communicato etiam fratrum vallis Imbrosianæ consilio, consensu etiam vestri Episcopi, si Catholicus fuerit, & religiosus, adhibito. Rectores eisdem domibus preponimus, qui secundum Deum earum curam habere, & pauperibus & convenientibus sollicite ministrare procuret. Sane siquis in crastinum Episcopus, Archiepiscopus; Imperator, aut judex; Princeps, aut Dux Comes, aut vicecomes; aut persona qualibet parva, vel magna, potens, aut impotens, huius nostri privilegii sciens contra eam temere venire temptaverit; secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit; a Christi, & Ecclesiæ corpore eum auctoritate potestatis Apostolice segregamus. hij autem, qui ob Dei, proximique dilectionem, & Sedis Apostolicæ institutionem predictas domos suis bonis ditare & exaltare curaverint, Dei, Apostolorumque eius benedictione, & peccatorum absolutione ditentur, sive donentur. Qua adiuti ad vitam perveniant sempiternam. Amen Amen

Scriptam per manum Gregorij Scriniarij, atque Notarij Sacri Palatij.

B. V.

Datum Rome per manus
Johannis. S. Rom. Ecc. Diaconi Cardinalis, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo octuagesimo nono. Indictione tertiadecima * quarto Idus Januarii, Anno vero Pontificat. donni Urbani Pape secundo.

* duodecima

VI.

VI.

Privilegium Urbani secundi pro Vallumbrosanis, ex Archivo S. Michaelis de Furculis.

URbanus Episcopus Servus Servorum Dej Dilectissimis Filiis universe Vallis Imbrosane Congregationi salutem, & apostolicam benedictionem.

Cum universis Sancte Ecclesie filiis ex Apostolice Sedis auctoritate, ac benivolentia debitores existamus, illis precipue locis, atque personis que specialius, ac familiarius Romane adherent Ecclesie, queque ampliori Religionis gratia eminent, propensiori nos convenit charitatis studio imminere. Quia igitur propositum nostrum, divina preveniente ac subsequente clementia, Religionis vestre simplicitas bone opinionis odorem, & prope, & longe positis aspiciunt, nos vestro provectui annuente Domino provectus adiungere cupientes, cenobium vestrum pro Beate Marie semper Virginis reverentia, cui dicatum est, in Romane Ecclesie proprietatem, & tutelam, atque protectionem Apostolice Sedis accipimus; & Apostolice illud auctoritatis privilegio munientes ab omnium principum jugo liberum permanere decernimus. Per presentem igitur nostri privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quecumque hodie vestrum cenobium jure possidet, sive in crastinum concessione pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium jure, atque canonice poterit adhipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. Illis successoribus, dico, qui eumdem Religionis usum, & fidei constantiam observare, & strenue omnipotenti Domino in eodem proposito deservire satagerint. Crisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium, sive Basilicas, Ordinationes Clericorum liceat vobis a quocunque volueritis catholico Episcopo Romanæ Ecclesiæ gratiam atque communionem optinente percipere. Qui nostra fultus autoritate, que postulant, indulgeat. Ad hæc censemus, atque statuimus, ne ulli omnino hominum liceat idem cenobium emere, perturbare, aut ei subditas possessiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra observentur eorum, pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Nec ulli Episcopo potestas sit excommunicationem, aut interdictionem vobis ingeminare, ut qui in speciales estis filios Apostolice Sedis, nullius alterius iudicio temere exponamini. Quia vero plura Sancta Monasteria, congregatio videlicet dicta Saluij iuxta Florentiam, Sancti Fidelis de Strumij, Sancti Salvatoris de Sophena, Sancte Marie de Nerana, Sancti Coxiani de Monte Schalario, Sancti Angeli de Passiniano, Sancti Laurentii de Cultuboni, Sancti Salvatoris de Ficiclo, Sancti Angeli iuxta Pistoriam, Sancti Salvatoris de Vadeno, Sancti Petri de Mischeto, Sancti Pauli de Rasolo, Sancte Reparate de Marradio Faventine Diocesis, & Congregatio de Rivis Cesaris, & Congregatio de Fontana Taonis, & Congregatio de Monte Armato in Bononiensi Diocesi, inspirante Domino in eandem vobiscum formam religionis consenserint; Nos & ipsis, & omnibus qui se in crastinum eidem religionis usui ex integro sociare voluerint, presentis privilegii libertate Apostolica auctoritate concedimus, quam diu in eadem religionis, & consuetudinis unitate persistere procuraverint. Constituimus autem, ut eorum omnium caput vestrum, quod in Valle imbroxiane situm est, Monasterium habeatur. Sane cum terminus vite Pastori vestro divina dispositione contigerit, qui eius loco substituendus fuerit, quia & vobis & aliis omnibus preesse debebit, omnium, qui ceteris presunt Monasteriis, consensu & iudicio eligatur. Quod si forte ex ipsis Abbatibus quilibet Domino disponente ad hoc generale regimen electus fuerit, ad vestrum principale cenobium principaliter transeat, & eius mox iudicio, sicuti in diebus venerande memorie Johannis primi Abbatis vestri factum constat, cetera omnia unita vobis Monasteria disponantur. Vos igitur filii in Cristo dilectissimi nolite neglegere gratiam, que in vobis est, que data est vobis per unitatem sancte observationis, & religionis. Nec meditamini in hiis extote, ut profectus vester manifestus sit omnibus. Participes enim Cristi effecti estis, si tamen initium substantie

tie

tie eius usque ad finem firmum retineatis. Mementote, quod Dominus ait, *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Itaque sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in Celis est; ad indicium autem percepte huius a Romana Ecclesia libertatis per annos singulos duodecim lagi cilicij brachia Laterani palatio persolvetis. Sane si quis in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut Judex, aut persona quelibet magna, vel parva, potens, aut impotens huius nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertioque commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi, & Ecclesie corpore eum auctoritate potestatis Apostolice segregamus. Conservantibus autem pax a Deo, & misericordia presentibus & futuris seculis conservetur. Amen. Amen. Amen. Scriptum per manum Gregorii Scriniarij atque Notarii Sacri Palatij.

Datum Rome per manus Johannis Sancte Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis anno Dominice Incarnationis 1090. Indictione 13. octavo Idus Aprilis anno Pontificatus Domni Urbani Pape secundi tertio.

Bartholomeus quondam Baronis Imperiali auctoritate Judex ordinarius, atque Notarius scriptum privilegium, & Apostolicas literas, & omnia scripta, unde hoc exemplum scriptum est, vidi, & legi, & prout ibi inveni, hic inde transcripsi, & fideliter exemplavi, & ad maiorem fidem habendam signum mee manus apposui ex auctoritate micchi concessa, & data a Venerabili Patre Domino Thoma Dei gratia Pistoriensi Episcopo in Episcopatu Pistoriensi, presentibus Domino Ticcio Plebano Plebis de Laiatico, & Presbitero Iuncta Cappellano Plebis predicte, & Armaleone quondam Infrangipanis & Curso Doni testibus rogatis & vocatis ad hec sub annis Dominica Nativitate 1288. Indictione secunda die vigesima Septembris,

V I I.

Urbani II. Privilegium pro Canonicis Pistoriensibus, ex eorundem Archivo.

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Christo filiis Ugoni Præposito, & ceteris Pistoriensis Canonicæ Fratribus, eorumque Successoribus in regularis vitæ observantia permansuris in perpetuum. Piæ voluntatis affectus studio debet prosequente compleri, ut Ecclesiastica utilitas Apostolicæ Sedis favore vires accipiat, & accrescat. Proinde religiosa vota vestra accipimus, & æquis petitionibus libenter impertimur assensum, ut Canonicæ vitæ ordinem, quam professi estis, auctoritatis nostræ privilegio muniamus. Præsenti igitur decreto statuimus, ut nemini viventium liceat vos, & Successores vestros a vitæ Canonicæ comunione distrahere, neve alicui vestrum post professionem liberum sit a Congregatione discedere, & latioris viæ prærupta sectari. Quamobrem decernimus, ut, si ex vobis quispiam a proposito aberraverit, ad corrigendum eum, & secundum disciplinam regulæ coercendum, tibi, vel Successoribus tuis, & ceteris, qui præfuerint, nulla debeat persona obsistere. Obeunte te, vel ceteris Canonicæ vestræ Rectoribus, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia præponatur, nisi quem Regulares fratres secundum Dei timorem, vel de suis, si talem inter se repererint, vel de alienis, si oportuerit, cum consilio Episcopi, qui canonice electus, & per Romanam fuerit Ecclesiam ordinatus, elegerint. Quæ omnia ut opitulante Domino firma semper, & illibata permaneant, præsentis decreti auctoritate sancimus, ut nemini omnino liceat vestram Canonicam temere perturbare, vel eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed tam ea, quæ ex Episcoporum donatione, quam & ea, quæ ex quorumcumque Fidelium oblationibus hodie possidetis, perpetuo vobis integra conserventur. Ex quibus nominatim hæc designanda duximus. Plebem de Viliano cum omni deci-

decimatione, & Plebem de S. Quirico similiter, & cæteras decimationes sive infra Civitatem sive extra ab Episcopis vobis concessas, & quartam portionem oblationum, quas letanie offerunt, & decimationes de Gropole, & de Collina, & Ecclesiam S. Blasij cum terris positis in aqua vivola, & in Virzano, & in Falagrano, & in Barzani, & in Glandaria, sicut eas dedit Girardus filius [1] Baconchi, & Ronaldus cum Davizzo genero suo. Illud etiam, quod ab Episcopis vestris statutum est, nostræ auctoritatis assertione firmamus, ut si qui ex ordinariis Clericis adhuc in domo sua manentibus sæculo emigraverint, quidquid eorum ordini pertinere videtur, in usum Canonicorum regulariter viventium redigatur: ea nimirum diligentia, curaque adhibita, ne rerum augumentis in libertatem carnis, & velamen maliciæ abutamini, ne quoquo modo res augere, & fratrum debeatis numerum imminuere; sed tantus Canonicorum numerus conservetur, quantum loci vestri facultas pati posse videbitur, ne Religionis, & servitii debiti detrimentum Ecclesia patiatur. Ad hæc adijcimus, ut quecumque hodie vestra Canonica juste possidet, sive in futurum juste atque canonice, Episcoporum concessione, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium poterit adipisci, vobis, vestrisque successoribus, qui in eadem religione permanserint, firma semper & illibata persistant, eorum, pro quorum substentatione, & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Vos igitur Filii in Christo charissimi oportet regularis vitæ institutionibus diligenter insistere, & in omnibus Apostolicæ Sedis Decreta servare, ut post vitæ præsentis angustias opitulante Domino ad supernæ latitudinis gloriam mereamini pervenire. Sane si quis in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Marchio, Comes, Vicecomes, Judex, aut Castaldio, aut Persona quælibet magna, vel parva huius privilegii paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tercioque commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se de divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, & in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Datum Pistoriæ.

Per manum Johannis S. R. Ecclesiæ Diac. Card. XIIII. Kal. Jan. Indict. III. anno Dominicæ Incarnationis MXCIV.

Pontificatus vero Dompni Urbani II. pp. septimo.

(1) Forte Baconsi, Sancti quippe Baconti apud Pistorienses celebre nomen.

VIII.

Paschalis II. Privilegium pro Episcopatu Pistoriensi, ex ejusdem Archivo.

PAschalis Episcopus Servus Servorum Dei venerabili fratri Ildiprando Pistoriensi Episcopo, ejusque Successoribus canonice promovendis in perpetuum. Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendos effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur Frater in Christo Ildiprande justis petitionibus annuentes Sanctam Pistoriensem Ecclesiam, cui auctore Deo presides, Apostolice Sedis auctoritate munimus. Statuimus igitur, ut Diocesis Pistoriensis Episcopatus sicut ejus termini predecessoris nostri sancte memorie Urbani privilegio distincti sunt, sic in iure, & condicione Pistoriensis Episcopi sine alicuius molestia vel inquietudine perseveret. Per quos nimirum terminos hæ sunt Cappellæ circum & Ecclesie constitute, Cappella de Capraria, *& cetera*, *ut in Bulla Honorii III. usque Monte Culli*, *tum sequitur Cappella de Vacazano*, *Cappella in Verruca*, & cetera, ut in eadem Bulla usque *Fanano*: *sequitur*: Cappella Prati Episcopi, *& cetera*, ut in citata *Bulla* usque sita: *sequitur*: in Prato cum plebibus suis, curte etiam, quæ vocatur Pavana infra Pistoriensem Comitatum cum

Castello Sambuce infra curtis confinia edificato Sancte Pistoriensi Ecclesie confirmamus sicut a venerabili Comitissa Mathildi Beati Petri filia post diu examinatam a compluribus Judicibus, ac Juris peritis actionem per Vicarii nostri Bernardi Sedis Apostolicæ Presbiteri iudicium in tuas, & confratrum tuorum manus restituta cognoscitur. Porro, *ut in Bulla Honorii usque Monte magno* : *sequitur*, de Casale de Lamporecchio, de Creti, & de Spanarecchio, quas de laicorum manibus sollertia vestre Religionis eripuit : *& cetera*, *ut in Bulla Honorii usque* que hodie; *sequitur* : in Ecclesie Pistoriensis possessione persistunt. Videlicet curte de Lizzano; *& cetera usque* Vizzule : *sequitur*, Pezzanese, *& cetera*, *ut in Honorii Bulla usque* Spallioro. Preterea quecumque hodie Pistoriensis Ecclesiæ iuste possidet sive in futurum liberalitate Principum, vel oblatione Fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, tam tuis, quam Clericorum usibus profutura. Interdicimus etiam, ut te ad Dominum evocato, vel tuorum quolibet successorum nullus omnino invitis vestre Ecclesie Clericis aut Episcoporum, aut Ecclesiae res auferre, diripere, aut distrahere audeat. Si quis igitur in posterum Archiepiscopus &c. Amen.

Scriptum per manum Raineri Scriniari Regionarii, & Notarii Sacri Palatii.

Ego Pascalis Catholice Ecclesie Episcopus ss.

Datum apud Beati Petri Porticum per manum Johannis Sancte Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis, ac Bibliotechetari decimo octavo Kal. Decembris Inditione 13. anno Incarnationis Dominice MCV. Pontificatus autem Domni Paschalis II. Pape VII.

I X.

Victoris Bononiensis Episcopi, de quo Ughellius (To. 2. col. 18.) privilegium pro Monasterio Fontanae Taonis, ex Archivo Monachorum S. Michaelis de Furculis.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis anno ab Incarnatione Domni nostri Jeshu Christi millesimo centesimo octavo decimo. Presidente Domno iellasio venerabilis Papa in Romana Ecclesia. Victor gratia Dei Sancte Bononiensis Ecclesie Episcopus una cum Clero suo conveni Episcopali moderamine, quo indigne utimur, salutiferis servorum Dei peticionis benigno multis intellectu clementer advertere; & justis Ecclesiarum provectibus presidia confirmationis gratuita voluntate concedere. Concedimus igitur, ac ecclesiastico jure firmamus Ecclesiam Sancti Michaelis, que est posita in Silva, que vocatur bombiano, in nomine, & in persona Domni Iohannis Abati, eiusque successorum de Monasterio, quod est constructum in honore Sancti Salvatoris & est positum &c. [*prout in carta Henrici Bononiensis Episcopi, quam dabimus numero* 11., *preter sequentia*] digne, idoneeque — Domno Iohanni Abahati mansis cum decimis eiusdem terrehanc (1) autem Ecclesiam — dicto Iohanni — nullam molestacionem, autem tradicionem eo ordine, sub dicione, & regula Valleumbrosane custodie permanseritis, vendendi neque donandi — successoribus aferre catholico posses — clericis eiusdem nostre Ecclesie, qui eam — det pars parti — penam asolutam extiterit benedictionem & absolucione suorum a Deo — non studuerint.

(1) Quæ in charta Henrici sequuntur, heic prætermissa reperio.

Victor Episcopus sicut superius legitur, fieri rogavi.
Ego Victor Episcopus manu mea subscripsi.
Ego Presbiter Capitaneus manu mea subscripsi.
Ego Albericus Diaconus bb., & ss. manu mea.
Ego Othaldus Subdiaconus manu mea subscripsi.
Ego Albertus Causidicus manu mea subscripsi.

huius cartule Albericus filius quondam Ierardi, & Ierardo filius quondam Atoni, & Alberto qui vocatur Boxello, & Petrus de Laurte, & Gandulfo filius quon-

quondam Ansaldi rogati sunt vic testes, & Liusio, qui vocatur Rosegone, & Novellino filius quondam Sigezo de Savignano vic testes rogati sunt.

Rainerius Notarius Sacri Palacii scripsi ec cartula, sicut superius legitur.

X.

Conradi Marchionis diploma, quod mendose edidit Mur. (T. 1. Antiq. col. 961.) pro Monasterio S. Bartholomaei, ex Archivo ejusdem Monasterii.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis Choradus Marchio Divina favente Clementia. Si Sanctorum Dei loca nostra iusta potentia sublevamus, & eorum Rectores oppressos malitia substentamus, culmen dignitatis, & salutem anime nostre indubitanter sussistere credimus. Quo circa omnium Sancte Dei Ecclesie, nostrorumque fidelium, presentium scilicet ac futurorum noverit solercia, qualiter nos recepisse sub defensione nostra Monasterium Sancti Bartholomei, quod est sub regimine, ac potestate Parmensis Monasterii Sancti Iohannis, & situm est foris, & prope cum omnibus suis pertinentiis tam in ipso Comitatu Pistoriensi, quam in Comitatu Florentino atque Lucensi interventu ac petitione Domni & Venerabili Antonii Abbatis predicti Monasterii Sancti Iohannis Parmensis nostra obnixe efflagitante clementia, quatenus res omnis, que supradicto cenobio Sancti Bartholomei iure proprietario, vel alicuius titulo inscriptionis pertinere videntur, confirmare dignaremus cum omnibus suis pertinentiis; scilicet cappellam Sancti Mauri, quæ est posita in loco Campillio cum duobus massariciis. Illud etiam, quod habere videtur in Casese massaricias tres, seu in Galoniano mansum unum, ad Sophinito mansum unum, & molendinum unum in Pistoria iusta portam Sancti Petri prope pontem Grateuli cum eius aqueductus usque ad fluvium umbronis, seu aqueductus illius aque, que olim decurre solebat, concessione Comitis Ugolini ad molendinum in Maseiano. Insuper quoque confirmare decrevimus suprascripto Monasterio totum illud, quod ei pertinet in curia de Celle, & de Piscia, relicta omni mala consuetudine, quas Comes Ugolinus quondam pro remedio anime sue condonavit, seu cum omnibus terris ad ipsum Dei cenobium pertinentibus ubicunque locorum ipsius Monasterii predia inventa fuerint cum omnibus suis pertinentiis, & adiacentiis, seu cum omnibus superioribus, vel inferioribus pratis, terris, vineis, pascuis, silvis, aquis, aquarumq. decursibus, molendinis, piscationibus, servis, & ancillis, aldionibus, aldionabus, casis, cappellis, castellis, curtibus cultis, & incultis, seu cum omnibus, quæ dici, vel notari possunt ad eamdem abaciam quoquo modo pertinentibus confirmamus, atque prout iuste & legaliter possumus, omni modo conroboramus, eo videlicet ordine, ut nullus Dux, vel Episcopus, seu Comes, vel Gastaldio, vel Sculdasius, aut aliquis publici regi exactor de pretaxatis rebus supradictum Cenobium, vel Abbatem, vel Monachos, qui pro tempore fuerint, inquietare, vel disvestire presumpserit; sed potius hoc nostre confirmationis precepto de omnibus jam dictis rebus investituram, quam habuit, teneat, firmiterque possideat, nostra, omniumque violentorum remota controversia. Si quis igitur, quod minime credimus, huius nostre confirmationis preceptum quolibet tempore temerarius violator extiterit, sciat se compositurum optimi auri libras centum, medietatem Camere nostre, & medietatem prefato Monasterio, cui violentia illata fuerit. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria roborantes nostro sigillo iussimus insigniri.

Signum manus Domni Horadi Marchionis.

Datum est in curia Plebis de quarrara territurio Pistoriense anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo vigesimo primo Indictione 14.

 XI.

X I.

Henrici Bononiensis Episcopi de quo Ughellius (Tom. 11. col. 18.) diploma pro Monasterio S. Salvatoris Fontanae Taonis, ex Archivo Monasterii S. Michaelis de Furculis.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis anni ab Incarnatione Domini nostri Ieshu Christi millesimo centesimo trigesimo primo. Actum in fundo Camugnani idibus Ianuarii Indicione nona Henricus gratia Dei Sancte Bononiensis Ecclesie Episcopus una cum Cleros suos convenit Episcopali moderamine, quo digni utimur, salutiferis Servorum Dei peticionis benigno mentis intellectu clementer advertere, & iustis Ecclesiarum provectibus presidia confirmacionis gratuita voluntate concedere. Concedimus igitur, ac ecclesiastico iure firmamus Ecclesiam Sancti Michaelis, que est posita in Silva, que vocatur Bombiano in nomine, & in persona Domni Tetericis Abbati, eiusque successoribus de Monasterii, quod est constructum i honorem Sancti Salvatoris, & positum in loco, qui dicitur Fontana Taoni. Eo scilicet tenore, ut prefatus Abas, eiusque successores in quantum divina potestas permiserit, & sibi attinet, prelibatam Ecclesiam digne idoneoque possidendo custodiant. Insuper eciam collaudamus, & firmamus eidem Ecclesie, & tibi jam dicto Domno Tetherico abati, tuisque successoribus quinque mansos con decimis eiusdem terre, quos per antico tempore permansit vestre Ecclesie ab nostris antecessoribus, sicuti patet in antico vestro instrumento; hanc autem Ecclesiam cum omnibus suis possessionibus prono animo, & bona voluntate pro remedium anime nostre & predecessorum nostrorum sub nostra tuicione, atque defensione suscipimus, & tibi iam dicto Tetherico abati, tuisque successoribus ad regendum, & possidendum, & semper meliorandum tradamus, ita ut neque nobis, neque a nostris successoribus ullam molestiam vel controversiam exinde habeatis. Hanc autem tradicionem eo ordinem facimus, quandiu tu, vel tui successores sub dicione, & regulam valleumbrosana custodire manseritis. Si vero, quod absit, ab eorum societate, & regula retrosum abieritis, volumus, ut iam dicta Ecclesia cum suis beneficiis ad nos deveniad, ita tamen ut nunquam ullo tempore abeatis licenciam vendendi, donandi, neque quovis titulo comutuandi, & quia eadem Ecclesia in alodio nostre Ecclesie posita est, volumus pro obediencia, ac reverencia nostre Ecclesie omni anno in mense Iunio mihi, meisque successoribus aferri debeatis nove cere libras quaptuor. Si autem quod Dominus averiat, Ecclesia nostra post obitum nostrum ab alico non catholico possessam fuerit, licenciam abeatis obediendi, & respondendi Clericis eidem nostre Ecclesie, qui catholice rexerint. Si qua vero pars hec ita, ut scripta sunt, non observaverit, det parti auri optimi libras tres, & post penam absolutam hoc totum in suo robore, & vigore permanead, sicut superius diximus, prefatam Ecclesiam cum omnibus suis bonis in nostra suscepimus tuicione, atque defensione; Si quis vero adiutor, atque defensor huius rei deinceps extiterit, benedicionem, & absolicionem peccatorum suorum ad Deo omnipotente, & Beato Petro atque nostro abead. Si quis temerator prefate rei ita non observaverit, vel in alico offenderit, si intra triginta dies emendare non studierit, maledicionem Dei omnipotentis, & Beati Petri, ac nostra sine dubio abebit, ac possidebit.

Predicta cartam Hemricus Episcopus rogavit, sicut superius legitur.

Ego Henricus Bononiensis Episcopus manu mea subscripsi.

Illius facti Uguicione de Tripio, & Tegrimo filius eius, & Gandulfus, qui dicitur Cantoso, atque Ugo olim Baruncini filius, & Inkelgozo filius Amathei da Pistora testibus rogatis.

Rainerius Dei gratia Notarius scripsit hec carta, sicut superius legitur.

X I I.

Henrici Bononiensis Episcopi confirmatio privilegiorum Monasterio Fontanae Taonis, ex Archivo Monasterii Pist. S. Michaelis.

IN nomine Domini Dei eterni anni Domini millesimo centesimo septimo septimo decimo Kalendas Augusti indicione quinta decima hactum in ospicium Sancti Michaelis Archangeli resistentem prope reno in loco ubi dicitur curti. Idcirco ego qui supra in Dei nomine Enricus Episcopus Dei gratia Sancte Bononiensis Ecclesia una per consensum ex auctoritate fratrum calonicorum in presentia bonorum omnium, quorum nomina suptus leguntur, do, atque concedo seu confirmo decimatores de vico casi, quales Lambertus Episcopus concessit, & dedit in Monasterio Sancti Salvatoris positum in loco qui dicitur Fontana Taoni. Ita confirmo per me, meisque successoribus, ut Teodericus abas cum suis sociis, qui modo militant, vel qui in nantea militaturi essent, ad abendum, tenendum coligant colligere faciant. Quidem spondeo, atque promitto, nec tollere, nec contendere, set defensare, & autorizare promitto per me, meisque supcessoribus ha honni ominem sub penam centum solidos bonorum denariorum Lucensium, penaque soluta hoc factum firmum permanead. Quod si quam hoc nostrum preceptum violare presupserit, aut minuerit i nomine Domini anathematis cladio feriatur.

Huius facti Morellus, qui dicitur Arcidiaconus, seu Sarafinellus olim Corboli filius, atque Guidus, qui dicitur Ubaldi, & Bolgarinus olim Guidonis filius, similiter Goco, atque Guarcione Gerardus olim Guidonis filiis suprascripti testes rogati sunt.

Ildibrandus Dei gratia Notarius scripsi.

A D N O T A T I O.

DEest sine dubio Tricesimo. Nam Henricus Victori successit anno tantum MCXXX. Anno vero MCXXXVII. decurrebat Indictio XV.

X I I I.

Bulla Innoc. II. ex Apographo, quod servatur in Archivo Secr. Ep. Pist. Accedunt in margine variae lectiones, ex Bulla Caelestini II. quae extat in eodem Archivo.

INnocentius [1] Episcopus Servus Servorum Dei venerabilis Fratri Attoni Pistoriensi Episcopo, eiusque Successoribus canonice promovendis in perpetuum. Pistoriensis Ecclesia largiente Auctore omnium bonorum Domino in Tuscie partibus a longis retro temporibus huius specialis prerogative munus optinuit, ut sapientum, & discretorum pastorum regimine prefulgeret, & tam in temporalibus, quam in spiritualibus per eorum industriam gratum Domino susciperet incrementum. Eamdem equidem & debita jocunditate letamur, quoniam superne dispositionis providentia Te venerabilis Frater Atto Episcope, sapientem utique virum, & in religione probatum eiusdem loci pastorem constituit, & ad gubernandum, & instruendum doctrina & vite exemplo populum suum miseratio divina vocavit. Quanto ergo persona tua religiosior est, etiam prefata Pistoriensis Ecclesia, cui authore Deo presides, existit [2] Beato Petro devotior, tanto ex iniuncto Apostolatus officio magis grata nobis incumbit necessitas, ut prenominatam Ecclesiam tibi a Domino commissam auctoritate Apostolici privilegii muniamus, & ei ius suum inlibate & integre conservemus. Ad exemplar ergo predecessorum nostrorum felicis memorie Pape Urbani, & Paschalis [3] Romanorum Pontificum presenti decreto statuimus, ut universa, quae in presentiarum

(1) Cælestinus.

(2) Extitit. Cel.

(3) Pascalis & Innocentii. Cel.

eadem Ecclesia iuste & legitime possidet, aut in futurum (*ut in Bulla Anastasii IV. cuius varias lectiones deinceps dabimus praeter sequentia*). Plebem in Villiano, Plebem S.Quirici, Plebem de Spanareclo, Plebem de Saturnana, Plebem de Brandelio, Plebem de Calloria cum omnibus capellis, & decimationibus ad eas jure pertinentibus; Plebem de Vinaciano, Plebem de Sciano, Plebem S. Pauli, Plebem S. Hypoliti, Plebem de Ajolo, Plebem S. Iusti, Plebem de Colonica cum populo, & decimis, & ceteris ad eam iure pertinentibus, in prato plebem S. Stephani. Nulli ergo omnino *ut infra in Anastasio* : Amen, Amen, Amen.

Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus SS.
Ego Guillielmus Prenestinus Episcopus SS.
Ego Matheus Albanensis Episcopus SS.
Ego Johannes TT. S. Grisogoni Presbiter Cardinalis SS.
Ego Littafredas Cardinalis Presbiter TT. Vestine SS.
Ego Lucas Presbiter Cardinalis TT. SS. Johannis, & Pauli SS.
Ego Martinus Presbiter Cardinalis TT. S. Stephani in Celio Monte.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergi Bachi SS.
Ego Guido Diaconus Cardinalis Ss. Marie in via Lata.
Ego Oddo Diaconus Cardinalis S. Georgii SS.
Ego Johannes Diaconus Cardinalis S. Nicolaj in carcere SS.

Datum Pisis per manum Aimerici S. Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis, & Cancellarii XII. Kalendas Januarij indictione XI. * Jncarnationis Dominice anno 1134. Pontificatus vero Domni Innocentij Pape secundi anno IV.

* XII.

Ego Domitianus Notarius, & Judex Sacri Palatij qualiter in authenticum illud scriptum inveni, fideliter exemplavi.

Hae porro subscriptiones sunt, quae in Coelestini privilegio occurrunt.

Ego Celestinus Catholice Ecclesie Episcopus SS.
Ego Conradus Sabinensis Episcopus SS.
Ego Teruderinus S. Rufine Episcopus SS.
Ego Alberigus Ostiensis Episcopus SS.
Ego Stephanus Prenestinus Episcopus SS.
Ego Imatus Tusculanus Episcopus SS.
Ego Petrus Albanensis Episcopus SS.
Ego Guido Presbiter Cardinalis TT. S. Grisogoni SS.
Ego Rainerius Presbiter Cardinalis TT. S. Prisce SS.
Ego Petrus Cardinalis Presbiter TT. S. Susanne SS.
Ego Ubaldus Presbiter Cardinalis TT. S. Praxedis SS.
Ego Goizo Presbiter Cardinalis TT. S. Cecilie SS.
Ego Thomas Presbiter Cardinalis TT. Vestine.
Ego Guido Presbiter Cardinalis TT. S. Laurentii in Damaso.
Ego Rainerius Presbiter Cardinalis TT. S. Stephani SS.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii, & Bachj SS.
Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum.
Ego Guido Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosme & Damiani SS.
Ego Gherardus Diaconus Cardinalis S. Marie in Domnica.
Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus.
Ego Johannes Diaconus Cardin. S. Marie nove SS.

Datum Laterani per manum Gerardi Sancte Romane Ecclesiæ Presbiteri Cardinalis, ac Bibliotecarii 13. Kalendas Martii indictione VII. * Incarnationis Dominice anno 1143. Pontificatus vero Dopmni Celestini Pape secundi anno primo.

* VI.

XIIII.

X I I I I.

Eugenii III. Privilegium pro Canonicis Pistoriensibus, ex Archivo eorumdem.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Guenrico Preposito, & ceteris Pistoriensis canonice Fratribus tam presentibus, quam futuris in regularis vite observantia permansuris in perpetuum.

Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi, & honestati convenire videtur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & ad exemplar Predecessorum nostrorum bone memorie Alexandri Urbani, & Lucij Romanorum Pontificum canonice vite ordinem quam professi estis, authoritate nostri Privilegii communimus. Presenti igitur decreto statuimus, ut nemini viventium liceat vos, & successores vestros a vite canonice communione distrahere, neve alicui vestrum post professionem liberum sit a congregatione discedere & latioris vie prerupta sectari. Quamobrem decernimus, ut si ex vobis quispiam a proposito aberraverit, ad corrigendum eum, & secundum disciplinam regule cohercendum, tibi, vel successoribus tuis & ceteris, qui prefuerint, nulla debeat persona obsistere. Obeunte te, vel ceteris canonice vestre rectoribus nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia preponatur, nisi quem regulares Fratres secundum Dei timorem vel de suis, si talem inter se reppererint, vel de alienis, si oportuerit, cum consilio Episcopi, qui canonice electus, & per Romanam fuerit Ecclesiam ordinatus elegerint. Preterea quascunque possessiones, quecumque bona in presentiarum juste & canonice possidetis aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poteritis adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, qui in eadem religione permanserint, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis; Plebem de Viliano cum omni decimatione; Plebem de S. Quirico similiter, & ceteras decimationes sive infra Civitatem, seu extra ab Episcopis vobis concessas, & quartam portionem oblationum, quas Letanie offerunt, & decimationes de Gropole, & de Collina, Cappellam S. Salvatoris sitam in Porta Guidonis, Capellam S. Leonardi in Burgo eiusdem Porte; Capellam S. Marie in Burgo Guidterdi, Cappellam S. Vitalis in Porta Lucense, & Ecclesiam S. Blasij cum terris positis in aqua vivola, & in Vizano, & in Falagrano, & in Barzani, & in Glandaria, sicut eas dedit Girardus filius Baronchi, & Rolandus cum Davizo genero suo; Ecclesiam S. Andree cum pertinentiis suis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Canonicam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur tuis & eorum, pro quorum gubernatione, ac substentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Ea nimirum diligentia, curaque adhibita, ne rerum augmentis in libertatem carnis & velamen malitie abutamini, ne quoquo modo res augere, & fratrum debeatis numerum imminuere, sed tantus canonicorum numerus conservetur, quantum loci vestri facultas pati posse videbitur, ne religionis & servitii debiti detrimentum Ecclesia patiatur, salva in omnibus Apostolice Sedis authoritate & Pistoriensis Episcopi canonica justitia. Vos igitur oportet regularis vite institutionibus diligenter insistere, & in omnibus Apostolice Sedis decreta servare, ut post vite presentis angustias opitulante Domino ad superne latitudinis gloriam mereamini pervenire. Sane si quis in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Marchio, Comes, Vicecomes, Judex, aut Castaldio, aut persona quelibet magna, vel parva huius privilegii paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a Sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini

redempto-

redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, & in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iuxta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant amen amen.

Ego Eugenius Catholice Ecclesie Episcopus SS.
Ego Imarus Tusculanus Episcopus.
Ego Nicolaus Albanensis Episcopus.
Ego GG. Presbiter Card. tit. Calisti SS.
Ego Hubaldus Presbiter Card. tit. S. Praxedis SS.
Ego Manfredus Presbiter Card. tit. S. Savine SS.
Ego Aribertus Presbiter Card. tit. S. Anastasie SS.
Ego Julius Presbyter Card. tit. S. Marcelli SS.
Ego Hubaldus Presbiter Card. S. Crucis in Hyerusalem SS.
Ego Guido Presbiter Card. tit. Pastoris SS.
Ego Gerardus Presbiter Card. tit. S. Stephani in Celio monte SS.
Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum SS.
Ego Iohannes Diac. Card. S. Marie nove SS.
Ego Guido Diac. Card. S. Marie in Porticu.
Ego Iohannes Diac. Card. Sanctorum Sergii & Bacchi SS.

Datum signu per manus Bosonis S.R.E. Scriptoris 3. Idus Decembris Indict. XV. Incarnat. Dominice anno MCLII. Pontificatus vero Domini Eugenii Pape III. anno VII.

A D N O T A T I O.

SImilem anno 1174. Bullam dedit Alexander III., exceptis his quae sequuntur variis lectionibus.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Heudino Preposito & ceteris,

Petitur quod religioni & honestati convenire dinoscitur . . . .
Lucii, & Sancte recordationis Patris, & predecessoris nostri Eugenii . . . .
Coercendum tibi fili Preposite, vel successoribus tuis . . . .
Cappellam S. Vitalis & Ecclesiam de Vico Fario in porta Lucense . . . .
Gerardus filius Baronci . . . . .
Ad superne Beatitudinis gloriam.

Subscriptiones vero hae sunt.

Ego Alexander Catholice Ecclesie Episcopus.
Ego Hubaldo Ostiensis Episcopus.
Ego Bernardus Portuensis S. Rufine Episcopus.
Ego Gualterius Albanensis Episcopus.
Ego Iohannes Presbiter Card. Ss. Iohannis & Pauli T.T. Pamachii.
Ego Guill. Presbiter Card. T.T. S. Petri ad vincula.
Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori.
Ego Cinthyus Diac. Card. S. Adriani.
Ego Laborans Diac. Card. S. Marie in Porticu.

Datum Ferentini per manum Gratiani S.R.E. Subdiaconi & Notarii 13. Kal. Decembris Indic. 8. Incarnationis Dominice anno 1174. Pontificatus vero Domini Alexandri Pape III. anno sextodecimo.

X V.

Bulla Anastasii IV. ad Prepositum ceterosque Pistorienses Canonicos, ex Archivo Capituli.

ANastasius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Gero Preposito & cæteris Pistoriensis Canonicæ Fratribus tam præsentibus quam futuris, in recta Regularis vitæ observantia permansuris in perpetuum. Im-

Implenda semper sunt postulantium desideria, quotiens illa poscuntur, quæ a ratione non deviant. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & ad exempla Prædecessorum nostrorum b. m. Alex., Urbani, Lucij, & Eugenij Romanorum Pontificum canonicæ vite ordinem, quam professi estis, autoritate nostri privilegij communimus. Præsenti igitur decreto statuimus, ut nemini viventium liceat vos, & successores vestros a vitæ Canonicæ comunione distrahere, neque alicui vestro post professionem liberum sit a congregatione discedere, & laxioris vitæ precepta sectari. Quamobrem decernimus, ut si ex vobis quispiam a proposito aberraverit, ad corrigendum eum & secundum disciplinam Regulæ coercendum, tibi, vel successoribus tuis, & cæteris qui præfuerint, nulla debeat persona obsistere. Obeunte te, vel cæteris Canonicæ vestræ Rectoribus nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia præponatur; nisi quem Regulares Fratres secundum Dei timorem, vel de suis, si talem inter se repererint, vel de alienis si oportuerit cum consilio Episcopi, qui canonice electus & per Romanam Ecclesiam fuerit ordinatus, elegerint &c. (1).

Ego Anastasius Catholice Ecclesie Episcopus.
Ego GG. Presbiter Card. tt. Calisti.
Ego Guido Presbiter Card. tt. S. Grisogoni.
Ego Ubaldus Presbiter Cardinalis tt. S. Praxedis.
Ego Iulius Presbiter Card. tt. S. Marcelli.
Ego Wido Presbiter Card. tt. Pastoris.
Ego Iohannes Presbiter Card. Ss. Iohannis, & Pauli, & Pamachii.
Ego Cencius Presbiter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.
Ego Henricus Presbiter Cardinalis tt. SS. Nerei & Achillei.
Ego Octo Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.
Ego Guido Diac. Card. S. Marie in Porticu.
Ego Iohannes Diac. Card. SS. Sergii & Bachi.
Ego Oddo Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Cardin. & Cancellarij VI. Idus Februarii Indictione II. * Incarnationis Dominicae MCLIII. Pontificatus vero Domini Anastasii PP. IV. anno I.

(1) Reliqua eadem sunt quæ in Eugenii III. privilegio.

* I.

X V I.

Friderici Aenobardi Romanorum Regis Diploma pro Episcopatu Pistoriensi, ex ejusdem Autographo.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum Rex.

Equitatis & rationis ordo postulat, ut quemadmodum Imperialis potestas prava queque destruit, & nocitura, que pullulant, exterminat, & radicitus evellit; sic nimirum iustissimum est, ac rationi conveniens, ut que bene condita sunt, recteque ordinata perpetuis faciat vigere temporibus. Quo circa omnium tam futurorum, quam presentium Christi, Regnique fidelium noverit industria. Qualiter nos petitione dilecti nostri Gratiani venerabilis Pistoriensis Episcopi omnes possessiones Episcopatus, & Ecclesie in honore Sanctorum Zenonis & Rufini, atque Felicis dedicate, necnon omnes proprietates sibi pertinentes sub nostre defensionis, & regie auctoritatis tuitionem suscipimus; ex quibus quedam propiis distinguenda duximus vocabulis; scilicet terram vacuam, ubi mercatum est ipsius Civitatis, que tenet unum capud in gardingo, & aliud capud in via regis, unum latus in terra casa Sancti Zenonis, & in terra bassimannatica, aliud latus in via regis Villas de Pavano, & Montem Leonese, & Curtem in Saturnano, Curtem S. Marie in Braina, Curtem Vinacianam; Curtem Vicifarrei; Villam de Ronco, Curtem Celleri, Curtem Cumugnanum, Curtem de Fasiano, Curtem de Tobiano, Curtem de Sajano, Curtem in Neure, Curtem in Piscia,

Curtem de Lizano, Curtem de Mucillo, Curtem Sancte Christine, Curtem in Sena, ubi modini vocitatur, & vielcona, Curtem in Brujanico, Curtem de Scio, Curtem a Burgo cornio, Curtem ad Sanctum Iustum cum omnibus pertinentiis, & adiacentiis earum. Plebes etiam de Tobiano, & de Sancto Stphano de Cerbario, Increti, in Artimino, in Lejano, in Quarrata, de S. Paulo, de S. Iusto, de Lecore de Burgo, de Sancto Laurentio, de Sancto Ypolito, que vocatur visia de Saturnano, de Sancto Georgio, de Cellæ, de Massa, de Furphalo, de Lisano, de Sancto Iohanne, de Viliano, & ubicumque invente fuerint cum omnibus pertinentiis suis, & adiacentiis earum, cum servis, & ancillis, vineis, pratis, pascuis, campis, silvis, stalareis, terris cultis, & incultis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, ripaticis, teloneis, mercatis; omnia, sicut superius scripta sunt, vel divina gratia predicte Ecclesie, & Episcopis etiam augmentaverit, nostra preceptali auctoritate roboramus, & penitus in statum proprium confirmamus, eo videlicet ordine, ut ita permaneat sine omnium hominum contradictione, molestatione, & diminutione. Preterea donamus, atque largimur memorate Ecclesie, & dilecto nostro Gratiano Episcopo, suisque successoribus montem magnum cum Lamporeclo, cum omni iure suo XII. solid., & duas turtas singulis annis persolventem, Vallem de Celle cum omni iure suo reddentem in uno loco solid. XXIIII. eiusdem Lucensis monete, in altero XXVIII. quicquid etiam iuris & iustitiæ in massa debet habere, libere in perpetuum possidendum. Precipientes denique, iubemus, ut nullus Dux, Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Capitaneus, Rector Civitatis, Potestas, Consul, nullaque regni nostri magna, parvaque persona predictam Sanctam Ecclesiam, vel Episcopos pro tempore ibidem successuros inquietare, molestare, predari, aut de omnibus, que supra leguntur disvestire, vel supra terram eiusdem Ecclesie residentibus fodrum, aut teloneum, vel ripaticum, aut alpaticum tollere presumat. Si quis igitur hujus nostre donationis, & confirmationis preceptum infringere temptaverit, Regio banno subiaceat, & mille libras componat auri optimi, medietatem Camere nostre, & alteram partem Sancte predicte Ecclesie, suisque Rectoribus. Et ut hec omnia rata, & inconcussa omni tempore permaneant, presentem paginam sigilli nostri impressione communimus, adhibitis testibus, quorum nomina hec sunt Peregrinus Aquilesensis Patriarcha, Hillinus Treverensis Archiepiscopus, Henricus Leodiensis Episcopus, Conradus Everardus Bavembergensis Episcopus, Hermannus Constansiensis Episcopus Ordib. Basiliensis, Wilhaldus Corbeiensis, atque Stabulensis Abbas, Marguardus Wldensis Abbas, Henricus Dux Saffonie, Henricus Dux Karintie, Beroldus Dux de Ceringa, Octo Palatinus Pdacker Marchio, Erman-nus Marchio Veronensis.

Signum Domini Friderici Romanorum Regis invictissimi.

Ego Arnoldus Coloniensis Archiepiscopus & ytalici Regni Arcicancellarius recognovi.

* III. Datum in territorio Senensi apud Quiritium 4. nonas Iulij anno Dominice Incarnationis 1155. Indictione 4. *.

Regnante Domino Friderico Romanorum Rege glorioso, anno vero Regni eius 4. in Cristo feliciter amen &c.

XVII.

Raynoldi Coloniensis Archiepiscopi Diploma pro Pistoriensi Civitate, ex apographo mutilo, quod apud Pistorienses Canonicos exstat in Codice, in quo Paulli epistolæ, & Peregrini Canones XC.

EXEMPLUM.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Rainaldus Dei gratia Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ electus Italiæ Archicancellarius, & Imperatoriæ Majestatis

ſtatis Legatus. Glorioſa fidelium Imperii, ac devota ſervitia, ſicut irremunerata manere non permictimus, ſic & cunctorum notitiæ, ac memoriæ ipſa commendare dignum ducimus, quatinus ad obſequendum Sacratiſſimo Imperio tanto ferventius cuncti accendantur, quanto manifeſtius cognoverint apud Dominum noſtrum Sereniſſimum Imperatorem, & apud nos nullorum umquam perire obſequia. Notum ſit igitur univerſis Sacri Imperii fidelibus preſentibus, ac futuris, quod dum in Italia Domini noſtri Frederici invictiſſimi Romanorum Imperatoris legatione fungeremur, Civitas Piſtorienſis a primo ingreſſu noſtro in Tuſciam, cum adhuc aliarum multarum Civitatum corda hexitarent, inventa eſt Imperio fideliſſima. Et ubicumque vel in Tuſciæ, vel Romaniæ, aut in Campanie partibus eius nobis auxilia fuere neceſſaria, tanta Imperio & nobis devotione & puritate deſervivit, & merito ab Imperiali celſitudine, & a nobis ſpeciali ſemper devotione debeat amplecti, & honoribus, ac commodis ampliari. Quapropter eamdem Civitatem Piſtorienſem utpote Imperii fideliſſimam cum univerſo Populo ſuo, & cum univerſis bonis ſuis mobilibus, & immobilibus ſub ſpecialem Domini Imperatoris tutelam, dominium, & defenſionem, atque ſub noſtram tuitionem pro debito noſtre legationis perpetuo recipimus, & auctoritate irrefragabili Domini noſtri Imperatoris perhenni editto ſtatuimus, ut nullus unquam Dux, vel Marchio, aut Comes, vel aliqua magna, mediocriſve perſona, ſe de Civitate illa, vel de hiis, que ipſi Civitati de iure attinent, audeat intromettere, aut eam aliquo modo vexare, ſeu moleſtare, ſed ſoli Domino Imperatori, eiuſque Nuntiis, & his, quibus ipſe preceperit, teneatur ſervire, quoniam eſt, & ſpecialiter ſe eſſe recognoſcit de dominicatu Imperii. Si quis autem hanc eius libertatem infringere, vel in aliqua parte, quod abſit, ipſam Civitatem, aut homines, ſeu bona eius contra rationem vexare, vel a Domini Imperatoris ſpeciali domipio alienare attemptaverit, pene mille marcharum argenti puri, & examinati ſubiaceat, earumque medietatem fiſco Imperiali attribuat, & reliquam medietatem comuni Civitatis Piſtor. perſolvat: inſuper Imperialem, ac noſtram indignationem perpetuo incurſurus, utque hoc Imperiale, ac noſtrum edictum perhennis vigoris, & evidentiſſimæ certitudinis ſemper eſſe valeat, preſentem paginam manu propria roborantes auctoritatis noſtre ſigillo juſſimus inſigniri. Hoc autem actum eſt in preſentia Epiſcoporum Aicardi Parmenſis, & Tratiani Piſtorienſis Epiſcopi, & Conſulum Lucenſium Everardi de Ambre Comitis de Sancto Miniate, & Guillelmi Comitis Senenſis, Opizonis Buccafollis Aldebrandi Conſulis. *Cetera deſunt.*

A D N O T A T I O.

Scriptum procul dubio diploma hoc eſt poſt Regnoldi ab Italia diſceſſum, & ante ejuſdem in Italiam reditum. Quamobrem annum inter MCLXII., quo cum Corporibus SS. trium Regum Mediolano translatis in Germaniam receſſit, & annum MCLXVI., aut ſequentem, quocum Friderici Aenobardi exercitu in Italiam regreſſus eſt, peſte heic a Deo Alexandri III. vindice corripiendus, ſcriptum fuerit hoc diploma. Thraciani Piſtorienſis, & Aicardi, ſeu Arialdi Parmenſis Epiſcoporum mentio heic fit praeſentium. Enimvero ſi Ughellio fides, anno MCLVIII. neſcio quem Gratianum Piſtorienſem Epiſcopum comminiſcenti, falſitatis arguendum eſſet diploma. Verum certo certius mihi eſt, eumdem eſſe Tracianum hunc, qui Gratianus ab Ughellio dicitur, & in ſuperiore carta memoratur.

X V I I I.

Lucii III. Privilegium pro Capitulo Piſtorienſi, ex ejuſdem Archivo Capituli.

Lucius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Nivaldo Piſtorienſis Eccleſie Prepoſito, eiuſque Fratribus tam preſentibus, quam futuris canonice ſubſti-

substituendis in perpetuum desiderium, quod ad religionis propositum, & animarum salutem pertinere monstratur, Deo auctore sine aliqua est dilactione complendum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Predecessorum nostrorum felicis memorie Urbani, Eugenii, & Alexandri Romanorum Pontificum vestigiis inherentes, hospitalem domum de Umbroncello, quam Predecessores vestri studiis, & impensis suis construxisse noscuntur, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona praedicta domus in presentiarum iuste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma ei, & illibata permaneant in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis; decimarum, que vobis a populo dantur, partem decimam, & laborum vestrorum decimas, quemadmodum ab iisdem Predecessoribus vestris unanimiter est statutum. Preterea eiusdem tenoris privilegium ceteris quoque per vestrum episcopatum sitis hospitalibus indulgemus. Ei videlicet, quod iuxta villam quarratam edificatum est, & quod iuxta Caprariam oppidum, & quod in prato, quod dicitur Episcopi, & quod iuxta locum, qui dicitur Crux brandeliana, hospitale de Docio, quod ab edificatore Esnello nomine per scriptum publicum vobis concessum est; & quoque quod in Brisceto Predecessorum vestrorum studiis, impensisque edificatum est. Quod nimirum predicto vestro Xenodochio de Umbroncello, quemadmodum a memorato Predecessore nostro statutum est, perpetuis temporibus subjectum esse decernimus. Quia vero extra urbes hee hospitales domus consistunt, huius privilegij decreto statuimus, ut infra unum stadium nemo iuxta eas aliquem capere, predari, aut hostiliter disturbare presumat. Quarum omnium ordinationes, ac dispositiones vobis, vestrisque successoribus ad exempla prefati Alexandri Pape duximus committendas; ut eorum, qui in vobis religiosiores fuerint voluntate communi, communicato etiam Fratrum Vallis umbrosiane consilio, consensu quoque vestri Episcopi si Catholicus fuerit, nichilominus adhibito. Rectores eiisdem domibus preponantur, qui secundum Deum earum curam habere, & pauperibus eo convenientibus sollicite ministrare procurent. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat easdem domos temere perturbare, aut in eisdem aliquem capere, aut eis subditas possessiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt usibus, eorumque saluti, qui optulerint, profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire temere temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit; potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Dominj Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eisdem domibus sua jura servantibus, sit pax Dom. nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen amen.

Ego Lucius Catholicae Ecc. Episcopus SS.
✠ Ego Theodinus Portuensis Sancte Rufine Sedis Episcopus subscripsi.
Ego Herricus Albanensis Episcopus.
Ego Theobaldus Hostiensis, & Velletrensis Episcopus.
Ego Johannes Presb. Card. tt. S. Marci.
Ego Laborans Presb. Card. tt. S. Marie trans Tiberim, ac Callixti.
Ego Umbertus tt. S. Laurentii in Damaso Presb. Card.
Ego Pandulfus Presb. Card. tt. duodecim Apostolorum.
Ego Albinus Presb. Card. tt. S. Crucis in Jerusalem.
Ego Melior Presb. Card. Ss. Johannis, & Pauli, & Pamachij.
Ego Arditio Diac. Card. S. Theodori.

Ego

Ego Gratianus Ss. Cosme, & Damiani Diac. Card.
Ego Soffredus S. Marie in via lata Diac. Card.

Datum Verone per manum Alberti Sancte Romane Ecclesie Presbiteri Cardinalis, & Cancellarii II. nonas Aprilis indictione tertia Incarnationis Dominice anno 1185. Pontificatus vero Domni Lucii Pape tertij anno quarto.

X I X.

Clementis III. Privilegium pro Monasterio S. Angeli, ex Archivo Monachorum Vallumbrosanorum Pistoriensium. Accedunt in margine variae lectiones ex simili privilegio Innocentii III.

CLemens (1) Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Johanni Abbati Monasterii Sancti Angeli, quod situm est in Suburbio Pistoriensi, eiusque Fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Quociens a nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii vestris postulationibus clementer annuimus, & prefatum Monasterium Sancti Angeli, in quo divino estis obsequio mancipati ad exemplar felicis recordationis Clementis Pape Predecessoris nostri sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus & presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti regulam, atque institutionem Fratrum Vallis umbrose in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem Monasterium iuste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis; (2) Locum ipsum, in quo prefatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; massaritiam de pecuniis cum vinea, & nemore, & hominibus ad districtum pertinentibus; clausuras etiam molendina, causagium totum, Ecclesiam S. Marci cum Parrocchia sua prope Monasterium sitam (3). Terram de Muoso cum clausura, & omnibus pertinentiis suis, redditus de Guliano, & omne ius, quod habetis in eadem Villa, sicut in instrumentis publicis continetur; decimas etiam possessionum vestrarum, quas a quadraginta annis hactenus pacifice tenuistis, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sine detrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas extorquere presumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos e seculo fugientes liberos & absolutos [4] ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli Fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit, nisi arctioris Religionis optentu, sine Abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Quum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excomunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam preterea illius loci liberam esse decernimus, ut eorum quoque [5] devotioni, & extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excomunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero Abbate (6), qui pro tempore fuerit, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia preponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars maior consilii sanioris secundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Preterea libertates, & immunitates antiquas & rationales (7) consuetudines monasterio vestro collatas, sicut hactenus observate sunt, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas manere presenti decreto sancimus, autoritate quoque

(1) Innocentius.

(2) Vocabulis exprimendi.

(3) Cum parrocchia, & sepultura omnium tam majorum, quam minorum ibidem commorantium debitis honoribus ac omni iure suo, sicut ea hactenus a 40. annis retro juste ac pacifice possedistis, terram de Moso.

(4) Liberos, & absolutos e seculo fugientes.

(5) Quoque omis.

(6) Vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum nullus.

(7) Rationabiles.

quoque apostolica interdicimus, ne quis infra fines Parrocchie vestre, presertim a S. Leonardo usque ad Sanctam Christinam, ullatenus sine assensu Diocesani Episcopi, & vestro Cappellam, seu Oratorium de novo edificare presumat, salvis tamen privilegiis Romanorum Pontificum (8). Prohibemus etiam, ne quis in vos, vel Monasterium vestrum excomunicationis, suspensionis, seu interdicti sententiam, sine manifesta, & rationabili causa, promulgare presumat, vel novas, & indebitas exactiones vobis, vel hominibus vestris imponat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fassit (9) prefatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate, & Vallisumbrosani Abbatis debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostre Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertioque commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant amen amen amen.

(8) Pontificum Romanorum.

(9) Liceat.

Ego Clemens Catholice Ecclesie Episcopus SS.
Ego Theobaldus Ostiensis, & Velletrensis Episcopus SS.
Ego Laborans Presbiter Cardinalis S. Marie trans Tiberim tituli Calisti SS.
Ego Melior Presbiter Cardinalis Ss. Johannis & Pauli tt. Pamachii SS.
Ego Jacobus Diaconus Cardinalis S. Marie in Cosmedin SS.
Ego Gratianus Ss. Cosme & Damiani Diaconus Cardinalis SS.
Ego Octavianus Ss. Sergii, & Bacchi Diaconus Cardinalis SS.
Ego Petrus Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis SS.
Ego Radulfus S. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis SS.

Datum Pisis per manum Moysi Lateranensis Canonici vicem agentis Cancellarii 13. Kal. Februarij Indictione sexta *, Incarnationis Dominice anno 1187. Pontificatus vero Domini Clementis Pape tertii anno primo.

* V.

Subscriptiones Bullæ Innocentii III.

Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus SS.
Ego Johannes Sabinensis Episcopus SS.
Ego Nicholaus Tusculanus Episcopus SS.
Ego Hũs Ostiensis, & Velletrensis Episcopus SS.
Ego Cinthius tt. S. Laurentii in Lucina Presbiter Cardinalis SS.
Ego Cencius Ss. Johannis & Pauli Presbiter Cardinalis tt. Pamachii SS.
Ego Petrus tt. S. Marcelli Presb. Card. SS.
Ego Benedictus tt. S. Susanne Presb. Card. SS.
Ego Leo tt. S. Crucis in Jhierusalem Presb. Card. SS.
Ego Petrus S. Pudentiane tt. Pastoris Presb. Card. SS.
Ego Guala S. Martini Presb. Card. tt. Equitii SS.
Ego Pelagius tt. S. Cecilie Presb. Card. SS.
Ego Guidus S. Nicholai in Carcere Tulliano Diac. Card. SS.
Ego Johannes S. Marie in via lata Diac. Card. SS.
Ego Oct. Ss. Sergii, & Bachi Diac. Card. SS.

Datum Laterani per manum Johannis S. Marie in Cosmedin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarii 3. Kal. Aprilis Indictione 15. Incarnationis Dominice anno 1212. Pontificatus vero Domni Innocentii Pape tertii anno 15.

XX.

X X.

Henrici VI. Regis Diploma pro Ecclesia Ticinensi S. Martini, ex Archivo eius Monasterij.

HEnricus sextus Dei gratia Rom. Rex, & semper Augustus. Decet Regie Majestatis eminentiam Ecclesiarum Dei utilitati, & commoditati clementi benignitate intendere; easque contra indebitas vexantium importunitates sue celsitudinis presidio communire. Ea propter notum facimus universis Imperii fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod cum Ripaticum Ecclesie Sanctorum Marini, & Leonis possideremus, attendentes ipsum ex antiqua donatione reverendorum Principum antecessorum nostrorum ad eamdem Ecclesiam pertinere, sicut etiam a Consulibus Justicie de Papia per sententiam judicatum est, pro salute anime nostre, & predecessorum nostrorum idem Ripaticum prememorate Ecclesie restituimus, & in perpetuum quiete tenendum confirmamus. Sententiam itaque, quam Garsidonius quondam Mantuanus Episcopus ex mandato Pape Urbani Tercii dedit contra ipsam Ecclesiam, regia auctoritate cassamus, statuentes, ut illa sententia nullum Ecclesie faciat prejudicium, presertim cum Pape Urbani non interfuerit de hiis, utpote de rebus Imperii, aliquo modo disponere, & cum etiam Ferrarienses adversarij Ecclesie tunc proscripti fuerint, & imperiali, ac Regali banno innodati. Decernimus itaque, ut prenominata Ecclesia Ripaticum idem in omne evum habeat, & quiete teneat, colligendo ipsum in ea summa, que in instrumento de dictis testium per Ricodeum Notarium confecto continetur. Statuimus igitur, & sub pena banni nostri, ac sub debito fidelitatis districte precipimus, ut de cetero nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, nulla Civitas, nullus Consul, nulla credentia, nulla potestas, nullus mercator, nullus hostalerius, nulla denique humilis, vel alta, secularis, vel ecclesiastica persona prefatam Ecclesiam in pretaxato Ripatico vexare, aut molestare audeat, vel quamcumque ei iniustitiam seu violentiam inferre. Quod qui facere presumpserit, XXX. libras auri optimi in ultionem temeritatis sue componat, dimidium Camere nostre, & reliquum passe iniuriam Ecclesie: huius rei testes sunt Otto frater noster, Fridericus Dux de Ottes, Comes Robertus de Nassove, Robertus de Dorna, Henricus Testa Marescalcus, Marquardus Dapifer, Guido de Sancto Nazario, Syrus Salienbenus Imperialis, ac Regalis Aule Judex, & alii quamplures. Datum Papie anno Domini MCLXXXVII. Indictione quinta, Idibus Septembris

X X I.

Henrici VI. Imperatoris Diploma pro Episcopatu Pistoriensi, ex eiusdem Archivo. Adcedunt in margine varie lectiones alterius Diplomatis, quod pro eodem Episcopatu satis simile dedit Otto IV. Imperator.

HEnricus Sextus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Rex Siciliæ (1) Apud Creatorem omnium tum ad presentis vitæ decursum prosperum, (2) tum æternæ salutis augmentum nobis certissime profuturum non ambigimus, si Ecclesiis Dei in suis necessitatibus piam auxilii nostri opem impendimus, ipsasque in suo iure, & honore studemus conservare. Quapropter notum facimus universis Imperii nostri fidelibus presentibus, & futuris quod nos (3) fidelem nostrum Bonum (4) Pistoriensem Episcopum, eiusque successores & Ecclesiam Pistoriensem cum Monte magno &c. & universis aliis rebus, & possessionibus, quæ vel de nostra concessione, vel per se, vel per alios in præsentiarum iuste habet, vel in posterum dante Domino poterit obtinere, in specialem Majestatis nostre protectionem recepimus (5) predicto Episcopo (6), suisque successoribus plenum ius dantes, & potestatem, ut terras, & homines Eccle-

(1) Otto IV. Dei gratia Roman. Imperator, & semper Augustus.
(2) Prosperio rem

(3) Dilectum.
(4) Soffredum Venerabilem.

(5) Precepimus protectionem.
(6) Antedicto Episcopo.

Ecclesiæ suæ de predictis locis, vel possessionibus distringat, datas ab eis accipiat, & plenam inter eos de causis suis faciat iustitiam, salva in omnibus Imperiali dignitate, & Iustitia (7) statuimus ergo & præsentibus Consulibus, & eis, qui pro tempore fuerint in Civitate Pistorii, & generaliter universis nuntiis nostris, & potestati Pistorien. quando fuerit, & consiliariis, & toti populo sub debito fidelitatis districte præcipimus, quatenus huic nostro precepto se nullatenus opponat, & predictum Episcopum, vel suos successores contra predicta aliquatenus præsumat molestare (8). Quod si quis (9) attemptaverit, LX. (10) libras auri (11) pro pæna componat, dimidium Cameræ nostræ, & reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam (12) presentem cartam inde conscribi iussimus, & Maiestatis nostræ sigillo communiri. Datum apud Montem Flasconis A. D. MCXCVI. Ind. XV. V. Kal. Novembris. Ego Vethos Apostolice Sedis Notarius, atque Tabularius autenticum illud privilegium Domini Henrici VI. Romanorum olim Imperatoris sigillo eius communitum, non abolitum, nec cancellatum, nec in aliqua parte sui viciatum, unde hoc exemplum sumptum est, vidi, & legi, & prout in eo inveni, nullo addito, vel remoto transcripsi, & fideliter exemplavi. Ideoque ad futuram ostentationem suscripsi signum meum apponens.

(7) Justitia, & dignitate Imperiali Castra quoque quæcunq: in prædictis jam possessionibus hedificata sunt vel adhuc hedificabuntur, dumtaxat Imperio, ejusque honori, & utilitati in nullo obsistant: memorato Episcopo, ejusque Successoribus, & Ecclesiæ Pistoriensi confirmamus, & eum hominibus ea inhabitantibus ipsam in nostram accipimus defensionem.

(8) Molestare præsumat.

(9) Facere.

(10) Quinquaginta.

(11) Potissimi.

(12) Ad cujus rei perpetuam evidentiam hanc cartam exinde conscriptam Majestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Hujus rei testes sunt Vvolfgerus Patriarcha Aquilegiensis, Conradus Spirensis Episcopus Imperialis Aulæ Cancellarius, Azzo Marchio Estensis, Comes Hartmannus de Vvirtinbo, Comes Marquardus de Vertig, Rodolfus de Kisilovve, Bliecherus de Stenshc. Henricus Marscaleus de Kalindin, Gunzilinus Dapifer, Vvaltherus Pincerna de Schipphen, Henricus Tamarius de Reinnspergg. Albertus Strucius, Passauuerra, Monachus de Villa Imperialis Curiæ Judices, & alii quamplures. Datum apud Ficeclū Anno Dominicæ Incarnationis MCCIX. VI. Idus Novembris Indict. XIII.

XXII.

Ottonis IV. Diploma pro Pistoriensibus, ex libro Censuum pag. 2.

IN nomine Sancte & Individue Trinitatis Otto quartus divina favente Clementia Romanorum Imperator & semper Augustus.

Imperatorie Majestati nostre decet clementiam devota fidelium suorum obsequia clementer respicere, ipsisque pro benemeritis digna magnificentie sue beneficia liberaliter impertiri. Ea propter notum facimus universis Imperii nostri fidelibus presentibus, & futuris, quod nos pre oculis habentes sinceram devotionem, & preclara servitia, quæ fideles nostri Cives Pistorienses in primo adventu ad ipsos Majestati nostre laudabiliter exhibuerunt, ipsos omnes cum personis, bonis, rebus, ac possessionibus eorum jurisdictione, comitatu, & districtu, que nunc iuste habent, & que olim habuerunt, vel in posterum dante Domino iuste adquisitionis titulo poterunt obtinere, in specialem defensionis nostre protectionem recepimus de Imperiali auctoritate ipsis concedentes, & confirmantes omnia iura, & actiones, possessiones, iurisdictionem, comitatum, & districtum, que nunc iuste tenent, & ea, que temporibus predecessorum nostrorum Frederici & Henrici VI. Imperatorum iuste habuerunt, & de his cum nuper in predicta Civitate essemus, eos cum vexillo manu propria investimus, salva in omnibus Imperiali iustitia, hoc etiam addito, ut que universitas eiusdem Civitatis nobis per suos nuntios promisit nobis inviolabiliter, compleant, & observent salvo quod in omnibus iure Episcopii Pistoriensis per privilegium nostrum ei indulto. Statuimus itaque, & sancimus, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, & Comes, Vicecomes, nullus Nuntius, vel Legatus noster, nulla Civitas, vel Potestas, nullum Comune, nullaque omnino secularis, vel ecclesiastica Persona predictos fideles nostros Cives Pistorienses contra hanc Majestatis nostre concessionem in aliquo audeat gravare, vel perturbare, quod si quis facere presumpserit, centum libras auri puri pro pæna componat, dimidium Camere nostre, & reliquum passis iniuriam; ad cuius rei certam, & perpetuam evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus, & Majestatis nostre sigillo communiri: huius rei testes sunt Wulferus Patriarca Aquilegiensis, Henricus Mantuanus Episcopus Curie Vicarius, Soffredus Pistor., Reinardus Comes de Gurizia, Artemmannus de Guertemberc Comes, Marcoaldus de Veringe, Tebuldus Comes Acerrarum, Echelinus de Tervisio, Sallenguerra de Ferraria, Rodolfus de Khililiuve, Albertus Stúccius Passaguerra Monadus, Presbiter Rufinus Curie Iudices & alii quamplures.

Signum Domini Ottonis IV. Romanorum Imperatoris Invictissimi.

Ego

Ego Curiadus Spirensis Episcopus Imperialis Aule Cancellarius Vicedomini Teodorici Coloniensis Archiepiscopi, & totius Ytalie Archicancellarij recognovi. Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis milesimo dugentesimo nono Indictione XIII. * regnante Domino Ottone IV. Romanorum Imperatore gloriosissimo anno regni eius duodecimo, Imperii vero primo: datum apud pratum per manum Gualterij Imperialis Aule Protonotarii octavo Idus Februarij. Ego Vethosus Apostolice Sedis Notarius, atque Tabellio autenticum illud Domini Ottonis IV. Romanorum Imperatoris Imperiali sigillo cereo pendenti munitum privilegium non abolitum, nec cancellatum unde hoc sumptum est exemplum vidi, & legi, & prout in eo reperi, de verbo ad verbum hic scripsi, & fideliter exemplavi, & ad futuram ostensionem dicto exemplo signum proprium apponendo subscripsi.

* XII.

XXIII.

Ottonis IV. Diploma pro Episcopio Pistoriensi, ex eiusdem Archivo.

OTto IV. Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus. Temporalis Imperii Celsitudo, que orbem terrarum provido munimine moderatur, Sacrosanctam Ecclesiam ab ipso fidei primordio edictis, & favorabilibus constitutionibus premunivit, statuens, ut redditis hiis, que sunt Cesaris Cesari, libera sit ab omnibus gravaminibus Tirannorum. Nos autem nostrorum predecessorum vestigia pia sollicitudine imitari volentes iustam petitionem dilecti viri Soffredi Pistoriensis Episcopi dilecti fidelis nostri benigne admisimus: unde tam ipsum, quam Ecclesiam sibi commissam sub nostra suscipimus protectione firmiter statuentes, ut Ecclesia ipsa cum omnibus Ecclesiis per suam Diocesim constitutis libera sit ab angariis, perangariis, & exactionibus Potestatum, vel Consulum, seu Comitum Civitati Pistoriensi vel Episcopatui pro tempore preminentium. Decernimus etiam, ut Ecclesie Pratensis districtus, que in Pistoriensi Diocesi consistunt, eadem gaudeant libertate, & homines de Prato, vel Comune Pratensium non presumant ipsas Ecclesias aliquibus exactionibus pergravare. Item statuimus, ut nulli omnino Laicorum liceat a predictis Ecclesiis accipere foderum, seu collectam, vel albergariam. Precipimus insuper Potestatibus, & Consulibus sub debito fidelitatis, ut prefatis Ecclesiis nullam in spiritualibus vel temporalibus iniuriam inferant, vel gravamen: set earum iura studeant fideliter, & utiliter conservare, & Episcopi querimonias, suorumque subditorum precipere diligenter & audire: ac illis exhibere, & facere plenariam in omnibus rationem. Si autem aliqui hanc nostre Imperialis protectionis paginam ausu temerario presumpserint violare, penam sexaginta librarum auri persolvant: medietatem Camere nostre, & aliam medietatem Ecclesiis pretaxatis, & ut hec preceptio nostra inviolata servetur, ipsam iussimus Imperialis sigilli robore premuniri. Huius rei testes sunt Wolfcherus Aquilegensis Patriarcha, Corradus Spirensis Episcopus Imperialis Aule Cancellarius, Iohannes Cameracensis Episcopus, Wilglelmus Aquensis Prepositus. C. Dapifer Imperii . . . . . Pincerna Imperii. Monachinus Mediolanensis, & Preuide Placentinus Imperialis Aule Iudices, & alii quamplures. Datum apud Florentiam anno Dominice Incarnationis millesimo CC. nono tertio nonas Decembris Inditione decima tertia.

XXIV.

Bulla Honorii Pape III. pro Episcopatu Pistoriensi, ex apographo, seu libro nigro fol. 17. Episcopalis Archivi. Adcedunt in margine variae lectiones ex similibus Bullis Anastasii IV., & Innocentii III., quae in eodem Archivo servantur.

HOnorius [1] Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili [2] Soffrido eiusque successoribus canonice subsitituendis in perpetuum.

Quoniam universalis Ecclesie curam Deo, prout ipsi placuit, disponente suscepimus, opportet nos Fratres nostros Episcopos ampliori charitate diligere, & Ecclesias eorum gubernationi commissas protectione Sedis Apostolice communire (3) quatenus tam eis, quam Ecclesiis, que ipsorum regimini sunt commisse sub Apostolica tuitione manentibus, & Apostolorum Principis patrocinium contra pravorum incursus adeptis, & ipsi offitii sui prosecutioni valeant propensius imminere, & commisse ipsorum pastioni oves dominice vite pabulum apud eos cessantibus pravorum molestiis, uberius & quietius possint jugiter convenire. Eapropter Venerabilis in Christo Frater Soffrede [4] Pistoriensis Episcope, & tue honestatis, & antique devotionis, qua Pistoriensis Ecclesia semper in Apostolice Sedis reverentia, & veneratione permansit; consideratione inducti, ad exemplar felicis recordationis Urbani,. Pascalis [5], Innocentii [6] II. Anastagii, Alexandri, Urbani III., & Innocentii III. Predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum eamdem Ecclesiam sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut qualcumque possessiones quorumcumque bonorum eadem Ecclesia in presentiarum iuste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis prestante Domino, poterit adipisci [7], firmiter tibi, tuisque Successoribus integra, & illibata [8] permaneant. Sancimus etiam, ut Diocesis Pistoriensis Episcopatus, sicut ejus termini praedictorum Predecessorum nostrorum privilegiis distincti sunt, sic in iure, & condictione Pistoriensis Episcopi sine aliorum molestia, vel inquietudine perseverent, per quos nimirum terminos subscripte Capellae, & Ecclesie constitute esse noscuntur, Capella videlicet de Capraria:, Capella Hospitalis de Rosaria, Plebs de Massa, Capella de Vincio, Capella de Bucuniano [9], Cap. de Castello nuovo (10), Cap. S. Martini in Monte Culli, Cap. S. Marie Magdalene in Colle [11]; Cap. de Galciano [12]; Cap. de Venua, super quam prefati Predecessoris nostri Urbani post tertiam & quartam discussionem est prolata sententia; Cap. Hospitalis de Fanano; Cap. Hospitalis prefati [13] Episcopi; Cap. de Rotie; Cap. de Cerbaria; Cap. Montis acuti; Cap. de Insula; Cap. S. Salvatoris sita prope pratum [14] iusta fluvium Bisentium [15]; Cap. S. Martini [16] in Coiano, Curte etiam, que vocatur Pavana in Pistoriensi Comitatu cum Castello Sambuce in Curtis confinia constructo [17] Sancte Pistoriensi Ecclesie confirmamus, sicut a Venerabilis memorie Comitissa Matilde Beati Petri filia post diu examinatam a compluribus Judicibus, ac Jurisperitis actionem per iudicium Bernardi S. Matris [18] Ecclesie Presbiteri Cardinalis, & iam dicti Paschalis Pape Vicarii in manu [19] digne recordationis Ildebrandi Predecessoris tui, & Fratrum eius restituta esse cognoscitur. Porro decimationes de Monte Murlo, de Prato, de S. Paulo, de Cholonica de Monte magno, de Lamporecchia (20) de Creti de Spanarecchio, quas de Laicorum manibus solertia predicti Predecessoris tui eripuit: nullus unquam ab Ecclesie iure & Clericorum usibus alienare presumat. Idipsum de ceteris Curtibus, prediisve precipimus, que hodie in ecclesiastica Pistoriensi possessione persistunt, vid. de Lizzano, de Mammiano, de Cavinana, de Batoni, de Saturnana, de [21] Brandellio, de Gropula [22], Piscia, Vinacciano, Tobiana, Publica, Silva mortua, Vizule [23], Plazanese [24], Celeri [25], & de terra sita infra Episcopatum Bononiensem, quam tenuerunt homines de Valle Biderla (26), Curte de Spalliolo [27]. Insuper confirmamus vobis Plebem S. Hippoliti

(1) Anastasius Innocentius.
(2) Fratri Tracie *Anast.*
(3) Quatinus *Anast.*
(4) Thracia *Anast.*
(5) Et *Innocentii* Romanorum Pontificum *Anast.*
(6) Anastasii, Alexandri, & Urbani III. Predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum *Innoc. III.*
(7) Firma tibi *Anast.*
(8) Et illibata *Anast.* illibata *Innoc. III.*
(9) Omittit *Innocentius* 3.
(10) Novo *Innoc.* & *Anast.*
(11) Celle, *Innoc. III.*
(12) Varezzano *Anast.* Varazzano, *Innocentius.*
(13) Capella prati Episcopi *Anast.* & *Innoc.*
(14) In Prato. *Anast.*
(15) Omittit. *Anast* omnia.
(16) Omittit. *Anast.*
(17) Construtto, *Anast.*
(18) tunc Sancte Romane, *Anast.*
(19) Manibus, *Innoc.*
(20) Lamporekio *Anast.*
(21) Omittit. *Anast.*
(22) Groppule, *Anast.* & *Innoc.*
(23) Omitt. *Innoc.*
(24) Petanense *Anast.* Omit. *Innoc.*
(25) Omittit. *Innoc.* Celleri. *Anast.*
(26) Valle Liderla *Anast.*
(27) Spallioro *Anast.*

politi in alpe, Plebem S. Laurentii, Plebem in Monte Murlo, Plebem de Viliano, Plebem S. Quirici [28] Plebem in monte Cuccoli [29] Plebem in Saturnana, Plebem de Brandellio, Plebem de Cavinana, Plebem S. Marcelli, Plebem de Lizzano, Plebem de Popilia [29], Plebem de Piteglio, Plebem de Furfalo, Plebem de Celle, Plebem de Caloria [30] Plebem de Vinatiano, Plebem de Massa, Plebem de Creti, Plebem de Ramporecchio (31) Plebem de Limite, Plebem de Artimino, Plebem de Seiano [32] Plebem de Quarrata, Plebem de Montemagno, Plebem de Tobiano, Plebem S. Hippoliti, Plebem S. Pauli, Plebem de Aiolo, Plebem S. Justi, Plebem de Colonica, in Prato Plebem S. Stephani. Ad hec adijcientes sancimus, ut occasione privilegii, quod Pratenses a Romana Ecclesia [33] se habere (34) congaudent, nulla iniuria, vel diminutio [35] aut inobedientia Matri sue Pistoriensi Ecclesie, seu cuilibet supradictarum Plebium, vid. S. Pauli, S. Hippoliti, S. Petri (36) de Aiolo (37), S. Justi de Colonica, vel alicui in aliquo inferatur, nec Pratensis Ecclesia, vel Clerici ipsius loci eodem scripto contra iustitiam vel dignitatem, aut in [38] obedientiam Ecclesie, seu Episcopi Pistoriensis utantur. Sed quemadmodum Predecessorum nostrorum Urbani, Paschalis, Innocentii II. (39) Alexandri, & Innocentii III. [40] atque aliorum, seu etiam bone memorie & (41) Ildebrandi Pistoriensium Episcoporum tempore extitit, ita iam dicta Pratensis Ecclesia absque aliqua diminutione potestatis, aut dignitatis [42] Pistoriensi Ecclesie, vel Episcopi eius in omnibus, & per omnia [43], obediens, & subiecta permaneat, prohibentes [44] insuper, ut in Episcopatum tuum (45) nullus Ecclesiam, vel Oratorium sine assensu tuo, vel Successorum tuorum de novo constituere [46] audeat, salvo tamen privilegio Romane Ecclesie: liceat quoque tibi, & successoribus tuis baptismales Ecclesias in eadem Diocesi constituere, si necessitas visa fuerit imminere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam [47] Pistoriensem Ecclesiam temere [48] perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu [49] quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra, & illibata serventur tam tuis quam tuorum fratrum, & pauperum usibus profutura. Salva Sedis Apostolice auctoritate. Si qua (50) igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus (51) & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen, [52] amen, amen.

Ego Honorius Catholice Ecclesie Episcopus.

Ego Petrus S. Pudentiane tt. Pastoralis Presbiter Cardinalis.
Ego Robertus tt. S. Stephani in Celio monte Presbiter Cardinalis.
Ego Stephanus Basilice duodecim Apostolorum Presbiter Cardinalis.
Ego Gregorius tt. S. Anastasie Presbiter Cardinalis.
Ego Gregorius * tt. S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis.
Ego Octavianus tt. S. Sergii, & Bacchi Diaconus Cardinalis.
Ego Gregorius S. Theodori Diaconus Cardinalis.
Ego Nicolaus Tusculanus Episcopus.
Ego Guido Prenestinus Episcopus.

Datum Laterani per manum Ranerii S. R. E. Vicecancellarii nonis Julii Indictione octava * Incarnationis Dominice anno 1218. Pontificatus vero Domini Honorii Pape Tertii anno secundo.

Subscriptiones Bullae Anastasii IV.

Ego Anastasius Catholice Ecclesie Episcopus.

Ego Hicmarus Tusculanus Episcopus.
Ego Ugo Hostiensis Episcopus.
Ego BB. Presb. Cardinalis tt. Calisti SS.

(28) *Has duas Plebes ante Plebem S. Hippoliti ponit Innoc.*
(29) Omittit. *Anast. scribit autem* Plebem de Spanareclo.
(29) Popillio *Innoc. & Anast.*
(30) Calloria, *Anast.*
(31) Lamporeclo *Anast.*
(32) Saiano, *Anast.*
(33) A nobis, *Anast.*
(34) Se impetrasse, *Anast.*
(35) Imminutio *Anast.*
(36) Omittit. *Anast.*
(37) Aiulo *Anast.*
(38) Omittit. *Anast. & Innoc.*
(39) Et Innocentij & aliorum, *Anast.*
(40) Hoc omittit. *Innocentius.*
(41) Petri, & *Anastatius*, & *Innoc.*
(42) Dingnitatis, *Innoc.*
(43) Et per omnia *omittit Anast.*
(44) Prohibemus *Innoc. omittit hoc, & cetera Anast. qui prosequitur* nulli ergo omnino hominum fas sit.
(45) Episcopatu tuo *Innoc.*
(46) Construere, *Innoc.*
(48) Sepe dictam *Anast.*
(47) Pertemere *Innoc. III.*
(49) Aut, *Anast.*
(50) Siquis igitur in posterum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, aut quelibet ecclesiastica *Anast.*
(51) Quatinus, *Anast.*
(52) Amen. *Inn.* Amen, Amen, *Anast.*

* Vel potius Guidus.

* VI.

Ego

Ego Guido Presb. Cardinalis tt. S. Glogoni SS.
Ego Manfredus Presb. Cardinalis tt. S. Savine SS.
Ego Aribertus Presb. Cardinalis tt. S. Anastasie SS.
Ego Julius Presb. Card. tt. S. Marcelli SS.
Ego Guido Presb. Card. tt. Pastoris SS.
Ego Octavianus Presb. Card. tt. S. Prisce SS.
Ego Henricus Presb. Card. tt. Ss. Nerei, & Achillei SS.
Ego Oddo Diaconus Card. tt. S. Georgii ad velum aureum SS.
Ego Guido Diaconus Card. S. Marie in Porticu SS.
Ego Jacintus Diaconus Card. S. Marie in Cosmydyn SS.
Ego Gerardus Diaconus S. Marie in via lata SS.
Ego Oddo Diac. Card. S. Nicholai in carcere Tulliano SS.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Presbiteri Cardinalis, & Cancellarii decimo sexto Kal. Martii Indict. secunda * Incarnationis Dominice anno MCLIII. Pontificatus vero Domini Anastasii Pape quarti anno primo.

* I.

Subscriptiones Bullae Innocentii III.

Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus SS.
Ego Cinthius tt. S. Laurentii in Lucina Presbiter Cardinalis SS.
Ego Centinus Sanctorum Joannis & Pauli Presbiter Cardinalis tt. S. Pamachii.
Ego Petrus tt. S. Marcelli Presbiter Cardinalis SS.
Ego Benedictus tt. S. Susanne Presbiter Cardinalis SS.
Ego Leo tt. Sanctæ Crucis in Jerusalem Presbiter Cardinalis SS.
Ego Petrus Portuensis, & S. Rufine Episcopus.
Ego Johannes Albanensis Episcopus SS.
Ego Johannes Sabinensis Episcopus SS.
Ego Nicholaus Tusculanensis Episcopus SS.
Ego Hugulinus Ostiensis, & Velletrensis Episcopus SS.
Ego Gregorius S. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis SS.
Ego Guido S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis SS.
Ego Johannes S. Marie in via lata Diaconus Card. SS.
Ego Octo Ss. Sergii, & Bacchi Diaconus Card. SS.
Ego Johannes Ss. Cosme & Damiani Diaconus Card. SS.
Ego Pelagius S. Lucie ad septa solis Diaconus Card. SS.

Data Laterani per manum Johannis Sancte Marie in Cosmedin Diaconi Card. Sancte Romane Ecclesie Cancellarii XIII. Kal. Novembris Indictione tertiadecima Incarnationis Dominice anno 1209. Pontificatus vero Domini Innocentii Pape III. anno duodecimo.

ADNOTATIO.

Similis plane Innocentianae Bulla est Urbani III. his paucis exceptis : *juxta flumen Bysentium* . . . . . prohibemus insuper . . . . *si qua igitur in futurum*.

Adcipe jam hujus quoque Bullae subscriptiones, quae ad Cardinalium historiam inlustrandam maxime faciunt.

Ego Urbanus Catholice Ecclesie Episcopus SS.
Ego Henricus Albanensis Episcopus SS.
Ego Paulus Prenestinus Episcopus SS.
Ego Theobaldus Ostiensis, & Velletrensis Episcopus SS.
Ego Petrus Debono Presbiter Cardinalis TT. S. Susanne.
Ego Laborans Presbiter Cardinalis TT. Calisti SS.
Ego Pandulfus Presbiter Cardinalis TT. XII. Apostolorum.
Ego Melior Presbiter Cardinalis Sanctorum Johannis & Pauli T. Pamachij.
Ego Adolardus TT. S. Marcelli Presbiter Cardinalis SS.
Ego Jacinthus S. Marie in Cosmedin Diaconus Cardinalis.

Ego

Ego Gratianus Ss. Cosme & Damiani Diaconus Cardinalis.
Ego Rollandus S. Marie in Porticu Diaconus Cardinalis.
Ego Petrus S. Nicolaj in Carcere Tulliana Diaconus Cardinalis.
Ego Radulfus S. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis.
Datum Verone per manum Alberti S. Romane Ecclesie Presbiteri Cardinalis, & Cancellarii XII. Kalendas Junij indictione V. Incarnationis Dominice anno 1187. Pontificatus vero Domni Urbani Pape tertii anno secundo.

X X V.

Friderici II. Imperatoris Diploma pro Urbe Pist. ex libro Censuum pag. 64.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis Fredericus secundus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Sicilie. Regalis eminentie Celsitudo preclara fidelium suorum obsequia tenere ante Majestatis sue oculos consuevit, & eos pocius honorare, ac dignis gratie beneficiis prevenire, pro quibus in conspectu suo, & sincera devotio supplicat, & servitia grata perorant. Eapropter notum esse volumus universis nostris fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod nos attendentes puram fidem, & sinceram devotionem dilectorum fidelium nostrorum Comunis Civitatis Pistorii, quam erga ipsum, & nos laudabiliter habuisse noscuntur intuitu etiam servitiorum, que divis augustis Predecessoribus nostris memorie recolende exhibuerunt fideliter, & devote, atque Majestati nostre de bono in melius exhibebunt, memoratum Comune Pistor. cum omnibus bonis suis sub speciali protectione nostra recipimus, concedentes, & confirmantes eis in perpetuum districtum, & jurisdictionem, & omnia eorum bona, que a temporibus Predecessorum nostrorum predictorum ab eis, & imperio iuste tenuerunt & rationabiliter habuerunt, & de his omnibus iuxta morem Imperij investivimus Ugolinum Paganelli potestatem dicte Civitatis pro parte totius Comunis Civitatis ipsius iure & honore Imperii in omnibus conservato. Mandantes, & presentis privilegii auctoritate firmiter iniungentes, ut quecumque persona alta, vel humilis, ecclesiastica, vel secularis, Civitas, seu Comune contra hanc receptionem, concessionem, & confirmationem nostram venire presumpserit, centum libras auri componat, quarum medietas Camere nostre, altera vero passis iniuriam persolvatur. Ad cuius rei memoriam presens privilegium inde fieri, & bulla aurea tipario Maiestatis nostre impressa fecimus communire. huius rei sunt Bertoldus Aquilegiensis Patriarcha, Ulricus Pataviensis Episcopus, Sifridus Augustonensis Episcopus, Albertus Tridentinus Electus, Bertoldus Brixiensis Episcopus, Ludevicus Dux Bavarie, Comes Palatinus Reni, Willelmus Marchio Montisferrati, Azzo Marchio Hestensis, Anselmus de Justingen Marescalcus, Wernerus Dapifer de Hollandia, & alii quamplures.

Signum Domini Frederici Secundi Dei gratia Invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, & Regis Sicilie.

Ego Conradus Dei gratia Metensis & Spirensis Episcopus Imperialis Aule Cancellarius vice Domini . . . . . Dei gratia Coloniensis Archiepiscopi, & totius Ytalie Archicancellarij recognovi. Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo XX. [sic] Novembris Indictione nona Regnante Domino nostro Frederico Secundo Dei gratia Jnvictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, & Rege Sicilie, Anno Romani Imperij eius primo, Regni autem Sicilie vigesimo tertio feliciter amen.

Datum in Castris apud Urbem anno, mense, & Indictione prescriptis.

Ego Vethosus Apostolice Sedis Notarius, atque Tabellio illud autenticum privilegium Domini Frederici Secundi Dei gratia Romanorum Imperatoris Imperiali eius aurea Bulla pendenti munitum, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, unde hoc sumptum est exemplum, vidi, & legi, & hic prout in eo reperi, scripsi, & fideliter exemplavi, nullo addito, vel remoto. Ideoque dicto exemplo ad futuram ostensionem signum proprium apponendo subscripsi.

X X V I.

Friderici II. Imperatoris privilegium pro Episcopio Pistoriensi, ex secretiore ejusdem Episcopii Archivo.

IN nomine Sancte & Individue Trinitatis Friderigus II. Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem, & Sicilie Rex. Si merita respicimus Personarum, & loca Deo digna quibus præsunt, nostrorum Prædecessorum vestigiis inhærentes, qui statum eorumdem locorum venerabilium promoverunt, Celsitudinis Imperialis decoramus titulos, & inde præmia æternæ retributionis acquisivimus. Unde ad Divini cultus servitij, & ad Ecclesiarum Dei auxilium pie provisionis solatia ministramus. Universis igitur Imperii fidelibus tam presentibus, quam futuris volumus esse notum, quod Gratia Dei Venerabilis Episcopus Pistoriensis dilectus fidelis noster quoddam privilegium, quod inclyte recordationis Dominus quondam Imperator Henricus Pater noster Ecclesie Pistoriensi pie concessit, nostræ Celsitudini præsentavit, supplicans humiliter, & devote, ut privilegium ipsum de verbo ad verbum transcribi & ea que continentur in eo, sibi & Ecclesie Pistoriensi confirmare de gratia dignaremur, cuius privilegii continentia talis erat. Henricus VI. Divina favente Clementia Imperator semper Augustus & Rex Sicilie. Apud Creatorem omnium tum ad presentis vite decursum prosperiorem, tum æternæ salutis augumentum nobis certissime profuturum non ambigimus, si Ecclesiis Dei suis necessitatibus piam auxilii opem impendimus, ipsasque in suo iure & honore studemus conservare. Quapropter notum facimus universis Imperii nostri fidelibus presentibus, & futuris quod nos fidelem nostrum Bonum Pistoriensem Episcopum, eiusque Successores, & Ecclesiam Pistoriensem cum Montemagno, & eius Curte & Villa de Burciano, Castro Lamporeclo, Villa de Urbiniano, & eius Curte, Castro de Celle, cum Valle de Celle & eius Curte, sicut Serenissimus Pater noster Fridericus Romanorum Jmperator Augustus per privilegium suum antecessori suo Pistoriensi Episcopo confirmavit, & universis aliis rebus, & possessionibus, que vel de nostra concessione, vel per se, vel per alios in presentiarum iuste habet, vel in posterum dante Domino poterit obtinere, in specialem Majestatis nostre protectionem recepimus, predicto Episcopo suisque Successoribus plenum ius dantes, & potestatem, ut terras, & homines Ecclesie sue de predictis locis, vel possessionibus distringat, datas ab eis accipiat, & plenam inter eos de causis suis fatiat justitiam, salva in omnibus Imperiali dignitate, & justitia. Statuimus igitur, & præsentibus Consulibus, & eis qui pro tempore fuerint in Civitate Pistorii, & generaliter universis Nuntiis nostris, & Potestati Pistoriensi qui fuerint, & Consiliariis, & toti Populo sub debito fidelitatis districte præcipimus, quatenus huic nostro præcepto se nullatenus opponant, & prædictum Episcopum, vel suos Successores contra prædicta aliquatenus præsumat molestare; quod si quis attentaverit, sexaginta libras auri pro pæna componat, dimidium Cameræ nostræ, & reliquum passis iniuriam, ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam præsentem chartam inde conscribi jussimus, & Majestatis nostre sigillo communirj. Datum apud Montem Flasconis A. D. millesimo centesimo nonagesimo sexto Indictione quinta decima V. Kal. Novembris. Nos igitur attendentes, quod dictus Gratia Dei Venerabilis Episcopus nobis, & Imperio semper devotus extitit, & fidelis, attendentes etiam, quod ex collatis ab Imperiali munificentia beneficiis, tam idem Eipscopus, quam & Successores eius per obsequiorum gratitudinem nobis, & Imperio de bono in melius poterunt complacere, privilegium ipsum, & omnia suprascripta, quæ in ipso vidimus contineri, sibi, successoribus suis, & Pistoriensi Ecclesiæ in perpetuum confirmamus, confirmantes nihilominus eidem Pistoriensi Episcopo, Successoribus suis, & Pistoriensi Ecclesiæ omnia, quæ temporibus Prædecessorum nostrorum Dominorum Augustorum, & maxime Imperatorum Friderici, & Henrici Avi, & Patris nostri memoriæ recolendæ iuste tenuit & possedit, & nunc etiam rationabiliter dignoscitur possidere,

salva

ſalva in omnibus Imperiali iuſtitia: de habundatiori ergo munificentiæ noſtræ gratia, qua conſuevimus Dei Eccleſias piæ proviſionis ſolatiis refovere, dicto Piſtorienſi Epiſcopo, Succeſſoribus eius, necnon Eccleſiæ Piſtorienſi adijciendo concedimus, & devotionem ipſius gratia Dei Piſtorienſis Epiſcopi de mera liberalitate, & ex certa ſcientia, ut nulla præſcriptio, niſi centum annorum, eis poſſit opponi, non obſtante lege nova, quæ præſcriptione quadragenaria excludit Eccleſiam, & Jus alienum abſorbet; quod obtinere volumus tam in inchoandis præſcriptionibus contra ipſam Eccleſiam, quam etiam in inchoatis, vel quæ iam etiam ſunt præſcriptæ, niſi iuſtus titulus appareret ſuper iuribus, actionibus, & rebus eiuſdem Eccleſiæ iam præſcriptis, ſtatuentes, & præſentis privilegii auctoritate firmiter injungentes, ut nulla omnino Perſona alta, vel humilis, eccleſiaſtica, vel ſæcularis jam dictum Epiſcopum, & Succeſſores ſuos, necnon Eccleſiam antedictam ſuper predictis omnibus temere impedire, ſeu moleſtare præſumat, vel eis auſu temerario contraire: quod qui preſumpſerit, indignationem noſtram, & pænam centum librarum auri ſe noverit incurſurum, medietatem Cameræ noſtræ, reliquam medietatem paſſis injuriam perſolvendam. Ut autem hec noſtra conceſſio, & confirmatio rata ſemper, & inconcuſſa permaneat, præſens privilegium inde fieri, & ſigillo celſitudinis noſtræ iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt Lando Ven. Reginenſis Archiepiſcopus, Julianus Majanenſis, & Joannis Bojanenſis Epiſcopi, Frater Ermannus Venerabilis Magiſter domus Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Theotonicorum in Jeruſalem, Rainaldus Dux Spoleti, & Brittoldus Frater eius, Syfridus Comes de Vienna, Simon Comes Theatinus, Albertus Comes de Stafel, & alii quamplures.

Signum Domini Friderici Sereniſſimi Dei gratia invictiſſimi Rom. Imperatoris ſemper Auguſti, Hieruſalem, & Siciliæ Regis.

Acta fuerunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto Menſe Januario, quarta decima Indictione, imperante Domino noſtro Friderico II. Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto Hieruſalem, & Siciliæ Rege, Anno Romanj Imperij eius ſexto, Regni Hieruſalem primo, & Regni Siciliæ vigeſimo nono feliciter amen. Datum apud S. Quiricum Anno, Menſe, & Indictione præſcriptis.

XXVII.

Rainaldi Ducis Spoleti Diploma pro Auximatibus & Recinetenſibus ex Archivo Civitatis Auximanae.

RAinaldus Dei & Imperiali gratia Dux Spoleti, Imperialis Tuſciae, & Marchiæ Legatus. Per preſens Scriptum notum facimus univerſis tam preſentibus, quam futuris, quod nos pro parte, & vice Domini noſtri Friderici Dei gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem, & Siciliæ Regis, cujus vicem gerimus, prout in ſcripto Statuti ſui apparet, quod eſt continentie talis. Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem, & Siciliae Rex. Per preſens ſcriptum notum facimus univerſis imperii noſtri fidelibus, tam preſentibus, quam futuris, quod cum ex commiſſa nobis Imperialis Eminentie dignitate teneamur cura, & providentia diligenti de totius Imperii noſtri regimine ſalubriter diſponere, & partes eius univerſas, & ſingulas ſollicite moderari, de prudentia, & legalitate Raynaldi Ducis Spoleti dilecti fidelis noſtri, cujus induſtriam habemus diu cognitam, & expertam plenius confidentes conſtituimus eum Legatum Imperii in Marchia Anconitana, tota terra Comitiſſe Mattillis, Valle lacu, & maritima, & ei conceſſimus in eiſdem plenarie vices noſtras, ut in omnibus earumdem regionum locis & partibus officium legationis exerceat, & loco, ac vice noſtri ad honorem noſtrum, & Imperii comode tractet, diſponat, & ſtatuat univerſa. Cui dedimus plenariam poteſtatem in omnibus quecumque in predictis locis nos ipſi perſonaliter facere debemus. Statuimus igitur, & imperiali auctoritate firmiter, & diſtricte precipimus, quatenus

tenus eidem Duci Spoleti dilecto fideli nostro tanquam persone nostre in omnibus, quae ad ipsius legationis officium pertinent, universi, & singuli fideliter pareant, & devote intendant. Nec sit aliquis, qui suae dispositioni, vel voluntati temerarium in aliquo se opponat. Quod si quis presumserit, indignationem nostri Culminis se noverit incursurum. Ad hujus itaque constitutionis, & commissionis nostrae memoriam, & robur perpetue firmitatis presens scriptum fieri, & Bulla aurea tipario nostre Majestatis impressa jussimus communiri. Datum Brundusii anno Dominice Incarnationis millesimo dugentesimo vigesimo octavo mense Iunii prime indictionis. Attendentes grata, & accepta servitia, que homines Civitatis Osmi, & Castri Racanati fidelis Imperii eidem Domino Imperatori, & Imperio semper devote, & fideliter prestiterunt, ac prestare receperunt in futurum, considerantes etiam fervorem devotionis ipsorum, quia in hoc tempore se spontaneos, & gratuitos ad mandata, & obsequia Domini Imperatoris, & Imperii obtulerunt, ipsos sub speciali defensione, & protectione Imperii recepimus, promittentes ipsos conservare in libertate, & bono statu suo, nec non Civitatem Osmi, & Castrum ipsum Racanati cum omnibus justitiis, & rationibus suis, comitatibus videlicet, districtibus, jurisdictionibus curie, & aliis eorum pertinentiis, & honoribus manutenere, crescere, & amplificare, villas etiam eorum, & ceteros ipsorum districtus in suo bono statu, & libertate promittimus conservare, manutenentes, & conservantes ad voluntatem Communium Osmi, & Racanati secundum statum suum, si quod castrum, vel villa de eorum districtibus est distructa, seu mutata; promittentes quod, si quod de ipsorum districtibus, seu comitatibus ab aliquo, vel ab aliquibus est detenctum, vel occupatum, illud pro posse recuperabimus, & in suo bono statu, & libertate ponemus. Videlicet Sirolum, Massagnanum, & Camuranum. Castrum de cingulis promittimus manu tenere, & conservare cum jurisdictione, & omnibus rationibus suis, & districtu in sua libertate, & bono statu. Item Civitati Osmi, & villis suis remittimus omne tributum, collectam, & datiam, exceptis quinquaginta libris Ravennatum, & Anconitanorum inter Civitatem, & villas ipsius annuatim Imperiali Curie persolvendis. Item omnibus Castris de eius districtu remittimus predicta omnia, excepta pensione imperiali, videlicet viginti sex denariis pro foco singillatim. De abundantiori quoque gratia, qua consuevimus fidelibus benemeritis providere, portum Racanati cum omnibus integritatibus, & jure suo manutenere volumus, & defendere tam per mare, quam per terram. Concedentes hominibus Racanati facere ipsum portum, & habere ubicunque voluerint, a flumine Potentie & in ipso fluvio usque ad fluvium Aspie, & in ipso fluvio aquas conducere, & ad usum portus facere, quid quid sibi melius, & utilius viderint expedire, salvis promissionibus & pactis, que inter ipsos Racanatenses, & Ausmanos sunt inita, & contracta, dantes & concedentes eisdem hominibus Racanati libere, pacifice, & quiete totam ripam portus, & maris inter fluvios memoratos, & in ipsis fluviis daxium, ripaticum, arboraticum, & quodcunque jus aliud imperiali exinde pertinet Majestati. Remittimus etiam eisdem hominibus Racanati, & hiis qui sunt de suo districtu, omne tributum, collectas, seu datias, quas debent Domino Imperatori, vel Marchioni, aut alicui ejus bajulo, vel nuntio, salvo eo quod triginta tres libras Ravennatum, & Anconitanorum Domino Imperatori, vel ejus Nuntio annuatim exolvant. Item promittimus eisdem hominibus Osmi, & Racanati, quod non preponemus eis, vel ipsorum districtui aliquem Marchionem in dominio, vel segnoria, seu bajulum, aut quemvis alium; promittentes hominibus Castri Racanati, Castrum Ficardi cum omnibus suis pertinentiis in suo bono statu, & libertate servare. Item remittimus per nos, & promittimus facere Do. Imperatorem remittere omnem poenam, seu bannum, quam penam, seu bannum D. Imperator extorquere posset ab hominibus Osmi, & Racanati, occasione alicujus offensionis facte Imperatorie Majestati, vel Ecclesie vel eorum Nuntiis ab eisdem Osmanis, & Racanatensibus generaliter, vel divisim de destructione alicujus Castri, vel Ville, nec exinde compellentur ad restitutionem alicui faciendam. Que omnia promittimus, quod D. Imperator rata habebit, & faciet inde eis privilegium Bulla aurea communitum sine expensis

eorum.

eorum. Ad cujus concessionis nostrae memoriam, & inviolabilem firmitatem presens privilegium per manus Procopii de Matera Imperialis Aule Notarii scribi jussimus, & nostri Sigilli munimine roborari, anno mense, & indictione subscriptis. Praeterea Humanam cum suo toto comitatu, districtu, & jurisdictione manu tenere promittimus, & in suo bono statu, & libertate firmiter conservare cum Castris predictis Siloro, Massagnano, & Camurano, dum tamen Humana, & Castrum Ficardi debita regalia, videlicet viginti sex denarios . . . . annuatim persolvant; alio datio non exacto. Datum apud Ripam Trasonis anno Dominice Incarnationis 1229. mense Martii indictionis secunde, Himperante Domino Friderico Dei gratia gloriosissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Jerusalem, & Siciliae Regem, anno Romani Imperii ejus nono, Regni Jerusalem quarto, & Regni Sicilie trigesimo primo feliciter amen. Acta sunt autem omnia predicta in presentia Comitis Symonis Theatini, Comitis Berardi de Monoptello, Taddei Comitis Montis Feretri, & Urbini, & Anselmi de Justingen Marescalci, Corradi de Luzinardo, & aliorum quam plurium.

XXVIII.

Caroli Siciliae Regis privilegium Civitati Pistoriensi concessum.

CArolus Dei gratia Rex Sicilie, Ducatus Apulee, & Principatus Capuæ, alme Urbis Senator, Andegavie, Provincie, & Foltalquerii Comes, Romani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam Vicarius Generalis. Universis præsentes literas inspecturis S. Romane Ecclesie Fidelibus salutem, & omne bonum. Per has patentes literas volumus esse notum presentibus, & futuris, quod nos attendentes veram fidem, veramque devotionem, quam Civitas Pistoriensis, & Cives Civitatis eiusdem, qui nunc tenent terram, seu Civitatem prefatam, semper ad Sanctam Romanam Ecclesiam habuerunt, & etiam erga nos, & nostros Milites, Officiales, Stipendiariosque, postquam de voluntate, & de mandato Summi Pontificis assumpsimus . . . . Tuscie gubernandum, & qui promiserunt, & juraverunt Roberto della Vena, iuris Professori, dilecto Consiliario, familiari, & Procuratori nostro precipienti nomine nostro, nostrorumque heredum, quod ipsi & heredes eorum semper erunt fideles Sancte Romane Ecclesie, atque nobis, & heredibus nostris, & quod ipsi omnibus inimicis nostris, & heredum nostrorum presentibus, & futuris facient in Tuscia vivam guerram, & specialiter Conradino olim nepoti quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris, quem Dominus Papa (1), suis culpis exigentibus, privavit per sententiam definitivam ipso Imperio, atque Regno Sicilie apud Lugdunum in Concilio generali [2], & etiam omnibus aliis de ipsius genere Frederici, & qui ipsos de eorum genere vellent eos in aliquo adjuvare, & plura alia juraverunt, & etiam promiserunt, pro quibus etiam dictum Robertum nomine nostro eis circa electionem potestatis, & Capitanii, vel Rectorum & plura alia fecisse novimus pactiones & promissiones hinc inde factas, salvis semper pro utraque parte mandatis Sancte Romane Ecclesie, acceptamus, & approbamus, & plenius confirmamus, ac etiam Comuni & Populo Pistoriensi Sancte Romane Ecclesie, & nostre Celsitudini fidelibus & devotis licentiam, auctoritatem, & privilegium perpetuum damus, concedimus, & largimur, scilicet Conrado de Montemagno, Odaldo Judici, & Moschaco Notario Ambassatoribus, & Sindicis Comunis, & Populi Pistoriensis pro ipsis Comuni, & Populo recipientibus, & ipsis Comuni, & Populo, quod possint sibi de ipsius Sancte Romane Ecclesie, & nostris devotis, & fidelibus de parte vera amicitie nostre & heredum nostrorum eligere pro futuris temporibus in Potestates, Capitaneos, vel Rectores, & precipimus, & mandamus nostris Vicariis, & Officialibus nostris presentibus, & futuris, quod ipsas conventiones, & promissiones, & hoc privilegium perpetuo valiturum observent, & faciant observari. Ita tamen, quod ante quam Rectores dicte Civitatis incipiant regere Comune, vel Populum Pistoriensem, per Sindicum a nobis,

 vel

vel nostro Vicario in Tuscia petant confirmationem, & obtineant, & etiam quod Rectores, & Consiliarii dicte Civitatis, & alij Officiales, & Cives Civitatis eiusdem nostro Vicario nostro nomine, & heredum nostrorum recipienti, cum de nostra processerit voluntate, similes promissiones, & juramenta ut supra facient contra Fredericum de Stuffo & omnes alios de genere dicti Frederici, & adiutores eorum, & omnes alios inimicos nostros, vel heredum nostrorum in Tuscia pro presentibus temporibus, vel futuris, salvis semper pro utraque parte mandatis, & honore Summi Pontificis, & Sancte Romane Ecclesie. In cujus rei testimonium presentes litteras fieri, & aurea Bulla typario nostrae Majestatis impressa iussimus communiri. Actum Capue anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo, mense Januarii XIII. die mensis eiusdem, XIII. Indictione Regni nostri anno quinto.

Ego Jacobus quondam Averardi imperiali auctoritate Notarius predictas literas, & privilegium cum predicta Bulla aurea impressa pendenti vidi, & legi, & prout ibi inveni, hic fideliter transcripsi, & exemplavi, nil addito, vel diminuto, quod mutet sensum, vel intellectum, in qua siquidem Bulla aurea erat quedam regalis ymago ex parte una tenens coronam in capite, lilium in manu dextra, & pomum superexistente cruce in sinistra, & habens crucem & licteras circumcirca tales ✠ *Karolus Dei gratia Siciliae Rex*, & ex alia parte erat pro tractus quidam clippeus, in quo apparebant novem flores lilii figurati, & rastrellat cum talibus cruce, & lictera circumcirca *Ducatus Apulee*, *Principatus Capue*, que siquidem lictere erant non cancellate, non vitiate, non abolite, nec delete in aliqua parte sui.

ADNOTATIONES.

(1) INnocentius IV. (2) Concilium Lugdunense habitum anno 1245. Vide Joh Villanum Lib. VI. c. 24., Raynaldi continuationem Annalium Baronianorum, & Muratorium in Annalibus Italicis. Leo Urbevetanus a Lamio editus in Chronico Pontificum (pag.270) rem his verbis narrat. *Hic* [Innocentius IV.) *post magnum tractatum de pace cum Imperatore* (Friderico), *dum ipsius adversus Ecclesiam contumaciam perpendisset*, *clam Januensium auxilio devenit in Gallias*, *& celebrans Concilium in Lugduno*, *ipsum velut hostem Ecclesiae condemnavit Imperio privando*.

XXIX.

Nicolai IV. Bulla pro Recinetensibus, quibus & Civitatis honorem, & Cathedralem Ecclesiam restituit, ex Archivo Auximatis Civitatis.

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Apostolicæ Sedis circumspecta benignitas summæ devotionis signa, & fidei puritatem, que Racanatensis Civitatis Incolæ ad eam dudum habuerant, benigna meditatione considerans, & immensa servitia, & persecutiones plurimas, quas ab illius persecutoribus iugiter tollerarant, diligenter advertens, ac propter hoc volens Civitatem ipsam, cujus locus, & ambitus, eiusque districtus tunc erant de Diœcesi Humanate specialis attollere privilegio dignitatis, locum ipsum Civitatem constituit, & in illa existere voluit Ecclesiam Cathedralem. Postmodum vero, quia habitatores Civitatis ejusdem recedentes ab uberibus matris suæ facti demeriti, exigentibus culpis suis, prædictum locum Civitatis honore, ac Ecclesia Cathedrali, & Præsulis dignitate Sedes ipsa privavit, statuens, quod locus idem cum habitatoribus, & districtu suis rediret ad jus diocesanum, seu spiritualem jurisdictionem Ecclesiæ Humanatis. Nos igitur attendentes, quod sicut magni beneficii indicium excessibus persecutorum Ecclesiæ medicinalis ultionis antidotum est obiter adhibere, ut quos a fidelitatis Ecclesie calle culpa proprie temeri-

meritatis avertit, ad ipsius fidelitatis constantiam congruentis saltem severitatis disciplina convertat; sic maternæ pietatis est, debitum in hijs, qui post indevotionis lapsum, & persecutionis excessum fortiores in obsequendi proposito, & continuandæ in posterum devotionis exhibitione resurgunt, nec ejusdem piæ Matris Ecclesiæ sinum precludere, nec miserationis ipsius ubera denegare, ac propter hoc ad homines Racanatenses; utpote ipsius Romanæ Ecclesiæ speciale Peculium, & fideles, qui 'dudum a vijs mandatorum Domini, & Ecclesiæ præfatæ obedientia deviantes, nunc autem errores malorum temporum redimentes, sicut tenentur, & debent, per exhibitionem bonorum operum facti sunt ipsius Ecclesiæ benedictionis filij, & eius gratiæ non indigni, paternæ benignitatis oculos dirigentes dictam Civitatem Racanatensem de Fratrum nostrorum consilio ad dignitatem Episcopalem auctoritate Apostolica restituimus de gratia speciali. Decrevimus quoque auctoritate prædicta, quod ex nunc locus ipse Civitas, & in Civitate prædicta Episcopus habeatur. Statuentes nihilominus, & etiam ordinantes, quod territorium totum, quod est inter Musioni ex parte una, & Potentiæ fluvio ex altera, sit, & habeatur pro Dioecesi Racanatensi, jurisdictionem spiritualem, & temporalem, quam habuit Ecclesia Humanas inter dictos fluvios, Racanatensi Ecclesiæ concedentes, jure, quod competit in aliis, ipsi Humanati Ecclesiæ semper salvo. Nolumus tamen, quod per restitutionem, decretum, statutum, & ordinationem hujusmodi eidem Humanati in aliis consistentibus extra fluvios supradictos, ac Auximane, & Firmane Ecclesiis super earum juribus, si qua inter fluvios ipsos habent, per hoc aliquod prejudicium in posterum generetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ restitutionis, constitutionis, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Kalendis Decembris Pontif. nostri anno II.

X X X.

Ejusdem Nicolai IV. præceptum adversus Recinetenses, ex publico Auximatium Archivo.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filijs potestati, consilio, & comuni Racanatensi S. & Apostolicam Benedictionem. Pridem benignæ considerationis indagine perscrutantes, quod vos per sincere devotionis studia, & exercitium laudabilium actionum Ecclesie filij benedictionis effecti, ac Apostolici favoris, & gratie munere noscebamini non indigni, terram vestram, que tunc de Humanate Dioecesi existebat, ad Civitatis, & Episcopalis titulos dignitatis, quibus Apostolica fuerat auctoritate privata, de gratia restituimus speciali. Decrevimus etiam, quod ipsius Civitatis locus Civitas, & in ea Episcopus haberetur, statuentes nihilominus, & etiam ordinantes, ut Territorium totum, quod est inter Mussionis ex parte una, & Potentie fluvios ex altera existat, & pro Recanatensi Diocesi habeatur, jurisdictionem spiritualem, & temporalem, quam habuit Ecclesia Humana inter fluvios supradictos, Racanatensi Ecclesiæ concedendo, jure, quod in aliis competit Humanati Ecclesiæ, semper salvo, prout in nostris super hoc confectis litteris plenius, & seriosius continetur. Vos autem quod non sine admiratione didicimus, hujusmodi nostra ordinatione contempta, & voluntatis illicite nimium relaxatis habenis per duorum milliarum spatium ultra prædictum fluvium Mussionis infra Humanatam Diocesim quandam turrim in egressu fluminis Aspiede novo edificare cepistis, intendentes, ut dicitur, aquam fluvii Mussionis ejusdem, antiquo eius alveo impedito, in pretactum Aspie fluvium derivare in eiusdem Humanatis Ecclesie non modicum præjudicium, & gravamen; quia igitur sic vos gerere convenit, ut contra hujusmodi ordinationem Ecclesie, cum ipsam, si diligenter attenditis, in vestri, vestreque Civitatis honorem duxerimus faciendam, nihil penitus attemptetis;

tis; Universitatem vestram rogamus, & hortamur attente, nihilominus vobis sub pæna trium millium marcarum argenti districte precipiendo mandantes, quatenus pro nostra, & Apostolicæ Sedis reverentia prædictam ordinationem tamquam devotionis, & obedientie filij stabiliter & inviolabiliter observantes, quidquid per vos, vel de mandato vestro ultra prefatum Mussionis fluvium infra metam eiusdem Humanatis Diocesis edificatum existit, faciatis, sublato cujuslibet dilationis obstaculo, totaliter demoliri; sic nostris super hoc parituri precibus, & mandatis, ut devotionem vestram exinde non immerito commendemus. Alioquin ad exactionem predicte pene, ac alias etiam contra vos, & terram vestram spiritualiter, & temporaliter, prout qualitas facti suaserit, expedire viderimus, Actore Domino procedemus. Datum apud Urbem veterem 6. Idus Januarii Pontificatus nostri anno tertio.

XXXI.

Roberti Siciliae Regis privilegium pro quibusdam Civibus Pistoriensibus, ex Thesauro S. Jacobi.

ROBERTUS Dei gratia Rex Jerusalem, & Siciliæ & Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, Fortalquerii, ac Pedimontis Comes. Nobilibus Viris Vicario, Ancianis, Consilio, Sindico, & Communi Civitatis Pistorii fidelibus & devotis suis gratiam suam, & bonam voluntatem. Commune Civitatis Pistorij specialis, & eximie dilectionis integritate prosequimur, quo fit, ut ad ea, que ad predicti Communis statum tranquillum & prosperum, ac ad eiusdem Communis specialium personarum honores & commoda redundare cognoscimus, nos benignos ac favorabiles præbeamus. Idcirco pro statu pacifico, & securo prefate Civitatis Pistorij volumus, & fidelitati vestre precipimus quatenus annullari, & irritarj, ac revocari faciatis omnes condempnationes, processus, sententias, & banna personalia, pecuniaria, & realia, quacumque forma, vel modo, quibuscunque causis per quoscunque Officiales, seu Ancianos, vel homines, aut Commune predicte Civitatis Pistorij contra subscriptos homines usque nunc facta, & habita forent, seu etiam apparerent, & ipsos homines cum plena securitate, liberaque restitutione bonorum, possessionum, ac fructuum, propriorum habitatorum, & domorum, quas tempore, quo exiverunt, habitabant, seu tenebant, in Civitatem Pistorij reducatis, confiniis contra ipsos olim forsitan promulgatis non obstantibus quoquo modo. Nos autem ex auctoritate, & potestate nobis ad hoc legittime competenti banna, processus, & condempnationes predictas annullamus, revocamus, & totaliter irritamus. Ceterum reservamus, quod si nobis pro meliori videbitur, possitis sex, vel octo de predictis subscriptis hominibus excipere, extra ipsam Civitatem Pistorij remansuros, ita quod ad eamdem Civitatem se per quinque milliaria usque ad Majestatis nostre beneplacitum nullatenus appropinquent, predictarum condempnationum, sententiarum, processuum, & bannorum annullatione, seu revocatione, bonorum restitutione in ipsorum sex vel octo, quos exceperitis, personis, & bonis vim, & efficaciam debitam habituris, quandocunque predictorum sex vel octo exceptorum familias in predicta Civitate Pistorij conversari, & morari fideliter, & pacifice permictatis, prout ibidem aliorum Pistoriensium Civium familiæ commorantur, & tam ipsis sex vel octo exceptis, quam predictis eorum familiis in ipsa Civitate mansuris faciatis, sicut predictis Civibus expedite Justitie complementum. Insuper declaramus, subiungimus, & jubemus, quod tam ipsi sex vel octo excipiendi, quam alii de predictis eorum familiis in memorata Civitate Pistorij moraturj, prout alij Cives, respondere teneantur, & debeant in prestationibus, servitiis, collectis, & aliis Comunis oneribus predistincti, quam utique declarationem exequamini, & efficaciter observetis. Nomina vero predictorum hominum sunt hec, videlicet Getulus Judex, Bonifatius Truffe, & alij de domibus eorum, & ipsorum sequaces a mensibus quindecim & dimidio citra, dummodo guelfi existant,

ſtant, & de bannis, ſententiis, & condempnationibus ratione aliorum per ſequaces ipſos, quam cum prenominatis ipſorum criminum non inveniantur aſtricti: Lapus Dni Forenſis, Nerius Ugolini, Petrus Dni Prinzie de Cancelleriis, Andreas Dni Baſcherie & fratres eius, Nicolucius Dni Andree . . . . . . Pacchus Dni Lapi de Roſſi & dicti alij cum eiſdem. Datum Avinione per Johannem de Lando de Capua . . . . . . Juris civilis Profeſſorem Locumtenentem Prothonotarii Regni Sicilie dilectum Conſiliarium, familiarem, & fidelem noſtrum. Anno Dni milleſimo trecenteſimo viceſimo tertio die ultimo Julij, VI. Ind., Regnorum noſtrorum Anno quintodecimo.

XXXII.

Clementis VI. Privilegium, quo Piſtorienſi Civitati jus cudendæ monetæ impertitur, ex Libro Cenſuum pag. 136. t.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Univerſitati, & Civibus Civitatis Piſtorienſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sincere devotionis affectus, quem ad nos, & Romane gentis geſſiſtis Eccleſiam, rationabititer promeretur, ut petitionibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, favorabiilter annuamus. Cum itaque ſicut nobis ſignificare curaſtis, Civitates Civitati veſtre Piſtorienſi vicine, quarum alique eadem Civitate Piſtorienſi non ſunt hodie meliores, monetam argenteam, & etiam ere contaminatam ſub certa liga cudi fecerint, & faciant, ipſaque Civitas una cum Caſtris, Comitatu, & diſtrictu ſuis ſub devotione ipſius Eccleſie Romane gerat, & gerere ſe diſponat, ac ut tranquillitas, que ad preſens viget ibidem, ſi in ea monete proprie fiant, ad devotionem ipſius Eccleſie melius conſervetur, hanelet de conceſſionis noſtre gratia monetam ſimilem in liga, & pondere convenientibus facere fabbricari. Nos attendentes, qnod vacante Imperio, cui ſubeſſe dicimini, ſicut vacat ad preſens, diſpoſitio & conceſſio fabbricationis monetarum ynibi ad nos dignoſcitur pertinere, ac volentes, vos & Civitatem veſtram favore proſequi gratioſo, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis fabbricari faciendi monetam huiuſmodi argenteam, & ere contaminatam ſub ſignis, & ymaginibus, de quibus duxeritis ordinandum, auctoritate Apoſtolica, & ex poteſtate, in qua vacante Imperio Imperatori ſubcedimus, plenam & liberam tenore preſentium licentiam elargimur, preſentibus poſt quinquennium minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius noverit incurſurum. Datum Avinione IV. Nonas Martij Pontificatus noſtri anno quarto.

Ego Johannes quondam Ser Corbori Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius, & nunc Ofitialis, & Scriba Opere Beati Jacopi Apoſtoli predictas Apoſtolicas Originales licteras bulla plumbea more Romane Curie in filis ſerici crocei, & rubei pendenti munitas, in qua quidem bulla ex parte una erant ſchulta duo capita unum cum barba longa, alterum cum barba tunda, & in medio dictorum duorum capitum erat ſchulta una Crux longa cum pedeſtallo, & ſuper dicta duo capita erant ſchulte *S. Paulus*, *S. Petrus*, & circum circa erat circulus cuntorum, & ex alio latere erant ſchulte lictere dicentes *Clemens Papa VI.*, & circum circa erat circulus cuntorum, vidi, & legi, & hic inde tranſcripſi, & fideliter exemplavi, & una cum Ser Simone Ser Franciſci, Ser Franciſco Lapi Dni Aſte, & Ser Jacopo mei Grandebenis Notario coram venerabili viro Domino Franciſco Plebano Plebis de Maſſa generali Vicario venerabilis in Chriſto Patris & Domini Domini Barunti Dei gratia Piſtorienſis Epiſcopi diligenter & fideliter aſchultavi, & quia dictus Vicarius dictum exemplum cum dictis originalibus litteris concordare invenit, ideo ut dicto exemplo detur de cetero plena fides, eidem exemplo ſuam autoritatem interpoſuit, & decretum. Et ego de ipſius licentia & mandato mihi preſtita & facto Piſtorij in Palatio Epiſco-

Episcopali ad suum solitum banchum iuris presentibus Hodoaldo Ser Jacopi, & Ser Leonello Jachini me subscripsi & meum signum apposui consuetum sub anno Dominice Nativitatis MCCCXLVI. Indic. XIIII. die XXIX. mensis Aprilis.

XXXIII.

Karoli IV. Imp. Diploma pro Pistoriensi Civitate, ex Thesauro S. Jacobi.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis feliciter amen. Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemie Rex. Notum facimus tenore presentium universis, quod multiplicia probitatis merita & inconcusse fidei constantia, quibus Populus & Comune Civitatis Pist. nostri & Sacri Romani Imperii fideles dilecti nobis & Imperio Sacro Romanorum gratos reddunt multipliciter, & acceptos, & reddent per amplius in futurum, gratiose considerationis intuitu advertentes, & de examinata ipsorum circumspectionis, fidei, & legalitatis providentia plurimum presumentes, recepto prius ab ipsius Populi & Communis Sindicis ad hoc ab eis sufficiens & speciale mandatum habentibus pro eis, & ipsorum vice fidelitatis, obedientie & homagii solito, & debito sacramento, quod idem Sindici recognoscentes nos Rom. Imperatorem, & verum Dominum suum Majestati nostre, & Sacro Imperio tactis a se corporaliter Scripturis Sacris ad Sancta Dei Evangelia prestiterunt, Anzianos & Vexilliferum Justitie Populi & Communis Pistoriensis, qui nunc sunt, & pro tempore fuerint, & non alios animo deliberato, sano Principum, Procerum, & Baronum nostrorum accedente Consilio, in nostros generales, & inrevocabiles Vicarios toto tempore vite nostre constituimus, facimus, & creamus, ut videlicet ipsi, & non alii sint, & esse debeant generales & inrevocabiles Vicarii tempore vite nostre, sicut predicitur, in administratione plenaria in Civit. Pist., & eius comitatu, & etiam districtu, & in omnibus terris, castris, & locis, qui & que possidentur per Commune Pistor. siti in Comitatu, & & territorio Civitatis Pistorij, & qui atque olim per ipsum Commune possidentur, vel qui vel hactenus possessi fuerint, vel qui & juste in locis predictis cum administratione plenaria ipsius Civitatis castrorum, locorum, comitatus, vel districtus; ipsumque Populum & Commune restituimus, & reducimus auctoritate Imperiali ad omnia eius castra & terras sui Comitatus, & territorij, & quod ipsi Vicarij · . . . . . possint vel aliter non possint, quam per formam statutorum, ordinationum, & reformationum conditorum, vel condendorum, laudabilium dumtaxat, in Civitate Pistorii facere, providere, vel ordinare quoquomodo, nec sindecari debeant, nec ad reddendam rationem alicuius administationis teneantur, nisi secundum formam dictorum statutorum, & ordinamentorum, & mores, & consuetudines laudabiles consuetas, & prout, & sicut per ipsam formam datur, & conceditur, & non aliter, vel alio modo, & quod dicta Civitas Pistorii ferre, castra, & loca suprascripta, & quodlibet eorum, que nunc possidentur, vel qui, & olim possidebantur, vel possessa fuerunt, vel qui, ac justa per dictum Populum & Commune Pistorii in populari libero statu regantur, vigeant, & custodiantur, & gubernentur sub ea jurisdictione, custodia, regimine, & illis Magistratibus, Officialibus, & regiminibus laudabilibus, sub quibus eidem Populo & Communi placebit prout, sicut, & qualiter, & cum illis legibus, statutis, & ordinamentis conditis, & condendis laudabilibus, sub quibus per ipsum Populum Pistorii, & prout ei rationabiliter visum fuerit expedire. Et sic dictum Commune Pistorij eos Magistratus mutare, & eligere possit, quotiens eidem Populo videbitur, necnon jura municipalia, & ordinamenta, ac provisiones condere, cassare, & mutare rationabiliter secundum rerum, & temporis exigentiam, & eadem in tempore preterito iuste potuerint. In quibus regiminibus ipsa Civitas Pistorij, & Populus per Sacram Imperialem Majestatem nostram, aut decretum, concessionem, provisionem, aut quamvis aliam dispositionem non debeat impediri, & quod in Civitate Pistorii predicta, vel locis predictis, vel aliquo eorum-

eorumdem alii Officiales cuiuscunque nominis, vel conditionis non fiant, aut mictantur, vel constituantur, nec de ipsa Civitate, eiusque Comitatus territorio, vel locis supra scriptis, vel aliquo eorum fiat concessio, vel donatio, aut provisio set omne, quod provisum est per Imperialem Majestatem nostram in favorem dicte Civitatis Pistorii, valeat, teneat, & sit, & esse intelligatur ad eius instantiam, & petitionem concessum irrevocabiliter, & provisum, & quod illa intelligatur statuta iura & ordinamenta consuetudines, & mores . . . . iusta & rationabilia, que rationabiliter constituta erunt a dicto Communi, & Populo, & quod ipsum Commune, Populus, homines, & persone ejus, & eiusdem Commitatus sint liberi, & totaliter absoluti ab omni . . . . eo, quod tenerentur Romanorum Imperatoribus pro tempore preterito de annuo censu Sacro Imperio prestari solito & debito, condempnationibus, devolutionibus in fyschum, vectigalibus . . . . & super indictis, & aliis similibus proventibus, & obventionibus quibuscunque debitis retro usque in presentem diem, dummodo solvant, & solvere teneantur quolibet anno toto tempore vite nostre nobis, seu cui commictendum duxerimus, pro annuo censu, & recompensatione omnium predictorum in Festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi in Civitate Pistorij, vel in quacunque Civitate, & Terra in Tuscia situata, cui, & prout per nostras patentes licteras duxerimus ordinandum, & mandandum, florenos quadringentos auri justi ponderis ad conium Civitatis Florentie. Preterea de imperialis benignitatis gratia ipsam Civitatem Pistorii, Populum, & Commune, & eius territorium, comitatum, homines, & personas eorumdem tamquam fideles nostros dilectos in nostrum, & Sacri Romani Imperii benignum favorem suscipimus, disponentes, Civitatem ipsam, eiusque comitatum, territorium; & districtum, terras, castra, vel loca alicui persone, vel loco comuni, vel universitati non concedere, accomodare, vel donare, submictere, vel obbligare quoquo modo, aut jurisdictionem, auctoritatem, vel Baliam, vel libertatem, vel honores eorumdem, vel alicuius eornm diminuere, set ipsorum, & cuiuslibet eorum libertatem, jurisdictionem, honores, & jura hactenus per divos Romanorum Reges, vel Imperatores predecessores nostros eidem Civitati, Populo, & Communi concessos, & concessa de Imperialis nostre plenitudine potestatis approbamus, renovamus, & sicut rationabilia sunt, tenore presentium confirmamus. Disponentes etiam ipsam Civitatem, eiusque Comitatum, Castra, & Villas, que nunc possidentur, vel qui, vel hactenus possessa fuerunt vel quasi & juste in dictis locis, & quolibet eorum eidem Civitati non diminuere, seu distrahere quovis modo, & ipsum Commune, & Populum Pistorii exnunc reintegramus, & restituimus, non obstantibus aliqua detenctione, vel temporis lapsu, aut occupatione non justa facta per quamcumque personam, universitatem, vel locum. Et si qua de ipsa Civitate, aut eius Comitatu, Terris, Castris, vel locis, libertate, jurisdictione, vel honore concessio, donatio, aut institutio facta, foret in preiuditium Communis Pistorii suprascripti, vel sui iuris alicui persone, collegio, universitati, vel loco, ipsam concessionem, donationem, & iurisdictionem, & omnem deputationem, & obligationem, ac id totum, & quidquid de ea, & eis, vel aliquo eorum dispositum, concessum, vel provisum esset, tollimus, cassamus, annullamus, & sicut digne possumus totaliter revocamus. Decernentes, quod vigore iuramenti prestiti, & contentorum in eo ipsum Commune Pistorii, terre, comitatus, & loca ad aliud seu ultra vel aliter Majestati nostre non teneantur, quam dictum Commune, terre, comitatus, & loca ab antiquo tenerentur, & tenebantur secundum leges imperiales, & iura communia Romanorum Principum, eo quod dictum iuramentum non deroget in aliquo, nec preiudicet aliquibus privilegiis, vel benefitiis concessi, seu concedendis eidem Populo, & Comuni per Majestatem nostram, seu aliquibus promissionibus, gratiis, seu benefitiis cum scriptura, vel sine per cellitudinem nostram factis, vel fiendis, concessi, seu concedendis Populo & Communi Pistorii prelibatis, Mandamus igitur auctoritate imperiali, & districte precipimus universis, & singulis Civitatis, Comitatus, territorij, & districtus, terrarum, castrorum, & locorum predictorum hominibus incolis & subditis cuiuscunque status, aut condictionis existant, quatenus ipsis Anzianis, & Vexillifero justitie Populi, & Communis

munis Pist., qui nunc sunt, vel pro tempore fuerint, ac eius Offitialibus electis, & eligendis intendere, & parere tanquam veris, & legiptimis administratoribus, ac obedientiam in omnibus debitam exhibere. Nulli ergo omnino hominum liceat has nostras concessionis, & constitutionis, decreti, & largitionis, gratiae . . . . paginam infringere, vel ei in aliqua parte seu in aliquo contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem Majestatis nostre indignationem, & penam quinquaginta marcharum auri pro medietate Camere nostre, & pro alia medietate passorum iniuriam usibus totiens, quotiens contra factum fuerit, applicandam se noverit inremissibiliter incursurum, & etiam sub penis, quas ipse Populus, & Commune, & ad requisitiones ipsius officiales, quos modo premisso duxerint, deputandos, iuxta tenores statutorum, ordinamentorum, & consuetudinum ac morum laudabilium sepe dictorum, rebellibus duxerint infligendos, ratum abituri, & gratum quidquid per Populum, & Commune predictum, seu Officiales ipsius, qui pro tempore fuerint circa premissa universa & singula actum, & factum fuerit, sive gestum.

Signum Serenissimi Principis, & Domni Domni Charoli IV. Romanorum Imperatoris invictissimi, & gloriosissimi Boemiæ Regis. Testes huius rei sunt venerabiles Arnestus Pragensis Archiepiscopus, Johannes Olomucensis, Johannes Lucthomuscenus Imperialis Aule Cancellarius, Gerardus Spirensis Episcopi Illustres, Niccholaus Oppavie, & Bolro Voalchembergensis Duces, Johannes de Vico alme Urbis Prefectus, Johannes Marchio Montisferrati, nec non spectabiles Johannes Nurembergensis, & Burgardus Macdeburgensis Comites Burggravi fideles nostri dilecti, & alij quamplures presentium sub Imperialis Maiestatis nostre sigillo testimonio licterarum.

Datum & actum Pisis anno Domini millexino tregentexino quinquagesimo quinto, octava Indictione, septimo Calendas Julij, Regnorum nostrorum Anno nono, Imperii vero primo.

CLASSIS IX.

Epistolae.

FLORENTISSIMO. PARMENSIUM SOCIORUM. COLLEGIO. EIUSQ. PRAE SIDI. OPTUMO. LAELIO. COMINIO. FRANCISCVS. ANTONIVS. ZACHARIAS SOC. JESU. CLASSEM. HANC. VETE RVM. MONUMENTORUM. D. D. EIDI BUS. SEXSTILIBUS. A. COMMUNIS AERAE. CIƆIƆCCL.

I.

Jacobi Episcopi Faventini, de quo Ughellius novissimae edit. T. II. Col. 494., *ad Ildebrandum Pistoriensem Epistola, ex Libro Capituli inscripto: Disciplina Cleri post Adonis Martyrologium.*

DOmino sancto, ac meritis honorando Dei gratia Illibrando Pistoriensi Episcopo. Ja. Fav. minister etsi indignus devotissimae reverentiae munus. Mellifluam vestrae sanctitatis epistolam quanta cordis aviditate susceperim, perseverantia probat. Eam quippe quasi cohabitantem mihi in camera jugiter teneo, cum ea saepe confabulor, in ea interioris vestri speculum, atque vestri vultus ymaginem manifeste contemplor. Est tamen, quod in ea graviter fero, quod dissolutionem corporis vobis imminere vos significasse inspicio. Ideoque meis in necessitatibus vestrum sacerrimum auxilium tam ractionibus, quam exploratissimis auctoritatibus expetere propono. Sunt enim nonnulli, qui mensuræ suae metas excedunt, & jus alieni muneris usurpatorie, & contra sacros canones vendicantes me interdicente Faventini Episcopatus plebes, & capellas invadunt, Sacerdotes ibidem constituentes sanctum polluere faciunt. Sed quam grave, quamque perniciosum sit, ex sequentibus jure perpenditur. Enim vero, ut in canone Apostolorum legitur, omnium * ecclesiasticorum curam, quatenus ea velut Deo contemplante dispenset, debet habere Episcopus. Nimirum si animae hominum pretiosae illae sunt credite, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut in potestate sua indigentibus omnia dispensentur, & cum timore, omnive sollicitudine ministrentur. Huic etiam Tolletanum sic accedit Concilium. *De his, qui ad parrocchianas Ecclesias in terris, vineis, mancipiis, peculiis offeruntur, ut omnia in Episcopi potestate consistant, antiquorum canonum constituta serventur*. Huic quoque non dissimile cernitur, quod in Gangrensi Concilio reperitur. *Si quis namque oblationes Ecclesiae accipere, nec dare, nec cum voluntate, consilioque sui voluerit agere Episcopi, anathema sit*. Eodem vero modo in Gabilonensi decernitur Concilio: *Omnes Ecclesiae cum dotibus suis, & decimis, & omnibus rebus suis in Episcopi proprii potestate consistant, atque ad ordinationem, dispositionemve suam semper permaneant*. Episcopus nempe cum benedicitur, baculum de manu Episcopi accipit simul, & anulum; baculum quidem, ut bene populum regat, anulum vero ut signum aeterni mysterii se percepisse cognoscat, quae ex evangelio sumpta fore non immerito, sed rectissime decrevi. Baculum equidem predicatores Dominus ferre praecepit, ubi, ceu Beatus Augustinus intelligit, subsidia temporalia ex ipsa predicatione deberi monstravit. Unde & nos intelligere decet, ideo institutum, Episcopum baculum de manu Pontificis cum consecratur, accipere, ut nofcat,

* f. honorum

scat, se terrenarum rerum, quas Ecclesia possidet, de manu Domini veraciter Dominium tunc accepisse. In anulo autem misterium sanctissimae conjunctionis, Christi videlicet, & eius Ecclesiae, designari certissimum est, quod iccirco in Episcopo celebratur quia vice Christi Ecclesiae sanctae conjungitur. Verum Presules non modo animarum, sed etiam corporum curam gerere precipit Beatus Petrus Apostolus dicens, *pascite, qui in vobis est, Domini gregem, providentes ex animo non temporalis lucri gratia cum omni sollicitudine*. Unde itaque pascent si quod Ecclesiae est non habent? Quibus profecto verbis, quomodo, ait Beetus Gregorius, pie sanctis precavetur Pastoribus, ne cum per eos carnis subsidiis reficiuntur proximi, ipsi remaneant a justitiae pane jejunj. Quorum autem vices in Ecclesia Episcopi habeant, & quis eis hanc dignitatem dare debeat, ostendit Sanctus Augustinus. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij*. Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt, constituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi, qui sunt per totum mundum unde nati sunt? Ipsa Ecclesia patres illos appellat. Ipsa illos genuit, illosque constituit in sedibus patrum non te ergo putes desertam quae non vides Paulum, non vides Petrum, quae non vides illos, per quos nata es. De prole tua crevit tibi paternitas pro patribus tuis nati sunt tibi filij; constitues eos principes super omnem terram. Filios genuit Ecclesia, constitues eos pro patribus suis principes super omnem terram. Caeterum huc accedat quod canonice testatur Beatus Papa Gelasius: Presulum nostrorum emanan . . . . . de Episcopi potestate ad regendum hab . . . . & Clericorum stip . . . . decretum est, reliquum sibi Episcopi vindicent, ut sicut antea diximus, peregrinorum atque captivorum largitores possint esse. Si placet etiam Dionisium Papam, quid Episcopis in universum mandet, audite. *Ecclesias singulas singulis Presbiteris dedimus, & unicuique jus proprium habere statuimus, quam normam omnes convenit sequi Episcopos, ut non specialis, sed generalis fiat preceptio.* Verumtamen quidam Monachorum alieni juris ambitione, ac quorundam sciismaticorum nequissima suasione in juris contrarium suae professionis excedentes funiculum, Ecclesias Faventini Episcopatus, me inconsulto, & reclamante, opprimunt, & in ejus Sacerdotes contra superiora ordinant, missasque inepte renitentibus earundem Ecclesiarum Prioribus canere faciunt; At sat est indecorum, & suae professioni adversum, execrante Episcopo, in populari Ecclesia ordinatorem Presbiteri alicujus fieri Monacum. In uno quippe eodemque officio non debet esse dispar professio. Non ut ait Beatus in registro Gregorius, *aut Clerici omissa clericatus militia monasticis promoveantur ordinibus, aut si in Abbatis loco permanere decreverint; clericatus nullatenus permittatur habere militiam*. Satis enim incongruum est si cum unum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere; ad utrumque judicetur idoneus. Sicque invicem & ecclesiasticus ordo vitae monachicae, & ecclesiasticis utilitatibus regula monachatus impediat. Unde Jeronimus ad Eliodorum Monachum: *Alia Monachi causa est, alia Clericorum. Clerici oves pascunt, ego pascor. Illi de altario vivunt, mihi quasi infructuosae arboris securis ad radicem ponitur, si munus ad altare non defero, nec possum obtendere paupertatem, cum in Evangelio anum viduam duo, quae sibi supererant, aera mittentem laudet Dominus mihi ante presbiterum sedere non licet; illis si peccavero, licet tradere me Sathanae interitum carnis, ut spiritus salutis sit in die Domini.* Et in veteri quidem lege quiquumque Sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio cervice subjecta contemptum expiabat cruore; nunc vero inobediens spirituali animadversione truncatur, aut ejectus de Ecclesia rabido Demonum ore decerpitur. Hinc etiam Calcedonense decrevit Concilium. *Monachos vero per unamquamque Civitatem, aut regionem subjectos esse Episcopo, & quietem diligere, & intentos esse jejunijs tamen, & orationibus jubemus, & in locis permaneant, in quibus saeculo renunciaverunt. Nec Ecclesiasticis, nec secularibus negotiis communicent; vel in aliquo sint molesti propria Monasteria non deserentes, nisi forte eis praecipiatur propter opus necessarium ab Episcopo Civitatis*. Quare Eugenius Papa universali Concilio residens, ait: *Placuit communi nostro Concilio, ut nullus Monachorum pro lucro terreno de Monasterio exire nefandissimo ausu presumat, neque penitentiam dare, neque filium de baptismo recipere,*

neque

neque baptizare, neque infirmum visitare, neque mortuum sepelire, neque ad Ecclesiam secularem transire, neque quilibuscumque secularibus negotiis se implicare. Sit namque suis claustris contentus, qui sicut caret piscis vita sine aqua ita Monachus sine Monasterio. Sedeat igitur solitarius, & taceat, quia mundo mortuus est, Deo autem vivit. Agnoscat nomen suum, Monos enim Grece, Latine dicitur unus. Achos Grece, Latine testis. Unde dicitur Monachus, idest unus testis. Sedeat ergo testis, & officio suo vacet, Placet vobis? Respondit universa Synodus. Celsus Episcopus, Eustorius Episcopus, Martinus Episcopus, Joannes Tiburtius Episcopus, & ceteri Episcopi, placet, & confirmamus sentensiam vestram. Ut autem ultima primis respondeant, bonæ memoriæ Papa Calixtus suboleat. *Interdicimus Abbatibus, & Monachis Missas publicas cantare, penitentias publicas dare, infirmos visitare, & unsionem facere; crisma, & oleum, & consecrationes altarium, ordinationes Clericorum ab Episcopis accipiant, in quorum parochiis manent. In parrochialibus vero eorum Ecclesiis Presbiteri per Episcopos constituantur, qui eis respondeant de animarum cura, & de his quae ad Episcopum pertinent. Decimas autem, & Ecclesias a Laicis non suscipiant absque consensu, & voluntate Episcoporum.* Placuit etiam omnibus in Sancta Nicena Sinodo residentibus, ut *Monachorum conversatio, & vita secundum etimologiam nominis ab omnibus discerneretur, Monachus enim Grece, & Latine dicitur singularis; ideo Monachum singulariter vivere per omnia, & singulariter....* *Gelasius. Nullus Monachus nec secularia, aut Ecclesiastica negotia perturbare praesumat, quia mortua est in talibus vita eorum.* Succedant nihilominus Imperatoriae leges tamquam dominabus pedisseque. Maneant jura prestita Episcopis, & omnia privilegia. Nullus Episcopus pro rebus Ecclesiae suae executionem, vel molestiam patiatur.

Quicumque enim Monachus, vel alius, quomodo ait Papa Urbanus; de Aecclesiis, aut aecclesiarum rebus molestiam Episcopo infert, & non ad hoc quod canonice justitiae sunt, sed ad propria lucra munere lingue, vel indebiti obsequij, vel pecunias eas largitur, vel adipiscitur, symoniacus est, cum principalis intentio Simonis sola pecuniae avaritia, idest ydolatria, ut ait Apostolus, fuerit, & nunc cum aliquis Ecclesiam non quidem pretio emit, sed quod execrabile est, vi terrenarum potestatum despoliatione pauperum, conspiratione, seditioneque Sarrabaitarum, Clericorumque Scismaticorum determinat, ordinat, & disponit, suo reclamante Episcopo, non ne Simonis nequitiam imitatur, vel etiam trascendit? Unde Augustinus super Johannem, *qui sunt qui boves & columbas vendunt? ipsi sunt qui non quae Jesu Christi, sed qui sua sunt, querunt.* Venale habent totum, quod nolunt redimi. Emi nolunt, & vendere volunt. Bonum est ejs enim, ut redimantur Sanguine Christi, ut perveniant ad patriam Christi, quid enim prodest in hoc seculo acquirere quodlibet temporale, & transitorium, sive sit pecunia, sive ventris voluptas, sive honor in laude humana, nonne omnia fumus & ventus? nonne omnia transeunt, & currunt? & væ his, qui heserint transitorjis, quia similiter transeunt, nonne omnia ut fluvius preceps currens in Mare? & væ, qui ceciderit, quia in Mare trahitur. Ergo tenere debemus omnes affectus a talibus concupiscentjis, fratres mei, qui talia q̄ vendunt. Principatus enim, ut Papa Leo ait, quem aut seditio extorsit, aut concupiscentiae ambitus occupavit, ipsius initio suo est pernitiosus exemplo, & difficile est, ut bono peragantur exitu, quae malo sint inchoata principio. Cujus autem reatus sit aljeni juris ambitio, ut ex industria multa preterem, uno beati Petri doceatur exemplo. *Nemo*, inquit, *vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor*, qui enim inter homicidas, fures, atque maledicos, qui regnum profecto Dei non possident, appetitorem facultatis alienae constituit: quam grave crimen, quamque damnabile sit, ex collatione similium evidenter ostendit. Azarias etiam, quia sacerdotale usurpat officium, lepra perfunditur. Achan quoque filius Chaimi, quia contra comune mandatum manus ab jerichontico anathemate non cohibuit, post jactus lapidum etiam conflagrationem ignium non evasit, ut qui facibus incanduerat avaritiae, flammas quoque propria carne depasceret in animadversione vindicatae. Jonatas autem mortis sententiam meruit, qui decretum in comune prolatum, edendi tempus anticipando, mutavit. Homo, qui per desertum presumpxit in

 die

die Sabbati ligna colligere, quia solus excessit commune mandatum, lapidibus obrutus solus expendit digna morte supplicium, non quia crimen est in necessitate ligna colligere, sed quia non levis est criminis semel admissam decreti regulam per inobedientiam violare. Has autem autoritates in unum Deo cooperante colligere curavi, ut a tam nefandissima alieni juris ambitione aliquando salubriter valeant cohiberi. Plane errorem, cui pro posse non resisterem, approbarem, veritatemque, cum minime defensarem, opprimerem; unde Innocentius vir per omnia Appostolicus, *error, cui non resistitur, approbatur, & veritas, cum minime defensatur, opprimitur*. Gregorius consentire videtur: *erranti qui . . . . . resecanda, ut corrigi debeant, non occurrit*. Augustinus: *qui metuens . . . veritatem occultat, iram Dei, quia magis timet hominem, quam Deum . . . reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: unde Mojses Dei famulus ait . . .** . . . . . Hinc ad Eli dicit Dominus. *Precidam brachium tuum, & brachium patris tui, ut qui fueras ad pugnandum pro me, jam nec manum habeas ad tuendum te*: Qui Rachab regi Isdrael similiter ait: *quia dimisisti regem Assiriorum Benedaboirum morte dignum de manu tua, erit anima tua pro anima ejus*. Quod si aliqui Episcoporum religionis intuitu aliquibus Abbatibus ordinationem quandoque permiserunt, vagatione tamen Sarrabaitarum . . . . . . stabilitate acephalorum, malitiosa ambitione Dei Ecclesias opprimentium, a beate memorie Calixto, cæterisque Patribus emendandum & ad episcopalem ordinationem jure antiquo fuit reducendum. Sane si aliquis Apostolorum, vel Prophetarum, unde divinum jus immutaretur, inveniretur, foret radicibus abdicandum. Quapropter Aecclesiae Dei consulens beatissimus Paulus nequaquam pepercit Petro pro abdicando judaismo. Hoc etiam fecit Exechias Rex, qui videns Judaicum populum contra jus Divinum aeneum venerari serpentem, non veritus est opus Moysi hominis Dei confringere, & populo, ut Deum solummodo adoraret, precipere. Desinant ergo, desinant, & a vagatione lenocinantis avaritiae desistant, & ut Papa Clemens, *ut ne in . . . peneant: Episcopis in omnibus obediant*. Nam, ut pauca referantur ex multis, Monachus . . . . positus tenere jejunium nequit, non sapienter psallit, quia obambulantis comitatum eum loquacitas impedit. Nocturnis non insistit excubijs quia secretum deest irregularitatis; flectendis genibus non insudat, quia labor itineris non concordat. Nequaquam sub silentii censura constringit, quia frequenter emergentibus causis per multiloquia diffrenatur; lectioni, vel orationi minime vacat, quem extra semetipsum egredi terrena necessitas dictat; caritas in eo minuitur, quia mens, que tot secularium actionum ventos recipit, ab amoris intimi fervore tepescit: robur patientiae frangit, quia quilibet inceptanti, dum saepe contra votum repentini casus emergentes obviant, qui suum accelerabat explicare negotium, non æquinamiter portat, & talia tunc per impatientiam verba profundit, que si ad se revertitur, ultricibus lacrimis graviter punit: suum quoque castitas mentis dispendium patitur, quia non nunquam mens concupiscentiae telo conligitur pro carnis specie, quam exterius contemplatur. Dina quippe Jacob filia, quae diu se in tabernacula paterna cohibuit, & illibate virginitatis jura servavit, postquam vero ad videndas mulieres regionis illius egressa publicum petijt, hostem protinus virginitatis pertulit, & aliene libidini prostituta servivit. Si deambulanti David in solario domus regie clausi fores obsisterent, in lavantis se Bersabeae concupiscentiam nullatenus exarsisset. Desinat cum Esau remotionis suae claustris erumpere, cum eo sub obedientiae specie causis se desinat secularibus implicare; ne quandoque secum ipso lugeat Divinæ benedictionis extorrem, quem noxie vagationis sortitur auctorem. Cum Jacob se domesticum prebeat, cum Jacob in tabernaculis vivat simpliciter, quatinus Deo de coscientie suae virtutibus tanquam de domestici gregis apparitione edulium suavissimum faciat: Mundo se extraneum reddat, ut Deo propensioris gratiae largitate familiaris adhereat, qui e mundo mortuus vivat, a terrenis se vexationibus subtrahat, ac velut in sepulcro jam positus in solo ceratoris sui desiderio suaviter requiescat . . . . . . a parente Christo, & ipse cum eo apparere mereatur in gloria. Salutate Dominum meum Abbatem cum omnibus in Christo fratribus vallis umbrose; me etiam famulum sueque sacerrime congregationis commissum, & a conspirantibus, & dilacerantibus custodiat, & emendari faciat, elaborate. Nempe eorum absurdissimo suasu, &

* non ita pauca desunt

& missa me interdicente canitur, & quatuor fere libris Lucane monete colonis beati Petri subreptis Comitissa, & Comes de Bagnacavallo non modo terras, reddituſque terrarum, verum etiam oblationes aliorum mihi interdixerunt . . . . . *Desunt aliqua*.

I I.

Gregorji IX. literae ad Pistorienses a. 1231. ex Archivo Operae S. Jacobi.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis . . Potestati, & Populo Pistoriensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum illius Regis pacifici, licet immeriti Vicarji constituti, qui ut reconciliaret servum Domino, univit hominem sibi Deo, evangelizzare pacem omnibus teneamur, hiis specialiter, quos & devotionis, & vicinitatis ratione, quasi familiares habemus, ad sopiendam discordiam in Tuscia diabolo instigante subortam, & in multorum dispendio jugiter succrescentem, multimodis interposcimus hactenus partes nostras, nec interponere desinemus, quandiu nobis Dominus ad id dederit facultatem. Quare non immerito gratulamur, quod carissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum Imperator illustris semper Augustus, & Rex Siciliae ad reformandam pacem, vel treguas firmandas, saltem usque ad adventum suum, prudenter intendens, vobis, & aljis circumpositae regionis super hjis dirigit scripta sua, contradictores & rebelles pubblice diffidando, & implorando a nobis contra eos auxilium, & favorem. Cum igitur Imperiali excellentiae in hoc vos non deceat refragari, in quo cuilibet vos amanti obsequi deberetis; Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatinus facientes de necessitate virtutem Apostolicis, & Imperialibus jussionibus pareatis humiliter, & devote, ita quod non tam necessitate, quam voluntate facientes, quod expedit, reputemini sapientes. Alioquin non aliene duritie, sed vestre facilitati poteritis imputare; si vobis exinde alia eveniant, quam velitis. Cum in re tali predicto Principi nequeamus imploratum auxilium denegare. Datum Lateranj III. Idus Maji Pontificatus nostri anno quinto.

A D N O T A T I O.

Quinctus Gregorji annus incipit XII. Kalend. Apr. A. 1231.

I I I.

Karoli Siciliae Regis literae ad Pistorienses a. 1268.; ex libro Censuum p. 88.

KArolus Dei gratia Rex Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, & Andegaviae, Provinciae, & Foltalquerij Comes. Potestati, Anzianis, Consilio, & Communi Pistoriensi devotis suis salutem, & omnem bonum Civitatis vestrae statum. Ob sincere devotionis, quem ad nos ostendistis, affectum cupientes semper fore pacificum, & quietum, ne occasione electionis de Potestate, vel Capitaneo, quae in Civitate vestra nunc imminet facienda, aliquam contingat oriri discordiam inter cives, universitatem vestram affectuose requirimus, & rogamus, quatenus quatuor bonos viros de vestris concivibus, sublata difficultate, & dilactione qualibet, ad nostram presentiam destinetis, recepturos a nobis personam ydoneam, quam vobis in potestatem hac vice duxerimus concedendam; ita tamen, quod nullum vobis per hoc imposterum prejudicium generetur, quia secundum libertates & consuetudines vestras possitis vobis futuris temporibus de Potestate libere providere. Datum in Castris in obsidione Podij Bonizii XXII. Augusti decima Indictione, Regni nostri anno tertio.

Ego

Ego Bartholomeus Ranaldi Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius predictam literam legi, vidi, & reperij, & prout in ea inveni, hic ex auctoritate, & licentia mihi prius prestita a Domino Cialdo de Cancellerjis Potestate Pistoriensi de verbo ad verbum fideliter trascripsi, & exemplavi, & ad majorem rei evidentiam signum meae manus apposui sub anno Domini MCCLXVIII. Indictione XI.

I V.

Literae Florentinorum Pistoriensibus scriptae, ex libro Censuum p. 235.

MAgne nobilitatis, & industrie Viris Dominis Potestati, & Capitaneo, & providis Ansianis, & sapienti Consilio, & Communi Pistoriensi carissimis suis tamquam fratribus intime diligendis, Petrus Gonsalonerius Regius Vicarius, & Consilium, & Commune Florentie fraternæ dilectionis constantiam cum salute.

Noveritis, quod ad vitandum lites, quas cum nostris possunt habere veraces, occasione possessionum, & aliarum rerum, quas ipsi adipiscerentur in comitatu nostro, unde oriri posset materia scandalorum stabilitum est, & in Capitulo nostri constituti * firmatum, quod nullus de Civitate, vel districtu nostro audeat, vel presumat vendere, vel permutare, seu donare, aut alienare, vel obbligare, vel alio modo concedere, sive aliquo titulo alienationis transferre aliquas terras, domos, seu vineas, vel molendina, sive . . . . vel colonos, aut aliquas possessiones, vel aliqua immobilia cuicumque speciali persone, vel loco, sive universitati de Civitate, vel Comitatu, seu districtu vestris, aut alicui, qui nobis & Communi nostro non solvat libras, & non faciat, seu non subeat personales, & pecuniarias factiones. Si qui enim contrafacerent, ea, quae sic alienata forent, nobis pro libris, & factionibus antedictis remanerent nihilominus obligata: & omnis actus, quem etiam fieri contingeret, esset inritus, & inanis, & punirentur exinde contrahentes, pro ut tenemur ex dicti Capitulo constituti. Quare vestram nobilem sapientiam deposcimus, quod haec denuntiari, & notificari faciatis vestris civibus, & districtualibus universis, & solempniter, & publice prohiberi, ut aliqua in terra, vel districtu nostro contra predictam constitutionem nostram acquirere per se, vel per alios non presumant, ut inter vos & nos omni materia turbationis amota sincerus amor semper viceat, & gratum suscipiat incrementum.

* f. consilii

Data Florentie VI. Iulii quinte Indictionis.

Ego Armaleone quondam Infrangipanis auctoritate Imperiali Judex ordinarius, & Notarius licteras illas, unde hoc exemplum sumptum, & transcriptum est, vidi, & legi, & pro ut ibi vidi, & legi, hic manu transcripsi, & exemplavi, & signum meum apposui, quae litere erant munite sigillo cere viridis, in quo quidem sigillo erat figura, sive imago freulis, & erant scripte undique tales litere ✠ *Sigillum Florentinorum*, quas literas exemplavi sub anno Domini MCCLXXVII. Indictione V. die XIII. Julii.

V.

Roberti Siciliae Regis epistola (a. 1317.) ad Pistorienses, ex Archivo Pistoriensi Operae S. Jacobi.

ROBERTUS Dei gratia Rex Jerusalem, & Sicilie, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capue, Provinciæ, & Fortalguerij, ac Pedemontis Comes nobilibus & discretis viris Rectoribus, Consilio, & Communi Civitatis Pistorij devotis suis salutem, & amorem sincerum. Dilectioni vestrae notificamus, quod nos qui hactenus pro bono, & victorioso, nuncque pacifico statu vestro, & alio-

aliorum Communium devotorum S. Matris Ecclesiae dilectorum nostrorum laboravimus utiliter & libenter, nostrae bonae intencionis erga vos propositum retinentes opem, & operam sic adhibere curavimus, quod noviter Ambaxiatores, & Sindici tocius Tusciae super pace inter communia utriusque partis ineunda in nostra presentia unanimiter concordarunt. Hec igitur vobis intimare decrevimus, ut de pacifico statu vestro vobis optandae nova leticie amabiliter porrigamus. Datum Neapoli die 20. Maji XV. Indictionis.

V I.

Pistoriensium epistola a. 1321. ad Robertum Siciliae Regem, ex Archivo Operae S. Jacobi.

SAcre Regie Majestati Jerusalem, & Siciliae.

Summo Principi Domino Roberto Dei gratia illustri Jerusalem, & Siciliae Regi, Petrus della Turre de urbe veteri vester Vicarius in Civitate Pistorij, Antiani, Vexillifer justitiae, Consilium, & Comune Civitatis ejusdem cum omni devotione, & recomendatione se ipsos. Pura fides, quam erga vestram gerimus Majestatem, fiducialiter nos inducit, quod dominationi vestrae, cum expedit, pro nostris civibus precamina nostra iuri, & justitiae consona porrigamus. Quare cum Lazzarinum olim Domini Johannis de Lazzarjis civem nostrum charissimum, & nunc vestrum Scutiferum, qui est, & semper fuit regiae Majestatis, & Guelfe partis amator, & sic fuerint antecessores ipsius, inter alios cives nostros amplectamur dilectione sincera, dominationi vestrae, de qua plene confidimus, supplicamus affectu, quo possumus, ampliori, quatenus ipsum in suis agendis habere dignemini commendatum, scituri pro certo, quod quidquid gratiae facietis eidem, nostris personis proprjis adscribemus. Datum Pistorij die 18. mensis Augusti 4. Indictione.

V I I.

Johannis XXII. P. M. Litera ad Pistorienses a. 1322., ex Archivo Operae S. Jacobi.

JOannes Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Potestati, Capitaneo, Consilio, & Communi Pistoriensi salutem & apostolicam benedictionem. Quanto ferventius vos & alios universos, quos cultus Christiane religionis includit in vinculo pacis, desideramus servare concordes, tanto libentius opem, & operam adhibemus, ut vos, & ipsi, fomitibus odiorum evulsis, quietis, & pacis commodis gaudeatis. Nuper quidem non sine displicentia multa percepimus, quod pacis hostis discordie seminator per quosdam, qui velut ejus membra pestifera opera prosequuntur ipsius, inter vos, dolosa, & iniqua suggestione periculosam satagens suscitare discordiam, & vestram per dispendiosas scissuras in partes dividere moliens unitatem, nonnullos vestram in partem sinistris persuadebat literis - - declinare, illique amicorum vestrorum amicitia & dilectione relicta, lapsu precipiti adherere, per quem Civitas vestra, statu ejus casui miserabilis subversionis exposito, jugo seve tirannidis subderetur, innumeris exponeretur scandalis, & jacturis, fidelium multorum personis non sine gravibus animarum periculis & dispendiis facultatum, excidiis crudelibus deputatis. Quia vero sicut in vestris, & dicte Civitatis prosperis successibus delectamur, sic nos vestra & ipsius Civitatis, quod absit, turbarent adversa, universitatem vestram rogamus, & hortamur attentius, vobisque paterno, & sano consilio suademus, quatinus a tam dolosis suggestionibus, quibus vobis, si diligenter advertitis, dire captivitatis parantur recia in capturam, & perpetue confusionis ignominia procuratur, avertentes auditum, & intellectum, providi cautela consilii, declinantes,

nantes, illas nullatenus admittatis, quin potius ipsis omnino rejectis, cum eisdem amicis vestris, sic firmam, sicque stabilem, & solidam amiciciam conservetis, quod vobis, & eis pro tuitione vestra indissolubilis dilectionis vinculo copulatis, vos & eadem Civitas vestra, premissis periculis evitatis, quiescatis in pulcritudine pacis, & juxta nostra desideria in opulenta sedeatis requie, malorum timore sublato. Datum Avinione X. Kal. Junij Pontificatus nostri anno sexto.

VIII.

Ejusdem Johannis XXII. P. M. Litera ad Pistorienses (*a.* 1323.) *ex Archivo Operae S. Jacobi.*

JOannes Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Ancianis . . Vexillifero justitie, Populo, Consilio, & Comuni Pistoriensi salutem, & apostolicam benedictionem. Nuper devotionis vestre literas, & nuncios ad nostri Apostolatus destinatos presentiam, solita benignitate, recepimus, & que continebant littere hujusmodi, quibus inter cetera petebatis eisdem nuncijs fidem adhiberi credulam, ipsique nuncij sub verbis credentie pro parte vestra proponere voluerunt, audivimus, & intelleximus diligenter. Per quorum nunciorum, & literarum affatus nobis sinceritate devotionis, & fidei, quibus erga nos, & Romanam Ecclesiam splendere noscimini, presentata, ex hoc nostra precordia tanto majoris rore leticie sunt perfusa, quanto vos, quorum quietem, & salutem appetimus, cognoscimus clarius velle per viam veritatis, & rectitudinis, errorum propulsa caligine, dirigere gressus vestros, & insuper veritate destitui, quod super contrario detractorum suggexerant labia, quibus non adhibuimus faciliter credulas aures nostras. Auxit etiam non modicam letitiam super hiis cordi nostro circumspecta reformatio, ad quam pro statu vestro, & Civitatis vestre sub Dei timore, & Ecclesie predicte devotione, & reverentia, in pacis, & unitatis vinculo, conservando, tamquam viri pollentes virtutibus aspiratis. Super quibus providentiam vestram plurimum in Domino commendantes universitatem vestram rogamus attentius, & hortamur, quatinus cepta laudabiliter in hac parte sic continuare studeatis laudabilius ad futura, quod omnino malorum timore sublato, vos & eadem Civitas sedeatis in pacis pulchritudine, & in requie opulenta quiescatis. Nos autem ab intimis vos cupientes paternis affectibus super omnibus confovere, juxta missa per vos capitula, & alias, prout opportunum fuerit, actore Deo adhibere proponimus opem, & operam efficaces. Datum Avinonij VI. Idus Julij, Pontificatus nostri anno septimo.

IX.

Ejusdem Johannis XXII. P. M. littera ad Pistorienses a. 1323., *ex Thesauro S. Jacobi Pistorij.*

JOhannes Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis . . Vicario, Antianis, Consilio, & Comuni Pistoriensi salutem, & apostolicam benedictionem. De statu vestro pacifico, quem avide vos appetere credimus, tamquam bonum, paterna vobiscum affabilitate tractantes prudentiam monemus, & rogamus attente, quatinus ordinata provide per carissimum in Christo filium nostrum Robertum Sicilie Regem illustrem circa hujusmodi statum vestrum sic studeatis efficaciter observare, quod ejusdem vestri status optata tranquillitas ex ipsius ordinationis observatione proveniat, & gratum ordinantis affectum vestra discretio prosecutione operis recognoscat. Datum Avinonij Kal. Octobris Pontificatus nostri anno Octavo.

X.

X.

Exemplum cujusdam littere transmisse (f. a. 1341.) nobilibus, & potentibus viris Dominis Anxianis & Vexillifero Justitie Civitatis Pistorij per Dominos Priores artium & Vexilliferum Justitie Populi & Communis Florentie, ex libro Nicchio pagina 122. t.

AMICI CHARISSIMI.

AMbaxiatorum vestrorum prudentum presentiam vestram adheuntium occasione cursus fluminis Agne, de quo quomodo intelligebatur ex parte vestra relatibus mittentium intuitu complacentes, ecce devotis nostris de Monte Murlo in forma sequenti dirigimus scripta nostra, volentes mutue dilectionis ardore, quo Comuni Pistoriensi sumus astricti, omnem scandalorum materiam, que vos vel ipsorum districtualium posset contentionem pacis discordia quomodo libet perturbare, quantum in nobis fuerit, enervare radicitus. Volumus & mandamus vobis, quatenus permittere debeatis construi, & refici facere piscariam seu clusam in flumine Agne in loco, ubi dilecti nostri Cives & Ambaxiatores Bertus Domini Rodulfi de Puccis, & Taddeus Cionini Alglioni cum Ser Petro Alexandri, & Ser Jacobo Sandri Ambaxiatoribus Pistoriensis Comunis in concordia aliquibus vestris terrigenis presentibus remanserunt, ut aqua fluminis Agne predicti labi valeat per antiquum, & solitum alveum, sicuti dicti fluminis & canale per quem vel quod presertim in MCCCXXXV. hactenus decurrere consuevit, sinentes dicto Comuni Pistorij dictam piscariam per illos, quos ad predicta deputaverit, refici & construi facere, ut predicitur, absque contentione, molestia alicuius, quia quod eis ex secum inito concordie contemplatione dicti Comunis conferre providimus, a nullis nobis suppositis intendimus violari. Datum &c. – ad cujus refectionem, & constructionem Cluse, ut prescribitur, amodo potestis ad voluptatem vestram procedere, cum de ipsa contentemur. Si qua vero alia possumus conformia votis vestris, nos paratos amicis affectibus pollicemur, datum Florentie die XXVIII. Novembris decima Indictione.

Priores artium & Vexillifer justitie Populi, & Comunis Florentie.

Sequuntur subscriptiones & collactiones quatuor Notariorum, scilicet

Ser Curradi Ser Lippi.
Ser Agnoli de Vanni Dolci.
Ser Donati Accolti.
Ser Doccius Ser Nicchole Lanfranchi.

X I.

Karoli IV. Imperatoris literæ ad Pistorienses, a 1346., ex libro Nicchio pag. 121.

KArolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemie Rex.

Fideles dilecti. Cognoscentes vos nostre felicitatis avidos ad exaltationem nostri Diadematis, & Sacri incrementa Imperii intimis desideriis aspirare, & in habundantia salutis nostre sinceris animis preteritis jocundare, scire vos volumus, & per familiarem nostrum Leonardum de Castiglione aretino exhibitorem presentium vobis ad specialis gaudij cumulum nuntiamus, quod die Sancto Resurrectionis Dominice Rome in Ecclesia S. Petri Apostolorum Principis per Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Episcopum Ostiensem Cardinalem amicum nostrum dilectum, vice Domini Pape, consecrati fuimus, & inuncti, ac una cum Serenissima Anna Romanorum Imperatrice semper augusta, & Boemie Regina imperialibus Sacris infulis in Senatus Romani, nec non Principum, Archiepisco-

piſcoporum, Epiſcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & Procerum, ac Populi in medio & preſentia ſolempniter inſigniti, grata quoque corporis ſanitate gaudentes in ſingulis noſtris & Imperii Sacri honoribus, ac agendis maxime Deo propitio continue proſperamur. Data Rome ſub Sigillo noſtro die 5. menſis Aprilis Regnorum noſtrorum anno nono, Imperii vero primo, videlicet ſub Sigillo noſtro, quod olim fuit vive recordationis Henrici Romanorum Imperatoris ſemper auguſti Avi noſtri Kariſſimi.

Epigramma vero: *Nobilibus Anxianis Comunis, & Populi Civitatis Piſtorij noſtris, & Sacri Romani Imperij Vicariis, & fidelibus dilectis.*

X I I.

Urbani VI. literae ad Auximates, ex Auximatis Civitatis Archivo.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis Filijs Populo, & Communi Civitatis noſtre Auximane ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex ſerie litterarum dilecti fili noſtri Andree titulo Sanctorum Marcellini, & Petri Presb. Card. gratanter accepimus devotionem, & fidelitatem veſtras eximias, quas erga nos, & Romanam Eccleſiam Matrem veſtram, & praeſertim erga dictum Cardinalem ob noſtri reverentiam geſſiſtis hactenus, & geritis ferventius indefeſſi, qualemq. ei obedientiam debitam liberaliter exhibetis; quin imo in recuperatione Caſſari Civitatis veſtre Auximane nuper eidem Cardinali auxilijs, & favoribus debitis adſtitiſtis. Propter quod fidelitatem, & devotionem eaſdem cum gratiarum uberrimis actionibus merito commendamus, voſque rogamus, & hortamur attentius, quatenus in fidelitate, & devotione hujuſmodi de bono in melius perſeverare velitis, ſicut indubie credimus, & ſperamus, ut exinde noſtram, & Apoſtolicae Sedis benedictionem, & gratiam uberius conſequi merito valeatis.

Datum Rome apud Sanctum Petrum 8. Idus Februarij Pontificatus noſtri anno 3.

X I I I.

Bonifacij IX. ad Auximates litterae, ex publico eorumdem Archivo.

BOnifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis, Populo, & Communi, ac Officialibus Civitatis noſtræ Auximanæ fidelibus noſtris ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Percepto per nos obitu B. M. Andree Tit. Sanctorum Marcellini, & Petri Presb. Card. Apoſtolicæ Sedis in Provincia noſtra Marchiæ Anchonitane legati plurimum condoluimus, & volentes honori, & ſtatui veſtro, & dicte Provincie utiliter providere, diſpoſuimus ſtatim vobis, & dicte Provincie de alio Rectore vobis grato, & honoris, ac ſtatus hujuſmodi fervido Relatore providere, quem quamtotius intendimus, deſtinare. Quapropter hortamur fidelitatem, & devotionem veſtram, ut confortemini in Domino, & alios fideles noſtros velitis confortare, ac fidelitatem, obedientiam, & devotionem veſtram, quas ad nos & Romanam hucuſque laudabiliter geſſiſtis Eccleſiam, in quo fidelitatem, & devotionem veſtram plurimum merito commendamus, velitis de bono in melius, ut firmiter ſperamus, continuare, ſcientes quod ſemper intendimus vos, ut peculiares filios, & fideles noſtros proſequi gratijs, auxilijs, & favoribus opportunis, prout venerabilis Frater noſter Petrus Archiepiſcopus Hiadrenſis preſentium lator, quem ad vos deſtinamus de intentione noſtra ſuper hiis plene informatum, fidelitati, & devotioni veſtre plenius referre poterit, cui in referendis ſuper hijs ex parte noſtra devocio ipſa credere velit. Datum Reate 13. Kalendas Auguſti Pontif. noſtri anno primo.

X I V.

X I V.

Bonifacii IX. litterae ad Auximates, ex publico horum Archivo.

BOnifatius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filijs Comuni, & Populo Civitatis nostre Ausimane Fidelibus nostris salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex Fide dignorum relatu, & inditijs accepimus evidenter, quod vos, quorum fidelitatis integritas in servitijs Sacrosanctae Romanae Ecclesiae, & devotione nostra retroactis temporibus continue solidavit, ad nostrorum, & dicte Romane Ecclesie Rebellium exterminium, & confusionem omni studio, omnique cura solerti laboratis viribus indefessis; cujus quidem propositum in Domino commendamus, hortantes devotionem vestram, de qua stabili mente confidimus, quatenus laudabiliori fide continuantes, quæ laudabiliter incepistis, vestrum studium apponere non desistatis, iniquitatis filijs, & Rebellibus nostris, & dicte Romane Ecclesie continue resistendo, tenentes indubie, quod almam urbem ingressi die prima, vel secunda mensis Septembris immediati cum Dei auxilio illico mittemus ad partes Marchiæ Auconitanae dilectum filium, nobilem virum Andream Tomacellum militem Neapolitanum Germanum nostrum cum multorum nobilium, & gentium armorum non modica comitiva, qui humiliabit cornua superborum, & conteret gentes, qui jussa Dominica non formidantes satagunt nos, & Romanam Ecclesiam conculcare. Vos itaque in praedictis more solito vigiles existentes: sic ad omnia, quae statum, & commodum nostrum, & dicte Romane Ecclesie sapiunt tenaciter vigiletis, quod depressis Rebellibus, & vestra per fructum evidentiam fide servata praeter eterne retributionis premia fidei vestre constantiam dignis extollere laudibus, & labores vestros amplis retributionum premijs rempensare merito valeamus. Datum Reate 4. Kalendas Septembris Pontificatus nostri anno primo.

X V.

Florentinorum Epistola ad Pistorienses, ex libro Provisionum Pistoriensis Urbis.

NObilibus Viris Dominis Anzianis, & Vexillifero Justitiæ Populi, & Comunis Civitatis Pistorij amicis humanissimis.

AMICI UMANISSIMI.

QUia scimus, quod in Camera vestra habetis maximam quantitatem parentium, nos, qui multos in presenti guerra consumpsimus; cumque semper in beneplacitis nostris paratos invenerimus vos, & promptos, amicitiam vestram officiosissime deprecamur quanto amore nostris vobis placet centum de dictis parentibus nobis transmittere, de quo facietis nobis complacentiam singularem.

Datum Florentiæ die 7. mensis Decembris 1390.

Decem Oficiales Baliæ Communis Florentiæ.

X V I.

Aliae Florentinorum literae ad Pistorienses, ex eodem libro.

EGregiis & nobilibus Viris Anzianis, & Communis Pistorij fratribus honorandis.

CARISSIMI, E DEVOTI FRATELLI.

COme sapete, quante gravi, e ineffabili spese, e bisogno il nostro Comune al presente supporti, per podere la vostra, e la nostra libertà difendere, e con-

conservare, e per questo fare non solamente i Cittadini proprj, ma eziandio i Cherici tutti, e ciascuni gli altri nostri sottoposti, che del nostro Comune alcuna difensione o ajuto ricevono, è stato di bisogno richiedere secondo la loro possibilità. E pertanto voi carnali e perfetti fratelli con ogni stanza vi richiegghiamo, che vi debba piacere per tutto il presente mese d'Aprile avere al nostro Comune prestati fiorini sedicimila d'oro, e quelli con effetto al nostro Camarlingo aver pagati, confortandoci per infino ad ora: fra tanto voi, e gli altri, che noi abbiamo richiesti, che il detto termine abbino i detti denari, per la grazia d'Iddio più non avremo di bisogno per questa cagione in alcun modo richiedervi: sperando d'essi fare tale, e sì fatta operazione, che sarà perpetualmente quiete, riposo, e consolazione a voi, e a noi, e a tutti gli altri fratelli, e del nostro Comune figlioli, e umili servitori.

Datum Florentiæ die 16. mensis Aprilis 1391.

Officiales pecuniæ Communitatis, & districtus Florentiæ.

XVII.

Ludovici Magalonensis Episcopi literae ad Pistorienses, ex Archivo Operae S. Jacobi.

UNiversis presentes literas inspecturis Ludovicus Dei gratia Episcopus Magalonensis Reverendissimi in Christo Patris Domni Francisci miseratione Divina Archiepiscopi Narbonensis, Domini Pape Camerarij in Camerariatus officio Locum tenens in Domino salutem. Ad universitatis vestre notitiam deducimus per presentes, quod Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Domnus Martinus divina providentia Papa quintus grata, & fidelia discreti viri Cipriani Francisci Canonici prebendati in Ecclesia Sancti Zenonis Pistoriensis suae Sanctitati, cum adhuc in minoribus esset constitutus, impensa recensuit servitia, supplicationibusque per dictum Ciprianum sibi oblatis generose inclinatus, eidem annatam, sive medios fructus primi anni, in quibus Apostolice Camere sub certis penis, & sentenciis ratione Canonicatus, & Prebende predictorum tenebatur . . . . . . obligatus, nobis presentibus die datarum presentium de suae benignitatis gratia remisit pariter, & donavit. Quam quidem annatam de mandato ipsius Domni nostri Pape super hoc nobis facto oraculo vive vocis, etiam eidem remisimus, & donamus per presentes. Quocirca venerabilibus viris Dominis in Civitate & Diocesi Pistoriensi jurium & proventuum Apostolice Camere debitorum collectori & succollectori, ceterisque, ad quorum spectat officium, presentium tenore precipimus, & mandamus, quatenus dictam remissionem in libris, & registris eorum annotantes dictum Ciprianum de, & super annata Canonicatus, & Prebende prefatorum ad inde in antea non debeant molestare, vexare, impetere, aut aliter perturbare nullatenus presumant. Quinimo si, & quidquid in contrarium fuerit attentatum, ad statum pristinum, visis presentibus, reducere studeant, & procurent. In quorum testimonium presentes litteras fieri, & sigilli camerariatus offitij, quo utimur, fecimus appensione muniri. Datum Florentiæ die prima mensis Septembris Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo indictione tertia decima Pontificatus prefati Domini nostri Pape anno tertio.

XVIII.

Petri Cardinalis Tit. S. Eusebij ad Thaddeum Simonis Antelle de Florentia Monachum S. Salvij epistola, ex Archivo Monachorum Vallis umbrose Pistor.

PEtrus miseratione divina tituli S. Eusebij Sancte Romane Ecclesie Presbiter Cardinalis. Dilecto nobis in Christo religioso viro Thaddeo Simonis Antelie

telle de Florentia Monacho Monasterij S. Salvij Fesulane Diocesis Ordinis Vallis umbrose, Rectori parrochialis Ecclesie S. Marci Pistoriensis Diocesis, Nepoti, Cappellano, & familiari nostro salutem in Domino sempiternam. Vite, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam percipimus insignitam, nos inducunt, ut te favoribus, & gracijs prosequamur opportunis. Ut igitur nostram benevolentiam, qua personam tuam prosequimur, per operis effectum sentias, & cognoscas, te ex nunc, quem dignum reperimus, in familiarem nostrum, domesticum, continuum commensalem tenore presentium recipimus gratiose, ceterorumque familiarium nostrorum, domesticorum, Cappellanorum numero, & consortio favorabiliter ascribimus, & aggregamus, volentes, ut deinceps quibusquumque privilegiis, honoribus, imunitatibus, libertatibus, exemptionibus, graciis, favoribus, comoditatibus, & prerogativis, quibus ceteri familiares nostri, domestici potiuntur, & gaudent, tu quoque potiri, & gaudere valeas, videlicet cum effectu, & honore, ad nosque pro singulis tuis negociis, in quibus favorem nostrum tibi senseris profecturum; cum fidentia recursum habeas specialem. Nos enim ad tui honoris augumentum, & comoditatis semper benivolum reperies, atque gratiosum. Hortamur etiam, & affectuose rogamus omnes, & singulos cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, vel preeminentie quacumque tam Ecclesiastica, quam mundana dignitate prefulgeant, ad quos presentes litere nostre pervenerint; quatenus nostre contemplationis intuitu in nostris, & tuis peragendis negociis favorabiliter suscipiant te commissum honorabiliter pertractando. Cumque ad diversas mundi partes te tam pro nostris, quam pro tuis forsan declinare contigerit negociis, universos mundi dominos tam ecclesiasticos, quam seculares, nec non comites, armorum capitaneos, & eorum officiales, & locatenentes, ad quos nostre presentes litere pervenerint, affectuose precamur, quatenus te cum tribus familiaribus, seu sociis per ipsorum terras, pontes, & loca quecumque cum rebus nostris, vel tuis quibuscumque, tam eundo, quam redeundo, sine solutione alicujus datij, pedagij, gabelle, Bullestarum ire, venire libere, & expedite, absque aliquo impedimento transire permittant, tibique de salvoconducto, & itineris securitate provideant, si opus fuerit, & eos duxeris requirendos, ut eorum cuilibet juxta relata tua, & graciarum actiones, & debita rependia teneamur. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium premissorum presentes nostras patentes literas fieri, & per Secretarium nostrum infrascriptum subscribi mandavimus, sigillique nostri jussimus, & fecimus appensione communiri. Datum & actum Rome in Sacro Palatio Apostolico in Camera nostre solite residentie sub anno a Nativitate Domini MDXIII. Indictione prima, die vero vicesima quinta mensis Octobris Pontificatus in Christo Patris & Domini nostri Domini Leonis divina providentia Pape decimi anno primo.

Petrus Gerius Secretarius subscripsi.

CLASSIS

CLASSIS X.

Donationes.

ROMANO. PATRVM. SOCIETATIS IESV. COLLEGIO. RELIGIONIS. ET BONARVM. ARTIVM. SEDI. AMPLISSI MAE. ET. SPECTATISSIMAE. FRANCI SCVS. ANTONIVS. ZACHARIAS. EIVS OLIM. IN. THEOLOGICIS. DI SCIPLINIS. ALVMNVS. CLASSEM HANC. VETERVM. MONVMENTO RVM. D.D. OB. MERITA DOMINICO. FRANCHINIO. EIVSDEM COLLEGI. IN. ANNVM. III. RECTORE.

I.

Donatio a. 748. facta Monasterio Pistoriensi S. Bartholomaei, ex eiusdem Archivo.

EXemplar. In nomine Domini die octavo mense Septembris regnante Domino Rachis vir excellentissimus regem anno quarto per Indictione secunda. Feliciter . . Ratpertus quondam filius quondam Guilichisi sperare in me divina potentia, dum complexus reiacere in infirmitate. sine fine ubi fures non effodiunt, nec furantur, ut illa voce audire merear, quam Dominus noster Iesus Christus, ac redemptor omnium in se credentibus promittere dignatus est, *venite benedicti patris, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi*, & iterum ammonuit dicens [1]; filius masculus previdi mihi in proprio meo edificare Ecclesia Monasterio beatissimorum Sancti Petri, & Pauli, atque Anastasii, & inivi me vel anima mea commendare, atque offerri medietate de omnem parvitatem pecuniam vel ad quisitum meum, quod nunc presenti die avere, & tuero tam case avitacionis meæ, quam & casæ masariciæ, seo casalia, vinea, terra, pratis, pascuis, silvis, salectis, sationibus, cultum, atque incultum movilem, vel immovilem, seseque moventibus omnia, & in omnibus ad ipsum sanctum, & veneravile locum offerri, & condonare previdi, seu & ostruelda, qui veste monastica induta esse videtur. In eum vero tenore, ut si iam dicta filia mea voluere cum genitrice mea Muntia, atque coniuge mea Persedrada, seo germana mea Ratperta in ipsum Monasterio meo deservire in * Nodochio egenos vel pauperes recipiendum, & elemosina tribuendum, & guvernandum per ebdomota una pauperes vel peregrinas animas, & una cum Dominico abbate rectore, quem inibi ordinare previdi; omnia, ut dixi, in sua habeat potestate regendum, elemosinam tribuendum, de quibus inibi dominus condonare dignatus fuerit & pro anima mea gravata ponderibus peccatis meis die noctuque omnipotentem Dominum, & ejusdem omnipotentis Domini genitrice Maria, vel beatissimi Sancti Petri, & Pauli seu Anastasii inc : : : : nimis peccator de vinculis penarum eripere dignetur, & inter sanctis, & electis suis aliqua parte vel societas tribuere jubeas, quia scriptum est per eloquium, & ministrationem Domini nostri Jesu Christi, petite & dabitur vobis, querite & imvenietis. Pro ideo ego miser, & nimium peccator creditus in ejus magna misericordia, qui est pius

(1) forte hic lineam omisit dormitans Notarius.

* lege Xenodochio.

pius Dominus, ac redemptor omnium Celi & Terre, de parvitatis mea terrenis tribuendum ad ipsa sancta virtute nominis Beatissimi Sancti Petri, & Pauli, seu Anastasii celeste gaudium coniuge mea Perterada carnale vitio fuerit consecuta, & in ipso Senodochio, vel Monasterio noluerit deservire, nulla de rebus meis avere debeant, nisi vacua, & inane exinde foris exire deveant, ambulando, ubi voluerit, & forsitan filia * : : rio residere cum portione sua vadat, ubi voluerit, amplius de rebus meis, vel in ipso Monasterio nulla posset avere, vel imperatione facere. Nam si inivi permanserit, omnia cum supradicto rectore, vel genitrice, atque coniuge, vel si * : : : Dominus vitam concesserit in hunc exilium mundi avitandum, omnia mea sit potestate regendum, remiliorandum, usufructu capiendum, nam non ad secularibus per nullo ingenio subtrahendum; nisi pro anima mea liveri demittendum, & si f. * : : : michi heredes, esse deveant secundum lex gentis nostræ, & ipse Senodochio in suam haveat potestate, vel qui per ipso inibi fuerit ordinatum, & si ad secularibus voluerit permanere, portionem sua suscipiat, & in ipso Monasterio nulla imperatione : : : ordinatione iusta Domino fuerit ordinatus, & quod a me optandum jam est, si sine filius masculo transiero, & antea de hac luce migratus fuero, quam ipse sanctum & veneravile locum consecratus sit, volo, atque decerno, ut ipso Oratorio, vel Senodochio jam dicti * : : : ge, seu sorore, & filia mea, & omnia medietate rebus meis, quod inivi condonare visus sum diebus vite sue, in suam aveat potestatem, & post ovito eorum, qui per ipsi inivi fuerit ordinatus, & servi, vel ancillas meas pro anima mea liveri demittendum : : : ratum sic in ipsi livertas permaneat, sicut princeps Dominus bone memorie Luiprandus Rex per edictum confirmavit, & iterum confirmare previdi, & sub nullius mater Ecclesia subiacentem ipsum sanctum Oratorium, vel Senodochium parvitate mea : : : Dominico Abbas per me inivi positus, & ipsa genitrice, atque coniuge, seu germana atque filia mea in suam aveat potestatem diebus vite sue, aut fratri vel sorori, qui per ipsi inivi positi fuerint, vel postmodum unusquisque secundum Dominum electis spiriti : : : preces, & pro scelera mea Dominum deprecandum, nam per nullo titulo in alium hominem alienandum, aut per corruptione inivi alio superponendum, nisi quem ille voluerit, qui inivi fuerit ordinatus, & nullus de heredibus, proheredibus meis, quecumque aliqua possef : : : tuis temporibus stavilitum permaneat. Et qui contra hanc cartulam, vel ipso monasterio, aut sanctum Senodochio ire quandoque presumserit, aut eam inrumpere voluerit, inprimis in ira Dei, & omnis virtutis Celorum, Archangelorum, Angelorum, Pro : : : * Scariot, qui tradidit Dominum nostrum Jesum Christum, & in tartaro sit consumptum. Ecce ut mea fuerunt desideria, adinplevi, & Avandus Notarius scrivere rogavi. Actum Pistoria regnum & indictione suprascripta feliciter. Signum manus R : : : fredus medicus rogatus ad Ratperto manu mea propria teste subscripsi. Ego Lazarus rogatus a Ratperto manu mea testi subscripsi. Ego Rachiperto rogatus ad Ratperto testis ss. Signum manus Maurelli quondam filio quondam Statari rogatus testis. Signum manus Anselmi quondam filii quondam Baro fulitestis. Signum manus Tatoni quondam fili quondam Fusoni testis. Ego Avandus, qui supra scriptor huius cartule post a testibus rovorata, & hadita, ipsius Abbas presente Andrea filii Domini Karoli * anno regni eius quarto per indictione prima complevi, & dedi. Ego Gausperto Notarius sicut in autentica inveni scriptum, fideliter exemplavi.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii Scriptor autenticum illud vidi, & legi: sic inibi continebatur, quomodo in hoc exemplar scriptum est, preter litera plus minusve, & manu mea propria scripsi.

* forsitan, Monasterio.

* forsitan, mihi.

* forte, fuerint.

* forte coniuge.

* Profetarum hic Gualbertus scriptor lineam integram omisit, quam ex alio instrumento sic suppleo. *Apostolorum Martyrum, & Confessorum incurrat. Insuper socius sit Juda.*

* aum Rachis è

II.

Donatio alia eidem Monasterio S. Bartholomaei a. 764. ex ejusdem Archivo.

EXemplar. In nomine Domini Dei nostri Jesu Christi die nono mense Julio anno Regni Domni Desiderij, & Adelgis Regi anno octavo, & quinto per Indi-

Indictione secunda feliciter. Dum in hunc exilio huius seculi avitare meruerimus, oportum est enim cogitare de Dei omnipotentis milericordia, & remissione animarum nostrarum, quatenus nos de vinculo penarum Dnus ac Redemptor omnium indulgentia pietatis sue condonare dignetur, & ad vera luce luminis pietatis sue inter sanctis, & electis eius parte aliqua, vel societas invenire mereantur, quam quidem magno consilio est seculi relinquere, & ad sanctis, & ad venerabilibus locis nos comendare, ut dum ultime die convinerit, ut nos in suis iudiciis electionis ostenda, ut novis peccatoris preveniat salutem, & remedio animæ. Ideo in Dei omnipotentis nomine ego Aivaldu presbiter de Monasterio S. Silvatoris *, qui est sito prope muro Civitatis nostra Pistorie iusta Ecclesiam Sancti Beatissimi Bartholomei, dum michi divina adveniens inspirationem introendi in avito sancto Monacorum inter alius fratres, quatenus me consideravi, & pertractavit de Monasteria Beatissimorum Silvatoris, atque Beati Sancti Angeli, qui est sito locus, qui appellatur Monti Cunule prope flutio neore, quem felicissimo presbiter, seo Geminiano a fundamenta erexerunt, seu & Totone, & Raspert Autperti q.q. . . in suo privilegio edificaverunt: modo viro ego, qui supra Aivald presbiter do, dono, trado, atque offero, do, datumque esse volo tam ipse predicte Monasteria Sancti Silvatoris, & Sancti Angeli omne rebus substantia de quidquid ubique modo a presenti die ad ipse Sanctorum loca pertenere denescetur, & unc in antea Deo protegente ividem condonaverit inlivato, & exinde fuerit, aut quod ad ipsi sancti & venerabilibus locis datum, vel autfertum fuit, quomodo ividem esse videntur, omnia & in omnibus inlivato offerre visus sum ad Ecclesia Beatissimi Sancti Bartholomei. In tali vero tenore, ut omnia ris ipsa una cum ipsa Monasteria sicut regula Sancti Benedicti condoce, esse deveat. In tali enim viro capetulo, ut unam perordinationem de ipso Monasterio Beatissimi Sancti Bartholomei, vel de eius rectoribus, quomodo est, vel imposterum fuerent, ut predicte Dei Ecclesie, ut qui ividem per ipsi ordinatum fuerit per sancto iudicio canonica, vel sancta regula deveat, ut quatenus egenus vidua pauperibus elemosinis faciendum pro remissionem animarum felicissimi Geminiani Presbiter, qui tunc antea presens fuerat de ipso Monasteria, sed & Autperti, Tatoni, Ratperti, vel nostra facinora, ut novis minime perveniat ad condonationem, omnia ut supra decrevi; volo, ut ipsi sancti Monasterii Beatissimi Bartholomei, vel eius deservientibus, qui modo sunt, vel imposterum fuerit, firmiter possedire, avire deveas, ut quatenus ab hac die, ut non ego, qui supra Aivaldu Presbiter, non aliquis de heredibus, atque posteris mei unquam ullo tempore aliqua possit inferri molestia, neque molestandum, neque per nullo argumento, ingenio exinde aliquid suptrahendum, neque ad alia Ecclesia, neque ad secularia nisi tantum perpetuis temporibus firmum, & stavilitum permaneat ad ipso sancto Monasterio Beatissimi Sancti Bartholomei, sicut supra decretum est. Ecce ut meis taliter fuirum desiderii erga me adimplevit, & ne michi lice facere ullo tempore nolle, quod voluit, sed quod a me facto vel confirmato inviolabiliter confirmare promitto; quam viro † cartula remissionis rerum dotalium Lucio Notario scrivere rogavit. Actum Pistoria Regnum, & indictione suprascripta. Feliciter.

* Silvris: Silvestri siglam explicuit nescio quis, quam ducem habuit Salvius; malui ego Silvatoris interpretari.

† forte iuro.

✠ Ego Aivaldu Presbiter, qui hanc cartula rerum dotalium fieri rogavi, & manu mea propria suscripsi.

✠ Ego Teudeiat Presbiter rogatus ad Aivaldu Presbiter testis SS.

Signum ✠ manus Tanichisi quondam Tanolfi rogatus testis.

✠ Ego Gumperto Diaconus rogatus ad Aialdu Presbiter testis SS.

✠ Ego Guidolfo rogatus ad Aialdu Presbiter testis SS.

Signum ✠ manus Luitpertuli quondam Chichisi rogatus testis.

Signum ✠ manus Guinefredi quondam Guilifredi rogatus testis.

Ego qui supra Lucio Notarius scriptor huius cartule post a testibus roboratam tradita complevi & dedi.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatij scriptor autenticum illud vidi, & legi, unde hoc exemplar exemplatum est, & quod inibi scriptum inveni, fideliter exemplavi.

I I.

I I I.

Donatio eidem Monasterio S. Bartholomaei facta anno 767., ex eiusdem Archivo.

IN nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi die quinto mense Februario regnante Domnus (1) Desiderius [2] & Adelghis regibus anno regni eorum in Dei nomine decimo (3) indictione quinta feliciter Gaidoaldus medicus regum cogitante me de omnipotenti misericordia, & remissione anime mee, quoniam vite temporum, & mortis exitum omnipotens Dominus sue (4) modo tanta [5] reservavi notitia, ob hoc ante quam repentinus superveniat interitus, nichil omne (6) nostra deveniat disponere, atque . . . . cum venerimus ante tribunal Christi, non nos de neglegentia judicet, sed de bonis operibus gratuletur, ut prius qua [7] de re ego qui supra Gaidoaldus medicus, dum me previdisse [8] in unc [9] exilio mundi permanente, previdi de rebus meis per decreta loca offerri, & condonare pro anima mea, vel de parentibus meis, ut in perpetuum firmum permaneat ad Ecclesiam, & Monasterium Sancti Bartholomaei, quas (10) foras muros (11) Civitatis Pistoriense (12) in propriis rebus meis ad [13] fundamentis construxi, vel eius sancte congregationis Domenico Albati, & Monachorum, qui inibi congregati esse videntur, aut in antea Deo iuvante (14) . . . . . . facinoribus die noctuque operibus elemosina (15) tribuere & Dominum deprecare (16) non cessent, & nobis indignis perveniat ad salutem & remedium anime: primum omnium curte in loco, qui voceturus neure cum omnia adiacentia & pertinentia ad ipsa [17] curte [18] pertinente [19] in integrum simul & alia (20) curte (21) quae dicitur adosare finibus Lucense [22] cum ea, quae ad ipsa [23] curte [24] pertinent in integrum, quam etiam, & curtem in antuniana Lunisiana [25] ubi & oratorium beatissimi Sancti Angeli dedicavimus, necnon & curtem in barbiano finibus creti [26] cum omnia ad ipsa (27) curte [28] pertinente [29] excepto due [30] case (31) due masseritie ad rivo, qui regere vise fuerunt per baronacculo (32) & godisteo [33] qui [34] nobis da aolsu (35) evenerunt cum familie (36) vel omnia ad ipsa (37) pertinente (38), nam & alia omnia ad ipsa (39) curte [40] pertinente [41] in integrum seu & curte (42) in bucardo cum omnia, & in omnibus, quidquid ad ipsa [43] curte [44] pertinent, & ad ipsum venerandum locum [45] dilectissima Rotperga coniuge mea de suis rebus cum mea voluntate inivi [46] offerri, & condonare previde (47) tam ipsa, quam & suprascripta curti, quod superius decrevi cum omnia adiacentiam [48] vel pertinentiam (49) seu (50) case (51), masseritia (52) & de aldionibus, vineis, terris, pratis, pascuis, silvis, salectis, stationibus, padulibus [53] cultum, & (54) incultum, movilibus [55] & [56] inmobilibus (57) res seque (58) moventia omnia, & in omnibus quidquid ad iste (59) curtis [60] vel case [61] pertinent (62) ad ipsum venerabilem locum, vel eius sancte congregationis pro anime mee remedium (63) dono meo, trado, atque (64) offero possidendum, simul etiam & curte [65] mea (66) quod avere (67) visus sum finibus maritima in locus (68) qui vocatur [69] cornino cum (70) omnia ad eam pertinentem [71] ad eumdem sanctum convivium offerri, & condonare previdi. In eo modo, ut prepositus, vel rector qui in senodocio meo hic (72) foras Civitate Pistoriense propinquo ipso Monasterio positus vel ordinatus fuerit, communiter suus (73) nutrimina cum ipsius Monasterij in eodem loco cornino pasceret (74) si me ponere debeant. Hec autem omni in tempore (75) ego (76) decrevi ad ipsum sanctum & venerabile [77] locum sit traditum & confirmatum ut ipse (78) Abbate (79) vel Monachi in ipso Monasterio secundum Deum & sanctam regulam vivere & deservire debeant omni in tempore sanctum cenobium confirmandum ut nunquam destruatur set in perpetuum (80) stabilitum permaneat sub nullius hominibus vel matris Ecclesie potestas [81] subiacente nisi in suo iure permanente in (82) ius spiritualiter & regulariter deserviente (83) & inter se (84) in

(1) domno
(2) desiderio
(3) decimo, & octavo per
(4) sua tantummodo;
(5) tanta omitt.
(6) omnia
(7) quam
(8) previdissem
(9) in oc
(10) quam
(11) muro
(12) pistoriensis
(13) a
(14) adjuvante fuerint, qui pro nostris
(15) elemosinam
(16) deprecati
(17) ipsam
(18) curtem
(19) pertinenti
(20) aliam
(21) curtem
(22) lucensis
(23) ipsam
(24) curtem
(25) lainiscana
(26) greti
(27) ipsam
(28) curtem
(29) pertinentia
(30) casas
(31) duas
(32) baronacculum
(33) godisteum
(34) que
(35) aolfo
(36) familus
(37) ipsam
(38) pertinentia
(39) ipsam
(40) curtem
(41) pertinentia
(42) curtem
(43) ipsam
(44) curtem
(45) lucum
(46) inibi
(47) previdi
(48) adiacientia
(49) pertinentia sua
(50) se
(51) casas
(52) massarichias,
(53) paludibus
(54) atque
(55) mobilia
(56) atque
(57) inmobilia
(58) que se
(59) suprascriptas
(60) curtes
(61) casas
(62) pertinet
(63) remedio
(64) &
(65) curtem
(66) meam
(67) abere
(68) loco
(69) nuncupatur
(70) cum adiacentia vel
(71) pertinentia
(72) ac (73) sua
(74) pascerent
(75) tempore & que superius
(76) ego omit.
(77) venerabilem
(78) ipsi
(79) Abbates (80) perpetuo (81) potestati (82) inibi (83) serviente (84) se

in [85] ipsa congregatione digentis [86] abbate (87), qui in ipso Monasterio vel sancta congregatione secundum Deum & sanctam regulam continet regere & ordinare debeant licentiam habeant (88) & (89) quem de ipsius monasterii congregatione de inter se [90] in [91] abbate (92) elegerint (93) stabilitum permaneat. Nam non de aliis hominibus vel monasterio non possent [94] ordinationem facere aut abbatem ponere nisi qui de ipsa congregatione fuerint (95) sicut sancta regula continet. inivibi [96] abbatem (97) fieri debeant [98] vel si (99) forsitan aliqua necessitate venerit causa in ipsum sanctum monasterium vel eius congregationis volo atque decerno ut si a parte monasterii utilitas fuere (100) & filio meo Gaiprando adiuvare meruerit ipse vel heredibus [101], meis in ipso monasterio adiutorium prebeas [102] & causam defendas (103). Nam non amplius nulla [104] imperatione (105) aut quali [106] vere (107) subterendum (108) nullo modo facere possent. Et dum ego qui supra Gaidoaldus medicus adiuvare metuero in mea sit potestate sicut usque nunc defensandum dum (109) curam impendendo [110] pro eorum difensione nam nulla de ea que inivi (111) a me sunt collata aut unde (112) que (113) advenit alique [114] subterendum [115] est [116] post obitum meum omnia sicut superius decrevi stabilitum permaneat, & nullus de heredibus pro heredibus meis contra hanc meam cartulam dictionis [117] seu dispositionis offertionis mee ire quandoque presumas [118] aut alique [119] amplius in ipso monasterio imperatione (120) facere possint [121] nisi eorum utilitas fuisse (122) cause adiutorium prestando. Et hoc volo atque confirmo ut omnia quidquid superius leguntur [123] ad ipsa [124] Ecclesia [125] sancti Bartholomei confirmavi vel ipsum (126) monasterium [127] usque nunc possessum sue (128) ut omni in [129] tempore firmum ac stabilitum permaneat. De autem reliqua (130) monasteria (131) vel senodochia [132] hic [133] Pistoria vel Ticinensis (134) Civitate quam & cassio & reliqua alia loca qui (135) per me ordinata vel constructa sunt ita decrevimus ut per ipsum monasterium sancti Bartholomei [136] .... ordinata & disposita sic ita ut nullus abbate (137) qui modo est aut postmodum fuere (138) minuandum de ipsa elemosina [139], aut qualive (140) res [141] inde subtrahendo [142] nisi qualiter (143) scripti [144] instituemus omni tempore stabilitum permaneat in elemosinis [145] pauperum, Et si aliquis de ipsis abbatibus prepositi (146) custodibus de ipsa elemosina (147) subtraere [148] voluerint (149) de [150] pecunia [151] aut quales (152) res (153) non habeas [154] licentiam. Et si factum aut subtractum fuere [155] & ad veram causam apparuere (156) filiis [157] vel heredibus (158) meis [159] non permittant (160) exinde minuare aut aliqua subtractione fieri simulque (161) filius aut heredibus (162) meis (163) exinde minuare de [164] ipsa elemosina (165) sicut a me institutum est aut exinde quali (166) iure [167] subtraere voluere [168] simili modo non permittat abbatem (169) de ipso monasterio sancti [170] Bartolomei fieri [171] qui modo est aut qui postmodum fuere (172) nisi ambe partim (173) defensandum curam exinde peragendum ut neque minuatam (174) neque subtractam [175] nullo modo sit (176) elimosina [177] pauperum. Sed (178) sicut, per scripti [179] firmavi in ipsa stabilitate defendatur nulla exinde subripiendo (180) & quis ille immemor contra hanc meam dispositionem & ordinationis cartula [181] rerum sanctorum dotalium ire quandoque presumpserit aut eam irrumpere voluerit in primis iram Dei & omnes (182) virtutes [183] celorum archangelorum angelorum prophetarum apostolorum martirum & confessorum incurrant [184]. Insuper socius sibi (185) Juda Scariotthes [186] qui per amarum osculum Dominum ac redemptor [187] omnium tradidit. Et in tartarum sit consumptus. Ecce ut meis fuerunt desideriis implevi & si qualibet [188] alio [189] iudicatum apparuere [190] in [191] se habeas [192] robore [193] nisi iste [194] qui [195] nunc [196] modo confirmavi. Et Gaubertus notarius scribere rogavi. Actum Pistorie [197] indictione [198] ista [199] feliciter.

Signum Domini Gaidualdi medici qui hanc cartulam fieri rogavit & eis [200] omnia relecta est [201] complacuit. Signum

(85) in omit.
(86) eligente
(87) aobatem
(88) habeat
(89) & omit.
(90) se
(91) in omit.
(92) abbatem
(93) eligerent
(94 inibi
(95) fierent
(96) & inibi
(97) abbate
(98) deleant
(99) &
(100) fuerit
(101) heres
(102) prebeat
(103) defendat
(104) nullam
(105) imperationem
(106) qualibet
(107) se
(108) subiacendum
(109) dum omit.
(110) impendendum (111) inibi
(112) unquam
(113) que omit.
(114) aliquo
(115) subtraendum (116) &
(117) donationis
(118) presumat
(119) aliquam
(120) imperationem
(121) possit
(122) fusset
(123) legitur
(124) ipsam
(125) Ecclesiam
(126) ipso
(127) monasterio
(128) fuerit
(129) in omit.
(130) reliquis
(131) monasteriis
(132) Senodochiis
(133) pro
(134) ticinensi
(135) que
(136) fiant
(137) aobas
(138) fuerit
(139) alimonia
(140) quamlibet
(141) rem
(142) sutraendam
(143) quale
(144) per scriptum
(145) alimoniis
(146) prepositis
(147) alimonia
(148) minuare aut subtrahere
(149) voluerint
(150) de omit.
(151) pecuniam
(152) quam libet (153) rem
(154) habeat
(155) fuerit
(156) apparuerit
(157) filius
(158) heres
(159) meus
(160) permittat
(161) & si
(162) heres
(163) meus
(164) vel
(165) alimonia
(166) quam libet

(167) rem (168) voluerit (169) abbas (170) fieri sancti (171) fieri omit. (172) fuerit (173) partes (174) minuata (175) subtracta (176) sint (177) ipsa alimonia (178) set (179) scriptum (180) subripiendum (181) cartulam (182) omnium (183) virtutum (184) incurrat (185) sit (186 scariothes (187) redemptorem (188) quodlibet (189) aliud (190) apparuerit (191) nullam in (192) habeat (193) robur (194) istud (195) quod (196) nunc omit. (197) Pistoris (198) & indie (199) suprascripis (200) ei (201) ut sunt

Signum Domni [202] Bautoni [203] Decembrone SS. [204]
Signum Domnus Amati de alatione SS. [205] . Ego Gisilari rogatus ad Gadoaldus [206] medicus [207] testis SS.
Signum Domnus Staneches de materno SS. [208].
Signum Domnus Ansuloni filio quondam Rinfredi testis.

Ego Johannes [209] rogatus ad [210] Gadualdus [211] medicus [212] barbanius [113] testis SS.

Ego qui supra Gaubertus scriptor huius cartule post [214] testibus roborata tradita complevi & dedi.

Ego quidem Gerardus notarius autenticum illud vidi & legi quantum legere & discernere potui unde hoc exemplar exemplavi.

(202) dominus
(203) bautonus
(204) Testis
(205) alatiano testis
(206) gaidoaldo
(207) medico
(208) testis
(209) Johannis
(210) a
(211) gaidoaldo
(212) medico
(213) barbano meo
(214) a

A D N O T A T I O.

Extat aliud exemplar ex autentico & Gerardi exemplari postea confectum per Ildibrandum notarium & Judicem, ex quo variantes habes in margine numeris distinctas.

I V.

Donatio eidem Monasterio Sancti Bartholomaei a. 767., ex eiusdem Monasterii Archivo.

In nomine Domini Dei nostri Jesu Christi die nono mense Aprile . . . . Regnante Domno Desiderio, & Adelgis anno undecimo & octavo per indictione quinta feliciter. Christi Jesum Domini nostri Jesu Christi assidue nos convenit precepta complere, ut cuius providentia mens nostra adcomodare dignatus est, ipsius auxiliante quoniam vitam temporum, & mortis exitum debemus obscripta patefacere, atque adversi sancti & venerabiles locis nos comendandum, ibi volemus festinare ubi semper debemus permanere, ubi iustis & benemerentibus sine fine in gaudio repausare festinant, ut pro his temporalibus rerum nobis omnipotens Dominus centuplum restituere dignetur. Unde modo ego Guinifredi quondam filio quondam Guillipad una cum dilectissimi filiis meis, idest Guillerad, agrafi unanimiter bona & integra voluntatem nostra do, damus, tradimus, atque offerre visi sumus omnes res, quod nominative dixerimus, de res pecuniola nostra, quod habemus de cura genitori nostris, vel de eorum conquisito, similiter de nostro in aliquantu offerimus in ecclesia oratorio nostro beati Petris, & sancte Marie, quod nos indigni peccatoris in nostro privilegio a fundamentis ereximus, ibidem offerimus, idest in primis case habitationis, ubi habitamus, locus, qui appellatur piome; una cum solamentu de ipse case, seo curte, ubi ipse ecclesia superposita est una cum orto circa ipse case, seo & prato prope ipse case una cum arboribus, & insuper ibidem damus casa habitationis, quod habere visi sumus, locus, qui appellatur casule, una cum solamento suo, curte, orto, vinea, terra, pratis, pascuis, cultum, & incultum de quidquid ividem modo ad nostra dominatione pertinet in integrum, quod avemus in suprascripto loco, excepto sylva illa, qui fue de ipsa curtes, quod antea dedimus sancti Justis, & insuper dedimus ibidem casa habitationis cum solamento, curte, orto, pratis, pascuis, silvis, salectis, fationibus cultum, & incultum omnia in integrum, quod abere visi sumus, locus, qui appellatur ducenta, excepto casagio illo in integrum ad cataratula da padule, quod nobis reservamus, & insuper casa, quod habere visi sumus, quod nobis de Guillerard gastaldio in cambio evenne, locus, qui vocatur cinquantula, admediana, cum omnia de quidquid ad ipsa casa pertenet curte, orto, vinea, terra, pratis, pascuis, cum omnia ad ipsa casa pertenet in integrum, ibidem dedimus, excepto una petias de terra, que fora ipsa clausura est, quod nobis reservamus. Item de case massaricie ividem damus, in tali enim tinore, ut omnes Romani, qui modo sunt, vel eorum heredibus dare debeas per circulo annus per quemque casa sua luminaria in ipsa ecclesia oratorio nostro in

vallıente tremisse, olleo contra auro de ista tris res una quale habuerit, & massarii ipsi, qui modo sunt, per singulas case, vel heredibus eorum, faciat ad ipsa ecclesia angarias & edumas quattuor per annos, nam nulla reddito, vel angaria, neque via superponendum nullu homo possit. & insuper dedimus ividem silva donnica, qui appellatur calamecca. Idem case massaricie sunt, in primis casa Godiperti di calamicca Casa istavili de calamecca, Casa gaudimari de cilonia, excepto silva donnica de cilonio, casa crespuli de fremiano, excepto sorte fosculi, qui fue barbano eius, quod nobis reservamus; Suprascripta viro omnia qualiter superius ad ipsa ecclesia per nos datum, & confirmatum est; Ipsa omnia volemus, ut aveas ipse sancta Dei virtute oratorio nostro, ut non nos suprascripti Guinifredi, Saxu, Guillerad, Agrafi, non aliquis de heredibus, atque posteris nostris nullatenus habeamus facondia alique de ris ipsa suptraendum, neque da ipsa ecclesia, neque da homini illi, nec in monasterio, ubi per nos contraditum, vel confirmatu fuerit. Sic tamen dicimus, atque decernimus, dum fuerit die vite nostre totorum omnium ris nostra, dum uno de nobis super vixerint, omnia in integrum aveant in sua potestatem, quis de nobis antea uno de altero defunctu fuerit, tunc ille, qui remansere, de portione defunctis faciant lemosina, unde nobis totorum iustum comparuit, ut dum fuerit die vite nostre usofructo, in nostra abeamus potestatem homini libertandum, & omnes trinsecus case, eramentu, firramentu, nutrimentu nobis reservavimus eipso quod super exceptavimus faciendum quodvis bonum, & hoc quod antea dicere debuemus de portione bellisarj, in ipsa subjaceat, sicut & illa nostra portionem unde, inter nos convinne, quia minime abente filii, vel filie, aut parente, in quem nobis oportum cadere, aut causa nostra commendare, nisi volemus, ut post nostro quandoquidem totorum obito tam ipse ecclesia, quam res pecunia, quod ibidem per nos datum, vel confirmatum est, ut subiaceat in monasterio beatissimi Sancti Bartholomei, se ipse abbas Dominico, vel ille, qui pos ipso in ipso monasterio ordinatum fuerit, tam ipsa ecclesia cum omnia ad ipsa ecclesia pertenente, ipsi eam abeant in sua potestatem regendum, gubernandum, Sacerdotem vel Monachi ividem congregandum, qui ibidem secundum sancta regula habitare & vivere debeas, & pro nostris peccatis, vel de parentibus nostris die noctuque Deo deprecare deveas, ut nobis ad remedio, & salute anime nostre perteneat, & quis ille de heredibus, atque posteris nostris contra ipsa ecclesia, vel ejus deservientis agere, aut causare aut aliquid subtraere, aut controversia facere voluerit, aut rectoris, qui fuere, & neglectum posuerit pro nos orandi, in primis in ira Dei & ipsius sancte virtutis incurrat periculum, & si forsitans aliquis de heredibus, atque posteris nostris contra hanc cartulam agere voluerit, ad da ipso monasterio Sancti Bartholomei ris ipsa subtrahere voluerit, componituri sit ad abbas monasterii Sancti Bartholomei solidos mille, & post data compositio, & pena ab ipso soluta, presens cartula in sua maneat firmitate quam vero cartula autfertionis ad nos facta Lucio Notarius scribere rogavimus. Actum Pistoria regnum & indictione suprascripta feliciter.

Signum ✠ manus Guinifredi.

Signum ✠ manus Saxoni.

Signum ✠ manus Guillerad.

Signum ✠ manus Agrafi hanc cartula fieri rogavere & ipsorum relecta est.

Signum ✠ manus Lazaro filio quondam Casinduli testis.

Signum ✠ manus Johanni filio quondam Gregori rogatus testis.

Ego Anselmi rogatus ad Guinifredi, saxu, Guillerad, Agrafi testis SS.

Signum ✠ manus Rotpulo filio quondam Ermifredi testis.

Ego ✠ Tachimandu rogatus ad Guinifreddi, ad Saxu, ad Guillerad, Agrafi testis SS.

Ego qui supra Lucio Notarius scriptor huius cartule post a testibus roborata, tradita complevi, & dedi.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii scriptor qualiter in autenticum scriptum inveni, fideliter exemplavi.

V.

V.

Donatio a. 775. eidem monasterio S. Bartholomaei Pistoriensi ex eiusdem Archivo.

EXemplar. In nomine Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi die decimo mense Decembrio regnante domno Karolus Rex Francorum, & Longobardorum, quæ in Italia Papia Civitate ingressus est, anno secundo, per indictione quarta decima. Feliciter. Fermus Clericus filio quondam Austripert, dum me previdisse in infirmitate positum, meus mea de recta in omnibus recte loquendum manifestus sum, eo quod antea jam plures tempus iudicavi, & per scripti confirmavi in te Dominicus quondam Abbas monasterii Beati Sancti Bartholomei monasterio, quas bone memorie Austripert genitor meus in suis privilegii nomine dedicavit foras muro civitatis nostræ Pistoriense, vel res inivi firmata set minime poteo cartulas ipsas iungere fieri in te jam dicto Abbas, per hanc cartulam confirmo ipso monasterio, qui per ipso genitore meo fuit constructum, adque in honore Domini & Sancti Beati Archangeli Michaeli Dedicatum, vel omnes res inivi firmata una cum omne rebus, & pecuniola mea, quidquid in fine Pacciana avere visus sum tam de conquisito, vel ondecunque inivi avere videor omnia una cum ipso Monasterio, vel res impertinente, excepto casa, & portione, quod Landuloni & Vitali, quod Gumpertulo & Jaculo, omnia in sua proprietate, & libertate avere deveas, faciendum, vel avendum quidquid, aut in quale lex voluerit, & quicquid per ipsi factum fuere omni tempore, in sua permaneat stavilitate eo, quod pro benigno servitio eorum, que erga me inpendere visi sunt, ita eorum a me datum vel pro animabus mei firmari previdi, de autem alia res mea in suprascripto loco Pacciana una cum suprascripto monasterio, vel res inivi firmata, omnia & in omnibus in integrum in te jam dicto Domenicus quondum Abbas confirmo, si me omnipotens Dominus de infirmitate ista avvocare jusseci in omnia secundum Deum ordinandum, vel peragendum pro animabus nostris, vel de parentibus meis quidquid melius aut secundum Deum appari sueri ordinandum elemosinandum, tu, vel qui per te inivi fuerit ordinandum, in vestra sit potestate tam ipso monasterio vel res omnia suprascripta, quantum melius, & secundum Deum previderitis, pro animabus nostris dispensandum, vel si alique in Judicatum reliquero, simili modo omnia pro anima mea tribuatur, sic tamensi michi omnipotens Dominus prestare iusseri evadendum, omnia, & in omnibus in mea sit potestate avendum, ordinandum faciendum exinde quidquid voluero aut michi bonum fuere, quam iuro forte viro pro vero cartula sicut michi complacue, in te Gautpert Notarius scribere rogavi. Actum Pistoria apud ipso monasterio regnum, & indictione suprascripta.

Signum ✠ manus Fermoni, qui hanc cartula fieri rogave, & propter infirmitate sua menime potue scribere.

Ego Guilipadu presbiter rogatus a Fermo Clerico testis SS.

Ego Lazarus Diaconus, & Notarius rogatus ad Firmus Clericus testis SS.

Ego Gisilari rogatus ad Fermo Clerico testis SS.

Ego Martinus presbiter rogatus ad Fermo Clerico testis suscripsi, & hec rememorare previdi, ut quidquid in omnibus meis aliquid dedi, aut largivi, perscripti ut omnia in sua permaneant stavilitate.

Ego qui supra Gautpert scriptor huius cartulæ, post a testibus rovorate tradita complevi & dedi.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii scriptor autenticum illud vidi, & legi unde hoc exemplar exemplatum est, & quod inibi scriptum inveni, fideliter exemplavi.

V I.

Donatio eidem Monasterio a 779., ex eiusdem Monasterii archivo.

EXemplar. In nomine Domini die decimo mense Julio Regnante Domino Karulo postquam Papia Civitate ingressus est sexto pro Indictione secunda feliciter Aufuns quondam filio quondam Bonuti. Dum ex jussione ipsius Principis predestinatus essem in partibus illis ambulandum, previdi de rebus meis judicare ut si me Dominus in hunc itiner advocare dignatus fuere, quatinus Dominicus Abbas Monasterii S. Bartholomei vendere devea omnes res portio mea in integrum, & omnia pro anima mea in elemosina pauperum ad iuxta Dominum melius previdere tribuatur excepto auliveto, ad quod avere visus sum ad Orbiniano, quod volo, ut aveat Monasterio S. Bartholomei, & de terra vinea, quod avere vissus sum in loco, qui dicitur petianese, & ad Sancto Justo omnia quod ad ipsa casa pertenere volo, ut aveat Lucida p̄ die vite sue, si marito nupta non fuerit, ad usufruendum, & post decessum ejus omnia sit in potestate ipsius Abbati, vel ipsius successoribus ad implendum, & faciendum sicut supra decrevimus. Si marito nupta fuere, nulla exinde avere deveas, ut si mihi omnipotens Dominus vita concessere, & ad propria mea regressus fuere, omnia sit in mea sit potestate in antea avendum, iudicandum, faciendum, quod aut qualiter michi placuere, & si filius legittimus de legitima muliere abuero, ipse michi in omnibus heredes exista, & si filia legitima aut filius non habuero, omnia, sicut supra decrevi, adimpleatur, & si aliter judicavero in eo modo permanea, & si forsitans me mors sic preoccupavere, quod aliter a me judicatum non sit, omnia qualiter superius decrevi, & per hanc cartulam Judicati mei decrevi, in eo modo adimpleatur, stabilitum permaneat, & si ut dixi in hunc itiner mortuus fuero, omnes servi, vel ancellas meas livertare deveat, si ut dixi regressus fuero in mea sit potestate. Unde qualiter michi complacue, hanc cartulam Judicati mei Avundus Diaconus scrivere rogavi. Datum Pistoria Regnum, & Indictione suprascripta.

Signum manus Aufuno, qui hanc cartulam fieri rogave.
Signum manus Gualfuli filio quondam Fabelmi rogatus testis.
Signum Gisilari filio quondam Gisoni rogatus testis.
Signum manus Rachiperti filio quondam Padari rogatus testis.
Ego Selvinus rogatus ad aufusu testis subscripsi.
Signum manus Gregorii Ciavari rogatus testis.
Ego qui supra Avondus scripsi complevi, & dedi.
Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii scriptor autenticum illud, vidi & legi unde hoc exemplar exemplatum est, & quod inibi scriptum inveni fideliter exemplavi.

V I I.

Alia eidem Monasterio facta donatio anno 782., ex ejusdem Monasterii archivo.

IN nomine Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi quinto Kal. magias Regnante Dominis nostris Karulo, & Pippino filio eius Regibus Francorum, & Longobardorum, hac Patricio Romanorum in Italia, quod in Papia Civitate ingressus est, anno octavo, & secundo per indictione quinta feliciter. Teuperto & Teuderamus. . . . clerici barbas, & nepos filii quondam Blancari, & Teuderadus, qui fuit presbiter, manifesti sumus, eo quod ante hos plurimos annos, ego Teuperto una cum jam dicto Teuderado, qui fuit presbiter, & germano meo in nostris privilegiis nomine a fundamentis construere, quam & dedicare previdimus Ecclesia Oratorio in onorem Beate semperque Virginis Dei Genitricis Ma-

rie,

rie, & Beati Petri Apostoli Domini nostri Jesu Christi in locus, qui dicitur Croci, & rebus nostris inivi per scripti confirmavimus modo quidem nos iam dicti Teuperto & Deuderemus una cum communi consilio eligimus, & confirmare previdimus in ipso Sancto & veneravile loco vel rebus inivi servientibus Dominicus quondam Abbas monasterii Beati Sancti Bartholomei, vel in successoribus suis qualiter subteranos fuerit institutum, dum ad vivere meruerimus omnia in nostra sit potestate regendum, usu fructu vivendum, serbus, vel ancillas nostras, vel omne partenente nostras pro anima nostra livere apsolvendum, vel omne movile res pro anima nostra dandum post hovito quidem quando nostro decesso Monasterio una cum alia omnia rebus, nostra sit in potestate, & ordinatione tua iam dictus Domenicus abbas, vel de subcessoribus tuis comanente ad Ecclesia Beati Sancti Bartholomei secondum Deum monachus, aut monacas ordinandum regulario, ordine permanendum regendum, helemosinandum pro peccatis nostris, vel de parentibus nostris defunctis Deum deprecandum, ut dixemus secondum Deum & regulariter permanendum omni tempore sub imperatione, & potestate tua iam dicto Domenicus abbas, vel de subcessoribus tuis permaneant; de autem Austriconda domna, & genitriee mea Teudeiam, volo & per hanc cartulam confirmo, ut si me supervixeret, ut diebus vitæ suæ in usufructu avere deveas de illa mea ratione ex omnibus medietate ajutandum, & descivienдum ad ipsa Ecclesia, & si eius fuere voluntas, accipiendum da ipsas abbas, quomodo per tempus evadere aut sine necessitate vivere possit, si eius fuere volumtas, recipiendum res ipsa sit in potestate de ipsa Ecclesia, vel ipsius abbas, vel de subcessoribus ejus, sicut supra dixemus, ordinandum, & omnia pro animabus nostris pertractandum, & si hec recipere noluere, sicut dixi ex omnibus rebus meis in usu fructu medietate in sua aveat potestate, post hovito eius permaneat in ipsa Ecclesia, sicut supra decrevimus. Similiter volomus, & per hanc cartulam confirmamus in te, Gilolfo clerico, ut si nos supervixeris, ut regendum, usu fruindum sine qualiued atione, in tua proprietate pro animabus nostris avere deveas, casa & portio rebus tuis. Similiter volumus, & confirmamus in te, Teupulo, actore nostro, ut si nos supervixeris, die vite suæ pro medella animabus nostris datione illa de casa Guntuloni, & Octaloni, tivi avendum, vel in omnia occurrendum & post hovito decesso vestro omnia res ipsa sit in potestate de ipsa Ecclesia, vel ordinatione suprascriptorum abbatibus, & omne acquisitum nostrum, quod acquistauimus, aut in antea acquirere potuerimus, in ipsa Ecclesia vel ordinatione de iam dicto abbate Domenicus vel Subcissoribus eius permanea, sicut supra dixemus, secondum Deum & regulari ordine permanendum, & ordinandum usque in sempiternum antepositо omnes personas hominibus, & movile res, quidquid modo avemus, aut in antea de mouile res acquistare potuerimus, quod in nostra reservavimus potestate, avendum vel faciendum quidquid voluerimus, & adhuc volumus, & per cartulam confirmamus in te iam dicto Domenicus abbas, vel in Subcessoribus tuis, ut quidquid de hominibus pertenentibus nostris, aut de mouile res nostras sine iudicata causa post decesso nostro resteterit, ut omnia pro anima nostra hominibus liveandum, & movile res nostras pro anima nostra dispensandum, in vestra sit potestate faciendum, & nulla sit detenentia ad hec faciendum, vel per cartula livertas in ipsis hominibus confirmandum quidem volomus, & per hanc cartulam confirmamus, ut aveant filii quondam Maurechioli, & Pertualdi in fundu Ischliniano post nostrum decessum de terra arva modico uno, & in tantum sit sui contentus: nam alia omnia, qualiter superius legitur, omni tempore stauilitum permaneat, & nullus de heredibus pro heredibus nostris contra hanc cartulam in aliquo possit inferri molestia, sed sicut supra legitur, omnia in sua permaneat stavilitate, & ne nos lite facere ullo tempore, nolle quod volumus, sed quod ad nos semel factum, vel conscriptum est, inviolaviliter conservare & subsistere volumus, & hanc cartulam Gautperto Notario scrivere rogavimus. Actum Pistoria ad casa avitationis nostra in predicto loco Croci, regno, & indictione suprascripta feliciter.

Ego

Ego Teuderam Notarius, qui hanc cartulam ordinationis, & confirmationis manu me SS. & fieri rogavi.

Ego Gisilari rogatus a Teuperto, & Teuderamo testis SS.

Ego Fuso rogatus a Teuperto, & Teudoramo testis SS.

Ego Austrifons Clericus rogatus a Teuperto, & Teuderamo Notario testis SS.

Ego Johannis Presbiter rogatus a Teuperto, & Teuderamo Clerici testis SS.

Ego Avuondus Diaconus rogatus a Teuderam, & Teuperto Barba & nepote testis SS.

Ego qui supra Gautperto scriptor huius cartule post a testibus rovorata, tradita complevi & dedi.

VIII.

Donatio eidem monasterio S. Bartholomaei facta a., ut videtur, 784.

EXemplar. In nomine Domini die septimo mense Magio, anno Regni Domini Karuli, postquam civitate Papia ingressus est, decimo & Dn. Pipino filio eius anno tertio, Indictione septima feliciter. Manifestus sum ego Falco Clerico filio quondam Falcualdi, eo quod ante os plurimos annos obbligationem facta habui una cum amicastu barbanu meo, ut per nullo argumenti ingenio, nec ego, nec meis heredibus sine premisso eius, vel de ipsius heredibus, de rebus nostris alienare aut obligare deveremus, & dum ipsa obligatione, seu dotis, quas ipse Amicastu fecit in Ecclesia Beati Sancti Georgii, in tua Domenico Abbas Monasterii Sancti Bartholomei devenisse potestate, & dominatione consideravi, quia in nullo alio possum aliquid de rebus meis dare, nisi in ipsa Ecclesia Beatissimi Sancti Georgii, ubi prenominatus amicastu fuerat confirmatus, & rebus suis per dotis firmaret. Ideo ego indignus odie in Dei nomine do, dono, trado, offero in ipsum Sanctum, & veneravilem locum omnem modicam rebus meas, quidquid nunc presenti die avere visus sum tam casa avitationis mea, que est erga fluvio umbrone, vinea, terra, pratis, pascuis, silvis, salectis, sationibus, pumiferis, fructiferis & infructiferis, cultum atque incultum omnia quicquid avere vissus sum, in ipsum sanctum locum offerri, condonare previdi, una cum dilectissimi Gisilarj, & Castiprand filii mei qui sup potestate sanctæ regulæ & tuae dominationi, qui supra Domenico Abbati, in ipsa Sancta Ecclesia & Monasterii Beati Sancti Bartholomei in avitu Monachorum, vivere, & deservire deveat, sicut Sancta convenit regula, in palla Altarii offerri previdi ipsi filii mei in ipsum Sanctum Cenubium Monasterii Sancti Bartholomaei, ut inibi diebus suis Monachica deveat vivere vita, sup potestate vestra, domno Domenico Abbate, vel vestris Successoribus, ut per vestra preceptione secundum Deo, & sancta regula vivere & domino deservire, per ipsas modica res mea tam movile quam & in movile, omnia in ipsum sanctum & veneravilem locum offerri & condonare previdi, ut omnia in tua, qui supra, Domenico Abbati, vel de Successoribus suis, sit potestate avendum, ordinandum, qualiter iuxta Deum & sancta regula nobis bono animo fuerit stabilitum, permaneat, sicut & iam ante os annos tibi Domenico Abbati vel in ipsum Sanctum Monasterio Beati Sancti Bartolomei per cartis voluminatam dotes, quam & alia monimina facta in Sancto Georgio, tradedi atque dedi, ut omnia iuxta ipsi doti, quas inivi parentibus meis, vel ipse Amicastu facti habuerunt, per vestra ordinatione, & sancta congregatione huius Monasterii Sancti Bartolomei esset ordinatum, ipsa Ecclesia Sancti Georgii omni tempore stabilitum permaneat, & Arundus Diaconus scrivere rogavi. Actu ad umbrone, casa avitationis mea, regnum & Indictione suprascripta feliciter.

Signum ✠ manus Falconi Clerico, qui hanc cartulam fieri rogave, & nomen suum & signum cruci manibus suis fece, & eis relecta complacue.

✠ Signum manus Altipert filio quondam Fatri rogatus testis.

Signum ✠ manus Pranduli filio quondam Finandi testis.

Signum

Signum ✠ manus Pranduli filio quondam Bauti rogatus testis.
Signum ✠ manus Fusoli filio quondam Bautoni rogatus testis.
Signum ✠ Adunald filio quondam Achiput Coppi rogatus testis.
Signum ✠ manus Gloriosi de Cucciano rogatus testis.
Ego Guilleradu Clerico rogatus ad Falco clerico testis suscripsi.
Ego qui supra Avundus Scriptor post a testibus roborata tradita complevi & dedi.
Ego Gualbertus Notarius & Judex Sacri Palatii scriptor autenticum illud vidi, & legi unde hoc exemplar exemplatum est, & quod inibi scriptum inveni, fideliter exemplavi.

I X.

Donatio eidem Monasterio facta a. (fortassis) 828. ex ejusdem Monasterii archivo.

IN nomine Domini, imperantibus Dominis nostris Hludovicus, & Chlotarius dilectissimo filio eius anno imperii eorum quintodecimo, & nono, die secundo mensis Octobris, indictione septima feliciter. Constat, me Ursiprando filio quondam Ursi per hanc cartula providi pro anima mea una cum voluntate adque consensum Benedicti Consobrino, & Mandualk meus filio quondam Lazzari, offerre, & condonare ad Ecclesiam Monasterii Beatissimi Sancti Bartholomei constituto foras muro civitatis nostre Pistoriensis, idest casella, curte, orto, terra, viniola mea, quod avere visus sum in locus, qui dicitur Patianense, ubi vos . . . . qui est prope terra, & vinea ipsius Monasterii pertinente, ut dixi, ipsa casella cum solamento, & curtinella suis, & terra, & vinea ipsa in predicto loco, omnia in integrum, unde mihi in eundem loco nulla reservavit, sed quoque ordine mihi ipse resivi pro loco, & pertenente eius . . . . & ipsius Ecclesie Monasterii Sancti Bartholomei pro iuramentum, & intuitum anime mee offeruit, & condonavit, ut quatenus ab hac die . . . . . . in potestate & dominatione ipsius Monasterii, vel Abbatis, qui modo est, aut in antea fuerit, sit potestatem avendi & usufructuandi; & si operto fuerit, exinde in omnibus causandi, vel fine ponendi, omnia peragendi, sicut & ego facere debuit, aut qualiter per melius potueri secundum lex, nam me nec meis heredibus exinde, si non volueritis, autores querere in omnia adinplere deveatis, sicut supra legitur, & si nos, aut eis querere volueritis, tunc nos vobis ad parte ipsius Monasterii suprascriptas res defendere deveant, nisi quod si forsitas ego vel heredibus, aut quilibet nostrum factum venerit, ut res de parte ipsius Monasterii retollere voluerint, vel contendere, tunc ad parte ipsius Monasterii da parte illorum tanta & tale res in consimile loco restituere deveant, & hanc cartulam offersionis pro iuvamentum anime mee, eo tinore, sicut superius legitur, Gumpertum Notarium scrivere rogavimus. Actum Pistoria, presentia Hiselpert Scavino. Signum manus Ursiprandi, qui hanc cartulam fieri rogavit. Signum manus supraſcripto Benedicto Mankualk ejus, quia . . . . . . quod Ursiprand consensi, sicut superius legitur.
Ego Isdelpertus Scavino rogatus ad Ursiprand, ad Benedicto testis subscripsi.
Ego Gaidolfus rogarus ad Ursiprand, & Benedicto teste SS.
Ego Sichipertus rogatus ad Ursiprando, & Benedicto testis SS.
Ego qui supra Gumpertus scriptor post tradita complevi & dedi.

X.

Donatio Pistoriensi Canonicae facta (a. 940.), ex eiusdem Canonicae Archivo.

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Ugo gratia Dei Rex, anno Regni ejus quarto decimo & Domnus Lotharius Filio eius, octava Kal. Julij, Indictione tertia decima feliciter.

Dum ego indignus & nimis peccator Gottifredus Filius Anselmi tractavi, & consideravi de Dei Omnipotentis magnæ misericordiæ, & æterna retributione Animæ meæ, ideo providi per hanc cartulam a præsente die pro Anima mea hodie in Dei nomine dono, trado, offero tibi Deo, & in Ecclesia Canonica S. Zenonis, Rufini, & Felicis, ubi modo Domnus Raimbaldus Pontifex esse videtur, idem terra casa mea; quam habeo in Civitate Pistoria prope porta S. Petri, una cum Casa, & resorte mea, quam habeo in locus qui dicitur Casule, quæ recta fuit pro quodam Inso, & modo regere videtur per Petro Filio suo, atque Casa, & res mea, quam habeo in locus, qui dicitur, Vincio prope Ecclesia S. Angeli, qui dicitur Plaza, quæ recta fuit per Poso, & modo regitur per Gualfredi, simulque offero casa, curte, orto totum ad uno tenentem locus, qui dicitur Memoreto prope Ecclesia S. Pauli, & terra illa ad Braina, quæ recta fuit per quemdam Leucardo. Hæc autem predictis casis, & terris, & rebus ipsis cultum, & incultum, divisum &, indivisum mobilibus, & immobilibus, quicquid ubi ad ipsis casis, & rebus, & pertinentem omnia in ipsum sanctum, & venerabilem templum offertionis nostræ donavi, & tradidi, ut ab odierna die in ipsa Ecclesia sit in potestate habendi, tenendi, & usufructuandi, quæ voluerint, & quidquid exinde fecerint, vel tradiderint in omnibus firmum & stabilitum debeat permanere sine omni mea, vel heredibus meis contradictione, & ego Gottifredus, vel mei heredes tibi quatenus Pontifex, vel ad Successores tuos data vel tradita fuerint, contenderimus, aut retollerimus, vel subtrahi quæsierimus, nos, vel ille homo, cui nos eam dedissemus, aut dederimus per quodlibet ingenium, & eam a parte Sanctæ Ecclesiæ non defensaverimus, spondo vobis componere suprascripta mea traditio in duplum; Ibique sub æstimatione qualiter tunc fuerit. Et si ex ipsa mea offertio ad quacunque homine pulsati fueritis aut vos alteri homines retollere voluerint, aut vos alter quesierit, & me Gotifredi, vel mis heredibus exinde quærere, nec præsentare volueritis, tunc licentiam & potestatem habeatis exinde omnino de parte predictæ Ecclesiæ causam exinde agendi, responsum reddendi, & finem ponendi, sicut ego Gotifredi, vel meis hæredibus facere debuimus, aut qualiter, vel quomodo iuxta legem per melius potueritis, quia his omnibus modis hanc cartulam offertionis Guarnerius Notarius, & Scabinus scribere rogavi. Actum Pistoriæ feliciter.

Signum manus suprascripti Gotifredi, qui hanc cartulam offertionis fieri rogavit.

Petrus Notarius & Judex Domnorum regum.

Signum ✠ Ego Ildebrando rogatus ad Gotifredo supradicti. Ego Paulus Notarius rogatus ad Gotifredi supralcripti. Signum manus Anselmi filius b. m. anserami rogatus testis. Ego Gualbertus rogatus ad Gotifredi testis.

Ego qui supra Guarnerius Notarius, & Scabinus scriptor post traditione complevi.

Ego quidem Bonifatius Notarius autenticum illud vidi, & legi, & exemplavi.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii, sicut in authenticum scriptum inveni, fideliter exemplavi.

X I.

Carta Teudici Comitis de Vico Sciorum, ex libro Capituli Pistoriensis inscripto ✠ pag. 5.

PRopitie mune, & superne virtutis auxilio a faucibus demonice potestatis eruti, ut nos Misericors Dominus Aeternae patriae gaudiis faciat Sanctis munitionibus, crebrisque preceptis informet. Unde est illud *venite ad me omnes, qui laboratis, & honerati estis, & ego vos requiescere faciam*, quia ad eum perveniendi, vel qualiter ab eo recipiendi esse facultas dubitare, quod promisit. Is certam ostendit formam, cum dixit *dimittite, & dimittetur vobis*, nec tamen hoc idem quod docuit, segniter quis ageret, ortatur is alibi, cum dicit: *Vigilate quia nescitis diem neque oram.*

Hanc

Hanc vocem scilicet omnes devotissime omnes quatenus pre oculis mentis habeantur. Oportet enim, que singulis, qui se omnipotentis misericordia huius mundi divitiis, vel quibuscunque utilibus adiuvamentis noverint Consolatos, ex his, que accepit hab eo, quantumlibet illi conferre cum gratiarum actione, a quo sibi noscit cuncta, que habet, concessa valet, quantum habet, quod ut credi possit Dominicis instruimur documentis; quedam mulier duo minuta devote offerente plus cæteris omnibus offerentibus asseruit optulisse. Unde ego in Dei nomine *Teudicius Comes filius* bone memorie item *Teudicii* optimum dixi, & pro animæ meae remedio, omnique peccatorum meorum remissione ordinare, & per hanc cartulam offertionis ex rebus hereditatis meæ a Deo michi collatis humiliter offerre secundum potentiam virium mearum providi tibi Deo, & Ecclesiae Beati Sancti Zenonis, Martini, Rufini, Proculi, & Felicis domum Episcopii fundatum in Civitate Pistoria. Id sunt duodecim casis & rebus meis illis Massariciis, quas habeo prope suprascriptam Civitatem, & sunt jure proprietatis meæ de pertinentia de curte nostra nuncupante Vico Sciorum, que duo ex ipsis casis, & rebus sunt in loco & vocabulo petriolo, quas fridi, & . . . . . . massarii ad suorum manus ad laborandum habere, & detinere videntur. Tertia vero ex ipsis rebus, & casis esse videtur in loco, qui dicitur *Vorzano*, quam Petrus ad manus detinere videtur. Quarta autem, & quinta casa, & res sunt posita in vocabulo *Ceppeto*, quas Puoso, & Petrus massarij detinent. Sexta namque, & septima case, & res sunt in loco nuncupante *Cerisciano*, quas Gisalberto, & Petrus Judex ad manus suarum habere videntur. Octava autem casa, & res est in loco, ubi *Sancto Angelo* in plathia vocatur, quas Andreas massarius ad manus suas habere videtur. Una cum ipse silvæ, detope meae donicate, qualiter Lambertus Notarius modo eas detinet. Nona item casa, & res est in vocabulo *Cusiano*, quam Petrus massarius detinet. Decima item, que res est posita Arimmi, quam Dominicus massarius detinet. Undecima similiter casa, & res est in loco, qui vocatur *Lamarese* prope Torsciano quam Andrea Presbiter modo tenere videtur. Duodecima sitque casa, & res, est in loco, & fundo vocabulo *Casule*, que recta fuit per Tobo massario. has vero suprascriptas duodecim Casas, & rebus tam donicatis, quam & Massariciis in singulis denominatis locis & vocabulis superius dictis cum fundamentis, & omnibus aedificiis suorum securtis, ortalia, terris, vineis, olivetis, castagnetis, quercetis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus, vel incultis una cum suprascripte silvæ detope qualiter Lambertus Notarius modo eas detinet; In integrum omnia & in omnibus suprascripti Casis & rebus duodecim qualiter eas suprascripti denominati homines ad suarum manus habere, & detinere videtur; In integrum eas offero, dono, cedo in eadem Sancta Dei Ecclesia Beati Sancti Zenonis, Martini, Rufini, Proculi, & Felicis. In qua volo, atque instituo, ut pietate parentum, fidelitate nobilium virorum meorum mihi modo in hoc seculo fideliter deservientium, ut postquam Dominus animam meam a corpore meo sequestrare jusserit, illic reconcedatur corpus meum, & oratorio ibi pro me constituatur altare, ut Dominus Omnipotens per interventum Sanctorum omnium, quorum pignora prelibata Dei acclesia recondite sunt, & oratione Sanctorum Fratrum Canonicorum, qui in eadem aula Dei tempore ordinati erunt, aliquantulum veniam de peccatis meis, sublevamentum, indulgentiam similiter, & refrigerium animæ remunerare merear. Propterea volo, atque constituo, & firmo, ut pro animæ meae remedio omnibus suprascripti duodecim Casis, & rebus superius dictis absque contradictionem omnium hominum, sicut ego hactenus ea tenere & possidere vissus sum, quieto ordine ita sit perpetualiter ad usum atque sussidium Fratrum Canonicorum in ipsa Sancta Dei Ecclesia, que est Episcopium Sanctæ Pistoriensis Ecclesie, militantium ubi modo Leuprandus Venerabilis presbiter prepositus nunc ordinatus est, eo tamen tenore, ut sive quam in tempore episcopus, aut quislibet ex eius ministris tam de eadem sede, quam de aliunde quocunque tempore per quolibet modo de eorumdem Canonicorum utilitatem subtraere, vel alienare libellario nomine, seu & pro beneficio, vel commutatio, aut per quacunque ratione, sive occasione conferre temptaverit cuicunque; Ut ab eorumdem

dem Fratrum Canonicorum providentia, & commoditate sentiatur alienum, tunc liceat quicunque ex meis, qui michi propinquiores esse probantur, & ab ipsis Canonicis providetur, affinis, vel Heres, aut aliis optimis defensoribus, qui sibi ipsi Canonici, & prepositi, qui fuerint tunc, sibique elegere secundum Deum ad eorum salvam defentionem absque invidia, veneno querelas iuste & legaliter de ipsis rebus agere contra omnes personas hominum, Potestatum, omniumque contrariorum; Ut ipsi neque suum esse debet amittant. Si igitur manifestum fuerit, suprascriptos Fratres Canonicos absque ullius Episcopi, vel cuiuslibet Potestatis, aut ministrorum eius quorumlibet subtratione, sive molestia quieto ordine sicut superius ordinata esse videntur; Et Deo omnipotenti ipsisque oblata optinere comprobatum ab omnibus videri, si potuerint; Tunc interdicimus potestatem omnibus Heredibus, atque propinquis, nostrisque Successoribus; Ipsos Canonicos quocunque modo molestandi, sive & paginulam offertionis huius nostrae devote de omnis suum jus, dominiumque optinere visa fuerint per omnia, sicut predictum est ad predictorum Canonicorum commodum. Quicunque tunc ex nostris illos videlicet fratres Canonicos pro tempore, qui fuerint, quibuscumque modis aut occasionibus molestare temptaverint, tam de Heredibus quam de meis proheredibus, aut quacunque temeraria persona hominum de suprascriptis casis, & rebus per quamlibet ordine invadere temptaverit, aut aliquid tulerint, nisi benedictionis . . . . Domini mei Jesu Christi Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Sanctorum quatuor Evangeliorum, & omnis Chorus Angelorum, Arcangelorum, Apostolorum, Prophetarum, Patriarcharum, Martirum, Confessorum, Virginum incurrat anathematis Judicum, & nec aliquando habeat remissionem hic, vel in futuro Judicio, & causam noscat esse mecum exinde dicturus ante ante magestatem aeterni Judicis, & mortem, quam Anania & Zafiram componere pertullerunt, quidem pretio agri fraudaverunt, hanc illi in anima sint passuri, & simul cum Juda traditore se noscat habere consortium, & ita vere sciat, quia elemosina pauperum fraudare peccatum est, & de rebus sanctorum illicite tollere sacrilegum est. Insuper sint compositurі ipsi heredes, ac proheredes mei, qui contra hanc cartulam quocunque ingenio quantulumcunque invadere conaverit de hoc, quod superius legitur, ... penam argentum libras centum, & insuper haec cartula omni tempore in sua permaneat firmitate & robore cum stipulatione connixa; quia sic complacuit animo meo, & ita in ordine hanc cartulam offertionis Gottifredum notarius & iudex donnorum regum scribere rogavi una cum Berta nobili femina dilecta, & amabili coniuge mea filia bone memorie raineri. *Actum loco Piscia maiore curte nostra sita Ceule prope Ecclesiam Sancti Quirici.* Anno dominice incarnationis nonagentesimo quadragesimo quarto, *anno vero regni donni Ugonis* gratia Dei piissimi regis Deo propitio nonodecimo, & donni Lothari filius ejus. Itemque rex anno quarto decimo, quarto nonas Novembris Indictione tertia.

Ego Teudici comes subscripsi. Signum manus suprascripte Berte nobilissime femine coniux suprascripti Teudici, que ad omnia suprascripta capitula predicti Viri sui consensit, & hanc offertionem cum suprascripto Teudicio viro suo fieri rogavit, & testibus roborare fecit.

Ego Rofredus rogatus ad suprascripti jugalibus me teste subscripsi.

Ego Dalbaldo rogatus ad suprascriptis iugalibus me teste subscripsi.

Ego Petrus rogatus ad suprascripti Jugalibus me teste subscripsi.

Ego Gualberto rogatus ad suprascripti Jugalibus me teste subscripsi.

Gottefredus Notarius, & Judex donnorum regum post roboratione complevi.

Ego Gerardus Notarius autenticum illud vidi, & legi, quantum videre, & discernere potui, unde hoc exemplar exemplavi.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii, qualiter in autenticum scriptum inveni, fideliter exemplavi.

XII.

X I I.

Carta Kaduli Comitis ex libro † pag. 4. a. 952.

IN nomine Sancte & idividue Trinitatis regnantibus Donnis nostris Beringarius, & Albertus filio eius regibus Langobardorum anno regni eorum in Dei nomine tertio, mense Septembris Indictione decima feliciter. Dum ego indingnus, & nimis peccator Kadulo comes filio bone memorie Cunneradi, qui fuit comes, tractavit, & consideravi me de Dei omnipotenti magna misericordia eterna retributione anime meae, & pro anima Berte coniugi meæ hodie in Dei nomine offero, trado tibi Deo in Ecclesia Domni Sancti Zenonis, Rufini, & Felicis, atque Martini, Proculi, & Michaelis; idest integra casa, & res illas meas massariccias, quem habeo in locus, qui dicitur Petriolo, qui regitur per Bonutio massario; hec autem predicta casa, & res illa in predicto loco Petriolo; ideo tam domorum edificio, casa cum solamento suo, seu cum universis fabricis suis, curte, orto, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, virgareis, salectis, sationibus, quercetis, castagnetis cultum, & incultum, divisum & indivisum mobilibus & immobilibus, quicquid ubique ad ipsa casa, & resorte est pertinentes, & suprascripta massario exinde habuit manus mobilibus & immobilibus, in integrum in ipsa Sancta Dei Ecclesia a presente die offero, trado ad habendum, tenendum, & facendum exinde a parte ipsius Ecclesie, quicquid volueritis, & quicquid exinde feceritis, vel tradideritis a parte ipsius, esse firmum, & stabilitum debeat permanere sine omni mea, qui supra Kadulo, vel heredibus meis, qualibet contradictione, & illi Canonici, qui pro tempore in ipsa Canonica Sancti Zenonis fuerint, in suorum sint potestatem usufructuario nomine ad habendum, tenendum, fruendum, laborandum, & laborare faciendum, & si de predicta mea offertio ad quacunque homine a parte ipsius Ecclesia pulsati fuerint, aut vos exinde alteri homines querere volueritis, aut vos alteri quesierint, tunc licentiam, & potestatem habeatis exinde omnino una cum suprascripta cartula causas agendum, responsum reddendum, & finem ponendum, & omnia a parte ipsius Ecclesie defensandum, & adimplendum, sicut & ego Cadulo, vel meis heredibus facere debuimus, quomodo, aut qualiter juxta legem per melius potueritis, & non mihi liceat ullo tempore exinde facere, quod volo, set quod semel a me factum, vel conscriptum, firmum & stabilitum permaneat a parte ipsius Eeclesie, quia tali tenore hanc cartulam offertionis Gisalbertus Notarius scribere rogavi. Actum Pistorio feliciter. Signum manus suprascripti Caduli Comitis, qui hanc cartulam offertionis fieri rogavit. Signum manus Guideradi Vicecomitis in hac cartula offertionis ad omnia suprascripta consensi, & manus sua, posuit. Signum manus Maiberti, qui Maintho vocatur, filius bone memorie Silveradj rogatus testis. Signum manus Tassimanni filius bone memorie item Tassimanni, & Gotifredi filius bone memorie Anselmi rogati testes. Signum manus Guilderadi filius bone memorie Cumberti, & Ursi filio bone memorie Ursi rogati testes.

Petrus Judex domnorum Regum subscripsi. Ego qui supra Gisalbertus Notarius scriptor complevi.

Ego quidem Gerardus Notarius autenticum illud vidi, & legi, unde hoc exemplar exemplavi.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex, sicut scriptum vidi, fideliter scripsi.

X I I I.

Carta Leoprandi Presbiteri, & Præpositi & Teoperge de terris; & casis in Pistorio, ex Archivo Pistoriensis Capituli lib. ✠ fol. 75. [a. 953.]

IN nomine Domini Jesu Christi Dei Aeterni Beringarius, & Adalbertus Regibus nostris Longobardorum anno Regni eorum in Dei nomine tertio, mensis Martius Indictione undecima feliciter. Dum

Dum nos indignis, & nimis peccatoribus Leoprando Presbiter, & Præpositus de Canonica domui S. Zenonis, & Teoberga quondam Teotia vocata filia, bone memorie Willeradi tratavimus, & consideravimus, nos de Dej onipotentis manna misericordia, & æterna retributione animabus nostris odie in Dei nomine donamus, extradimus, offerimus tibi Deo, & in Ecclesia domus S. Zenonis, Rufini, & Felis, ubi modo Domnus Johannes gratia Dei Episcopis esse videtur, ut in ipsum sanctum, & venerabilem templum donavimus, & tradimus, idest terra Casæ nostræ, quem abemus infra Civitate Pistoria, quæ una ex ipsa terra casa est amenbrata da uno capo terra casa nostra, quæ odie a Titii infantuli a filio Willeradi, per hanc cartulam judicati abere confirmavi, & est da ipso capo manibus mensurata ad justa mensura pedi sedecim, & est da uno lato amenbrata ad terra casa de filii bone memorie Cuneradi & est da ipso lato ad suprascripta justa mensura pedi triginta & quatuor, de alio capo, & est amenbrata muro ipsius civitatis, & est da ipso capo ad suprascripta justa mensura pedi sedecim, de alio lato est amenbrata ad terra casa raineri, qui Willerado per libello abere videtur, ubi muro medio esse videtur, & est da ipso lato similiter pedi triginta quatuor. Alia terra casa, quæ est tumba, quæ est amenbrata ad muro ipsius Civitatis, & est da ipso lato mensurata ad justa mensura pedi triginta, da uno capo est amenbrata da aquilone terra, que fuit b. mem. Adalberti Marchionis, & da alio lato ad suprascripta justa mensura similiter pedi triginta, da alio capo est manibus mensurata ad suprascripta justa mensura pedi decem & uno, & est da ipso capo est amenbrata ad terra de filii b. m. Cuneradi. Ec autem predicta terra, & case, qualiter ab ordine supr.ª terra finis, & pro mensura legitur de infra ipse ad finis, omnia in integrum ad ipsum sanctum, & venerabilem templum sit aventis potestatibus ad avendum, tenendum, faciendum exinde ad parte prædictæ Ecclesiæ proprietario, vel quidquit volueritis, & quidquit exinde feceritis, vel abere decreveritis sine omni nostra qui supra Leoprando Presbiter, & Teoperge qualive contradictione, dum nostra p. Leoprando Presbiter, & Teoperga prædictæ Casæ in nostra sit potestatem usufructuario nomine, & post nostrorum amborum decessum integris terra, & case in suprascripta Ecclesia revertatur, & deveniat potestatem proprietario nomine ad ipse Præpositus, cum ad ipsi Canonici, quot in ipsa Canonica Domui S. Zenonis pro tempore fuerunt, in suarum potestatem usufructuario nomine, & nos Leoprando Presbiter, & Teoperga rendere deveamus per singulos annos, dum nostra fuerit vita, in suprascripta Canonica rendere deveamus argento denarii bonj qatuor, & nos Leoprando Presbiter, & Teoperga a parte suprascriptæ Ecclesiæ contendimus, & si uporte fuerit, ad omnem ominem nos defendimus, spondimus nos componere suprascriptæ case in dupplo ad parte predicte Ecclesie, ibique sub estimatione, quales tunc fuerint, & si de prædicta nostra datio ad parte ipsius Ecclesiæ pulsati fueritis, aut vos aliter quesierint, & nos suprascripti Leoprando Presbiter, & Teoperge exinde auctori dare nolueritis, tunc licentiam, & potestatem aveatis exinde a parte prædictæ Ecclesiæ causas ajendum, responsus rendendum, & finé ponendum, sicut nos Leoprando Præsbiter & Teoperga facere debuimus, quatenus, aut qaliter, vel comodo justa lejem per melius potueritis, quia tali tinore duas cartulas offertionis judicati Paulus Notarius per eorum rogito scripsi. Actum Pistoriæ feliciter.

Ego Leoprandus Presbiter, & Præpositus in hanc cartule offertionis m.m. subscripsi.

Ego Alberico rogatus ad Leoprando Presbiter, & Præpositus SS.

Ego Vvillerad rogat. a Leoprando Presbiter, & Præpositus testis subscripsi.

Petrus Judex domnorum regum SS.

Ego Domitianus Notarius, & Judex Sacrj Palatii, qualiter in authenticum scriptum inveni, fideliter exemplavi.

XIV.

X I V.

Ottonis III. Imp. donatio [a. 997.] Episcopio Pistoriensi ex eiusdem Episcopii Archivo.

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Octo Dej gratia Romanorum Imperator Augustus. Omnibus nostris fidelibus notum sit, quomodo nos pro Dej amore, nostræque animæ remedio Episcopatui Pistoriensi in honore Sanctorum Zenonis, Rufini, & Felicis omnes res & proprietates sibi pertinentes, hoc est terram vacuam, ubi mercatum est ipsius Civitatis, quæ tenet unum caput in Gardingo, & aliud caput in via Regis, unum latus in Terra Casa S. Zenonis, & in terra Tasimanatika, aliud latus in via Regis; Villam de Pavano, & montem Leonese, & Curtem in Saturnana, Curtem S. Mariæ in Brajna, Curtem Vinathianam, Curtem Vici Farrei, Villam de Runcho, Curtem Celleri, Curtem Cumugnanum, Curtem de Fasiano, Curtem de Tabiano, Curtem de Sajano, Curtem in Neure, Curtem in Pisscia, Curtem de Lizzano, Curtem de Mucillo, Curtem S. Christinæ, Curtem in Sena, ubi Modini, & Viescona vocitatur, Curtem in Bruianico, Curtem de Seio, Curtem a BurgoCornio, Curtem ad S. Justum cum omnibus pertinentiis & adiacentiis earum. Plebes etiam de Fabiano, de S. Stephano in Erbaria, in Creti, in Artimino, Sejano, in Quarrata, de S. Paulo, de S. Justo, de Lecore, de Burgo, de S. Laurentio, de S. Ypolito, quæ vocatur visia, de Saturnena, de S. Georgio, de Celle, de Massa, de Furfalo, de Lizano, de S. Johanne de Villiano, & ubicunque invente fuerint cum omnibus pertinentiis, & adiacentiis earum cum Servis, & Ancillis, vineis, pratis, pascuis, campis, silvis, stalareis, terris cultis, & incultis aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, ripaticis, teloneis, mercatis, sibi & Antonino eiusdem Sedis Episcopo, suisque successoribus; Omnia sicut suprascripta sunt vel Deus in futuro augeri voluerit, ibidem nostra præceptali auctoritate roboramus, & penitus in proprium statum confirmamus, eo videlicet ordine, ut ita permaneat sine omnium hominum contradictione, molestatione, & diminoratione. Præcipientes denique jubemus, ut nullus Dux, Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdasius, Kastaldio, nullaque Regni magna, parvaque Persona prædictam S. Dei Ecclesiam vel Episcopos per tempora ibidem ordinatos inquietare, molestare, aut de omnibus, quæ supra leguntur, discustare, vel supra terram eiusdem residentibus Fodrum, aut Teloneum, vel ripaticum, vel alpaticum tollere præsumant. Si quis igitur huius nostre donationis, & confirmationis preceptum rumpere temptaverit, componat mille libras auri optimi, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem jam dictæ Ecclesiæ, suisque Rectoribus, quod ut verius credatur, & ut diligentius ab omnibus observetur, manu propria roborantes sigillo nostro sigillare jussimus. Signum D. Octonis invictissimi Imperatoris Augusti.

Embertus Cancellarius Vice . : . Petri Cumani Episcopi recognovit.

Data V. Kalendas Martij A. D. Incarnationis DCCCCXCVJI. indict. XJ. * anno tertij Octonis Regis decimo quinto, Imper. II. Actum Romæ feliciter. * XII.

Ego Raimucinus caularum Patronus, & Judex, tabellioque Imperialis vidi, & legi autenticum scriptum, & ex eo hoc aliud probabiliter exemplavi, tempore Ildibrandi Episcopi.

Ego Ildebrandus Notarius, & Judex, autenticum illud vidi, & manu mea subscripsi.

Ego Guido Notarius, & idem Judex autenticum illud vidi, & legi, & subscripsi.

Ego quidem Gerardus Notarius authenticum illud vidi, legi, & subscripsi.

XV.

X V.

Bonifacii Marchionis donatio (a MIV.) *Monasterio S. Salvatoris Fontanæ Taonis, ex Archivo Monasterii S. Michaelis de Furculis.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, anno Deo propitius Pontificatus domni Johannis summi Pontificis, & universali Papæ in apostolica sacratissima Sede Beati Petri Apostoli Domini nostri Jesu Christi secundo, atque regnante domno Heinrico piissimo Rege in Ictalia anno tierzo, die vigesimo tierzo mensis Septembris inditione septimo, Fontana Taoni feliciter. Profittentes profitteor ego quidem in Dej nomine Bonifacius gloriosus Marchio per hujus pagine nostre vocis; professionis, sponsionis, donationis, seu transperfersionis, atque perpetualis transactionis presente dies nostre pagine, ac presente in Dei nomine domno Johannes venerabiles Presbiter, & Monachus atque Abbas, & spiritualis pater noster, & pater in Monasterio Sancti Salvatoris, suisque successoribus in perpetuum pro remedium anime nostræ. Pro Deo enim dans damus, donamus, credimus, seu transsferrimus, atque cum oblationibus offerrimus, & de nostru juru, nostroque dominium, nostrisque filij, & heredibus alienamus, seu transcribimus, adque subdamus in jura, & dominium tuum suprascripto Johannes Abbas Spirituali patri meo, tuisque successoribus in perpetuum. Nos, quod habemus ac possidemus, & a nostris manibus iure videmus, quas obvenit, per quod modis, vel titulum, aut undique nobis advenisset, idest caphadio bonifacingo, qui est posito territurio pistoriense plebe ipsius pistoriense inter affines de suprascripta terra, quæ Superius legitur, hoc est ab uno latere garrittano, ab alio latere fluvio, qui vocatur cassianola, a terzio latere cassadio Santi Zenoni, qui vocatur Madiatica, seo quarto latere possidente Rainerio da Saruta. Vero etiam damus, & cedimus tibi suprascripto Johannes Presbitero, & Abbas venerabilis Monacho, tuisque subcessoribus in perpetuum locum nostrum in integro, qui vocatur Stazzano cum omnibus pertinentiis suis, & in bazzio omnia, quæ nobis pertinent, ut a modo presente die, aut quando volueris, liceat tibi suprascripto Johannem Monachus, & Abbas tuisque subcessoribus in his omnibus, que superius legitur, in ibidem introire, & preoccupare, atque ingredere, & potestatem sene ullo atque obstaculo, vel impedimento, per hæc paginæ donationis, transfertionis a nobis in vobis facta, atque tradita tamquam per legittimam, & nostram corporalem traditionem de ista Ecclesia Sancti Salvatoris, & de nostris manibus in tuis mittimus, in presentia testium damus, atque corporaliter tradimus cum omnia, quæ superius legitur, habendi dominium, & potestatem quieti tramite habeatis, teneatis, possideatis, vindicetis, atque defendatis, etiam utendi, fluendi e more salario in eodem Monasterio in perpetuo permanendi pro eo, sicut diximus, pro redemptione animæ nostræ, & ab hodierno die nunquam liceat mihi suprascripto donatori, benefactori, neque meis filiis, & heredibus ullo unquam in tempore quadis exinde facere questione, repetione, aut causatione, vel interpellatione, ullamque molestia generare contra te, Johannes Abbas, vel tuis subcessoribus pro his omnibus, quæ superius legitur, pro ex parte, vel ex toto nunquam agimus neque contendimus, aut invadimus, vel occupamus, neque agentibus, quo defendere audeamus per nulla occasione neque ingenio non per nos, neque per nostros heredes filios . . . . a nostra summissa persona majoris, vel minoris, propinquis, vel esteris, non ad eidum Judicium . . . . supplicandum Principibus . . . . . . per Ecclesiasticam interpellationem, aut per regalem, vel Imperialem magestatem, neque per ullo modo, ullamque tractionem contrurie, de quo sensus humanus arguere postes est; Sed in omni tempore securus, & quietum, tuosque subcessores exinde maneatis in omnibus in perpetuum, & si quoqunque tempore quispiam persona hominem insurgerit, qui vos exinde vel ex parte, vel ex totum expellere, aut qualibet calumpnia generare voluerit, nos superscripto donatorem pro remedio animæ nostræ una cum nostris filiis, & heredibus tibi superscripto Johannes Monachus,

chus, & Abbas, tuisque subceessoribus ab omni persona hominum stare, & obtoriare, seo defendere debeamus. Quod si omnia haec, quæ Superius legitur, non servavimus, vel adimpleverimus, pro quibus jurata voce dicimus, per Deum Omnipotentem, sedemque apostolica, & vita superscriptorum dominorum, atque titione confirmamus, quia dare nos esse promittimus suprascripto Johannes Presbitero, & Monacho, atque Abbati, tuisque subceessoribus, & quis contra hanc cartula ire, aut corrumpere, vel minuare, aut inviolare, cum dathan & Abiron, Anna, & Caifa, & Juda traditore dampnetur in infernum, & cum Simone mago, qui gratia Spiritus Sancti exurpavit, fiat dampnatus, & confusus ante omnis litis initium, aut interpellatione pænæ nomine aurj ebrizzo libras quattuor sit compositurus, & pænam solutam maneat hanc çartula donationis permaneat in sua firmitate.

Signum †† manus suprascripto Bonifacio Marchiones jam dicti donatoris, ad omnia, cui relictu est. Signum manus Sigifredo in hanc cartula donationis rogatus testis SS.

Signum manus Attius in hanc cartula donationis rogatus testis SS.

Signum manus Bondi in hanc cartula donationis rogatus testis SS.

Signum manus Garandus in hanc cartula donationis rogatus testis SS.

Signum manus Petrus in hanc cartula donatonis rogatus testis SS.

Quam vero paginam Petrus quidem in Dei nomine Notario nostrum scribendum rogavimus, & super manus nostra propria firmavimus, testibusque a nobis rogatis obtulimus, & eorumque præsentia tradimus sub dies vigesimo tertio mense Septembris indicione septimo Fontana Tanoni.

A D N O T A T I O.

INdictio VII. indicat MIX. aut certe MVIII. a mense Septembri. At annus tertius Henrici Regis ad annum spectat MVI., secundus vero Johannis XVIII. ad ann. MIV. Hanc ipsam chartam edidit Muratorius (*Ant. Italic. diss. 6.*,) Sed misere corruptam. Illud vero magis mirum, quod viro Erudito haec exciderint in Annalibus [T *6. pag.* 25. *ad ann.* MIV. *Gli anni del Papa, e del Re indicano l' anno presente.* Quei hoc? Nonne & ipse Muratorius *Heinrici piissimi* Regis IN ITALIA *annum tertium* in eadem charta vidit descripsitque? Atqui annus MIV. tertius erat quidem Regis Henrici in Germania, at primus in Italia ipsomet non diffitente Muratorio.

X V I.

Carta Ildebrandi, & Ermingarde de Fangnano (*a* 1022.) *ex libro Capituli Pistoriensis inscripto.*

† *pag.* 51.

IN nomine Domini nostrj Jesu Christi Dei aeterni, Enrico grandi Imperator Augustus anno Imperij eius in Italia octavo, mense Januarij, Indictione quinta feliciter. Et in domino in Christi autorj nomine Ildibrando filio b. m. Gerardi & Erminganrda filia Ildibrandi Jugalibus, quia pro Domini timore, & Sanctorum Patrum & magna misericordia, & remedium animæ nostræ per hanc cartula offertionis nostræ nomine dare tradere, atque offerimus, providimus in Ecclesia, & Domui Sancti Zeni sito Pistoja, & in ipsa Canonica, qui de ipsa pertinent, & ubi Dominus Austaldum Episcopum esse videtur. Idem forte, & re illa, qui est posita in locus, qui dicitur Tagnano, qui regitur per Joannes Richo, & est posita infra territurio de Plebe S. Andreæ sito forsalo. Ideo prædicta Maso, & ressorte ipsa cum terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, salectis, cultum, & incultum, divisum, & indivisum, mobilibus, & immobilibus, omnia ex omnibus, quantum ad suprascripta masa, & ressorte ipsa est pertinere, & suprascripto Massario ad sua habuit manus, & detenuit sicut Superius, is omnia

in ipsum Sanctum locum dono, & tradimus, atque offerimus, providimus, atque in sempiternum ibidem firmum, & stabile permaneat semper. In tali vero tenore, ut ipsi Calonici, & Episcopi; qui modo in ipsa Ecclesia suprascriptis S. Zenoni, ant in antea fuerint, ipsa suprascripta resorte, potestate debeat habere, & tenere, & fruere, nam non in alia parte alienare, & non habeat licentia, nec potestate ille Episcopus, qui modo in ipsa Ecclesia est, aut in antea fuerit, nec colligere, aut contrahere, vel contradicere posse, neque in qualive parte ipsa nostra res, neque per cambio, neque per nulla scriptio alienandi non debeant, nec posse nisi semper in ipsa suprascripta Ecclesia pro remedio animæ nostræ firma, & stabile permaneat semper usque in sempiternum, sicut est in me; quam vero cartula offertionis Lamberto Notarius & Judex Domni Imperatoris scribere rogavit. Actum loco Aliana vocato feliciter.

Signum manuum suprascriptorum Jugalium, qui hanc cartulam offertionis scribere rogaverunt.

Signum manibus Petroni filii Siti, & Bernardo fil. Petronii, & Rainerj fil. Ildithi rogati testes.

Ego Lamberto Notarius & Judex Domni Imperatoris scriptor complevi.

Ego Gualbertus Notarius, Judex Sacri Palatii, qualiter in authenticum scriptum inveni, fideliter exemplavi.

XVII.

* sic inscribitur in ipso codice, at ex chartae serie *Guillelmi* scribendum fuerat, non *Bulgari*.

*Carta Bulgari * Comitis de Fisciano, ex libro Capituli Pistoriensis inscripto.* † *pag.* 3.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi anni ab incarnationis ejus postmill. tricesimo quarto Curradus gratia Dej Imperator Augustus anno Imperij ejus in Italia septimo, sexta decima Kal. Martias, Indictione secunda feliciter. Manifestus sum ego Guillelmo Comes filio b. m. Lotterii, qui fuit similiter Comes, quia per hanc cartula offertionis nomine dare, & tradere atque offerre providi in Ecclesia, & Canonika domui S. Zenonis, Rufini, & Felicis, ubi domnus Guido Episcopus esse videtur. Id super Casis, & Casalinis, & rebus sortis meis illis, qui sunt positi. Prima Casa & resorte ipsa est posita in locus, qui dicitur Fisciano, quæ recta fuit per b. m. Martino Matano. Secunda resorte est posita in locus, qui dicitur Amulino quæ regitur per Joannes filio b: m. Agiprandi. Tertia resorte est posita in locus, qui dicitur Casure, que regitur per Andrea, & Dominico cum suorum consortibus. Quarta Casalina, & resorte est posita in locus, qui dicitur Lejano, quæ recta fuit per bo. me. Joannes filio b. m. Barucci Massarj. Ideo tam domorum, quam edificiis cum universis fabricis suarum, seu cum Curtis, hortis, terris, vitis, olivetis, castagnetis, quercetis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, selectis, sationibus tam in montibus, quam & in vallibus, ac padulibus, cultum & incultum, divisum & indivisum, mobilibus, & immobilibus, quidquid ubique ad ipse rebus sortis est pertinentes, & suprascripti Massarii, vel alii Massarii cum suorum consortibus exinde ad suarum habuerunt, & tinuerunt manibus, mobilibus, & immobilibus, ubiqunque exinde esse invenitur, in integrum cum inferioribus, & superioribus, seu cum accessionibus, & ingressoras suarum exinde ex integre jam dicte rebus sortis, sicut superius legitur, in ipsum Sanctum, & venerabilem Ecclesiam Canonica domui S. Zenonis, Rufini, & Felicis, pro anime mee remedium, & pro anima suprascripti bo. me: Lotteri Comes, qui fuit Genitor meus, & pro anima b. m. Ugi, qui fuit germano meo, dare, & tradere, atque offerre providi, ut omni tempore ibidem in jam dicta Canonica domui S. Zenonis, Rufini, & Felicis, ad partem ipsius Canonice firmam, stabilem permaneat semper, ut ipsi Canonici, qui modo in jam dicta Canonica domui S. Zenonis, Rufini, & Felicis sunt, aut in antea ibidem fuerint, ad partem jam dicte Canonice ibidem ad habendum, tenendum, faciendum ad proprietatem jam dicte Canonice, qui voluerint

ad

ad proprietario nomine, & quod fieri non credo, si forsitan ego qui supra Guillelmo Comes, vel meis heredibus, aut summissa persona hominum masculum, vel femina, quas nos emiserimus, per quodlibet ingenium, aut qui cum qualibet facto nostro venia per quodlibet ingenium, cui nos eas dedissemus, aut dederimus, qui in ipsa S., & venerabile Ecclesia Canonica domui S. Zenonis, Rufini, & Felicis datas, vel traditas, vel judicatas fuerint, in aliquod vobis exinde contrahere, aut retollere, vel minuare presumpseramus, aut si eas ibidem ab omne homine masculum, vel femina non defensaverimus, tunc duplis tantis, & talibus casis, & rebus, quales Superius leguntur, cum omne edificiis & meliorationibus suis in super se habentibus ibique & inconsimile locibus a parte ipsius Ecclesie Canonica domui S. Zenonis, Rufini, & Felicis restaurare, & perfruere debeamus, & si oportunum fuerit ad illum prepositum, seu Canonicis, qui ibidem modo sunt, aut in antea fuerint, aut suorum successoribus, vel Advocatoribus suis, licentiam, & potestatem habeatis una cum ista Cartula offertionis causas exinde agere, finem ponere, responsum reddere, & usque ad veram legem perducere, quam melius potueritis, sicut & ego supra Guillelmo, & meis heredibus facere debuimus, quod aut qualiter vel quomodo justa legem per melius potueritis, quia in his omnibus modis hanc cartula Petrum Not. scribere rogavi. Actum ad Ficecli Judicaria Pistoriensi fel.

Ego Guillelmo Comes in hac cartula offertionis a me facta manu mea Sanctissimum signum ✠ manus Sigifredi filius b. m. Tassimanni rogatus testis.

Ego Enrico rogatus testis SS. ✠ signum manus Joannis filius b. m. Cunithi rogatus testis.

✠ Signum manus Amedei filius b. m. Erithi rogatus testis.

Ego qui supra Petrus Not. scriptor complevi.

X V I I I.

Carta Joannis Clerici filii Juventii de Remiano, ex libro Capituli Pist. Inscripto † pag. 16. t.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni, anni ab Jncarnationis ejus post mille quadragesimo quarto, mense Februario, Indictione duodecima, feliciter. Dum ego indignus & nimis peccator Joannes Clericus filius bo. me: juventi vidisset me in hac luce huius mundi permanere, tractavi, & consideravi de Dej omnipotentis magna misericordia, & æterna retributione. Ideo pro Dei timore, & animæ remedio b. m. Rainerii filius b. m. petroni, iudico, atque confirmo, & offero, & trado tibi Deo in Ecclesia domus S. Zenonis, quæ est ædificata infra Civitate Pistoria, ubi domnus *Martinus* Pontifex esse videtur; Idest integra una ressorte, ubi iam fuit casa illa, quæ est posita in loco remiano, quæ recta fuit per Vitali, & est infra Territurio de plebe S. Quirici; Ideo prædicto Casalino, & ressorte ipsa cum terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, salectis, cultis rebus, vel incultis, cum finibus, & terminibus, & accessionibus suis, & ingressoras suarum, mobilibus, & immobilibus omnia ex omnibus ubicunque a predicta ressorte pertinens esse invenitur, & suprascripto Massario ad suam habuit & tenuit manus, sicut Superius legitur, in integrum similiter ego, qui supra, Joannes Clericus iudico, offero, trado in predicta Ecclesia domui S. Zenonis pro remedio animæ suprascripti b. m. Rainerj; Idest integræ tres petiæ terriæ, quæ sunt cultræ tres in loco Silvatanj, ubi a capo asinajo vocatur, quæ sunt amembrate da uno lato terra Monasterii S. Thome; da alia parte terra Rolandi; da alio lato terra Ceci, & de Lui[gii]. Hec autem predicte terre petiæ ipse qualiter per designata capita, & latera, sicut Superius legitur, omnino quia a quantis mihi, qui supra, Johannes Clericus iam ante hos dies omnibus suprascriptis rebus michi advenit a Guido filius b. m. Enriki, per cartula venditionis, & ipsi Guidi advenit da bone memorie suprascripto Rainerii per cartule iudicati cartule ille conscripte per manus Guidonis Notarii, sicut in ipse cartu- f. Gregorii.

 le

le continere dinoſcitur ſicut Superius legitur, in integrum ipſum Sanctum & venerabilem Templum habeatis, & poſſideatis iure proprietario ad habendum, tenendum, fruendum, faciendum quicquid bonum fuerit a parte ſupraſcripte Ecclesie domui S. Zenonis, & predicto Pontifici, qui ibidem pro tempore fuerit, omnino pro anima predicti bone memorie Rainerii firmum, & ſtabilitum debeat permanere ſine omni contradictione, & inſuper ipſe Pontifex licentiam, & poteſtatem habeatis cauſas exinde agendum, querimoniam faciendum, & finem ponendum & omnibus modis eam defenſandum cum cartula iſta aut qualiter, in ipſa cartula legitur, quia aut qualiter, vel quomodo juſta legem per melius potueritis, quia in his, & omnibus modis & hanc cartulam iudicati, & offertionis Guinitho Not. & Judicem ſcribere rogavi. Actum in Solario domui S. Zenonis Feliciter.

Ego Johannes Clericus in ac cartula a me facta m. m. SS. ſignum manibus Johanni filius b. m. item Johannis, & Donati filius b. m. Petri, & Petrus, qui conte vocatur, filius b. m. Bellini rogati teſtes.

Ego Teuthie rogatus teſtis.

Ego Guinitho Not., & Judex ſcriptor complevi.

Ego Gualbertus Not. & Judex Sacrj Palatij autenticum illud vidi, & legi, unde hoc exemplar exemplavi.

X I X.

Carta offertionis Monaſterio S. Bartholomaei a Birundo factae a 1044., *ex Archivo ejuſdem Monaſterii.*

IN nomine Domini Jeshu Chriſti anno ab incarnationis ejus poſ milleſimo quadrageſimo quarto ſeptimo Kalendas Madias, indictione duodecima Feliciter. Manifeſtus ſum ego Birundo filio bone memorie Amiti, quia per hanc cartulam offertionis nomen dare, & tradere, atque offerre Deo tibi, Ecclesia, & Monaſterio Sancti Bartholomei, qui eſt fundato, & edificato non longe de Civitate Piſtoria da porta, que dicitur carcere prope thalphano, ideſt terra & vinea petia ipſa totam inſimul ad uno tenentes, que eſt poſita in locus, qui dicitur Peſtano, & ubi caſcaria vocatur que eſt amembrata da una parte terra Ecclesie domui Sancti Zenonis; Da tres partes eſt amenbrata terra, & vinea da ∷, & conſortibus meis, qui ſupra Birundo. Hec autem predicta terra, & vinea petia ipſa inpernominate locas per deſignatas capitas, &lateras, qualiter ab ordine Superius, & per terre finis legitur, cum inferioribus, & ſuperioribus, ſeu cum acceſſionibus, & ingreſſoras earum, cultum, & incultum, diviſum, & indiviſum, mobilibus, & immobilibus terra & vinea petia ipſa, ſicut Superius legitur, quantas infra ipſe adfinis ſunt, ut dictum eſt, omnia in integrum in ipſa Ecclesia, & Monaſterio Sancti Bartholomei dare, & tradere, atque offerre previdi tibi, ut omni tempore ibidem firma, & ſtabilem permaneat ſemper, quod fieri credo ſi forſitans ego, qui ſupra Birundo, vel meis heredibus, aut ſummiſſa perſona, cui nos eas dediſſemus, aut dederimus, qui in ipſa Ecclesia, & Monaſterio Sancti Bartholomei data, & traditas, vel iudicata fuerit in aliquod vobis exinde contraere, aut retollere, vel contradicere, vel minuere preſumpſerit, & ſi eas ibidem ab omni homine defendere promitto & ſi defendere non potuero ſupraſcriptum rebus, tum duplis tantis & talibus, & rebus, cum quibus aut qualiter diebus illis una cum edificiis, & meliorationibus ſuis ſuper ſe habentibus, ibique, & infer, qui de locas ad pars ipſius Ecclesie, & Monaſterio Sancti Bartholomei, reſtituere & perfruere debeamus, & ſi opportum fuerit ad illum *(vacat in exemplari.)* prepoſitus, qui ibi eſt, aut ſucceſſoribus ſuis, qui ibidem ſunt, aut avocatibus ſuis, licentiam & poteſtatem habeas una cum iſta cartula offertionis, cauſas exinde agere, & fine ponere, querimonia facere, reſponſum reddere, & uſque ad veram legem perducere, quam melius potueritis, ſicut & ego, qui ſupra Birundum, vel heredibus meis facere debuit, quia aut qualiter

ter

ter, vel quemadmodum justa legem per melius potueritis, quia in his omnibus modis, hanc cartulam offertionis Petrus Notarius scribere rogavit. Actum ad loca Cascaria prope Civitate Pistoria feliciter.

Signum † mani suprascripti Berundi, qui hanc cartulam offertionis fieri rogavit.

Signum ††† manibus Bonithi, & Petri filii bone memorie Amiti, & Martino filio bone memorie Gerardi rogati testes.

Ego, qui supra, Petrus Notarius scriptor pos traditione complevi, & dedi.

Qualbertus ego Notarius, & idem Judex Sacri Palatii scriptor autenticum illud vidi, & legi, unde hoc exemplar exemplatum est, & quod inibi scriptum inveni fideliter exemplavi.

X X.

Donatio a Martino Episcopo Pistoriensi facta a 1044. *Monasterio Fontanae Taonis, ex Archivo Monasterii S. Michaelis Pistor.*

IN nomine Domini Breve recordationis pro modernis, & futuris temporibus ad memoriam habendam, vel retinendam qualiter actum est in Civitate Pistoria in Canonica Sancti Zenonis in presentia bonorum hominum Clericorum, & Laicorum quorum nomina supter leguntur. Manifestus sum ego Martinus Dei gratia Pistoriensis Episcopus, do, & offero Deo, & in Monasterio Sancti Salvatoris positum in alpe, qui dicitur Fontana Taonis, pro remedio anime mee omnem decimam de vino de Villa de Baio, & de omnibus terris, vineis, Ortis cultis, & incultis, divisis, & indivisis in montibus, & in planis, quam modo habet vel in antea iuste acquisierit in toto meo Episcopatu ad sustentationem pauperum, fratrumque ibi degentium, & Deo servientium pro remedio anime mee cum integra bona voluntate & licentia fratrum meorum, videlicet Joci Archidiaconi, & Guidi Primiceri, & Rustici Presbiteri, & ceteri Canonici, & Rustici Advocati S. Zenonis. Ego Martinus Dei gratia Pistoriensis Episcopus cum his omnibus bonorum hominum Clericorum, & Laicorum do, confirmo hanc offertionem Deo in Monasterio S. Salvatoris, qui vocatur Fontana Taoni, pro remedio anime mee, & tibi Teuzo Abbas, & tuis successoribus, quod ab hac ora in antea habeant, teneant, possideant, colligant, colligere faciant decimationem de omnibus terris, vineis, Ortis, que modo habent vel in antea juste acquisierint. Nos omnes Clerici, & Laici laudamus, & confirmamus hoc preceptum vestrum pro remedio anime nostre, nostrorumque parentum. Si quis autem hoc nostrum preceptum violare temptaverit, Episcopus, Clericus, Laicus, vel qualiscumque persona & si requisita fuerit, & in triginta dies non emendaverit, sit maledictus, & excomunicatus ex parte Dei omnipotentis, & S. Zenonis, & nostra, sicut Datan, & Abiron, & tamquam invasor pauperum & orphanorum.

Signum manibus Petri filii b. m. Raineri, & Panici filii b. m. Bellini, & Pagani filii b. m. Bonini rogati testes.

Ego Martinus Episcopus manu mea scripsi, & confirmavi.

Ego Jocus Archidiaconus subscripsi.

Ego Guido Primicerio subscripsi.

Ego Rusticus Presbiter subscripsi.

Ego Guinildus Notarius Sacri Palatij interfui, & rogatus a Domino Episcopo scripsi, & tradidi, & complevi, & sunt anni Domini millesimo quadracesimo quarto, ottavo Idus Settembris, indictione decima feliciter.

X X I.

Martini Pistoriensis Episcopi donatio Monasterio S. Martini, ex apographo eruditi Presbiteri Josephi Borellij Pistoriensis, qui illud eruit ex Archivo FF. Servorum Mariae Virginis Pistoriensis Conventus.

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris videlicet, Filij, & Spiritus Sancti. Ad hoc in Sancta Ecclesia constituti, & in speculo positi Præsules extiterunt, ut vestigia Sanctissimorum Apostolorum, quorum officium funguntur & aliorum subsequentium Patrum firmiter imitari deberent, & eos imitando operibus atque exemplis alios eadem sequi sine intermissione predicare, semper que quod rectum & justum esse videtur omni modo retinere, & iniustum corpore & mente procul renuere, atque abjicere, & depravatum penitus corrigere, & ad statum dignissimum, Deo opitulante revocare. Quamobrem ego Martinus quidem gratia Dei Pistoriensis Episcopus hæc supradicta, quamvis indignus, præcogitans pro animæ meæ salute Ecclesiam una in honore S. Mercurialis consecratam, quam ego, Deo auxiliante, ac S. Zenone interveniente adquisivi, videlicet sitam intra Civitatem prædictam cum omnibus Casis & Cappellis, diversisque rebus, & districtis ad ipsam pertinentibus Ecclesiam positis tam in eadem Civitate, quam etiam per diversa alia loca, videlicet Fremiano, S. Maria Germiano, S. Angelo a Pulica, S. Thoma a Bura, Sentiena Roperti, Lamporeclo, Alfiano, Gauignano, Neure, Prata S. Joannis, vel alia certa loca pertinentibus ad ipsam Ecclesiam volo & presentialiter per hanc meam institutionem, & Decreti paginam confirmo, ut Monasterium consecratum in honore, & memoria S. Martini Christi Confessoris situm Casa nova, quod dicitur annuente consilio, & auctoritate S. memorie Leonis Papæ, & multorum Episcoporum Religiosorum constitui, atque confirmavi. Deinde habeat, teneat, firmiterque possideat sine alicuius majoris, minorisve personæ contradictione, sive molestia nemine præter Abbatem, videlicet qui pro tempore in prædicta Ecclesia S. Martini fuerit, in præfata S. Mercurialis Ecclesia, vel ejus Cappellis & rebus suum ostensura vigorem, qui & præfatam Ecclesiam regat, eiusque proventus sine mea meorumque successorum contradictione sive molestia fruatur inviolabiliter, & in ea ordinet, & disponat omni tempore; & insuper volo, atque per hanc meæ institutionis, & Decreti paginam instituo, atque confirmo, ut si quod absit, aliqua magna, seu parva persona, vel aliquis ex meis successoribus fuerit, qui contra hanc meam institutionem, vel decretum facere temptaverit, anathematis vinculo sit innodatus, & illam habeat maledictionem, quam Juda Domini proditor, & Anania, & Saphira, cæterique habuerunt malefactores, & centum libras puri auri se compositurum agnoscat medietatem Cameræ Domini Papæ, & alteram medietatem Abbati prædicti Monasterij S. Martini, & predictum Monasterium S. Martini cum eadem Ecclesia S. Mercurialis in defensione, ac potestate & tuitione S. Petrj Apostoli, & Papæ qui tunc tempore fuerit, sit hoc emendandi, & corrigendi, & penam hujus meæ institutionis exigendi, & ad pristinum statum prædictum Monasterium, & Cappellam reducendi in illa persona, vel meus Successor offensione, quam jam dictæ Ecclesiæ vel Abbati huius Monasterij contra hac mea institutione fecerit, infra octo dies, postquam ibi requisitum ab Abbate ipsius S. Martini Monasterij fuerit, eidem non emendaverit, quia sic mea bona decrevit voluntas, & ut hæc credatur, & diligentius ab omnibus observetur manu mea hec, que supra dicta sunt, confirmavi. Unde duo Decreta paginæ scriptæ sunt Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo quinquagesimo septimo quartodecimo Kal. Februarij indictione decima feliciter.

Ego Martinus gratia Dei Pistoriensis Episcopus.

m. m. m. m. SS., & Ecclesia S. Mercurialis Monasterium S. Martinj sito casa nova habendum tradidi.

Ego Paula m. m. SS.

Ego Andreas Presbiter m. m. SS.

Lu-

Lubertus Iudex m. m. SS.
Rolandus Iudex Sacri Palatij.
Ego Petrus Notarius Domini Imperatoris S.S.
Ego Rofredus Clericus iuſſu Martini Epiſcopi diffinivi, & de ſupradictis fideliter.

XXII.

Carta donationis a MLXI. *factæ ab Attone Canonicæ Auximatis Eccleſiæ, ex Auximatis Civitatis archivo.*

IN Dei nomine anni ſunt ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti mille ſexaginta, & uno, temporibus doni Nicholai ſummo Pontifice univerſali Papa in Apoſtolica Sacratiſſima B. Petri Apoſtoli Sede, anno eius tercio, die duodecimo menſis Februarij, indictione quarta decima Auximi Civitate.

Ego Atto filius quondam Aufredo propria mea bona voluntate odierna die per hæc Cartula donationis, ſeu pro redemptione, & abſolutione animæ meæ pro ipſa redemcione, & abſolucione quod nos peccatori debemus accipere, pro ideo odierna die dono, & trado, atque concedo tibi Petrus Presbiteri Cannonico & Priore de Epiſcopatu S. Leopardi, & in tuiſque ſucceſſoribus, qui pro tempore ordinandi ſunt in ipſa Cannonica Sancti Leopardi, & in alij Servi Dei, qui orare debet ſecundum ordine Canonicorum, in perpetuum poſſidendum, ideſt terra in fundo Selvicinij, qui Maliano vocatur, cum ſuis vocatur, & in fundo Saviſano, & in fundo Caſale territorio auximi, id eſt terra, & vinea, & ſilva, & fice, & olibus, & aliis arboribus fructiferis, vel infructiferis per ipte ſupraſcripte fundora, vel vocabulis, que conſtituentur infra territorio ſupraſcripto, dono, & trado vobis omnia mea porcione ſive caſis, terris, vineis, olivetis, cannetis, caſulibus, ſilvis, ſalectis, pratis, paſcuis, porcis, arboribus ſuis, & cum omnibus infra ſe abentibus, vel ſubjacentibus in integrum cum ipſa porcione de ipſo caſtello, quod eſt edificato in ipſo ſupraſcripto fundo, cum introvito, & exovito, quantum ad meam portionem pertinet de ipſo Caſtello, vel pertinere debet in integrum, & quod eſt ipſa ſupraſcripta res per ipſe ſupraſcripta fundora, vel per eorum vocabulis, que eſt tote in ſimul, dono, & trado omnia mea porcione, ſicut ſuperius legitur, ſeo, & dono, & trado vobis omnia mea porcione de Eccleſia Beata Sancta Maria, que eſt edificata in fundo Selvicinij, cum dotis, & libris, & paramentis eius, & ornamentis, & campana, & cum omnibus ſuis pertinenciis, quantum ad meam porcionem pertinet, vel pertinere debet, in integrum. Correntia eius a primo latere Curte de Saviſano, & Curte de Caſale, a ſecundo latere fine ipſe Curte de Ocruſciano, a tercio latere Curte de Preſilliano, a quarto latere fine ſtrata publica, que pergit da Graniano perveniente a Maliano, qui Cerqua Sancta vocatur: Iſta omnia ſicut ſuperius legitur, a preſente die abeatis, teneatis, poſſideatis, abendi, tenendi, & in ipſa Cannonica in perpetuum poſſidendi, quiaquid ex inde facere volueritis, in omnibus habeatis poteſtate, ſicut ſuperius legitur. Quod abſi, quod non credo fieri, ſi ego ſupraſcripto donatore, meiſque heredibus contra hanc cartulam donationis a me facta ire, temtare, aut corrumpere, vel infringere, aut fallare voluero, ſed in omnibus ſtare, & defenſare promitto. Quod ſi defendere non potuero, aut minime obſervavero de omnia que ſuperius legitur, daturo me promitto ſupraſcripto donatore, meiſque heredibus dare vobis ſupraſcripto Petrus Presbiteri, & Priore Cannonico, tuiſque ſubceſſoribus pene nomine Bizancios aureos quingentos, poſt poena data, & abſolutione hæc cartula donacionis in ſua permaneat firmitate, ſicut ſuperius legitur.

Signum manus Atto ſupraſcripto donatore.
Durammo in ac cartula donationis rogatus teſtis ſubſcripſi.
Brano in ac cartula donationis rogatus teſtis ſubſcripſi.

Jo-

Johannes in ac cartula donationis rogatus testis subscripsi.
johanne Tabellio scriptor de comitatu Auximi complevi, & absolvi.

X X I I I.

Carta donationis a MLXVIII. *factae a Berga Monasterio S. Victoris, ex Auximatis Civitatis Archivo.*

IN Dei nomine ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi sunt anni millesimo sessagesimo octavo, temporibus Domino Alesandrio Papa, & de mense December per indictione sesta Ausimi Civitate.

Quoniam profiteor me Berga Filia quondam Adelberto per consensum, & de Petro viro Iermanis meo, propria mea bona voluntatem odiernum die coitantes mecum, quod Omnipotenti misericordia pro Redentione, & Obsolutione anima mea, & de Genitore meo, ut aliquis de peccatis nostris minuare possamus, propterea dono, & trado, & offero ad ipsa Ecclesia Beato Sancto Victore, quod edificato in fundo Silva longa territorio Auximi, quod est Monasterio virorum deja possidendum a domino Stefano Abbas, & a tuisque successoribus, id est in fundo Valeriano territorio Auximi, id est Terra, quæ est a perticas de cimpidas modiorum duo, cum arboribus suis, & cum omnia infra se habente, vel subjacente in integrum lateribus eius de tota res, a primo latere terra de ipso predicto Monasterio, a secundo latere terra de Johannes, a tercio latere rigo aqua corrente per temporibus suis, a quarto de suprascripto Johannes perveniente in primo latere in alio loco, & infrascripto fundo, & infrascripto Comitato, id est terra modiorum duo, cum omnia infra se habente, vel subjacente in integrum lateribus eius de suprascripta res a primo, & a secundo, & a tertio, & a quarto latere trado ipso suprascripto Monasterio ipsa suprascripta res, quæ est constituta infrascriptis lateribus inter duo pecie modiorum quatuor, & quæ mihi suprascripte donatrice obveni da parentibus mei, aut per meo conquisito & que est de juriis propriis, quod aput me visi sumus habere tantum, ut de presente habeatis, teneatis, possideatis habendi, tenendi, & susfrugendi, & per meliore gambio congambiandi tantum; & si quis vero contraire voluero, in talis vero tinore & in talis vero ordine spopondo, & obligo me ego suprascripta donatrice, vel meis Eredibus ad ipso suprascripto Monasterio, & ad tibi suprascripto Abbas stare, & defensare. Quod si defendere non potuero, aut si non voluero da qualibes Omine, aut si de ista suprascripta donacione causacionem posuero, tam ego suprascripta donatrice, tam eis Hæredibus, ut ipsa suprascripta res a suprascripto Monasterio ducpla, & meliorata in presentem lo . . . Cora.

Signum manus de Berga suprascripta donatrice.

Signum manus de Petri suprascripto Consentore.

Alberigo Rogatus.

Johannes Rogatus.

Johannes Rogatus.

Ego Johannes Tabellius Cive Auximi scriptor coram testibus complevi, & absolvit.

XXIIII.

X X I I I I.

Carta Petri Pistoriensis Episcopi de Casa in Civitate Pistoriensi, ex Archivo Canonicorum in libro † pag. 96.

QUia providentiæ Episcopalis est, illa quæ sunt sub sua cura, & regimine constituta, more paterno regere, & gubernare debere, præsertim loca Deo dicata, ubi Fratrum Congregationes ad Dei servitium vivunt; Petrus ego Pistoriensis, licet Episcoporum minimus, Episcopus nostris subiectis & præcipue Ordini Ecclesiastico, ut decet, molestiam auferre, & benivolentiam & dilectionem impendere desideramus. Unde quia de nostræ Canonicæ Pistoriensis Ecclesiæ S. Zenonis jure, cuidam nostro Fideli feudum dedimus, quidquid ei advenit ab Ildebrando filio Rainerij, & fratre suo de terra posita in Villa paterno, & in Sancto Mamme, & in Piticio, & insuper quod ei advenit a prædictis in loco Batoni, quia prope nostrum eumdem Castellum est, nobis retinemus, placuit nobis pro prædictis rebus eidem Canonicæ commutatione reddere, ne a paternali amore videamur discedere, & unde Justitia oriri debet, inde iniquitas cognoscatur procedere. Quapropter perpetualiter iam dictæ Canonicæ, & Fratribus ibidem viventibus Domum unam positam prope eandem Canonicam concedimus adjunctam a meridie Case eiusdem Canonicæ, & ab Oriente Casæ S. Zenonis, ab Aquilone & Occidente cum via, & Philippus filius Casolis abitat eam. Et eodem modo concedimus unum petium de terra positum in loco Campocasi admembratum a tribus partibus cum Terra S. Zenonis, a quarta cum Terra de filio Atoni de Montemagno, & tenetur per Filium & Nepotem Pipi de Mercato; prædictam Casam, & petium de Terra, secundum quod prescripta sunt, volumus & statuimus, & firmiter roboramus, ut iam dicta Canonica & Clerici eam inabitantes sine nostra inquietatione, & molestia, & nostrorum successorum perpetualiter habeant, teneant, & possideant, & hoc modo scriptum hoc Martinum Notarium scribere rogavit. Actum in eadem Canonica feliciter. Anno ab Incarnatione Domini nostrj Jesu Christi millesimo octogesimo sexto, *6.* Kal. Junij, Indictione nona feliciter. Hoc factum est in præsentia Ugi Præpositi, RustiKi Presbiteri, & Bonuti Presbiteri, & Ildibrandi Primiceri, & Pagani, & Carbonis Diaconorum. Martinus Notarius hoc scripsi, complevi, & dedi.

Domitianus Notarius, & Judex Sacri Palatij qualiter in autenticum scriptum invenit, fideliter exemplavit.

X X V.

Carta Sifridi, ex Archivo Episcopi Pistoriensis.

IN nomine Domini Dei eterni, ani ab Incarnationis eius octaugesimo sexto pos mille, septima decima Kalenda Juliis, Indictione nona feliciter.

Manifestus sum ego Sifridi filio bone memorie agiKi, quia pro han cartula donationis do, & trado in Eghlesia Vescuvato domui S. Zenoni, quod est dificato in Civitate Pistoria, & tibi Petrus Episcopus, idest omnibus cumctis Curtis, Castellis, Ecgliesiis, sortis donacatis, terris, vineis, quem ego abere, & tenere visus sum infra Comitato & territurio Pistoriense, & Filorentino, & Fesolano, & infra Vescuvato Bologliese, exceto, & antepono Curte & Castello de Tripplo, nan aliis omnia ec. in omnibus ec. ideo predictis Cumctis Curtis Castellis, Ecgliecsiis, donacatis, terris, vineis, pratis, pascui, silvis, salectis, boscareis & agresti, cultis, & incultis, divisum, & indivisum & omnia & in omnibus, exceto predicto Tripplo, quod superius excetavit; nan aliis omnia in omnibus ubicumque de suprascriptis Cumtis Curtis, terris, vineis, donigatis sunt pertinentes & est invenitur una cum omnias suorum deficiosa per se, & infra se abentes in integrum sicut supra legitur; eas prenominata Eglesia & Episco-

porum

patum S. Zenoni, & tibi Petrus Episcopus sim vestra Potestate ad abendi, tenendi, faciendi exinde quitquit tibi bonum fueri, aut placuerit; & han cartula donationis in suad manead firmitate, & dherit non gredo sit forsintan, ego qui supra Sifridus, vel meos eredes aut summissa persona, quit nos miserimus, vel quit cum qualiber in meo facto advenia per quelibet ingenium, cui eas nos dedissemus, aut dederimus, quoad prenominata Ecghlesia & domus suprascripta Zenoni, & Petris, & Episcopus, vel ad suis posterioris, aut cui ad vo suprascripta donatio mea vobis data aut tradita, vel iudicata fuerit, in aliquo exinde vobis contradicere, vel minuare, aut intentionare presumpserit, vel sit de masculo & femina, defendere non potuerimus, & non defensaverimus tum duppla tantas & tale suprascripta terra & vinea, Castellis Eghlesie, fortis, & donicatis, qualis tum ipsa fuerit sub testimatione in consimile logo de meis propriis vobis restituamus, & sic vobis opportuni fuerit licentia, & potestate aveatis omnino una cum ista cartula causa exinde agendum, responso redendum, & fine ponendum, sicut ego, qui supra, facere debuit, & pro ille mea donatione & confirmatione Caunegliil exinde meritum recepit invalien . . . solidos duecenti: actum prope Ecglilesia, & plebe . . . . . . sito in glano iudicaria Pistorii.

Singnum manus suprascripti Sifridi qui han cartula donationis, & convenientia fieriense rogavit.

Singna manibus Uvidi filio bone memoriæ Johannis, & Uhgo filio bone memorie Baruci, & Gerardo filio bone memorie Ildibraindi rogati testes.

Singna manibus Alberti filio bone memorie Lamberti, & Uvido filiolo bone memorie Boni, & Ugho filio bone memorie Segnoretti rogati testes.

Ego Alberto Notarius scritor pos tradita complevi: Cartula ista est facta in eo tinore da modo in antea sit suprascripta sit suprascripta sit Sifridi, vel suis heredibus, tulleritis aut contenderitis turre & Castelo de Sambuga de Pavana ad Episcopus Petrus, vel suis successoris, aut illorum certo misso ad daniecate Sanctam Zenoni, aut sit perdideritis Curte, & Castello, & Turre de Sambuga pro eorum mala guardia, aut negligentia, ista cartula & ipsi Castelli, Ecgliesis, & rebus, que in suprascripta cartula rilegitur, in potestate de suprascripta Eglilesia Sancti Zenoni perveniad sine omnia calumnia.

XXVI.

Carta donationis Monasterio S. Victoris factæ a MXCV., ex Auximatis Civitatis Archivo.

IN Dei nomine anni sunt ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, millesimo nonagesimo quinto temporibus domino Clemens summo Pontifex, & de mense Augusto indictione tercia Comitatu Auximi Pontificem profiteor Ingo filius quondam Ongrello propria, & expontanea mea bona voluntate hodierna die per hec cartula donationis, adque offertionis, cogitantes me de quod Omnipotenti misericordia, seu propter nomen domini, & pro redemptione, & obsolutione anima mea, & de filio meo Albericus, vel de alijs Parentibus meis, ut aliquis de peccatis nostris minoare possamus, quando omnes peccatores refrigerio, & venia desidero habere . . . . Ita faciat nos Dominus venite ad illam voce, quando dignatus est Dominus dicere -- *venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi* -- pro ipsa redempcione, & obsolucione, quæ nos peccatores debemus accipere. Pro ideo hodierna die dono, & trado, & offero de res mea in Ecclesia Beato Sancto Victore, quod est edificato in fundo Silva longa juxta Fluvio Mossione territorio Auximi, & in te dono Albericus Abbas, tuisque subcessoribus in perpetuum ad possidendum, id est in fundo Solenniano territorio Auximi, id est terra, & silva, quæ est a pertica decempidas modiora quinque, & si amplius fuerit de mea porcione infrascriptis lateribus nulla reservacione ex inde non facio cum omnibus infra se habentibus, vel subjacentibus in integrum. Correntia eius a primo latere via publica,

blica, a secundo latere rigo aqua corrente per temporibus suis, a tertio, & a quarto latere terra de Fili Actonis, id est rem jurijs meis, quae mihi suprascripto donatori obvenit da parentibus meis, id est de juris proprijs suprascripta omnia, sicut superius legitur a presente die habeatis, teneatis, possideatis, abendi, vendendi, donandi, commotuandi, & per meliores gambio congambiandi, quitquit facere volueritis, & in omnibus abeatis potestatem, sicut superius legitur. Quod absi, quod non credo fieri, si ego suprascripto donator, vel meis heredibus contra hanc cartulam donacionis ad me facta ire, temptare, aut corrumpere, vel infrangere, aut falsare voluero, aut si ego suprascripto donator causacionem voluero, tam ego suprascripto donator, tam meis heredibus, dare tibi suprascripto Abbas, tuisque subcessoribus pænam nomine secundum lege ipsa suprascripta donacione dupla, & meliorata . . . . . . in ipso loco, & infra ipso suprascripto . . . . . manente hæc cartula suprascripta, inde in sua permaneat firmitate, sicut superius legitur.

Signum manus Ingo suprascripto donator, qui huic cartulæ rogavit.

Acto de Adamo huic cartule rogatus testis scripsi.

Johannes de Accio huic cartule rogatus testis scripsi.

Leto de Gualo huic cartule rogatus testis scripsi.

Ego Morico Notarius huius cartule complevi, & absolvi.

XXVII.

Carta donationis Monasterio S. Victoris factæ A. MXCVIII. ex Auximatis Civitatis Archivo.

IN Dei nomine anni sunt ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo nonagesimo octabo temporibus Domino Clemens summo Pontifex, & die mense Augusto indictione sexta Comitatu Auximi. Ego Johannes filius quondam Petri, & Burga jugalis propria, & ex spontanea nostra bona volumptate hodierna die per hæc cartula donationis cogitantes nos de quod omnipotenti misericordia, seu pro domini, & pro redempcione & obsolucione animæ nostræ, vel de parentibus nostris, ut aliquis de peccatis nostris redimere possimus, quando omnes peccatores refrigerio, & venia desidera habere, & invenire, ita faciat nos Dominus venire ad illam vocem quando dignatus est Dominus dicere — *venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi*, pro ipsa redempcione, & obsolucione, qua nos peccatores debemus accipere, pro ideo hodierna die dono, & trado, adque offero de lex mea in Ecclesia Beato Sancto Victore, quod est edificato in fundo Silva longa juxta Fluvio massione districtus Auximi, & in te Domino Albericus Abbas tuisque subcessoribus in perpetuum ad possidendum . . in fundo Cesuline territorio Auximi, id est terra, quæ est a portica decempidas modora duodeci principalis fuerit de mea porcione in ista cartula permaneat cum omnibus infra se habentibus, vel subiacentibus in integrum. Correncia eius a duobus lateribus vie, a tercio rigo aqua corrente per temporibus suis, & quarto latere terra de ipso suprascripto Monasterio nobis infrascripto donatori obvenit da parentibus nostris, & ds. de jurijs proprijs ista omnia, sicut superius legitur, a presente die abeatis, teneatis, possideatis, abendi, vendendi, donandi, commotuandi, & per meliores gambio congambiandi quicquit ex inde facere volueritis, & in omnibus abeatis potestatem sicut superius legitur. Qua absi, quod non credo fieri, si nos infrascriptus donator, vel nostris Hæredibus contra hanc cartulam donacionis ad nos facta ire, temptare, aut corrumpere, vel infrangere, aut falsare voluerimus, aut minime observaverimus de omnia, quae superius legitur, daturi nos promictimus nos infrascriptus donatori nostris hæredibus dare tibi suprascripto Abbas, tuisque subcessoribus poenam nomine secundum lege ipsa suprascripta res dupla, & meliorata restituamus, & post poenam data, & obsoluta hæc cartula suprascripta donacionis in sua permaneat firmitate, sicut superius legitur.

Si-

Signum manus Johannes & Burga suprascripti donatori, qui huic cartule donationis rogaverunt, subs.

Stefanus de Bonanto huic cartule rogatus testis subscripsi.

Vivo de Petri huic cartule rogatus testis subscripsi.

Giso de Acto huic cartule rogatus testis subscripsi.

Ego Morico Notarius huius cartulæ complevi, & absolvi.

XXVIII.

Donatio Comitissae Mathildis Hospitali B. Michaelis Archangeli, edita jam Lamio in Chronico Pontificum pag. 191., *nunc autem autographi, quod Pistorienses Monachi Vallumbrosani servant, fidei reddita.*

IN nomine Domini Jesu Christi Anno ab Incarnatione eius millesimo nonagesimo octavo, regnante Imperator Heinricus, quincto Idus Augusti, Indictione sexta. Sancto autem Hospitale, quod est constructum ad onorem Dei & Beati Michaelis Archangeli situm in locum Bumbiano, ubi dicitur plano de la Curte prope Reno. Ego Domina Matilda Ducatrice propter Deum, & remedium anime mee, vel abluentis peccatis mei, que commisi, & pro anime Bonifacii Marchinione Genitori meo, & Beatrice matris mee concedo, seu offero vobis donato Presbiter, & Girardo Monacho a parte predicto Ospitale, seu in vestris successoribus ad jure eidem Ospitali idem locum, & plano, ubi edificatum est coniuges quadraginta & octo de terra bona laboratoria, id sunt mansibus quatuor in circuitu predicti ospitalis, & de alia Silva Bonbiano habeant ministratoris ospitalis hius pascendi gregis & lignis, & feno faciendi, quantum oportum fuerit ad prefato ospitale his iam dictis rebus qualiter superius concedo, & offero ego predicta Domina Mathilda eadem racione, ut ospitale fiant sub vigum S. Petri, cujus est proprietas, hoc videlicet observandum, ut nullus Boloniensi Episcopus tollat bonis de ospitale, & si tollent, revertas in meam potestatem, qui autem quantum iam dictas res, qualiter superius legitur, com superioribus & inferioribus, atque cum ingressibus & accessionibus, & affinibus suis in integrum, taliter a presenti die & hora per hanc paginam offertionis mee in vobis predictis donato Presbiter, & Gerardo Monacho, vestrisque successoribus a parte nostro ospitale maneat, & persistat potestatem ad habendum, tenendum absque omni contradicione meam, meorumque successorum, & insuper spondeo atque promitto ego predicta Mathilda vobis, nostro Donato Presbiter & Girardo Monacho, a parte ospitale nostris rebus omni tempore ab omni homine defensare iuxta legem dampna litis omnia sustinere quod si ad defensandum minime fecero, aut contra hanc offertionem per quodcumque vis ingenium agere, aut causare presumpsero, vel si agentibus consentientes fuero, tunc promitto componere libras quinquaginta denariorum lucentium, & post penam solutam hanc pagina offertionis mee omni tempore in sua maneat firmitate. Actum in Prato Fescoso [1] feliciter in presentia Bernardo Episcopo feliciter. Signum ✠ manus. Ego predicta Mathilda, que hec fieri rogavit, & insuper jubeo, atque precipio, & iussionem faccio, ut nullus homo audeat predare, neque furtum facere, aut ullam offensionem facere ad jam dicto Ospitale, & quicunque hoc non observaverit, sciat se compositurum libras quinquaginta nomine pene.

Signum scriptum manibus Alberto Comite, & Raginerius Filiis quondam Bulgarelli, & Cortolo, & Alberto Filiis Maginfredi, & Sasolo da Balianello, & Uberto de Stagno, qui rogati sunt testes.

F. namque Ardrico Judice Teste.

Ego Gosberto Notarius feliciter post tradita complevit [2].

AD-

[1] F*Escoso* corrupte pro *Episcopi*. Celebre est in chartis Pistoriensibus *Pratum Episcopi* Heic ergo Italicum nomen *Vescovo* vides Germanorum more, qui F literae sono literam U sepissime efferunt, perscriptum.

(2) Henricus quinctus Imperator donationem hanc Mathildis confirmavit diplomate, quod habes a Lamio V. Cl. editum p. 193. *Chronici Pontificum*.

XXVIIII.

Donatio Mathildis Monasterio S. Salvatoris. Edidit post Florentinium in vita Mathildis (lib. 2. p. 277.) Lamius in Chronico Pontificum (p. 190.), sed mendose. Nos iterum proferimus ex Archivo S. Michaelis Pistoriensis.

IN nomine Domini† nostri Jesu Christi Anno ab Incarnatione eius 1099. Regnante Imperatore Henricus 8. Idus Septembris Indictione 6. * Ego Domina Matilda Ducatrice propter Deum & remedium animæ meæ, vel abluentis peccatis meis, que commisi, & pro anime Bonifacii Marchionis Genitori meo, & Beatricis Matris mee do, & offero tibi Deo in Monasterio S. Salvatoris, & tibi Johannis Abbati, tuisque sucessoribus cum licentia, & integra bona voluntate Domini Petri Pistoriensis Episcopi, & Bonuti Archipresbiteri Ecclesiam S. Marie de Piunte cum omnibus rebus, & possessionibus suis, quod ab hac hora in antea potestatem habentis illam habendi, tenendi, regendi, gubernandi, possidendi, & omnibus modis inde agendi, Presbiterum, & Clericum secundum vestram voluntatem mittendi, & trahendi. Que autem dictas res qualiter supra legitur, cum superioribus, & inferioribus, & ingressibus suis in integrum taliter a præsenti die & ora per hanc paginam offertionis mee tibi Deo in Monasterio S. Salvatoris, & tibi Johanni Abbati, tuisque successoribus a parte nostra Ecclesiam Sancte Marie de Piunte maneat, persistat potestatem ad habendum, tenendum absque omni contradictione mea, meorumque successorum. Insuper respondimus, atque promittimus ego predictus Petrus Ecclesie S. Zenonis Episcopus, meorumque successoribus, & Domina Matilda tibi Deo & Monasterio Sancti Salvatoris de Fontana Taonis, & tibi Johanni abbati tuisque successoribus nostris rebus omni tempore, & omni homine defensare iusta legem damna litis omnis sustinere. Quod si ad defensandum minime fuero, aut contra hanc offertionem per quodcumque ingenium agere, aut causare presumpsero, vel si agentibus consentientes fuero, tunc promittimus componere, & dare penam libras quinquaginta bonorum denariorum lucensium, & post penam solutam hec paginam offertionis mee in sua maneat firmitate.

* VII.

Hoc autem actum est in Prato Vescovi.

Testes autem sunt Comes Albertus de Sabluneta, Guido Comes de Mutilgnano, Raimuldus de Bagise, Ugo de nonaltula, Bernardus Filius imelde Ferignano, Ubertus de Stagno, Guido de Pisa, Ugicione de Montalto, Bonectus Advocatus de Pistoria. Rogati testes.

Ego Petrus Episcopus S S.

Matildis ✠ Dei gratia siquid est S S.

Ego Aldericus Judex interfui, & S S.

Ego Hosberto Notarius S S post tradita complevi & dedi.

XXX.

X X X.

Donatio Comitissæ Mathildis Monasterio S. Salvatoris, ex Archivo Monachorum Vallumbrosanorum Pistoriensium, emendatior quam quæ extat apud Lamium in Chronico Pontificum pag. 189.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione eius millesimo centesimo quarto, nonodecimo Calendas Februarii Indicione XII.

Domina Comitissa Mathildis pro amore Dei, & anime sue remedio concessit, atque donavit sex cultre de terra, que sita est in curte Pl . . . Monasterio S. Salvatoris sito alpe Fontonis, & si ullo in tempore ipsa, vel sui successores . . . . . vel causare de predicta terra contra suprascriptum Monasterium temptaverit, aut aliquo ingenio molestare inceperit, vel alicui dederit, aut contra datum aliquid fecerit quo minus predicto Monasterio habere liceat, res illa in duplum componere predicto Monasterio suprascripta Domina promisit. Hoc actum est in presentia Episcopi Motinensis, qui vocatur Doctus, & Archipresbiteri Bonuti, & Aldeprandi Primiceri de Bagise, Ugo de Nonantula, Bernardus filius Imelde de Feroniano, Corvolus de Feroniano, Sasso da Bibbianello, wigelmus de Ferraria, Vvido de Pissa, Bonitus advocatus de Pistoria, Bernardus Beneventanus. Post penam autem solutam hoc scriptum in sua maneat firmitate. Hoc actum est in Villa, que vocatur Carpenetum, que sita est iusta Civitatem Pistoriam.

Mathil-	dis
Dei	Gratia
siquid	est.

Ego Ardericus Judex interfui, & subscripsi.

Ego Sigifredus Judex, & Tabellio manu mea scripsi, & post traditum complevi, & dedi.

X X X I.

Donatio Monasterio S. Bartholomaei Pistoriensis, a. 1108.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei eterni, anno ab eius nativitate millesimo centesimo octavo. Indictione duodecima * XJJJJ. Kalendas Octubris. Constat Pierum Trappaponi pro remedio animae sue; suorumque parentum Angioino, & Rolando suis filiis presentibus eorum concordia similiter communicata se ipsum, & avegnentem e se genitum cum petio uno bene ad Masianum posite ab omnibus lateribus cum terra abathie Sancti Bartholomei terre finate obtulisse, atque tradidisse Domino, & altari Abbathie Beati Bartholomei Apostoli, sed quia prefatus avegnente nondum plane erat etatis, pactum inter Monachos suprascripte abathie. & pierum iam dictum tale consistit: Si avvegnente ab inde usque ad terminum decem annorum penituerit se, & noluerit stare in abathia suprascripta, Monaci tu eidem avegnenti dare teneantur tantum quatuor libras bonorum denariorum lucensium; vel pisanorum; & nihil aliud. Quod si avegnente infra predictum terminum decem annorum se minime penituerit, ultra vero in suprascripto Cenobio quousque vixerit, pro converso debeat remanere.

* I.

Signum ††† manus suprascripti Pieri, qui hanc offertionis cartulam fieri rogavit.

Signum MMM manuum Macthimarelli quondam Dulceptori Melonis filii Marie Trovati testium rogatorum.

Signum manus Dertifere Judicis, & Sacri Palatii Notarii hanc cartam scribentis.

XXXII.

X X X I I.

Carta donationis factæ a. MCLXXII. Monasterio S. Victoris, ex Archivo Auximatis Civitatis.

IN nomine Domini anni sunt M. C. Sectuagesimo II., & die mense Zenaio per indictione quinta, Comitato Auximi.

Ideoque Ego Acto Filius quondam Amico secundum meam Legem dedisse ad ipsa Ecclesia Sancto Vitore, quæ est edificata juxta Fluvio Massione, & tibi Domino Vivo Abas, & tuisque Successores, idest omnia mea possessione, & omnia racione de terra cum vinea, & ficis, & olivis, & silvis, que est in fundo Silva longa, do, & concedo ad idsa [*sic*] Ecclesia Sancto Vitore, & tibi Domino Vivo Abas, & tuisque subcessores cum omnibus, que infra se, aut super se habentem, vel subjacentem in integrum Curencia eius a primo latere fosatu currente per temporibus suis a secundo latere terra de Ubaldo de Jga, & de Filij de Dominico, & Marino de Gullelmo, a tertio latere via publica, a quarto latere terra de Acto Benedicto cum suis consortibus perveniente in primo latere ita Ecclesia abeatis, teneatis, possideatis, & faciatis, quod vobis placuerit, & insuper repromittimus destare, & defendere contra omnes omines legali jure. Quod si non potuerimus, & ea que superius promisimus per nos, vel per summissa personarum, causacionem, fecerimus, obligamus nos, & nostros Eredes dare tibi dicto Abas, & tuisque subcessores Bisancij tres de bono auro, & post pænam vero data, & absoluta, hæc cartula in sua permaneat firmitatem.

Signum manus de Acto suprascripta cartula rogavi. Albrico del Selvajo Albrico de Adamo de Benedicto Ruberto de Ramo Plumazu, Grimaldo de Amicone omnes suprascripti rogatis testes.

Ego Stefano tabellio scripsi, & complevi.

X X X I I I.

Donatio Jordani Humanatis Episcopi Monachis Sanctae Crucis Fontis Avellanae ex autentico exemplo archivi ejus Monasterii. Communicavit mihi clariss. Muratorius.

IN Dei nomine anni eius sunt ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCLXXXIII. IIII: die intrante Januarii indictione XII. dompno Celestino Papa sedente in sede Beati Petri Apostoli & regnante Henrico Imperatore Federicis Imperatoris Filius anni eius Imperii III. Nos quidem Jordanus Humanensis Ecclesiae Episcopus una cum voluntate & consensu Canonicorum meorum qui preordinati sunt in nostra Ecclesia intuitu pietatis . . . . ac religionis & pro Redemptione nostrorum peccatorum nomine nostro & ptedecessorum . . . . . . tradimus & cedimus & per transactum concedimus in perpetuum in heremo. . . . . . Fontis Avellane & tibi dompno Marco Venerabili Priori, & toti vestro conventui & vestris successoribus & per manum Domini Raineris qui est Prepositus & Rector Ecclesiae S. Mariae de Recanate quæ est edificata in fundo Rasenano qui Antiniano vocatur. Idemque damus, & concedimus ipsam Ecclesiam S. Mariae quae est sita in fundo Laureti totam cum omnibus suis dotibus & pertinentiis, & cum libris & calicis & campanis & paramentis & cum cellis & cum circuitu & Parrochianis cum terris, & vineis, & olivis & ficis & salicis & cum molendinis & acquis aquimolis cum pratis & pasculis & erbis & cum omnibus suis pertinentiis & cum omnibus suis actionibus & rationibus que ad ipsam Ecclesiam pertinent, vel pertinere debet de jure vel usu ita a die presente tu . . . . una cum tuis successoribus abeatis teneatis possideatis usufruct. . . . . . cum tuam Ecclesiam cum omnibus suis possessionibus & pertinentiis, & in perpetuum possidendo tenendo & exfruendo, & quidquid vobis placuerit faciatis

ciatis. Et ego Jordanus Flumanensis Episcopus una cum Canonicis meis promictimus per nos & per nostros successores vobis dompno Marco priori & toto vestro conventui & omnibus vestris successoribus & tibi donno Rainerio Preposito S. Marie, & vestro subcessori ipsam dationem & concessionem semper firmam & ratam abere & tenere & numquam retractare & nullam litem, & nullum malum & nullam querimoniam, & nullam questionem vobis facere, sed semper stare & defensare & bonam facere & autorizare vobis promittimus per me & meos subcessores contr. . . . . . . sonas hominum. Quod si defendere noluerimus aut non potuerimus aut hanc c . . . . vel concessionis intentare corrumpere vel falsare voluerimus vel si dolo . . . . ingenio cuncta que superius leguntur non observaverimus tunc obligo me Jordanum Episcopum una cum Canonicis meis meosque subcessores vobis supradicto Priori vestrisque subcessoribus pena nomine libras Lucenses C. & post pena data & soluta cartula ista donationis cessionis & concessionis semper firma permaneat sicut superius legitur. Dominus Jordanus Flumanensis Episcopus Ecclesie Episcopus hanc cartulam fieri precepit. Matheus Archidiaconus in hac cartula consensit. Marcus Archipresbyter in hac cartula consensit. Sangneus Canonicus in hac cartula consensit. Geffredus Canonicus in hac cartula consensit. Nicolaus Canonicus in hac cartula consensit. Rainaldus Canonicus in hac cartula consensit. Presbyter Acto Canonicus in hac cartula consensit. Dompnus Angelus Prebabus Gardeti in hac cartula consensit. Petrus Stephani de hac cessione & concessione fuit investitor & testis. Acto Stephanonis Bocti. Acto Postere ab ipso Episcopo & a Canonicis rogati fuerunt testes.

Ego Acto Notarius precepto ipsius Episcopi & rogatu & ab ipsis Canonicis hanc cartulam scripsi L. ✠. S.

XXXIIII.

Rainaldinae donatio Monasterio Fontanae Taonis a 1201. ex Archivo S. Michaelis de Furculis.

ANno Domini millesimo ducentesimo primo Henrico Romanorum Imperatore in Regno Cecilie defuncto, & nullo Imperatore in Romano Imperio Regnante obitus eius anno quarto XJJJ. die Kal. Septembris Indictione quarta * Rainaldine filia quondam Rainaldini datto de Savignano nomine converlionis tradidit se, & sua, que habet, & tenet in Savignano, & eius pertinentiis & in aliis locis, ubicumque invenire potueris, pro anima sua, & suorum parentum Domno Taone Dei Gratia Abbas Sancti Salvatoris ecclesie abbatis in honorem Dei, & Monasterii de Fontana Taone Ecclesie parisio iam dicti Domini Abbati custos & rector illius domni pro iam dicto Domno Abbate recipiente, & in vice Domni Abbatis pacem dante. Et predicta Rainaldina dedit iam dicto Parisio pro iam dicto Domno Abbas corporalem investitionem jurium, & omnium suorum bonorum, que habet, & habitura est, & manus suas in manibus dicti parisii in vicem predicti Domni Abbatis, eiusve in iam dicto Monasterio successoribus posuit, ut ea omnia predictus Domnus Abbas, & eius omnes in iam dicto Monasterio successoribus imposterum habeant, & teneant, & possideant, & quicquid dicto Domino Abbati, eiusque omnibus successoribus placuerit, faciant. Actum juxta Ecclesiam Sancti Michaelis Curtis Reni Indict. predicta.

* I.

Predicta nominata Rainaldina, ut supra legitur, scribere rogavit.

Ubertinus de Rocha Pidiglani, bonus Albertinus de Pavana, Rufolus Racunzatus rogati sunt testes.

Ego Rainaldus Domini Henrici Imperatoris & eius auctoritate Notarius interfui, & subscripsi.

CLAS-

CLASSIS XI.

Venditiones, aliique id genus contractus.

PATRIBVS. SOC. IESV. QVI
AVGVSTAE. TAVRINORVM. SVNT.
PRAESTANTISSIMIS. VIRIS.
EORVMQ. MODERATORI. PIETA
TE. PRVDENTIA. DOCTRINA
ORNATISSIMO. IOSEPHO. GA
SPARI. GAGNAE. CLASSEM
XI. VETERVM. MONVMENTO
RVM. FRANC. ANT. ZACHARIAS
D.D. BENEFICIORUM. MEMOR.
KAL. SEXTIL.
FRANCISCO. II. MAGNO. HETRV
RIAE. DVCE. INDICT. XIII.

I.

Charta Livelli inter Leonem Praepositum Monasterii S. Bartholomaei, & Petrum presbiterum a. 776., ex tabulario eiusdem Monasterii.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi, regnante Domino Carolo manno Rex in Italia postquam Papia nostrum ingressus est, anno secundo, nona Kalendas Februario per Indictione duodecima [1] feliciter Placuit, adque convenit inter Leo diaconus & Propositus Monasterii Sancti Bartolomei ad b. m. Gaidualdu medico constructum foras muro civitatis nostre Pistoriensis, nec non Petrus presbiter filio bone memorie Atrualdi, ut ei livella . . . . . ad censualio nomen dare, sicut de presente dedi, casa & resforte illa locus, qui dicitur Cappetiano ex pertinentia Ecclesie Sancte Marie, qui recta fuit casa, & res ipsa per nostra Iprandus Massario, cultum, & incultum, devisum & indevisum, movilibus, & immovilibus, omnia & in omnibus quidquid ubique ex ipsis rebus ad ipsa casa, & resforte pertenentes ubique exinde esse invenitur, quod ipsi massario exinde ad manus suas abuit in integrum, & in simul ei dedi per hunc livello tradedi ipsa Ecclesia Sancte Marie, ibique censum, & luminaria, officium in ipsa ecclesia faciendum & missa canendum, ipse Leo prepositus eidem Petroni presbiteri per hunc livello tradedi ad vendum, tenendum, lavorandum, & eis sibi usofructuandum tam ipsi Petrus Presbiter, quam posteres, aut subcessores ejus, & censum exinde reddere, atque peresolvere debeant prenominati Leoni prepositi, vel a posteris subcessores ejus ad parte Monasterii Sancti Bartolomei per omne alba de natalem Domini argento denarios triginta, & duo boni, & hoc inter eos steti, adque convenit infra isto continuo uno anno. In capo de nostra Ecclesia Sancte Marie adiuncta una facere deveant, pena vero inter se obligaverunt, ut quis ex iis nostri convenitoribus, vel de posteris successoribus eius

(1) Annus secundus Caroli Magni, *postquam Papia nostrum ingressus est*, ut heic barbarus scriptor ait, sub initium Junii mensis anni *775.* coeperat, heincque nonus Calendarum Februariarum, qui in hac charta adscribitur, dies ad annum spectat *776.* Perperam igitur notatur heic indictio XII., quum XIV. eo anno decurreret.

eius quesierint se de nostra convenientia distollere, aut menare, vel superponere presumpserint, aut si casa & res ipsa pezioratas, aut subtractas adparuerint, aut in aliquo ex ea, que superius legitur, pars partis minus fecerint, tunc per quem ex eis factum fuerim, componere deveant ad parte fide manente argento soldos viginti, quia sic inter eos convenit, & duo livelli inter eis ego Leo notarius per eorum rogito scripsi. Actum Pistor.

Ego Leo diaconus & prepositus in unc livello a me facto manu mea SS.

Ego Petrus Presbiter in in unc livello ad nos facto manu mea SS.

Ego Inso rocatus ad suprascripti convenitoribus testis SS.

Ego Johannes rogatus ad suprascripti convenitoribus testis SS.

Ego Leo medicus rogatus ad suprascripti convenitoribus testis SS.

Ego Teupertus rogatus ad suprascripti convenitoribus testis SS.

Ego qui supra Leo Notarius scriptor post traditione complevi.

I I.

Charta Livelli inter Dardanum & Martinum a. DCCCIV. *ex tabulario Monasterii S. Bartholomei.*

REgnante Domno Carolus vir excellentissimus Francorum & Romanorum, atque Langobardorum annus regni eius in Dei nomine in etalia, postquam papia civitate ingressus est trigesimo primo, & filius ejus Domnus Pippinus gratia Dei Rex Langobardorum annus regni eius imperii [1] quarto, pro indictione tertia decima feliciter. Constat me Dardano presbiter filius quondam Basilii custodes Ecclesie beatissimi Sancti Petri intra hanc Pist. Civitatem, qui est .... de filei quondam Guiprando, & quia dedi, atque livellario nomine tradedit tivi Martino filio quondam Johannis casa & ressorte ipsius Ecclesie in locus qui dicitur capezzana qui recta fuit per Petrulo massario tam edificia case cum solamentis, curte, orta, terris, vineis, silvis, olivetis culium & incultum quidquid ipse Petrulo de ipsa sorte ad manus suas habuit, & professor fuit omnia in integro tivi, qui supra, Martino livellario nomine dedi, & tradedi ad avitandum, lavorandum, regendum, meliorandum tivi, vel heredibus tuis, & mihi, vel ad subcessoribus meis a parte ipsius Ecclesie sancti Petri exinde per singulos annos censum reddere deveatis vino, & oliva medietate, & angaria nobis facere deveatis, vel medietate, & quando fuerit in loco ipso tempus de laride, reddere nobis deveatis porco uno valente tremissi quatuor, & quando inivi tempus de glande ... fuerit reddere nobis deveatis animal uno valente tremisse uno, & quando nos, aut ministro nostro inivi venerit, benigne nos recipere, guvernare deveatis, & a mandato nostro venire deveatis, & si nobis hec omnia completi fueritis, & vobis amplius super imponere, aut vos exinde foras expellere quesierimus, tunc componituri esse promitto ego Dardano presbiter, vel successoribus meis ego, qui supra, Martino vel ad heredibus tuis pena numerata solidos decem. Quidem ego iam dictus Martinus spondo, atque promitto in persona mea, vel de heredibus meis suprascripta casa & res lavorare, regere meliorare, inivi avitare, & tivi qui supra, Dardano presbiter, vel ad subcessoribus tuis censum, & angaria, & omnia quid aut quomodo superius contenit, exinde per singulos annus reddere, & complere & si vobis hec omnia, sicut supra adnexum est, annue completi non fuerimus, aut si casa vel res ipsa peiorata aut subtracta apparuerit, vel si inivi non avitaverimus, aut si ad mandato non venerimus, tunc componituri esse promitto ego Martino, vel heredibus meis tivi, qui supra, Dardano presbiter, vel a subcessoribus tuis a parte ipseius Ecclesie sancti Petri pena numerata solidos decem. Quum enim duo livelli

(1) Omittit heic Guaspertus scriptor numerale nomen *vicesimo*. Mirum est numerari annos a Regno Italico Karoli Magni, quo tempore quinctus Imperii eius annus decurrebat. Indictio XII. spectat ad annum 804. verum coeperat XIII. septembri mense.

velli uno tinore inter nobis Gauspert notarius scrivere rogavimus. Actum Pist. die sexto decimo mense decembris regno & Indict. suprascripta feliciter.

Ego Dardanu presbiter in unc libellu a nos facto manus meas subscripsi.

Signum manus Martino, qui hunc livello fieri rogavit, & relectum est.

Signum manus Vuulprand de publica te.

Ego Uvalpert notarius rogatus ad Dardano presbiter, & Martino testis subscripsi.

Ego Gamsfridi presbiter rogatus a Dardano presbiter, & Martino testi suscripsi.

Ego Ermipert presbiter rogatus a Dardano presbiter, & Martino testi suscripsi.

Ego qui supra Gauspert scriptor traditum complevi & dedi.

III.

Venditio a Guillerado Episcopo Pistoriensi facta Abbati S. Bartholomei anno IↃCCCXII. *ex archivo eiusdem Monasterii S. Bartholomei. Extat & apud Murat.* (T. V. *antiquit. col.* 599.) *sed mendose.*

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Karolus Serenissimus Augustus a Domino electus, & coronatus magnus & pacificus Imperator Romanorum guvernans imperium qui & misericordia Dei omnipotentis Rex Francorum & Longobardorum in Etalia, postquam Papia Civitate ingressus est, anno trigesimo nono, die vigesimo mense Novembris indictione sexta feliciter Manifesti sumus nos Guillerad sancte Pistoriensis Ecclesie Episcopus, Zaccheus Presbiter filius quondam Alchisi, & Tassimanno filio bone memorie Inroni, & quod ante hos annos Isferad Presbiter, qui ad solitaria pertransivi vita filio quondam Gaiprandi in nos per suum iudicatum tradedit, instituí, & iudicavi quid, aut quomodo nos ex eius substantia deveamus venundare pretio tollendi pro anima eius distribuendum omnia, ita quod aut qualis nobis ipse Isferad tradedit per cartula iudicati sui conscripta per manus Ansprand subdiaconus & notarius in nos, & confirmavi. Ideoque nos iam dicti Guillerard Episcopus, Zaccheus Presbiter, & Tassimanno secundum eius decretum de sua substantia vendidimus, atque tradidimus tibi Ildepert, qui Ildo clamatur, Venerabili Abbati Monasterii S. Bartholomej tres Case, & portionis *Massaricie* in locus qui dicitur Basiliano, qui regitur una ex ipse per Marungulu, alia per Aurinundulu, tertia per Bonellu, & sunt case, & rebus ipse in finibus Senense, ut discimus, tam predicte case, & portionis cum omnibus pertinentiis, & adiacentiis de rebus ipsius Isferadi presbiteri, ad ipse case in quibuscumque loco iusto ordine pertinentibus tam in montibus, quam in vallibus, ac padulibus, fontibus, rivis, aquis, aquarumque ductibus, cum finibus, & muniminibus, accessionibus suis, cultis rebus, & incultis, cum omnibus inferioribus, & superioribus suis ad rebus ipsis pertinentibus, movilibus & immovilibus, seu que se moventibus, qualiter superius locuimus, omnia in integrum tibi, qui supra Ildo Abb. a parte S. Monasterii vestri venditionis titulo tradidimus pretio vero pro omnia suprascripta venditio ad te suscepimus argento solid. viginti per novinos denarios per finitum & deliveratum in tali ordine, ut si de suprascripta venditio nostra, quicumque homo venerit adversus te Ildo Abb., vel adversus tuis successoribus, vel contra pars predicti Monasterii vestri S. Bartolomei cum qualive notificatione, aut conditione, cum litis ventilatione causas agendi, & nos vel posteribus, haeredibus, aut subcessoribus vobis ab ipsos suprascriptos contractores suprascripta venditio nostra non potuerimus defensare, tunc nihil alia patiamur ex inde molesti, nec . . . omnia, nisi tantum partis vestre reddere deveamus alio tanto pretio quantum ut superius legitur, ad te Ildo Abb. suscepemus. Nam si quacumque alius homo sine nostra fatione, vel traditione quocumque tempore adversus vos de suprascripta venditio nostra litigaverint, aut causaverint, tunc tu iam no-

 minatus

minatus Ildo Abbas vel tuis successoris qualiter per melius potueritis, vobis per vos ipsis suprascripte case, & rebus deveatis defensare omnino exinde causas agendi, responsum reddendi, fine ponendi potestativos esse deveatis nam nos suprascripti venditoribus, neque nostris posteris, heredibus, aut successoribus exinde auctoris nec defensatoris, neque restauratoris, aut pretium redditoris querere non debeatis, quia & nos vobis ne a parte ipsius sacri Monasterii Sancti Bartholomei da tali homine, qui fortasse vobis suprascripta venditio nostra sine aliqua traditione aut fatione nostra ejus dixerit auctoris, nec defensatoris, nec restauratoris, nec pretium redditoris esse non promittimus, quominus in is omnibus modis, ut superius testum menutius designat, tibi suprascripte case & rebus vendedimus, & sub tali titulo ad te pretio ipso suscepimus, quod pro remedium anime ipsius Isferadi iuxta eius dispositum dispensavimus, & in hoc tramite, ut superius circumscriptum est, hanc cartula Gauspert notarius scrivere rogavimus. Auctum Pistoria, regnum, & Indictionem suprascripta feliciter.

Ego Guilleradus Episcopus in hunc scriptum a nos facto manu mea subscripsi.

Ego Zaccheus Presbiter in hunc scripto a nos facto manu mea subscripsi.

Ego Tassimannus in hanc cartula a nos facta manus mea subscripsi.

Ego Petrus rogatus a Guillerad Episcopus, & Zaccheo Presbiter, & Tassimannu manus mea SS.

Ego Anasprandu rogatus a Guilleradi Episcopus, & Zaccheo Presbiter, & Tassimanno testis subscripsi.

Signum manus Fusoni filio quondam Bautoni teste.

Signum manus Pranduloni germano eius teste.

Signum manus Renchiprand filio quondam de Orelli teste.

Ego qui supra Gauspert scriptor post traditione complevi & dedi.

Ego Galbertus notarius, & iudex sacri Palatii scriptor autenticum illud vidi, & legi, unde hoc exemplar scriptum est, & quod inibi scriptum inveni fideliter exemplavi.

I V.

Tradittio quorumdam bonorum ad usufructum a. 831., ex tabulario S. Bartholomei, quam perperam descriptam edidit Murat. T. 4. antiquit. Col. 1.

EXemplar. In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, Imperantibus Dominis nostris Thuludovicus, & Lutharius dilectissimo filio eius Imperatoribus, anno Imperii eorum octavo decimo, & duodecimo, nona Kal. Aprilis, Indictione nona feliciter. Manifestus sum ego Gausprand Abbas Monasterii S. Bartholomei a bone memorie Gaiduald medicus constructum foras muro Civitatis nostre Pistoriensis eo quod ante os dies Tu Raffuns presbiter filio quondam Rascausi pro remissione anime tue tali tinore iudicasti, & tradedisti mihi, & Liamprand presbiteri filio quondam Baroncelli & prefati Monasterii offertionis titulo abere statuisti casis dabitationis tue locus nuncupante celeriane cum solamentis, curte, orto, terris, & vineis, qualiter fundo illo, in quo predicti aedificiis domorum constructum, qualiter fundo ipso sepibus circummeatum est, in integrum similiter casa cum aedificiis illis, qui habere videbaris locus nuncupante domitiano prope Ecclesiam S. Martini cum solamentis, curtis, orto, terris, & vineis, qualiter sepibus fundo ipso circumdatum est in integrum, & terra petia una loco ruffito in integrum, atque terra vinea plantata clausura una locus, qui dicitur cavaliario, in integrum, seo terra, & vinea clausura una in loco centora in integrum, & virgareis, atque stalareis, quantis in monte sunt, & in plano habere visus fuisti, in integrum hec omnibus suprascriptis rebus nobis, atque predicti Monasterii tali tinore tradidisti, ut ad presenti die rebus . . . in potestate nostra, seo supradicti Monasterii esse debeant, sub illa tuitione, & immunitatem, atque defensione, sicut ceteris rebus eidem Monasterii esse noscuntur, nisi tantum hoc est. In capite anni

anni depositionis tuae pro medela anime tuae tam per nos metipsos, aut per alio sacerdotes canere studeamus missa sexaginta, & in elemosinis, & frugis de suprascriptis rebus pascere faciamus pauperes ducenti, sicut hec omnia per cartula confirmasti conscripta per manus Giselprandi, discenti ex dictato Gausperti notarii, & Scabino magistro suo. Modo vero precasti nos, ut tibi hec suprascripto Lamprandi presbiteri, & per precaria in tali ordine concedimus suprascriptis casis & rebus, quibus tu nobis per suprascripta cartula tradidisti, & adderemus vobis in ipsa precaria Ecclesia, & res S. Mariae sito locus Pacationo, qui ex iure & proprietas sepe dicti Monasterii suprascripti S. Bartholomei pertenere videntur. Ego quidem pro congruo consilio, & voluntate monachorum tua audientes petitione concessi, & tradedi tibi Raffuns presbiter, & Lamprandi idem presbitero, sicut tu me postulasti, omnibus suprascriptis casis, & rebus quicquid per suprascripta cartula ad temetipsum nobis, vel sacri Monasterii S. Bartholomei advenerunt, & augere vobis in anc precaria visi sumus suprascripta Ecclesia, & res S. Marie antepositas . . . . . cum curticella, & orto suo, quod ex inde benedicti & Teasperte ancilla Domini in beneficium dedi, nam aliis omnibus rebus, & aedificiis case ad ipsa ecclesia pertinentibus simul, & ipsa ecclesia hec omnia cum predictis rebus, quos tu nobis vel monasterii nostri decrevisti in integrum omnibus his vobis Raffuns, & Lamprandus presbiteri sub eam videlicet rationem tradedi, ut dum tu Rafuns presbiter vixeris, omnibus suprascriptis rebus, quibus tu nobis habere decrevisti, in tua propria sit potestate habendum, laborandum, atque usufructuandum, & cuncta movilia dandum, aut iudicandum, seo foras ex ipsis casis, vel rebus traendum, & suprascripta Ecclesia Sanctae Mariae cum omnibus rebus ad eam pertinente abere debeatis tu Raffuns presbiter una cum Lamprand presbiter, dum ambo vixeritis, comuniter habendum, gubernandum, atque rebus ipsis usu fructuandum, & sicut superius legitur, mobilibus rebus pro animabus vestris dandum, vel iudicandum, & quicquid ex inde alterj Domini libellario nomine, vel ad censum reddendum datum habo vos iuxta ipsius scripti paginam, censum ex inde pleniter exigere, & suscipere debeatis, sicut ego exigere, aut suscipere debui, tu si tantum siligine, favas, & vino, quod dominus vobis per singulos annos de suprascriptis rebus predictae Ecclesiae S. Mariae dederit, reddere deveatis mihi, qui supra Gausprandi abbati, vel ad successoribus meis tertiam portionem ex omnibus, & suprascripta elemosina, & missarum precibus vel canationum, quod michi vel successorum meorum facere decrevisti, tu Raffuns presbiter pro rebus illis, quod tu nobis dedisti, dum tua fuerit vita, per te metipsum ex ipsis rebus facere studeas, & nos exinde Inde in vita tua permaneamus absoluti. Nam post vestros decessum taliter omnino deveamus exinde perficere, sicut tu per suprascripta cartula decrevisti, & si Lamprand presbiter ante obierit, tunc Ecclesia, & omnibus rebus superius scriptis in tua, qui supra, tu Rafuns presbiter remaneat potestatem, sub eam scilicet rationem, & redditum nobis faciendum, sicut supra legitur, & si tu ante ipso Lamprando decesseris, presbiter similiter ipse Lamprand diebus vitae suae Ecclesia, & omnibus rebus ipsis deveat habere, & nobis censum reddere, sicut ambo facere debuistis. Nam post amborum vestrorum suprascriptorum decessum ecclesia casis, & omnibus rebus ipsis superius circumscriptis michi, qui supra Gausprand abbas, vel successores meos, aut ex ea, que superius statui & circha vos nostrum fuerit observandum vobis in aliquo minus exinde fecerimus, aut in vita vestra rebus ipsis vobis minuare, aut retollere quesierimus, tunc componere debeamus ego Gausprand abbas, vel successores meos vobis, qui supra Raffuns & Lamprandi presbiteri, vel cui ipsa movilia pro animabus vestris iudicaveritis aut vederitis, pene nomine argento solidos duo milia. Nam post amborum vestrorum decessum aecclesia casis, & rebus ipsis, sicut superius dictum est, nobis redertantur, & suprascripta elemosina & missarum solemnia, sicut tu Raffuns presbiter decrevisti, adimplere debeamus, quia sic inter nobis convenit hanc precaria firmitatis vestrae, Giselprando discente, & dictante Gausperto notarius, & Scabino magistro suo scribere rogavi. Actum Pistoria feliciter.

Ego

Ego Gausprandus abbas manu mea subscripsi.
Ego Tato clericus rogatus ad Gausprand abbas teste subscripsi.
Ego Iso rogatus ad Gausprand Abbas teste SS.
Ego Alo rogatus ad Gausprand abbas teste SS.
Ego Johannes clericus rogatus ad Gausprandu abbas teste SS.
Ego Petrualdu clericus rogatus ad Gausprand Abbas teste SS.
Ego Gusprandu rogatus ad Gausprandu abbas teste SS.
Ego Petrus clericus rogatus ad Gausprandu abbas teste SS.
Signum manus Adeperti filius Achoni teste.
Ego Gauspert Notarius, & Scabinus rogatus ad Gausprand Abbas scribere dictavi, & ad confirmandum manu mea SS.
Ego qui supra Giselprand scriptor post traditione complevi & dedi.
Ego Gualbertus notarius, & Judex sacri Palatii scriptor, qualiter in autenticum scriptum, inveni fideliter exemplavi.

V.

Charta livelli anno 893. ex Archivo S. Bartholomei.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei eterni, imperante Domino Wido gratia Dei Imperator Augustus, anno imperii eius tertio, mense magius, indictione undecima feliciter. Placuit, atque convenit inter Ospertus presbiter & prepositus Ecclesie Monasterii Sancti Bartholomei, nec non Eriprando filio quondam Adalprandi, seo Fredericho qui Leofredi clamatur, filio quondam Adalberti, ut eos ipse Ospertus prepositus de pertenentia ipsius monasterii livellario . . . . . de presente dedit casa, & resilla in locus qui dicitur ad aquifridule, ubi pettiana vokatur qui per vos ipsis regitur, chulta & inchultum, divisum & indivisum, movilibus & immovilibus, resorte ipsa quidquid ubique exinde esse invenitur, omnia in integrum ipse Ospertus prepositus a dicti Eriprandi, & Frederichi medietatem eidem Eriprandi, & medietatem Frederichi per hunc livello tradedit ad avendum, tenendum, regendum, meliorandum, & lavorare faciendum, & inibi avitandu, & ea sibi ipsis Eriprando, Fredericho, vel suorum filii, seo heredibus de ipsos filii privativo nomine ad avendum, usufructuandum, & censum exinde reddere deveant eidem Osperti prepositi, vel ad eius successores, aut a ductore eorum aput ipso monasterio per unum ex ipsis per omne alba de natale domini argento denarii boni duodecim, nam non amplius, & ad mandatum de pars ipsius Monasterii venire deveant, si oporta fuerint, propter iustitia faciendum in Civitate Pistoria, aut aput nostro monasterio, & si venire noluerint liceat apignorare, quatenus veniant & iustitiam faciant, iustitia facta pignora suarum salvas recipiant, pena vero inter se obligaveront, quis ex is nostri convenitoribus, vel de successoribus, aut filii, seo heredibus, & ipsorum filii quesierint se de nostra convenintia distollere, aut menare, vel retollere, aut superponere presumpserint, aut si Kasa, & res ipsa peioratas, vel sobstractas aparuerint, aut in aliquo ex eis, que superius legitur, pars partis minus fecerint, tunc per quem ex eis factum fuerint, componere deveant ad parte fide manente argento solidos viginti, quia sic inter eis convenit, & duo livelli inter eis ego Teupertus notarius, & Schabinus per eorum rogito scripsi. Actum aput ipso monasterio feliciter.
Ego Auspertus presbiter, & prepositus subscripsi.
Signum manus suprascriptorum Eriprandi Frederichi, qui hunc livello fieri rogaverunt.
Ego Adelfridi Scabino SS.
Ego Johannes Scabino SS.
Ego Rimpertus presbiter SS.
Ego Salvideo presbiter SS.
Ego qui supra Teopertus notarius, & Scabinus scriptor post tradicione complevi.

VI.

V I.

Charta livelli a. 957. ex Archivo Capituli Pistoriensis.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni regnantibus Dominis nostris Beringarius, & Adalbertus filio eius regibus Longobardorum anno regni eorum in Dei nomine septimo (1) mense December, Indictione prima (2) feliciter. Placuit, atque convenit inter Lambertus archidiaconus, & prepositus custos, & rector dicta canonica illa, que est infra Civitate Pistoria & est posita infra curte domui Sancti Zenoni, nec non firmo filio bone memorie Beraldi quondam b. mem. . . . ut & ipse Lambertus archidiaconus de pertinentia de ipsa canonica libellario nomine atque censuario dare, sicut de presente dedit, Idem casalini & ressortis quinque que sunt in loco & finibus, ubi vocatur cerciniano, & sunt posite infra territurio de plebe Sancti Johannis in villiano, hec autem per dictos Casalinos & rebus sortis ipse, cultum & incultum, divisum & indivisum, mobilibus & immobilibus, quodquod ubique ad ipsis casalinis, & rebus sortis sunt pertinentes in predicto loco cerciniano movilibus & inmobilibus in integrum ipse Lambertus archidiaconus eidem firmi per hunc luello dedit, & tradidit ad havendum tenendum, regendum, meliorandum, laborandum, & lavorare faciendum, & inibi per homines vestros habitandum, & eas, & heredibus vestris usufructuandum. Et censum ex inde reddere deveat, ipse firmo, vel suis heredibus eidem Lamberti archidiaconi vel ad suos successores, aut ad ministeriale eorum ap curte canonica per omne anno in mense augusto argentum solidos duo, nam non amplius. Pena vero inter se obligaverunt, ut quis ex ipsis suprascriptis conventoribus, aut successoribus eiusdem Lamberti, vel heredibus eisdem firmi quesierit, se de suprascripta convenientia distollere, aut superponere presumpserint, vel si casalini, & rebus sortis ipse pejoratis, aut subtractis apparuerit, aut in aliquo ex eo, quod superius, pars partis minus fecerit componere debeat a parte fidem servante argentum solidos viginti. Quia sic inter eos convenit, & duo libelli Gisalbertus notarius per eorum rogito scripsi. Actum Pistoria feliciter.

Ego Lambertus archidiaconus, & prepositus manu mea subscripsi.

Signum manus firmi, qui hunc livello fieri rogavit.

. . . . Rogatus ad suprascripti conventoribus testis subscripsi . . . . tus rogatus ad suprascripti conventoribus testis SS.

Gisalbertus Notarius scriptor complevi.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii, qualiter in autenticum scriptum inveni, fideliter exemplavi.

VII.

---

(1) Charta haec scripta fuit ante xv. decembris a. 957. quo die Berengarius & Adalbertus Regni sui octavum annum inchoabant. Nam, ut in Chronico Regum Italiae, quod in secundo anecdotorum volumine edidit CL. Muratorius, pag. 204. haec leguntur. *Fuit itaque tunc* (post Lotharii Regis obitum) *Regnum sine Rege eo tempore dies xxiv., & in vicesimo quarto die; qui fuit die dominico*, xv. *die decembris in Basilica Sancti Michaelis, que dicitur major, fuerunt electi & coronati Berengarius & Adalbertus filius eius in Regibus.* Anno vero DCCCL. XV. Decembris dies Dominicus erat, ut observatum reperio ab eodem Muratorio (*Annal. Ital.* T. V. pag. 369.) Itaque & si ab aliquibus annus 851. notetur secundus Berengarii, & Adalberti Regum, secundus a die xv. decembris eiusdem anni 851. decurrere coepit, ut propterea anno 957. ante xv. eiusdem Decembris diem vere septimus fuerit horum Regum, non octavus.

(2) Anno 957. Indictio xv. notatur, sed a Septembri mense prima coepit numerari.

V I I.

Fragmentum livelli, ex Archivo S.Bartholomaei.

SAncti Domini sita . . . . per omne anno in mense deceber in festivitate . . . . . . solidos tres per duodecinos, & boni denarii, & a mandato eorum debeant venire, si oporte fuerint proter iustitiam faciendum, nam non amplius. Pena vero inter se obligaverunt, ut Episcopus, & infrascripti convenitoribus vel suscepsoribus eidem pontifici, seo de heredibus eidem Leoni quesierint se de suprascripta convenientia distollere, aut menare, vel retollere, aut superponere presunserint vel si casa & res forte ipsa per eos peioratas vel suptractas aparuerint, aut in aliquo ex ea, que superius legitur pars partis minus fecerint, tunc per quem ex eis minus factum fuerint, componere devcant a parte fidem serpante argento solidos viginti, quia sic inter eis convenit, & duo libelli inter eis Gisalbertus notarius per eorum rogito scripsi. Actum Pistoria feliciter.

Hubertus Episcopus subscripsi.
Signum manus suprascripti Leoni, qui hunc libello fieri rogavit.
Ego Balduino notarius domni imperatoris rogatus testis SS.
Petrus notarius rogatus ad suprascriptis convenitoribus testis subscripsi.
Ego Lambertus notarius rogatus ad suprascriptis convenitoribus testis subscripsi.
Ego qui supra Gisalbertus Notarius scriptor complevi.

V I I I.

Charta commutationis a. 978. ex Archivo Pistoriensis Episcopi.

EXemplar. In nomine Domini nostri Jesu Christi, Regnante Domino nostro Otto gloriosissimo Imperatore augusto a b. m. Otti Imperatoris anno Imperii eius 12., mense Octubar Indictione octava feliciter. In Christi nomine notitia convenientie commutationis qualiter convenit inter Johannes S. Ecclesie Pist. Beati Zenonis gratia Dei humilis Episcopus, nec non Rodilando Presbitero filio b. m. Johannis, ut inter sibi de aliquibus rebus propriis Ecclesiae domui S. Zenonis, & rebus propriis eiusdem Rodilando Presbitero com cambio, & commutatio facere deberet, sicut hodie in Dei nomine ita factum est. Tunc ipse Johannes Episcopus de pertinentia ipsius Aeclesiae domui S. Zenoni in commutationem nomine dedit, & tradidit eidem Rodilando Presbitero, idest terra casalino, ubi iam fuit casa, que est infra hanc Civitatem, & urbem Pistoriam. Et est posita in loco, qui dicitur Petrafícta & est terra casalino, ubi iam fuit casa adiuncta perticas mensurata ad pedes, qui dicitur Luitprandi regi, per omni perticas pede duodecim: Da uno lato pertike quinque, & pedi sex, & est da ipso lato amembrata via publica decurrente, da alio lato suprascripta iusta mensura similiter pertikes quinque, & pedes sex; & est da ipso lato membrata, que fuit hominum Toti barba, & in pauco terra casa, quam detinet Tedegrimo; Da uno capo ad suprascripta iusta mensura pertike quinque; & est da ipso capo via publica decurrente; Da alio capo similiter pertike quinque, & est da ipso capo amembrata a terra casa Bonifatinga, & in pauco terra suprascripti Teudegrini, as autem predicta terra casalino ipsa, qualiter superius per mensuram & terre finis legitur, cum omnia inferioribus & superioribus, seu cum accessionibus & ingressoras suas, mobilibus & immobilibus omnia in integrum ipse Johannes Episcopus eidem Rodilando Presbitero prefinitum in ipsa commutatione dedit & tradidit. Quapropter ipse Rodilando Presbitero pro ipsa eiusdem Johanni datio, pro ipsa sua receptio in ipsa commutatione dedit, & tradidit eidem Johanni Episcopi a parte predictae Aeclesiae domui S. Zenoni, idest terra casa sub se posita, quem habeo infra hanc urbem Civitate Pistorie, & est posita prope curte Aeclesie S. Mariae, & est terra casa ipsa mensurata ad Pertikam

deduo-

deduodecimos pedes, da uno lato pertike duo, & est da ipso lato amembrata ad terra casa Teodegrinii; dalio alio lato similiter pertikes duo, & est da ipso lato amembrata a terra casa, que detinet Ilditio Castaldo; De uno capo pertikes una, & est da ipso capo via publica decurrente; De alio capo similiter pertikas una, & est da ipso capo amembrata a terra Aeclesiae S. Salvatoris. Haec autem predicta terra casa supra se posita, qaliter superius per mensura & terre finis legitur, cum inferioribus, & accessionibus, & ingressoras suas, mobilibus, & inmobilibus ipse Rodilando Presbitero eidem Johanni Episcopi a parte predictae Aeclesiae domui prefinitum in integram similiter in ipsa commutatione dedit, & tradidit a parte predictae Aeclesia domui, idest terra campo illo totum ad uno tenente; que est in loco, qui dicitur Dardanatico, & est posita longo strata, & est terra campo ipso ammensurato ad pertikas de duodecinos pedes ad suprascripta iusta mensura per omni circuitu suo pertike octanta, & VIII. & est terra campo ipso amembrato da duo partis viis publicis decurrente; Da tertia parte terra, que detinet Petrus; Da qarta parte est amembrata a terra Rotthi presbiteri; hec autem predicta terra capo illo, qaliter superius per mensuram legitur, & terra finis, cum omnia inferioribus & superioribus, seu cum accessionibus, & ingressoras suas, mobilibus, & inmobilibus omnia in integrum. Similiter in ipsa commutatione a parte predictae Ecclesiae dedit & tradidit, idest terra petia una, que est posita in loco, qui dicitur Bura, & est terra petia ipsa ad suprascripta iusta mensura per omni circuitu suo pertike qadraginta, & est terra petia ipsa amembrata da uno lato Rivo Bura; da alio lato terra lambertatica; Da uno capo terra, que fuit Oduini bone memorie; Da alio capo est amembrata a terra Gaidolfi; as autem Predicta terra petia ipsa qaliter ab ordine superius per mensuram & terre finis legitur, cum omnia inferioribus, & accessionibus, & ingressoras, mobilibus, & inmobilibus illam meam portionem, que est qartam portionem ipse Rodilando Presbitero eidem Johanni Episcopi a parte predictae Ecclesiae domui S. Zenoni in integrum dedit, & tradidit. Unde iusta legem sequent. aedicti paginam ad ipsam commutationem faciendam interfuerunt Lambertus Judex Domini Imperatoris misus Regi, seu Johannes Diaconus misus Pontifici nostro. Atque tres homines Deum timentes, qorum fides admittitur. Id sunt nomina eorum, qorum fides; Petrus notarius filius bone memorie Octii Clerici, seu Petrus, & Alfuso Georgii filii b. m. Johanni, qui cum ipsi misi super ipsi rebus accesserunt, & consimilaverunt, & dixerunt, quodślioratis rebus ipse Rodilando Presbitero a parte ipsius Ecclesiae domui dedi; & ipse Johannes Episcopus a parte predictae Ecclesiae recepit domui, ut omni tempore iusta legem commutatio ipsa firma, & stabile debeat permanere. Pena vero inter se obligaverunt, ut quis ex his suprascriptis concambiatoribus, vel successoribus eidem Johanni Episcopi, seu posteris eidem Rodilandi presbiteri quesierint, sed e suprascripta convenientia concambiationis distollere, aut retollere, aut intensionare quesierimus, per nos metipsis aut quibuscumqualibet factum nostrum veniat, cui nos suprascriptis rebus dedissemus, aut dederimus. Et si unus alterius sua datio ab omne homine non defenderimus, & si actore dare voluerimus, tunc duplis tantis, & talibus casis, que est nostra datio, cum omnibus Aedificiis, & meliorationibus suis super se habentibus, ibique, aut in consimilibus locibus sub estimatione a parte fide servante componere debeant, & si forsitan unius alterius exinde sua receptio autore dare noluerint, vel non potuerint, tunc licentiam & potestatem habeant unusquisque de nos, vel successoribus, aut heredibus nostris, vel cui per nos datis vel traditis fuerint, tunc causa exinde agendum, Responsum reddendum, & fine ponendum, & eas defensandum, qia, aut qaliter, vel qomodo iusta legem per melius potueritis, quia in his omnibus modis duas cartulas commutationes convenientie inter eis convenit, Ego Johannes notarius scribere rogavimus. Actum Pistoria feliciter.

Ego Johannes gratia Dei humilis Episcopus in hac cartula commutationis a nos facta subscripsi.

Ego Rolando Presbiter in hac cartula commutationis a nos facta mea manu SS.

 Lam-

Lambertus Judex Domini Imperatoris, sicut superius legitur, interfui.
Ego Johannes Diaconus missus Pontifici, sicut superius legitur, interfui.
Ego Petrus Notarius, sicut superius legitur, interfui.
Signum manibus suprascriptorum Petri, & Alfusi Georgii, sicut superius legitur, interfuerunt.
Ego Gualbertus Notarius rogatus ad suprascripti concambiatoribus subscripsi.
Ego Guarnerius rogatus ad suprascripti concambiatoribus subscripsi.
Paulus Judex domini Imperatoris SS.
Ego Gisalbertus Notarius rogatus ad suprascripti concambiatoribus SS.
Ego quoque Johannes Notarius scriptor complevi.
Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii autenticum illud vidi, & legi, sic inibi continebatur quomodo in hoc exemplar scriptum est, preter littera plus minusve.

A D N O T A T I O.

EXtat in Archivo Capituli alia locatio Livellaria bonorum a Lupiciano, seu potius exemplar exemplaris eius locationis quam fecit *Dominus Johannes gratia Dei Pistoriensis Episcopus* Anselmo filio bonae memoriae Gottifridi, *Otto gratia Dei Imp: aug: anno imperii eius Deo propitio anno regni eius primo mense Junii Ind*: V. . Spectat haec charta ad annum 962. Quam heic integram dedimus, ea in Indictione mendo laborat. XII. enim Ottonis II. Imperatoris anno decurrebat Indictio VI. & a Septembri mense VII.

I X.

Charta Livelli a 985., ex archivo Pistoriensis Capituli.

IN nomine Sanctae, & individue Trinitatis, anni ab Incarnationis Domini nostri Jesu Christi nongentesimo octuagesimo quinto, mense madius, indictione tertia decima feliciter. Placuit, atque convenit inter Antonius Sanctae Ecclesiae Pistoriensis Beati Zenoni gratia Dei humilis Episcopus, nec non Anselmo filio bone memorie Goctifredi, qui Gottitio fuit vocatus, ut & ipse Antonius Episcopus de pertinentia ipsius Ecclesiae Episcopatui domus S. Zenoni livellario nomine dare, sicut de presente dedit, idest Casalino, ubi iam fuit curte donicata in locus, qui dicitur ad Sancta Christina cum Ecclesia, cuius vocabulum est . . . . similiter tibi per une livello dedit, & tradidit, idest Ecclesia cuius vocabulum est Sancti Petrj, qui est positus in loco, qui dicitur Candecle, qui est iuris ipsius Ecclesiae Sancte Cristinae cum Casis, & Casalinis numero nove, & quo casae, & casalinis, & rebus sortis ipse sunt positae in locus qui dicitur alina, que regitur per Andrea, alia per omico, tertia per Joanni Massarij, quarta vero casa, & ressorte est posita in locus, qui dicitur prope Ecclesia S. Lorenti, ubi Carmignianula vocatur, que regitur per Berno Massario, quinta vero casa & ressorte est posita in locus, qui dicitur Cerisciano, qui regitur per Gobbo Massario, sexta vero casa & ressorte est posita in locus Bisano, que regitur per Benedicto Massario, septima vero Cassina & ressorte est posita in locus, qui dicitur tura, que regitur per Baroco massario, Octava vero casa, & ressorte est posita in locus, qui dicitur Saturnana, que regitur per Pasquali massario; nona vero Casalino & ressorte est posita in locus qui dicitur Prandellio, que regitur per Teutio cum terrae illae in locus qui dicitur Cullina, ubi a monte vocatur, adque terrae & vinea, ubi fuit Ecclesia Sanctae Andreae, non longe affluvior Bura. Ec autem predicte Ecclesie ipse cum suprascriptis terris, & vineis, & omnibus rebus ipsis cultum, & incultum, divisum, & indivisum, movilibus, & immovilibus quicquit ubique . . . ipsa curte, & suprascriptae Ecclesiae S. Christinae, & Sancti Petri, sicut pertinentis aut pertinere debent, & suprascripti massarii ad suarum abuerunt, & detenuerunt manibus, mo-

movilibus, & immovilibus omnia integrum ipse, Antonius Episcopus . . . . . . Anselmi, & ad suorum haeredibus per une livello dedit, & tradedit ad avendum, tenendum, regendum, meliorandum, & in ipse case per omines suos ajutandum, & in ipse Ecclesiae per quorogatos Sacerdotes incensum, & luminaria deurno & nocturno facere debeat, & censum exinde rendere deveant ipse Anselmo, vel suis eredibus per se vel suorum misso eidem Antonij Episcopi, vel ad eius successoribus, aut aminiſtrale eorum apud Domo ipsius Episcopatui per omnem anno in mense Decembri argento denarei boni solidos sex, nam non amplius. Pena vero inter se obligaverunt, ut quis ex is suprascriptis convenitoribus, vel successoribus eidem Antonii Episcopi, seo eredibus eidem Anselmi quaesierint se de suprascripta convenientia distollere, aut menare, vel retollere, aut superponere presumpserint, vel si Ecclesiae ipse, & casis & casalinis & rebus ipsis per eos pejorata, aut . . . . apparuerint, aut in aliquo ex ea, que superius legitur pars partis minus fecerint, tunc per quem ex eis minus factum fuerit, componere deveant a parte fidem servante argento solidos duocentum, quia sic inter nos stetit, adque convenit, & duos livelli inter eos arderado notarius per eorum rogito scripsi. Actum Pist. feliciter.

Ego Antonius gratia Dei humilis Episcopus SS.

Signum manus suprascripti Anselmi, qui unc livello fieri rogavit.

Ego Amalbertus rogatus ad suprascripti convenitoribus tt. SS.

Ego Petrus rogatus ad suprascripti convenitoribus tt. SS.

Ego Toto rogatus ad suprascripti convenitoribus tt. SS.

Ego Uvalbertu notarius rogatus ad suprascripti convenitoribus tt. SS.

Ego Petrus notarius ad suprascriptis convenitoribus tt. SS.

Ego qui supra, Arderado notarius scriptor complevi.

Ego Domitianus notarius, & judex Sacri Palatii, qaliter in autenticum illud, scriptum inveni, fideliter exemplavi.

Ego Arivaldus Notarius, & Sacri Palatii Judex, qaliter in exemplari scriptum, inveni, fideliter exemplavi.

X.

Charta Anselmi filii Eriberti de Caprognano, ex libro ✠ Capituli Pistoriensis p. 62.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis, anni ab Incarnatione Domini nostris Jesu Christi nongentesimo nonagesimo qarto, mense Augustus, Indictione septima feliciter.

Manifestus sum ego Anselmo filius bona memorie Eriberti abitatorem de loco, qui dicitur Cerbaria, quia per hanc Cartulam vindo, & trado tibi Antonius Sanctae Ecclesiae Pistoriensis Beati Zenonis Gratia Dei umilis Episcopus. Idem illam meam integram qartam portionem de Casalino, ubi fuit casa, & curte illa nostra donicata, que posita in locus, qui dicitur Camprognana, ubi petianese vocatur, infra Judiciaria de Plebe Sancti Stephani, & Sancti Johannis Bapista infra iudicaria de Plebe Sancti Pauli, & S. Johannis Baptiste, & infra iudicaria de plebe Sancti Justi , & S. Johannis Baptista Sancto Patrono, cum casis, & casinis, seu casalinis ad suprascripta curte pertinentes una cum ipsa casa, & ressorte illa in suprascripto loco Camprognana, qui regitur per Hamicio, & Balduccio Massarij, seu casa & res in locus qui dicitur Lecore, qui regitur per Hamicio Massario, seu Casalinis & rebus in locus, qui dicitur Sulano, qui regitur per Petrus Judex filius Lamberti, atque casa infra Burgo prope suprascripta Ecclesia S. Stephani, seu per aliis locis, & vocabulis, ubicumque habere & possidere visus sum, & ad suprascripto loco Camprognana, ubi fuit casa, & curte donikata pertinentibus, vel aspicientibus, aut pertinere videntur, cum terris, vineis pratis, pascuis, salectis, sationibus, cultum, & incultum, divisum , & indivisum, mobilibus, & immobilibus sicut superius est ubicumque esse invenitur.

nitur. Jam meam qartam portionem exinde ex integrum una cum inferioribus, & superioribus, seu cum accessionibus, & ingressoras suarum tibi eas vinco, & trado, seu vindo & concedo. Idem illam meam qartam portionem exinde in integrum de terra, & frascariae ille in locus, qui dicitur Anselmatica prope Campiana, & prope turre de Palusiano, una cum inferioribus, & superioribus, seu cum accessionibus & ingressoras suarum. Tibi eas vindo, & trado, seu vindo, & trado tibi. Idem fundamentis de Casis infra Civitate Pistoria de porta, & prope ipsa porta que dicitur Lucense, qui regitur per arduccio, & virgarii, & gumpitio, que est amembrata ab una parte muro de suprascripta Civitate, de alio lato via, & classo comunale; Da uno capo via, & classo similiter comunale; Da alio capo terra casa tumba stantii, que suprascripto Anselmo venundavit, que regitur per Luitia, una cum inferioribus & superioribus, seu cum accessionibus, & ingressoras suarum, de infra ipse ad finis in integrum tibi eas vindo, & trado pro quibus ad te pretio recepi pro suprascripta venditio mea, sicut & manifestus sum, & inter nobis convenit, argentum sol. 40. in presinito, & expleto pretio. Unde repromitto Ego qui supra Anselmo una cum meis heredibus tibi Antonius Episcopus, vel ad tuis heredibus, vel eidem homini, cui per vos datas, vel traditas fuerit vobis aliquon tempore in contra hanc cartulam intentionaverimus, aut retolli, vel subtrahi quesierimus, nos, vel ille homo, cui nos eas dedissemus, aut dederimus, aut qui cum datum, vel factum veniat qui vobis contendat, & vobis eas ab omni homine non defensaverimus, spondimus nos vobis componere mea venditio in duplo, & infer quidem loca sub extimatione, quales tunc fuerit, sic tamen si nos exinde autores, nec defensores querere, nec dare volueritis, vel non potueritis, tunc licentiam & potestatem habeatis absque nostra Persona, si vestra fuerit voluntas, exinde omnino una cum suprascripta Cartula causam exinde agendum, querimonia faciendum, responsum reddendum, & finem ponendum, & omnibus eas defensandum cum cartula ista, aut qualiter, vel quomodo iuxta legem per melius potueritis, quia in his omnibus modis hanc cartulam. Gualbertus Notarius Domini Imperatoris scribere rogavit. Actum Pistoria feliciter.

Signum manus suprascripti Anselmi, qui hanc Cartula fieri rogavit.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii, qualiter in autenticum scriptum inveni, fideliter exemplavi.

X I.

Charta libelli anno 1003., *ex tabulario S. Bartholomei*.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei eterni, anni ab Incarnationis eius millesimo tertio, mense octuber, indictione prima feliciter. Placuit, adque convenit inter Johannes Abas custodes monasterio S. Johannis Evanieliste. Sito Parma, nec non Turingo filio bone memorie Guiniti, ut ipse Johannes Abas de pertenentia monasterio Sancti Bartolomeo, qui est posito fore muro Civitatis Pistoria a bone memorie Gaidualdo medico constructa, quot est subditum predictum monasterio Sancti Johannis Evanieliste, ut eipse Johannes Abas de predicto monasterio Sancti Bartolomeo de sua pertenentia libellario nomine dare, sicut de presente dedit, idest ut Casalino, & campo donicato, & molino, & casina cum aliquantulo de vinea totum ad uno tenente, qui est posito in locus, qui dicitur pezzianense, ubi avene vocatur, est amembrata da oriente terra, qui detinet Petroni filio Ghisi inter medio infra ipso campo Trasta, & gore decurrit; de Aquilone terra Ildibrandi Comes & in aliquantulo terra & vinea Uvidi filio Raimthrei, da occidente via publica decurrit, da meridie Simitula decurrit, & terra, & vinea ripolise. Similiter a ipso livello dedit, & tradedit, idest cassina & Casalinis, & terris, & vineis, & omnibus rebus illis, qui sun positis in locus, qui dicitur petianense, ubi Caiano vocatur cassina & ressorte illa prope Ecclesia Sancti Martini, seo terra, & rebus in loco centura, & in cavalliano, &

in

in routo, seo & per aliis locis, & vocabolis, qui recte est caffina & refforte illa per Johanne filo bone memorie Martini, & aliis rebus recte sunt per suprascripto turingo, & per suis omnibus, & sunt positis suprascripti rebus, & suprascripta caffine, & casalinis, & resorte ipsa infra teriturio de plebe Sancti Stefani sito a loco cornio, ideo predictis terris, & vineis, & casalinis, & cassina, & resorte illa cum terris, & vineis, pratis, pascuis, silvis, salectis, cultum & incultum, divisum & indivisum, movilibus & immovilibus, quantum ad suprascripto campo donnicato, & terris, & vineis, & casalinis, & caffina, & resorte illa est pertinentes, & omne tuum tenimentum, quam de ipso campo donnicato, & de ipsa sorte & de ipse caffine, & casalinis est pertinentes, & in suprascripte locas movilibus, & inmovilibus, sicut superius legitur, in integrum ipse Johannes abas eidem turinghi, & a suis heredibus per unc livello tradedit ad avendum, tenendum, regendum, lavorandum, lavorare faciendum, meliorandum in caffine, & in moljno per omines suos inibi avitandum privato eos sibi avendum, & usufructuandum, tam ipse Turingo, quam filii, seo heredibus eius, & censum exinde redere devead ipse Turingo, vel filii, seo heredibus eius eiden Johannes abas, vel a eius successores . . . actore ✠ vel a Misso eorum in curte ipsorum in locus, qui dicitur a Sancto Bartolomeo, per omne anno in mense december argento denarios boni, & spendiviles, solidos tres nam non amplius. Pena vero inter se obblicaveront, qui ex ipsis supraſcriptis convenitoribus, vel de ipsorum filij & heredibus quesieri se de supraſcripta convenientia distollere, vel minuare, a superponere presunserit, aut si terra, & caffine, e molino, & terra, & vinea per eos peiorata, vel subtracta aparoerit, aut in aliquot ex ea que superius legitur, pars parti minus fecerit, tun per que menus ex eis factum fuerit, componere devea a parte fide manente argento solidos centum, quia sic inter eis convenit, & duos livelli inter eis Guinighisi notarius, & iudes domni imperatori per eorum rogito scrisis. Actum Trevalli feliciter.

✠ in exemplari per Pasqualem notarium legitur *Anactore* sed non videtur sic legendum.

Ego Johannes infimus omnium abbatum abbas in hoc libello a me facto subscripsi.

Signum manum suprascripto Turinghi, qui unc livello fieri rogavit.

Signum manibus Gottiii filio bone memorie Lupiti, & Rodulfi filio abbj, & Petrus filio bone memorie Andrie rogatis testis.

Petrus iudex donni imperatoris subscripsi.

Ego qui supra, Uvinighisi notarius, & iudes domni inperatori scriptor pos traditione complevit.

X I I.

Carta livelli a. 1024., *en Archivo PP. Vallumbrosanorum Pist.*

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Enrigus gratia Dei Imperator Augustus anno Imperii eius in Italia undecimo [1], octava Kalendas Madias Indictione septima feliciter. Placuit adque convenit inter Vvido sancte Ecclesiae Pistoriensis Beati Zenonis gratia Dei humilis Episcopus, nec non Paulo filio b. m. Walberti, qui fuit notarius, ut & ipse Pontifes de pertanentias ipsius Episcopatui livellaria nomen dedit, & tradidit livellum de medietatem rerum integra de Ecclesia illa, cujus vocabolum est Beati Sancti Agneli, que est fundato in locus, qui dicitur furcule, cum omnibus curtis, casis, & terris, & vineis, & omnibus rebus illis, que sunt pertenentibus de suprascripta Ecclesia Sancti Agneli, seo Casis, & rebus sortis ipse duo ille, que sunt posita in locus, qui dicitur Bacumgniano, que recta sunt una ex ipsa casa & refforte est recta per Petro, & Martino ss. filii b. m. Martini, alia ex ipsa casa, & refforte est recta per Ma . . . . . & Joannes massariis, & suis consortibus . . . . casa & refforte illa est

(1) XIII. autem Julii huius anni, qui ipsi undecimus erat Imperii, obiit Imperator Henricus (V. Annales Muratorii T. *6*. pag. *76*.)

est posita in locus, qui dicitur Lupic . . . . . que recta est per Loprando, & Petro ... , adque terra & casa ipsa suprascripta . . . . . que est posita intra Civitate Pistoria prope suprascripta Ecclesia domui S. Zenonis, est amembrata da duo partis viis pluvicis decurrit, de ale duo partis terra, & case Widi Comitis, atque terra petia una . . . . . . ad uno tenentes, que est posita in locus, qui dicitur Saturnanise, atque terra illa, que est posita in locus, qui dicitur Campo longo, sive in aqua longa, quas aut quantas in predicte locus b. m. Johannes Diaconus in cambio per commutatione cartula dedit ad parte predicte Ecclesie Sancti Zenonis. Ec autem predicta illa integra medietatem de suprascripta Ecclesia, qualiter superius legitur, cum medietatem de omnes offertas, & mortuorum, adque sepolture, & cimiteriis de suprascripta Ecclesia, qui ad iam dicta Ecclesia Dominus Deus dicgnare dicgnatus est, cum omnibus integris Casis, & Cassinis, seo Casalinis, & rebus sortis ipse in prenominatis locibus, & vocabolis superius dictis cum fundamentis, & omnem edificiis vel universis fabricis suorum, seu cum Curtis, Ortis, terris, vineis, silvis, buscareis, Olivis, Pratis, Pascuis, Salectis, sationibus, tam montibus, quam & in vallibus, ac padulibus, cultum, & incultum, divisum & indivisum, movilibus, & immovilibus, quitquit ubique ad ipsa iam dicta medietatem de suprascripta Ecclesia & ad suprascripte integre rebus sortis sunt pertenentes, & suprascripti nominati Massarii cum suorum consortibus exinde ad manus suarum abere, & detinere videtur cum inferioribus & superioribus, seu cum accessionibus, & ingressuras suarum, movilibus & immovilibus, ubicumque exinde esse invenitur, in integrum ipse Pontifes eidem Pauli, qui rustico vocatur, & ad suis heredibus per unc livello eorum dedit, & tradidit ad abendum, tenendum, regendum, meliorandum, laborandum, & laborare faciendum, & eas tibi, & tuis eredibus privato nomen ad abendum, & usum fructuandum, & censum exinde reddere debeant ipse Paulo vel suis eredibus per se ipsis, vel per suorum missos eidem Pontifici, & ad suis successores, aut admisterialem egerit aput curte Episcopatui domui Sancti Zenonis infra Civitatem Pistoria, vel ad illum hominem, qui eas pro tempore in beneficio habuerint per omne anno in mense decembri arientum denarii boni octo, nam non amplius. Pena vero inter se obligaverunt, quis ex is suprascripti conventoribus vel supcessoribus eidem Pontifici, seo Eredibus eidem Paoli se de suprascripta convenientia distollere, aut minuare, vel retollere, aut superimponere presumpserint, vel si predicta Ecclesia & omnibus suprascriptis rebus, qualiter superius legitur, per eorum peioratas, aut subtractas apparuerint, aut in aliquid ex ea que superius legitur, pars partis minus fecerint, tunc per quem ex eis minus factum fuerint, componere debeant ad partem fidem servantem arientum denarii boni de moneta de luca qualis pro tempore in Civitatem Pistoria per caput bene occurrunt, libras octo per quisque una libras solidos viginti, & per quisque uno solidos duodecim denarios deliberatos, quia sic inter nos stetit, atque convenit, & duos livelli inter eis Johannes notarius per eorum rogitos scripsit, Actum Pistoriam feliciter.

Ego Wido Episcopus in unc livello a me facto manu mea subscripsi.

Ego Paulo in unc livello a me facto mea manu SS.

Signum manibus Ildebrandi, qui bellino vocatur, filio Lei & Joannes, qui bonino vocatur, filio b. m. Petri rogati testi.

Ego Petrus Notarius donni Imperatoris rogatus testis SS.

Ego qui supra Joannes notarius, scriptor complevi.

XIII.

Locatio a. 1048. *ex Archivo Pist. S. Michaelis de Furculis.*

IN nomine Domini amen, Domnus Benignus Dei gratia Abbas Monasterii Sancti Salvatoris fontis Taonis de consensu, & parabola Fratrum suorum infrascriptorum, videlicet Domnorum Benedicti, Boni, Nicolai, & Pist. Monachorum dicti Monasterii, & Campillioli, Balduchi, Arrigi, Simoni, Aviti, Santagneli,

gneli, Alberti, & Domenichi Converſorum ſuorum dicti Monaſterii dedit, & locavit ad annuam penſionem duorum ſolidorum Jacobo quondam Malpilii unum fundum Pratenſem dicti Monaſterii poſitum in collina prope Pratum guilliorari, ſicut deſignatum fuit ſibi per Domnum Jacobum, & Paſquam Converſos dicti Monaſterii, & promiſit dictus Abbas ipſi Jacobo de defenſione, & evictione ab omni pena, & loco expenſarum dicti Monaſterii ſub pena dupli rei, unde ageretur, obligans exinde ſe, & ſuos ſubceſſores de quo petio Prati dictus Jacobus promiſit, & convenit ipſi Abbati precipienti pro dicto Monaſterio ſolvere, & dare ſemper annuatim nomine . . . . . . penſionem dicti petii Prati in die Sancti Stefani apud dictum Monaſterium ſolidos duos bonorum denariorum Piſtorienſium. Item promiſit non vendere, non alienare, ſeu obligare vel tranſactare alicui perſone, vel loco ſub pena dupli extimationis dicti Prati, ut pro tempore plus valuerit, quam penam, & omnia ſingula ſupraſcripta promiſit & convenit ſtipulante . . . . . dicto Jacobo adtendere, & obſervare ſemper obligans exinde ſe, & ſuos heredes, & ipſum pratum, & nominatim penam ſolvendo. Et confeſſus fuit dictus Abbas, ſe habuiſſe & accepiſſe a dicto Jacobo recipienti pro ipſo Monaſterio ſolidos viginti bonorum denariorum Piſtorienſium pro ſervitio, & intramento dicti petii Prati. Renuntians non habite, & non recepte ſibi dicte petie exceptioni, & omni legi auxilianti. Item ſi dictus Jacobus decedet ſine filiis, vel filias dictum Pratum debeat remanere liberum, & expeditum iam dicto Monaſterio. Acta ſunt hec aput dictum Monaſterium preſentia Forti filii Bonaiuti & Franchi filii fati teſtium vocatorum, anno Domini a nativitate 1048. Indictione ſexta, (1) Idus Maij.

Et ego Jacobus quondam Buoncriſtiani autoritate Imperiali Notarius his omnibus interſui, & ut ſupra legitur rogatus ſubſcripſi, & publicavi, & ut ſuperius conſignatum eſt propria manu feci & ſcripſi.

A D N O T A T I O.

1) Indictione I. ſcribendum fuerat.

X I V.

Reinveſtitio terrae, & vineae, ex Archivo S. Bartholomaei.

IN Chriſti nomine, breve ſecuritatis, & firmitatis ad memoria abenda, vel retinenda, qualiter factum eſt ante preſentia Petri notarii, & Petrus, qui pango vocatur, & Petro, qui comitiello vocatur, ss filii bone memorie Bellini, & Petrus filio bone memorie beriti, & Urſo filio bone memorie Berto, & reliqui plures, ibique in eorum preſentiis veniens Rainerii filio b. m. Anſelmi, qui fuit clericus, nec non ex alia parte veniens Benedicto Monachus, & Prepoſitus de Monaſtrio Sancti Bartulumi, quod eſt aedificato prope Civitate Piſt. . . . qui Urſo vocatur filio bone memorie Alprandi avocato ſuo, ſic ipſe Raineri per virgam, quas in eorum detinebat manibus, ſit refiutaverit, & ſi poſpoſuit terram, & vinea & chauſura ille totam in ſimul, que eſt poſita in locus qui dicitur appuſicari, ubi a ponte aſinaio vocatur, que eſt amembrata da una parte terram . . . . . . da alia parte eſt amembrata terram . . . . . . , da tertia parte eſt amembrata terram . . . . . de quarta parte eſt amembrata terram . . . . terram, & vinea, & chauſura ipſa, ſicut iam ante os annos per livello advenit da Johannes clericus filio bone memorie gherardi, ego qui ſupra Raineri . . . . . predicta terram, & vinea, & chauſura ipſa in prenominate locas, qualiter ab ordine ſuperius per terre finis legitur, ſi predicto Raineri ſi refiutavit ad predicto Benedicto Monachus, & prepoſitus, & ad predicto Urſo avocato ſuo ad pars predicti Monaſterio Sancti Bartulumei, ſic ipſe Raineri ſit reveſtivit, & refiutavit, & inſuper ſpopondidit ad predicto Benedicto prepoſitus, & ad predicto Urſo avvocato ſuo ad pars predicti Monaſterii Sancti Bartulumei ſumcquam in tempore agere aut vel retollere aut

contradicere presumserint, ego qui supra Rainerii vel meis eredibus ad pars predicti Monasterii, tunc componituris & daturis esse promicto ego qui supra Raineri vel meis eredibus ad pars predicti Monasterii & ad predicto prepositus, qui ibidem pro tempore fuerit, penam . . . . . bonus argentum solidos centum, sic ipse Benedicto prepositus cum predicto Urso avocato suo pro ipsas sua reflutatione, & reinvestitione, & spompomsione fecit meritum Launegaldi manitias pario uno. Oc actu est infra Civitate Pist. prope Ecclesia Sancte Marie, que dicitur majare, Amen, ab Incarnationis eius pos millesimo quinquagesimo anno Enrigo gratia Dei Imperator Augustus anno Imperii eius in etalia tertio, mense Novembris Indictione quarta (1).

Signum manibus Pamci, & Petri ǭ ibi fuerunt.

Signum manus Petri filio beriti, ibi fuit.

Signum manus Ursi, ibi fuit.

Quidem ego, qui supra, Petrus Notarius ibi fuit, unc breve scripsit.

ADNOTATIO.

(1) INdictio IV. a Septembri mense sumenda erit. At quid anno *tertio* Imperatoris Henrici fiet? Quinctus numerabatur a. ML.

XV.

Charta permutationis de terra de sesso, ex libro Capitali Pist. ✠, *pag.* 80. *t.*

IN nomine Domini nostri Jesu Christi anni ab Incarnationis eius pos millesimo quinquagesimo tertio, mense Aprilis, Indictione sexta feliciter.

In Christi nomine convenientiam commutationis, qualiter convenit inter Martino Episcopus Pistoriensis S. Zenoni Epischopadj, nec non Adam Clericus, qui boni vocatur, filio Uuidi Clericus predicto genitor suas contiensentes inter se de aliquibus rebus domui S. Zenoni, & rebus eidem Adam Clericus concambio, & commutatione fecerunt, sicut odie factum est, & ideo iam dicto Martino Episcopus per consensum, & voluntatem Canonicorum confratrum de suprascripta Ecclesia domui S. Zenoni de pertinentia de predicta Ecclesia, & Canonica in commutatione dedit, & tradidit eidem Adam Clericus, idest terra, & Campo, que est petia una, que est posita in locus, qui dicitur sesso, est amembrata terra petia ipsa da duo parti viis publicis, da tertia parte terra, que dicitur gajaldatica, & inter medio fossa; Da quarta pars, che est da meridie, terra reservata predicta Ecclesia, & Canonica, & inter medio fine, & termine esse videtur, & est pro mensura ad justa pertica mensurata ad perticas de dodecinos pedes ad pedes, q. dicitur Luitprandi Rex, cultrae tres, & dimidia. Ideo predicta terra petia ipsa, qualiter superius per terre finis & per mensura legitur, movilibus & immovilibus, sicut superius, in integum suprascripto Martino Episcopus eidem Adam Clericus in commutatione dedit, & tradidit, cum predicti Canonici da pars predictae Ecclesiae, & Canonica, & pro suprascripta petia de terra, quas mihi, qui supra, Adam Clericus in commutatione dedit, recepit da me, & da Gislla cojux mea, nos comuniter ambo insimul, & ipsa cojus mea mihi consentientes suprascripto genito mihi consensientis, & ipsa Gislla cojus mea interrogata, & cognita de Winitio Judex, quod nulla ei passa violentiam se manifesta fui, cum sua spontanea voluntate faciebat; Idest terra, & vinea, & campo petia illa totam insimul, quae est posita in locus, qui dicitur Cheritano ad pars predicta Ecclesia, & Canonica domui S. Zenoni. Et est terra, & vinea, & campo ipso amembrata da una parte terra domui S. Zenoni, da alia parte est amembrata ad terram Kadulinga; da tertia parte est amembrata ad terra Gerardi filio bone memorie Ursi. Da quarta parte fluvior aqua, que dicitur Ombrone, Querccho est per mensura terra, & vinea campo ipso ad iusta pertica mensurata ad perticas de dodecinos pedes

pedes ad pedes, qui dicitur Luitprandi Rex, cultre septe; ideo predicta terram, & vinea, & campo ipso qualiter superius per terre finis, & mensura legitur, movilibus, & immovilibus, sicut superius legitur, in integrum ipse Adam clericus cum predicta coius mea eidem Martini Episcopus, & ad predicti Canonici, & ad pars predicta Ecclesia, & Canonica pro finito dedimus, & tradimus, unde iusta legem suprascripto Martino Episcopus cum predicti Canonici dilexerunt misso eorum tres homines Deo timentes, quorum fides amittitur. J sunt nomina eorum: Paulo quondam Rustico vocatus avocato de predicto Episcopus, & Petrus filio bone memorie Rainerii, & Mascharo filio bone memorie frimi, qui ambolaverunt super ipsis rebus, & providerunt, seo extimaverunt, adque renuntiaverunt, qualiter meliorata & ampliata commutatione, & recipierunt cum magis omni tempore hanc commutatione inter nos firma, & stabilem permaneant semper; unde repromittimus nos suprascripti iugalibus una cum nostris heredibus tibi, qui supra, Martino Episcopus, vel ad posterisque successoribus tuis, aut ad pars predicte Ecclesie, & Canonica de suprascripta petia de terra, quas tibi per commutatione dedimus, ut si nos vobis eas aliquando tempore in aliquo exinde intentionaverimus, aut retolli, vel suttragi quesierimus, nos vel ille omo, cui nos eas dedissemus, aut dederimus per cotlibet ingenio, & eas vobis ab omne omine non defenderimus, spondimus nos, qui supra, iugalibus una cum nostris heredibus componere ad pars suprascripta Ecclesia, & Canonica Sancti Zenoni suprascripta petia de terra, quas tibi in commutatione dedimus, in duplo & inter qui de loco sub extimatione qualexes tunc fuerint, sic tamen si nos exinde auttores, nec defensores quærere; nec dare nolueritis, licentiam abeatis absque nostra persona, si vestra fuerit voluntas exinde causas adgendi, responsum reddendi, finem ponendi, modis omnibus eas defensandi ad pars predicta Ecclesia, & Canonica defensandi cum cartula ista commutationis, qualiter iusta legem melius potueritis, quia taliter inter nos convenit, & duo inter noe commutationis cartule Petrus Notarius scribere rogavimus. Infra Civitate Pistoria in Solario domui S. Zenoni sel.

Signum manus suprascriptae gislle, qui anc cartula commutationis fieri rogavit.

Ego Adam Clericus inna cartula commutationis a me facta m. m. SS. & eidem gislle conius mea consensi SS.

Ego Qquueido clerico ata cartula consensi.

Winitio Judex interfuit, & predicta gislla interrogavit Johannes Judex Sacri Palatii SS.

Signum manibus Adam quondam Mascaro vocatus, & Petrus filio bone memorie Raineri qui suprascripta re intersuerunt, & extimaverunt testi.

Signum manibus mundi filio bone memorie Venerandi, & Vivo filio bone memorie stanti, & Petrus filio bone memorie Fridi, & Baccarone filio b. m. Fredaldi rogatis testes.

Ego qui supra Petrus Notarius, scriptor post traditionem complevi.

X V I.

Charta libelli a 1067., ex archivo Episcopii Pistoriensis.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incarnationis eius 1067. mense Novembris Indictione vi. (1) Placuit atque convenit inter Leo Pistoriensis gratia Dei umilis Episcopus, nec non Signorecto filio bone memorie Jerardi, ut & ipse Leo Episcopus de pertinentia Ecclesiae domui S. Zenoni libellario nomine dare, sicut de presente dedit, & tradidit idem Plebe, & Ecclesia illa, cuius vocabulum est S. Pancratij, & S. Joannis Baptisptae, quae est haedificata, prope Celle cum pertinentiis, & jacentiis, que pertinet, aut pertinere debet ad suprascriptam Plebem cum reditum, & oblationem, offertionem, & mortuorum

 esi.

(1) Nisi initium Indictionis VI. repetas a Septembri mense, mendose pro V. Indictio VI. scripta fuerit.

exitum, & introitum, atque Gmeteriis, primitiam, & decimationem quodamodo in antea Domino Deo donare dignatus est, mobilibus, & immobilibus de Villis illis, atque titulis nuncupatae prima Villa, quae dicitur Celle, alia Villa, quae vocatur Vingnano, tertia Villa, quae notatur Petriolo, quarta vero Villa, quae vocatur S. Giusto, 5.ª Villa, quae dicitur Montagnana, 6.ª vero Villa, quae nominatur Campillia, 7.ª Villa, quae dicitur Mumigno, 8.ª Villa, quae vocatur Fagno, 9.ª Villa quae nominatur Rosana, X.ª Villa, quæ dicitur Tovace, XI.ª vero Villa, quae nominatur Fabrica, & ad Arcigliano Resforti duo. XII.ª vero Villa, quae dicitur Casole XIII.ª Villa, quæ vocatur Praesciano XIV.ª vero Villa, quae nominatur Copano. XV.ª Villa, quae dicitur Lugnano XVI.ª Villa, quae vocatur Gugliano XVII.ª vero Villa, quae nominatur Vitthano, vel per alie locas, & vocabula ubicumque quod ad suprascripta Ecclesia, & Plebe sunt pertinentes, aut pertinere debent unumcumque homines de suprascriptis Villis . . . . vel debiti reddendi ad pars suprascriptae Ecclesiae excepto ampono tibi Villae illae, quae dicuntur Varathano, maior . . . . prope Neule, & Cagriano nam aliis omnibus rebus, quæ ad predictam Plebe sunt pertinentes, ut ubicumque de rebus suprascriptae Ecclesiae esse invenit cum resforti duo. Una est posita in loco Carlatico, alia in loco Fagno, ubi maccio vocatur, cum rebus, & Terris illis, quae sunt positae in loco Fagno, & in loco Rovace. Illas suprascripta Ecclesia, & plebe cum pertinentia sua quomodo ibidem pertinet aut in antea pertinere debent, excepto quod superius exceptavimus, cum offersionem, Introitum, & exitum, debitionem, & mortuorum primitiam, & decimam quodamodo in antea ad iam dictam Ecclesiam Domino Deo donare dignatus est; Et modo pertinet, aut in antea pertinere videtur. In insuper ipse Leo Episcopus per se, & suos successores eidem Signorecti, & ad heredes . . . . . suprascriptas dedit, & tradidit ad habendum, tenendum, regendum, meliorandum, laborandum, & laborare faciendum . . . . privato nomine ad habendi, & istam decimationem, & offertionem, & primitiam de . . . . & pensionem recolligendi, & recolligere faciendum ipse Signorecto, & supradicti heredes ad . . . . & Plebe per corrogatos Sacerdotes, & Clericos ministerium Dei diurnum vel nocturnum . . . . & luminariam ibidem præbeatis, aut prebere faciatis, & censum exinde reddere . . . . suprascripti heredes, aut eorum certo misso aput Curte Episcopatu Domui Sancti Zenoni infra Civit. . . . . . . dicto Leo Episcopus vel ad suos successores, vel ad eorum ministeriale, qui pro tempore ibidem fuerint . . . . mensis decembris argentum denariorum bonorum expendibilium de moneta de Luca solidos quattuor, nam non amplius . . . . ut si quis ex his de suprascriptis conventoribus si suprascripto Pontifex, vel suos Signorecto, vel suis heredibus suprascripta convenientia distollere, aut minuare, aut sup., & Plebe ipsa pro ipis apparuerint peioratas, vel subtractas, aut in aliquo . . . . per quod ex eis minus factum fuerint componere debeant ad partem fide servantem XX., quia in tali ordine sunt inter eis duo libelli.

Petrus Notarius, & Judex Sacri Palatii . . . . . Castro de Celle hunc libellum . . . . . a me facto manu mea scripsi.

Ego Azo Archidiaconus mea manu scripsi.

Prepositus in hunc libello mea manu scripsi.

Ego Vitalis Archipresbyter Sanctae Pistoriensis Ecclesiae mea manu subscripsi.

Petri, & Rudulphini germani filii bone memorie Rodulphi, & Donati filio bone memorie Petri rogati Testes.

. . . Judex Sacri Palatii post traditionem complevi, & dedi.

X V I I.

Charta venditionis a 1164., ex tabulario S. Bartholomæi.

IN nomine Domini nostri Jeshu Christi Dei eterni, anni ab incarnationis eius millesimo centesimo quarto decimo, quarto nonas Junii, Indictione septima Fe-

Feliciter. Ego Ildibrandus gratia Dei humilis Episcopus Pistoriae Civitatis profiteor, quia quando Enricus filius quondam . . . . se ad pericula mortis tendere iudicaret, antequam ab hac luce subtractus esset, commisit in me cuncta sua bona, quae aliquo iure detinebat, ut ego pro redemptione animae suae suorumque parentum Ecclesiis Monasteriis, & Cappellis, & Senodochiis, pauperibus, viduis, & orphanis dispensarem, quatinus Deus per interventu Sanctorum suorum pondus peccatorum suorum dimitteret. Quapropter ego, qui supra Ildibrandus prenominatus Episcopus manifestus sum, ut suis rebus in me commissis, inde suam voluntatem penitus adimplerem, & pretium, quod inde recipio, secundum quod melius prevideo, pro animas eiusdem Ecclesiis & Monasteriis, & Senodochiis, pauperibus viduis, & orfanis erogare; propterea per hanc venditionis cartulam de suis rebus in me commissis vendo, & trado vobis Enrico filio quondam Rustixi de Mastano, & Stephano filio quondam Vitali; Videlicet portionem suam quae sibi iure proprietario pertinebat de duobus petiis de terra: unum petium est ortum positum in loco nominato S. Alperto; aliud est positum prope fluvio Braina. Illud petium quod est ortum est, positum in Sancto Alperto & est ammembratum ab una parte cum terra PanciatiKa; a secunda parte cum terra Karifilij quondam Ogii, & terra de filio quondam Panci; A tertia parte cum terra, quae est Casagium Sancti Bartholomei; A quarta parte via publica. Et illud petium, quod est positum prope fluvio Braina, est ammembratum a duobus partibus cum fluvio Braina; A tertia parte cum terra de filiis quondam Bulgarelli, & terra PanciatiKa; A quarta parte cum terra PanciatiKa. Predictam vero integram suam portionem de predictis integris duobus petiis de terra, qualiter ab omni parte per designata loca in integrum circumdatum est, una cum inferioribus, & superioribus, seu cum accessionibus, & ingressionibus suis vobis vendo, & trado, pro quo recepi a vobis pretium bonorum Lucentium denariorum libras undecim finito pretio. Unde repromitto ego, qui supra, Ildibrandus Episcopus una cum meis posteris successoribus vobis predicto Enrico, & Stephano, vel vestris heredibus, aut eidem homini, cui vos predictam venditionem dederitis, vel habere decreveritis, quod si vobis de ea aliquando tempore in aliquo exinde intentionaverimus, aut retolli, vel subtrahi quesierimus, nos, vel ille homo, cui nos dedissemus, aut dederimus per quodlibet ingenium, & si nos inde autores dare volueritis, & vobis ab omni homine non defensaverimus, spondimus componere predictam venditionem in duplum, & in consimili loco sub estimatione, qualis tunc fuerit. Sic tamen si nos exinde autores, & defensores querere, nec dare volueritis, vel non potueritis absque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, causas exinde agendi, querimoniam faciendi, modisque omnibus vobis defensandi cum cartula ista, qualiter iuxta legem melius potueritis. Quia his omnibus modis hanc cartulam Gualbertum notarium & Judicem scribere rogavi. Actum in Palatio nostro iuxta Ecclesiam Sancti Zenonis feliciter.

Ildibrandus Pistoriensis humilis Episcopus in ac cartula a me rogata SS.

Ego Bonutus Archipresbiter intersui & SS.

Signum manus Ugolini filii quondam DomeniKi, & Ugolini filii quondam Ildibrandi, & Necti filii quondam Bonardi & Follis filii quondam Musciardi rogatorum testium.

Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii post traditam complevit & dedit.

XVIII.

Charta libelli a 1116., ex archivo S. Bartholomæi.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei eterni, anno ab incarnationis eius millesimo centesimo sextodecimo, mense Februario, indictione nona feliciter. Manifesti sumus nos Lanfrancus, & Ubaldus ... filii quondam Truffe, & Sigifredus filius quondam guidonis, atque guiduccius filius quondam Bernardi, & Teudicus filius quondam Ildibrandi, quia tu Rodulfus prior monasterii Sancti

 Bar-

Bartholomei constructum, & fundatum in burgo Pistorie civitatis libellario nomine ad censum perssolvendum de pertinentia suprascripti monasterii dedisti nobis, videlicet omnes illas terras, & vineas, mansos, & ressortes, casas, & Casinas, vel Casalinos, quas nos quondam habuimus, & detinuimus nomine libelli de illa libellaria, que quondam habuit, & detinuit Ildibrandus de maone a suprascripto monasterio, scilicet Ecclesia Sancte Marie de batisco cum omnibus suis pertinentiis. Predictis vero omnibus rebus, sicut superius legitur, una cum terris, vineis, mansos, & ressortis, castagnetis, quercetis, olivetis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus, vel incultis, cum inferioribus, & superioribus, seu cum accessionibus, & ingressionibus suis nobis libellario nomine dare vidistis tali modo, ut ab ac hora in antea usque ad viginti novem annos sit in potestate vestra, & de vestris heredibus habendi, tenendi, possidendi, imperandi, gubernandi, laborandi, & laborare faciendi, usumque fructuandi, & pensionem exinde reddere debeamus nos, vel nostris heredes, aut noster nuntius, vel ministerialis tibi suprascripto rodulfo priori, tuisque successoribus, aut in suprascripto Monasterio omni anno in mense Januario bonorum lucensium denariorum solidos decem, & non amplius; Unde repromittimus nos, qui supra, Lanfrancus, & Ubaldus, & Sifredus, & Guido, & Teudericus una cum nostris heredibus, ut si omni anno in mense Januarii tibi suprascripto rodulfo priori, vel tuis successoribus suprascriptam pensionem non persolverimus, aut si peioraverimus, vel subtraxerimus, spondimus nos, qui supra Lanfrancus, & Ubaldus, & Sifredus, & Guido, & Teudericus, vel una cum nostris heredibus componere, & dare penam tibi suprascripto Rodulfo priori, vel tuis successoribus bonorum lucensium denariorum libras decem. Quia his omnibus modis hanc cartulam gualterium notarium, & iudicem scribere rogavimus. Actum in curia plebis de neule feliciter.

Signum manus suprascripti Lanfranei, & Ubaldi, & Sifredi, & Guidi, & Teuderici, qui hanc cartulam scribere rogaverunt.

Signum manus Ricardini filius quondam Follis, & Pugnecti filius quondam Ildibrandi, & Nocti filius quondam bonardi rogati testes.

Gualbertus notarius, & Judex Sacri palatij pos traditam complevit, & dedit.

XIX.

Charta Investitionis a 1128., *ex archivo S. Bartholomei*.

IN Christi nomine, notitia brevis pro modernis, & futuris temporibus securitatis, & firmitatis ad memoriam habendam, vel retinendam, qualiter factum est in curia Monasterii Sancti Petri Majoris constructi, & fundati in burgo civitatis Pistoriae bonorum hominum presentia, quorum subter leguntur nomina. Corona Abbatissa suprascripti Monasterii Sancti Petri maioris investivit Bonum priorem monasterii Sancti Bartholomei, quod si ab hac ora in antea ipsa, vel quae ei succedere debet per illam terram, qui ipsa emit a Bandoro filio quondam Saracini posita . . . comiccini prope fluvium, qui vocatur Glescinum, & aquam gore, quae decurrit ad molendinum, quod modo detinet Martinus Faville filius a suprascripto Monasterio Sancti Bartholomei, tulerit, vel tollere fecerit ad dannietatem suprascripti molendini per se, vel per summissa persona per quodlibet ingenium, vel si Fluvius Glescinus, vel aqua gore ruperit illam terram, ita ut damnum predictum molendinum inde habuerit de suo dispendio, claudere, & firmare eum debeat. Quod si non fecerit, & aquam gore per iam dictam terram tulerit, minuaverit studiose, vel subtraxerint, tum obligavit se, & que ei succedere debet, componere, & dare penam ei, suisque successoribus bonorum lucensium denariorum libras viginti. Hac autem factum est presentia Baconcelli Judicis, & Enrici filij quondam Rustici, & Guelfalini filii quondam Guelfi, & Burnelli Petrucci, & Guidonis filii quondam Cenamelli, Annj Domini 1128., mense martio Indictione sexta.

Signum manus suprascripte Corone Abbatisse, que hoc breve scribere rogavit.

Gualbertus notarius, & Judex Sacri palatii interfuit, & hoc breve scripsit.

X X.

Charta investitionis a 1131., ex tabulario S. Bartholomaei.

IN Christi nomine, notitia brevis pro modernis & futuris temporibus securitatis, & firmitatis ad memoriam habendam, vel retinendam, qualiter factum est in curia monasterii Sancti Bartholomei in burgo Civitatis pistorie prope Thalsano bonorum hominum presentia, quorum subter leguntur nomina. Bonus prior suprascripti monasterii Sancti Bartolomei investivit per tenimentum Vivianum filium quondam arduini, videlicet de integra medietate unius petii de terra tumba super se habens, que quondam fuit Cionis; Amembratum ab una parte cum terra Sancti Bartholomei, a secunda parte gora decurrit, ab aliis duabus partibus via; Predictam vero tumbam qualiter ab omni parte per designata loca circumdata est in integrum, una cum inferioribus, & superioribus . . . . . . accessionibus & ingressionibus suis integram, ut dictum est, medietatem de ea, ut dictum est, dedit . . . . . . tenimentum, ut de modo in antea sit in potestate sua & de suis heredibus nomine tenimenti habendi, tenendi, possidendi, edificandi, & edificare faciendi, usumque fructuandi. Ita tamen ut si quandoque ipse, vel heredes sui predictam tumbam vendere voluerint, quod suprascripto Bono priori, suisque successoribus vendere, & dare debeant, si ipsi pro tanto pretio ab eis recipere voluerint, quantum aliquis sine asto animo eis dare voluerit, & minus solidos duos. Quod si ita recipere noluerint, liceat eis aliis vendere, & dare cuicumque volunt, & predictos duos solidos nomine servitii eis dare. Pensionem exinde reddere debeat predictus Vivianus, & heredes sui, vel suus certus missus suprascripto Bono priori, suisque successoribus vel suo misso omni anno in mense maio bonorum lucentium denariorum denarios quattuor, & non amplius. Unde repromisit se predictus Bonus prior una cum suis successoribus, ut si hec pensio in suprascripto mense omni anno completa, & observata fuerit & predictam medietatem suprascripte tumbe ad iam dictum Vivianum, & suis heredibus si retollerint, contenderint, litigaverint, minuaverint, vel subtraxerint per quodlibet ingenium, tunc obligavit se suosque heredes componere, & dare penam ei, & heredibus suis bonorum lucensium denariorum solidos centum. Hoc autem factum est presentia Stefani filii quondam ✠ & Enrici filii quondam rustici, & Petri, & Gerardini ∴ filii quondam martini vivoli. Anni domini millesimo centesimo trigesimo primo, mense aprilis, indictione nona.

✠ etiam in autografo deest.

Signum manus suprascripti Boni prioris, qui hoc breve scribere rogavit.

Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatii interfuit, & hoc breve scripsit.

X X I.

Charta Investitionis, ex tabulario Pist. S. Michaelis de Furculis.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi, Breve recordationis qualiter factum est infra civitate pistoria ante Ildibrandum gratia Dei Pistoriensem Episcopum in Episcopatu in palatio Sancti Zenonis. Benedictus prior de Ecclesia Sancti Angeli sita furcole cum domno Gerardo monacho investierunt Ocdo preposito de Ecclesia Sancti Zenonis sine fraude, & malo ingenio, quod ipsi neque per se, neque per aliquam eorum submissam personam ab hac ora in antea non intromittent se ullo modo, intentionabunt de ulla decimatione de omnibus illius territorii, que sunt Sancti Angeli de furcole, de la parte laboratoris vel tenitoris, tamen tale pactum fuit, quod Canonaci neque per se, neque per eorum missum non debeant facere aliquam violentiam decimalibus super terram, quam ipsi tenebant ab ecclesia sancti thome, & si ipsi monachi de iam dicto monasterio per se vel per aliquam personam de prefata decima in aliquo offenderit adversus ipsos canonicos, & post inquisitione facta a rectore ipsius Canonice in abate, vel prio-

re,

re, & domnus Gerardo, vel ipse Ildibrandus abbas, qui modo preest in ipso monasterio vel eorum successores ut dictum est, de decimis in omnibus non observaverint, tunc obligaverunt se, suosque successores ad ipsum prepositum per investituram, suisque successoribus componere, & dare penam librarum 20. bonorum denariorum lucensium, & insuper pactum semper sit firmum, & validum. Hoc factum est in presentia Rainaldi quondam glandulfini, & bovinachie, & ruboli quondam ascolini, & Cortaccioni filius quondam Jocoli, & Rainaldi filius Saracini, & abatis filius quondam baldini, & anselmini filius quondam Boni clerici . . . . factum est hoc in presentia Guidi archipresbiteri ipsius canonice, & sunt anni domini nostri iesthu Christi ab. incarnationis eius 1131. quarto ydus septembris, Indictione decima feliciter.

Ego Guido notarius, & iudex ibi fui, & rogatu eorum hoc breve scripsi.

Ego Gerardus Sacri palatii notarius, & tabellio predictum autenticum vidi, & perlegi, & ideo subscripsi.

Ego Guido Judex ordinarius, atque notarius domni Imperatoris Frederici anticum autenticum vidi, & legi, & pro ut melius potui, fideliter exemplavi.

A D N O T A T I O.

EXtat in eodem Vallumbrosanorum Pistoriensium Archivo in quodam sacco membrana anni 1115. qua Ildibrandus Pist: Episcopus pro remedio animae Enrichi offert Monasterio Sancti Angeli, ubi tum præerat Abbas Ildibrandus, nonnullas terras. Item alia in eodem sacco anni 1116. qua nonnulla alia bona eidem Monasterio donat. Quod vero spectat ad Indictionem X. in descripta charta notatam, a septembri mense sumenda est. Nam IX. Indictio decurrebat a 1131.

X X I I.

Breve recordationis, & refutationis pro Monasterio S. Victoris a. 1137. ex Archivo Auximatis Civitatis.

IN Dei nomine, quod factum est anni domini MCXXXVII. per temporibus domnus Innocentio Papa, & Lauteri Regis, & die mense Marcio per indict. 15. scripsit breve recordacione, & refudacione, quod fecis Carvone filius quondam Gazzio, & Gozzio filius quondam Roffredo, & Ofredo filius quondam Alberto, & Bernardo, & Reverta de Ecastule, & Rachel germanis filiis quondam Gozzio, & Albrico filius quondam Diverij, & Adamo, & Roavo Gerij Germanis filiis quondam Adamo per consensum de Maliolia genitrice nostra totis refudamus, & renunciamus patriciniatu, & dominio, & Senioradio de Sancti Monasterio de Beato Sancto Victore, quod est edificato in fundo Silva longa justo fluvio mossione territorio Auximi, & ac tibi dominus Grimaldo Abbas, & ac tuisque successoribus a possidendo suprascripta omnia, sicut superius legitur, omnia refudamus, & renunciamus de re . . . . potuerimus, nullam calumnia, vel causacione non faciamus, neque non possamus ire, agere, aut eam infrangere, vel corrumpere, aut falsare, vel litigare, aut molestiare, neque per nos ipsi refudaturi, neque per eredibus nostris, neque per summisse nostre persone, & post suprascripto breve recordationis fueris, & qualecunque Omine ab ea pæna aureis Bizancis CXXX dare ad ipso Monasterio, & ac tibi Abbas. Et ac tuisque successoribus, & post poena data, & offoluto, & breve recordacione, & refudacione, & renuncio patriciniato, & dominicio, & senioradio, & in sua permaneat firmitate. Rogatus ego Acto Tabellio.

Sinum de Carvone, & Gozzio, & Offredo, & Bernardo, & Reverta de Ecastule, & Rachel, & Altrico, & Adamo, & Rogger per consensum de Mahilia genitrice, qui suprascripto breve fie rogavit.

Bertino de Secio ibi fuit.

Rodolfo de Apo ibi fuit.

Acto

Acto de Vitale ibi fuit.
Acto de Pertamico ibi fuit.
Abrico de Uberto ibi fuit.
Adamo de Benedicto ibi fuit.
Petri, & Alberto de Baroucello ibi eris.
Morico de Acto ibi fueris; & plus hominibus J. fueris.
Ego Acto Tabellio scripsi, & Clausi.

X X I I I.

Breve Investitionis, ex Thesauro Sancti Jacobi.

IN Christi nomine. Breve recordationis ad memoriam habendam, vel retinendam in posterum, qualiter actum iuxta Ecclesiam Sancti Zenonis Civitatis Pist: presentia Consulum, & aliorum bonorum hominum, quorum nomina inferius scripta ponuntur. Domnus Atto gratia Dei religiosissimus Episcopus Ecclesie beati Sancti Zenonis Pistor. civitatis pro redemptione comitis Ugolini, & suorum parentum investivit, & dedit, atque concessit Rusticutho filio quondam Fosckı rectori hospitalis Beatissimi Sancti Jacobi Apostoli, quod est constructum, & fundatum in burgo de porta gaialdatica pist. Civitatis vice iam dicti hospitalis; Videlicet totam illam silvam, que vocatur silva Tensa, que olim fuit suprascripti Ugolini comitis, sive sit laborata, sive non laborata, sive donicata, sive vineata, sive non vineata, & totam illam terram, que de suprascripta silva tensa fuit, excepto illam terram, quam suprascriptus Atto Episcopus dedit, & concessit Ecclesie Sancti Martini de Campillio. Predictam vero totam silvam, & terram, & vineam, sicut superius dicitur, & designatur, in integrum una cum inferioribus, & superioribus, seu cum accessionibus, & ingressibus suis, excepto illam tantam terram, que superius excepta est, suprascriptus domnus Atto Episcopus investivit, & dedit, & concessit suprascripto Rusticutho vice suprascripti hospitalis, tali vero modo, ut ab hac ora in antea sit in potestate jam dicti hospitalis & de rectoribus eiusdem hospitalis, qui ibi modo sunt, vel pro tempore erunt, habendi, tenendi, possidendi, laborandi. & laborare faciendi, & hedificandi, & hedificare faciendi, tantum est ut per omnem annum in festivitate beati Sancti Zenonis censum exinde reddere debeant predicti hospitalis, qui ibi modo sunt, vel pro tempore erunt, aut eorum missus suprascripto Attoni Episcopo, eiusque successoribus, vel ministerialibus, aut eorum certo misso libram unam cere, & non amplius; Et si hec omnia sic fuerint data & conservata, & predictus Atto Episcopus, vel eius successores exinde ullo tempore litigaverint, molestaverint de suprascripta silva, & terra, & vinea predictum hospitalem, vel rectores suprascripti hospitalis, qui ibi modo sunt, vel pro tempore erunt, aut cui ipsi dederint, minuaverint, subtraxerint, aut aliquid amplius eis superimposuerint, & si auctores, & defensores eis ab omni persona non extiterint, & non defenderint, tunc obligavit predictus Atto Episcopus se, & suos successores componere, & dare penam suprascripto hospitali, & rectoribus eiusdem hospitalis, qui ibi modo sunt vel pro tempore erunt, bonorum denariorum lucensis monete libras centum. Hoc actitatum est presentia Consulum Pist: scilicet Paganelli filii Lotteringi, & Senthanome quondam Freimerrici, & Stefani quondam Ugicionis, & Corssi quondam Muti, & aliorum, Struffaldi quondam Ranuccini, & Lamberti quondam Bernardori, & Canti quondam Saracinelli, & Paganelli Bocci, & Gottoli quondam Ugolini Picciaci, & Spine quondam Amideoli, & Savorii quondam Ormanni, & Bessi quondam Rusticelli, & aliorum multorum Civium Pist: de diversis Portis.

Signum per manus suprascripti domni Attonis Episcopi qui hoc breve scribere rogavit.

Et sunt anni Domini Mill. CXLVIII. IIII. nonas octubris Indictione XII. feliciter.

Ego

Ego Atto dictus pist. Episc. huic scripto subriscripsi.

Ego Ildibrandus presbiter, & Canonicus S. Zenonis interfui, & SS.

Ego Tracia minister pistoriensis Ecclesie licet indignus hoc scriptum abprobo, & confirmo hospitali nostro costructo ad honorem Beatissimi Jacobi.

Et ego Barucellus notarius, & Sacri Palatii Judex ibi fui & manu mea subscripsi.

Ego Rainaldus Minister Pistoriensis Ecclesie licet indignus hoc scriptum abprobo, & confirmo hospitali beatissimi Jacobi.

Domitianus & Judex Sacri Palatii ibi fuit, & hoc breve scripsit, & signum manus sue imposuit.

Ego bonensegna Domni Imperatoris Henrici Notarius ac Judex hoc exemplar, & autenticum prout melius vidi fideliter exemplavi.

A D N O T A T I O.

SAepius monuimus, in Pistoriensibus vetustioribus monumentis Indictionem fere semper a Kalendis Septembribus inchoari. Heinc mirum non est, Octobri mense a 1148. notari Indictionem XII. quum XI. alias decurreret.

X X I V.

Charta Affictus a 1153., ex thesauro S. Jacobi.

IN nomine Christi, breve recordationis ad memoriam habendam, vel retinendam in posterum, qualiter actum est in palatio domini Attonis Episcopi Pistoriensis civitatis, presentia bonorum hominum, quorum nomina inferius scripta ponuntur. Domnus Atto gratia Dei humilis, & religiosissimus Episcopus Pistoriensis Civitatis pro redemptione animae suae ad utilitatem, & refectionem, atque sustentationem pauperum investivit, & dedit per affictum Rusticutho rectori hospitalis Sanctissimi Jacobi apostoli, quod est constructum & hedificatum in burgo porte gaialdaticae pistoriensis civitatis vice suprascripti hospitalis, videlicet unum petium terrae positum in fericagio, quod dicitur esse cultrae octo, & terrifinatur ab uno latere cum terra Ecclesie Sancti Zenonis, quam tenet bellinus quondam caronci, & Presbiter Pesce, ab aliis tribus lateribus decurrunt fontanae. Item investivit, & dedit per affictum ei vice iam dicti ospitalis unum petium terrae, in quo suprascriptum hospitale hedificatum est usque ad retrumfossum civitatis pistoriensis, & sicut terminatum est per certos terminos, & terrefinatur a tribus partibus cum terra aecclesiae Sancti Zenonis; a quarto latere decurrit via. Predictas vero omnes suprascriptas terras, sicut superius dicuntur, & designantur, in integrum una cum inferioribus, & superioribus, seu cum accessionibus, & ingressibus earum iam dictus Episcopus investivit, & dedit per affictum suprascripto Rusticutho vice suprascripti hospitalis, tali vero modo, ut ab hac hora in antea sint in potestate predicti hospitalis, & de rectoribus eiusdem hospitalis, qui ibi modo sunt, vel pro tempore erunt, habendi, tenendi, possidendi, laborandi, & laborare faciendi, & hedificandi, & hedificare faciendi, & fructuandi ad utilitatem, & refectionem, atque sustentationem pauperum, non tamen alicui vendendi, vel pignorandi sine data parabola, & licentia suprascripti Episcopi, vel de eius successoribus, tantum est ut omni anno in vigilia beatissimi Sancti Zenonis in aecclesia Sancti Zenonis ad lampadarium Sanctissimi Jacobi rectores suprascripti hospitalis, qui ibi modo sunt, vel pro tempore, aut eorum missus de suprascripta terra de faricagio redere, & dare debeant unam libram olei, & non amplius, & omni anno in aeadem vigilia Sancti Zenonis reddere, & dare debeant de suprascripta terra, in qua suprascriptum hospitale hedificatum est, sicut superius dictum est, suprascripto Episcopo, & eius successoribus, vel eorum certo misso unam libram cere, & non amplius. Et si hec om-

omnia sic fuerint data, & conservata, & predictus Episcopus, vel eius successores exinde ullo tempore de iam dictis terris, & rebus litigaverint, molestaverint supraicriptum hospitale, vel rectores eiusdem hospitalis, qui ibi modo sunt, vel pro tempore erunt, minuaverint, subtraxerint, aut aliquid amplius eis superimposuerint, vel si ab omni persona eis non defensaverint, tunc obligavit predictus Episcopus se, & suos successores componere, & dare penam suprascripto hospitali, & rectoribus, qui ibi modo sunt, vel pro tempore bonorum denariorum lucensis monete libras duas centum. Hoc actum est presentia Jolli quondam Lamberti, & Spinae quondam Amideoli, & Cancti quondam Saracinelli, & Faviani quondam Petri albonelli, & boncompagni quondam perini, & ser forabove Florentini, & Raimondini quondam . . . . . & ormannini quondam . . .

Signum manibus infrascripti Attonis episcopi, qui hoc breve scribere rogavit, & sunt anni Domini 1153. octavo Kal. maias Indictione prima feliciter.

Ego frater Acto Peccator monachus, & dictus Pistoriensis Episcopus huic brevi firmando SS., & illud fieri rogavi cum omni bona voluntate.

Ego presbiter Ildibrandus canonicus, & Cantor interfui, & manu mea subscripsi.

Ego presbiter Fralmus interfui, & manu mea subscripsi.

Ego Presbiter Aldinus interfui, & manu mea SS.

Domitianus notarius, & Judex Sacri Palatii ibi fuit, & hoc breve scripsit, & signum manus sue imposuit.

X X V.

Charta Investitionis, ex Archivo Vallumbrosanorum Monachorum S. Michaelis Pist.

IN Christi nomine, breve recordationis ad memoriam habendam, vel retinendam in posterum, qualiter actum est in Civitate pist: a porta putida presentia bonorum hominum, quorum nomina inferius scripta ponuntur. Vacca quondam paganucci investivit, & dedit per tenimentum Ugicioni quondam bonelli de Statilliano, videlicet integram medietatem unius casamenti positum prope pratum de piunte, & terrefinatus ab uno latere cum terra Jamdolfini massarii, a secundo cum terra athatica, a tertio cum terra, quam tenet filius quondam Fortelli, a quarto latere via; predictam vero integram medietatem suprascripti casamenti, sicut superius dicitur, & designatur, in integrum una cum inferioribus, & superioribus, seu cum accessionibus, & ingressibus suis investivit, & dedit per tenimentum suprascripto Ugicioni pro servitio bonorum denariorum lucensis monete, quas ab eo accepit, solidos decem, tali vero modo, ut ab hac hora in antea sit in potestate suprascripti Ugicionis, & de eius heredibus, aut cui ipsi dederint, habendi, tenendi, possidendi, hedificandi, & hedificare faciendi, & fructuandi, tantum est, ut omni anno in mense decembri pensionem exinde reddere debeat predictus Ugicio, & eius heredes, aut cui ipsi dederint, vel eorum missus suprascripto Vacce, & eius heredibus, aut eorum certo misso denarios quattuor bonos lucensis monete, & non amplius; & si hec omnia sic fuerint data, & conservata, & predictus Vacca, vel eius heredes exinde ullo tempore litigaverint, molestaverint de hoc tenimento predictum Ugicionem, vel eius heredes, aut cui ipsi dederint, minuaverint, subtraxerint, aut aliquid amplius eis super imposuerint, vel si ab omni persona eis non defensaverint, tunc obligavit predictus Vacca se, & suos heredes componere, & dare penam suprascripto Ugicioni, & eius heredibus, aut cui ipsi dederint, bonorum denariorum lucensis monete solidos quadraginta. Hoc actum est presentia ser dimesse quondam Canini, & boni filii ugolini, & spinelli filii passinelli, & Villani filii Bocticosi.

Signum manus suprascripti Vacce, qui hoc breve scribere rogavit. Et sunt anni domini 1154. nonis decembris, Indictione 14. [1] feliciter.

Domitianus notarius, & iudex sacri palatii ibi fuit, & hoc breve scripsit, & signum manus sue imposuit.

A D N O T A T I O.

[1] SEcunda Indictio scribi debuit, aut certe tertia, initio a Kal. Septembribus sumpto.

X X V I.

Charta concessionis, seu mutui 1159., *ex Archivo S. Bartholomaei*.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo quinquagesimo nono, tertio Kalendas octubris, indictione VIII. in presencia testium, nomina quorum inferius in hac carta leguntur; Dominus gerardus abas monasterii S. Johannis in suburbio parma constructi conscilio, & voluntate omnium aliorum monachorum fratrum suorum in predicto monasterio existencium, videlicet donni andreae prioris, & donni martini massarii, & donni Senebaldi canavarii, & donni Ugonis, & donni Preite cellerarii, & donni adagerii, & donni enrici, & donni Fulconis, & donni armani, & donni giberti, & donni alberti, & donni bernardi, & donni ugicionis, & donni giberti, & omnium aliorum dedit, & concessit totam terram de Selvateno juris ecclesie S. Bartholomei pistoriensis monasterii Apostoli Christi nominatim laborario prefate ecclesie S. Bartholomei Apostoli Christi pistoriensis monasterii, quod est sub potestate, & dominio, & regimine monasterii S. Johannis de Parma, donec prefatum laborarium iam dicte ecclesie plenarie totum fuerit completum S. Bartol. apostoli pistoriensis monasterii. Et nulla persona habeat licenciam, nec potestatem auferendi, vel tolendi predictam terram de Salvatane loborario ecclesie S. Bartholomei Pistoriensis monasterii, nisi laborarium iam dicte ecclesie S. Bartholomei prius plenarie completum fuerit. Si vero aliqua persona prefatam terram in aliquo tempore a laborario prefate ecclesie S. Bartholomei per ullum ingenium, ullamve occasionem abstulerit, nisi laborarium ipsius ecclesie prius completum fuerit plenarie, sit sub vinculo anathematis, & sit anathematizatus ex parte Dei Omnipotentis, & omnium sanctorum suorum & ex parte prefati Abatis, & omnium suorum fratrum sicuti Attan, & Abiron. Completo autem laborario Ecclesie S. Bartholomei pistoriensis monasterii predicta terra de Salvatane reddeat postea ad mensam fratrum monachorum Pistoriensis monasterii ecclesie S. Bartholomei, & postea nulla persona habeat licenciam, nec potestatem alienandi eam a mensa fratrum per ullum ingenium, ullamve occasionem, quam fieri possit, & si quis eam alienaverit, sit sub vinculo iam dicti anathematis. Est autem iam dicta terra de Salvatane posita in sex locis. Posita prima pecia habet fines a mane Scarasicius, & fratres eius, a meridie flumen, quod dicitur braina, a sera filiorum Ranuccini, a nulla hora rognosa. Secunda pecia a mane rognosa, a meridie petri de S. Quirico, a sera gott' a nulla hora . . . . Tercia pecia a mane gualfredi, a meridie ipsius monasterii, a sera . . . . . . Quarta a mane spinabella, a meridie gualfredi, a sera ipsius monasterii, a nulla hora . . . . Quinta a mane . . . . a meridie . . . . . . a sera . . . . . . sexta a mane olderionis, a meridie aqua longa, a sera filiorum Tignose, a nulla hora . . . . Actum Parme feliciter.

Signum manus infrascripti Abatis, & omnium infrascriptorum fratrum suorum, qui omnes hanc cartam fieri rogaverunt.

Signa manuum Gotti filii Rogerii, Scarasicii, petri Stoxatoris, Guidotti de baile, dispoliati Adami de porcario, scuti ad collum, Enverardi mancini, Saraceni Betani, Ugicionis asinarii, qui fuerunt rogati testes.

Ego

Ego Gerardus abas SS.
Ago Andreas prior SS.
E[illegible]o frater Adegerius SS.
Ego Aubertu SS.
Ego frater Fulco SS.
Ego B. P. subscripsi.
Ego frater Savine SS.
Ego Senobaldus monachus SS.
Ego Ugo frater SS.
Ego Martinus subscripsi.

Ego Albertus Notarius Sacri Palatii, qui p̄ borellus vocor, rogatus scripsi hanc cartam.

XXVII.

Breve investitionis a. 1156. ex Archivo S. Michaelis Pistoriensis.

IN Christi nomine breve recordationis ad memoriam habendam, vel retinendam Poster. qualiter actum est apud Monasterium S. Michaelis de Furcole, presentia bonorum hominum, quorum nomina inferius scripta ponuntur. Domnus Bonus Dei gratia humilis & religiosus Abbas suprascripti Monasterij obligavit se per investitionem in manibus Domni Floris Dei gratia Abatis Monasterii Aecclesie Sancte Marie de Paciana, quod ab hac hora in antea ipse, & eius Successores, aut eorum missus reddent, & dabunt omni anno in mense Decembri de uno manso, qui est positus ad casale, quod dicitur mansus Cuscore, & regitur per sannellum salvaticum, & per nepotes, & consortes eius suprascripto Flori Abbati, & eius successoribus, vel eorum certo misso pensionem denarios sex bonos lucensis monete, quam si omni anno in suprascripto mense non dederit, & non persoluerit eis, ut dictum est, suprascriptus Bonus Abbas se & successores suos obligavit, se suprascriptam pensionem suprascripto Flori Abbati, & eius successoribus duplam componere & restituere.

Hoc actum est presentia Strinnati filii Lotteringi, & Ternadori Pogiali, & Oliverii quondam. *

* deest in ipso autographo

Signum manus suprascripti Domni Boni Abbatis, qui hoc breve scribere rogavit, & sunt anni Domini Mill. CLVI. mense Februarij. Indict. IV. fel.

Domitianus Notarius, & Judex sacri palatii ibi fuit, & hoc breve scripsit, & signum manus suae imposuit.

XXVIII.

Breve convenientiae, vel pacti, a. 1161., ex tabulario Pist. S. Michaelis.

IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis anni ab Incarnatione Domini nostri Jeshu Cristi 1161. regnante Federicus Imperator. 9. Kal. Maii. Indictione 9. Omnis convenientia, vel pactum, qui inter homines aguntur, in tabulis, vel in membranis oportet denotari, quod altercatio non fiat inter homines. Ut verius agnoscatur in presentia bonorum hominum, quorum nomina hec sunt, Ugo filius Ricardi de monte Incese, & Presbiter Petrus de bathi, & Gerardus filius Martini Petri Mori de bathi; In istorum presentia fecit Archipresbiter Gerardus de plebe Sancti Petri de sucethe per parabolam Presbiter Bernardus, & omnes in simul convicini de stagno.

Breve recordationis ad Aecclesia Sancti Hyllarii confessoris, & in persona Presbiter Petrus, & suis fratribus, & successoribus. Quia vicini nullo modo non debet acquirere ullum datum pro communo ad eius Ecclesia predicta, & nec a presbiter predictus, nec a suis fratribus & successoribus eiusdem Ecclesie, & si hoc quod supradictum est, non observabunt illi predicti populi, & eorum heredibus ad Ecclesia, & ad presbiter, & suis fratribus, & successoribus, compossituri erimus nos predicti pene nomine 20. solidos denariorum lucensium, & post penam solutam hoc breve firmum, & stabile permaneat, & in semper aliis rebus, & parabolis. Quia Ecclesia Sancti Hylari, & presbiter, & suis fratribus,

bus, & successoribus, quando Ecclesia de Stangno, & Ecclesia de Bathi vindemiant, & ipse similiter vindemiari semper in omni tempore, & illud honorem, quem habent predicte Ecclesie in Bathi, & Ecclesia Sancti Hyllari, de hanc rem predictam similiter & pascolare eorum bestie & pecunia sine pariscenti damno ubicumque volunt.

Actum in Bathi iuxta Ecclesia Sancti Prosperi.

Signum manibus Archipresbiter Gerardus de plebe Sancti Petri de fucete per parabola presbiter, & omnes convicini de vico, qui vocatur Siagno, qui hoc breve fieri rogavi.

Ego Ribaldinus Tabellio sacri palatii in Dei nomine scripsi hunc brevem.

XXVIIII.

Charta commutationis a. 1200., ex tabulario Pist. S. Bartholomaei.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei eterni, anno ab eius Nativitate millesimo ducentesimo, Indictione tertia XV. Kal. Maij. Nos Buraettus, Truffa, Amikiettus, & Prodomus operarii, & rectores opere Ecclesie S. Bartholomei consensu, & parabola Parrochianorum ejusdem Ecclesie damus, concedimus, & tradimus jure proprii in commutationem sub defensione pene dupple ab omni persona tibi Boncompagno quondam Jannelli, videlicet unum petium terre, quod est terra scajora, & terra panora positum in loco casagio nominato, quod terre finatur ab uno cum terra tua, a secundo cum classo, a meridie cum terra eiusdem opere, ab occidente Consilii quondam Paradisi. Quapropter ad invicem ego dictus Boncompagnus do & trado iure proprii in commutationem vobis iam dictis operariis, & opere S. Bartholomei, & hospitali tantam de mea clausura ab oriente posita ad limitem, que sit una iusta culira ad perticam mensure Ilprandi Regis quattuor panora minus; excipio inter hedificium domus, & superficiem, & terre finatur ab uno cum terra Spilliati filii Trajetti, a secundo Arcipretti Cilciori, & Palmerii, a meridie Spilliati, & Turkii quondam Lamberti, ab occidente cum terra mea. Insuper quoque addo vobis solidos triginta bonorum denariorum Pisanorum, & refuto cum pacto de cetero non petendo eidem opere annuam commestionem, quam hactenus eadem opera mihi dabat pro pensione sex denariorum, quam pensionem annuatim eidem opere solvere debeo sine commestione, de qua refutatione & prefata mea comutatione, ut superius describitur, una cum inferioribus, & superioribus, seu cum accessionibus & ingressibus, & finibus, & iure, & actione sua nihil in mihi reservans. Faciatis alterius vos prefati operarii iure, & nomine suprascripte opere, & hospitalis, & vestri successores, aut cui dederitis iure proprietario; quod volueritis, sine omni mea, & heredum contradictione. Quin etiam ego dictus Boncompagnus pro me & meis heredibus vobis iam dictis operariis, & rettoribus vice suprascripte opere, vestrisque successoribus, aut eidem homini, cui hanc meam commutationem dederitis, vel habere decreveritis ab omni homine contradicente nostris expensis repromittimus defendere, & aliquando nullo modo litigare, alioquin in duplum restituere sub extimatione, qualis tunc fuerint in consimili loco, renuntians omni iuri, & exceptioni, quibus aliquo modo vel ingenii argumento tueri possemus contra aliquod predictorum. Ex tali modo Deotifeci Judicem in burgo S. Bartholomei scribere rogavi testibus presentibus ad hanc convocatis, & rogatis Folliarino quondam Ramisini, Guidotto Guarnerii, Bricciardo quondam Cotenne, Guilielmo quondam Guoti Buoso Marinelli, & Jacobo Diraldelli.

Ad hec presentia eorumdem testium predicti operarii reddiderunt predictam cularam terre quattuor panora minus iure affitti suprascripto Boncompagno sub annuo affitto mense Augusti octo uminarum boni grani vendibilium currentium mercati Pistoriensis infra muros Civitatis reddendo suprascripte opere, unde ipsi rectores & operarij obligando se, & successores suos sub pena X. librarum bonorum dena-

denariorum Pisanorum promiserunt hanc terram ab omni persona defendere suprascripto Boncompagno, & eius heredibus, & cui dederint:

Signum manus Deotifeci Judicis, & sacri palatii Notarii rogatu suprascripti Boncompagni, & suprascriptorum hanc cartam diligenti fide scribentis.

X X X.

Statutum Florentinorum de emptionibus, & acquisitionibus bonorum in agro Pistoriensi, ex libro Nicchio pag. 103. t.

IN nomine Domini amen 1270, Indictione 14. die 16. mensis Octubris magnificus, & excelsus milex Dominus Berardus de Rayeno Domini Regis Sicilie Consiliarius, & in regimine Florentie Vicarius ex autoritate Consilii generalis, & nonaginta Comunis Florentie ex suo precepto sono campane, voceque preconia, ut moris est, congregatis in palatio Comunis populi Florentini, & Capitudines Consiliariorum cum eo vice, & nomine Comunis Universitatis, & hominum de Florentia, & pro ipso Comuni Florentino, & Universitate fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt eorum, & dicti Comunis, & Universitatis Sindicum Ursum Belliotti presentem; & suscipientem ad promittendum Sindico Comunis Pist. pro ipso Comuni Pist. secundum formam statutam, quod nullus de Civitate Florentie, vel districtus ulterius emet, vel acquiret in districtu Pistor. aliquas possessiones sine licentia eiusdem Comunis Pist., & ad obligandum, & promittendum ipsi de causa in eodem contractu Sindico Pist. omnia bona Comunis Floren. cum adiectione pene, & ad omnia, & singula faciendum, & promittendum, que circa predicta videbitur expedire, & fuerint opportuna, & propter que predicta magis possint expectari. Promittente quolibet pro se, & suo nomine, & vice, & nomine Comunis Florentie se firmum, & rathum habere, & dictum Comune Florentie quidquid ab eo factum, & procuratum fuerit super predictis. Acta sunt hec omnia Florentie in Palatio Comunis, & populi Florentini presentibus testibus Mattheo de Atiia, & Artimagno de Ripatranxonibus Notario Domini Vicarii, & aliis pluribus.

Ego Carradore Giraldi Notarius pro Comuni Florentie Scriba reformationum Consiliorum Comunis eiusdem supradictis omnibus interfui, & ea omnia rogatus publice trascripsi.

X X X I.

Charta investitionis feudi a. 1280. ex libro MS. inscripto Memoriale delle vite degli Uomini illustri della Famiglia Forteguerri.

IN Dei nomine Amen. Venerabilis Pr. Dominus Guidaloctis miseratione divina Pistoriensis Episcopus cupiens in bonis Predecessorum suorum imitari vestigia, & incomparabilem thesaurum per Predecessores suos Pistoriensi Ecclesiae acquisitum, Amicos videlicet & Vassallos Episcopatus eiusdem omni, qua potest, cura & solicitudine conservare, & amorem, & servitium Episcopatus eiusdem; & praesertim nobiles, & potentes Viros de Tedicinghis, & Forteguerris, quorum auxilium, & consilium Episcopatui sensit hactenus fructuosum; Feudum eisdem Nobilibus, & Predecessoribus suis concessum antiquitus, scilicet decimas omnium possessionum, quae fuerunt nobilium dictorum Parentum, & etiam Vassallorum suorum, & earum etiam, quas in Villa de publica Pistoriensis Diocesis nunc tenent, & possident, tenuerunt hactenus, & possiderunt personae praedictae, praefatis nobilibus, & eorum filiis, & nepotibus ex eis legiptime descendentibus, cognitione & deliberatione praehabita, solemniter confirmavit, & eosdem nobiles ad perpetuam firmitatem de dicto Feudo investiens in signum inve-

inveſtiturae porrexit Domino Jacobo quondam Domini Fortebracci, recipienti pro ſe, & procuratorio nomine dictorum Vaſſallorum, ſcilicet Domini Ermanni quondam Domini Arrighi, Domini Bonaccurſi, & Maſcini fratrum ſuorum, & filiorum quonda dicti Domini Fortebracci, & Gini, & Lanfranchi fratrum, & filiorum quondam Domini Ranuccii de Tedicinghis, ſicut de ipſo Procuratore conſtat in quodam publico Inſtrumento confecto manu Gerardi Notarii filii Ugolini de monte Catino a me Stephano Notario infraſcripto viſo & lecto, & in alio Inſtrumento ſcripto manu mei Notarii Stephanj memoratj, & Domino Nicolao Judici filio Bonaguidae quondam Domini Truffae recipienti pro ſe, & procuratorio nomine pro Domino Joanne Judice quondam Domini Arrigi Bonaguida predicto, & Guccio quondam Domini Arrigi Magiſtro quondam Domini Fortiguerrae, Joanne quondam Gentilis, & Tedicio quondam Napoleonis de Fortiguerris, pro ut continetur de ipſo procuratorio in publico Inſtrumento confecto manu mei Stephani Notarii antedicti, & Guglielmo quondam Domini Nicolai recipienti pro ſe, & Domino Tedicio fratre ſuo, & filio quondam Domini Nicolai dicti procuratorio nomine pro eo, ſicut patet de ipſo procuratorio in publico Inſtrumento confecto manu Ubaldi Manni Notarii a me Stephano Notario infraſcripto viſo & lecto, & pro omnibus aliis Domus de Tedicinghis, & Forteguerris recipientibus baculum, quem tenebat in manibus. Ita tamen, quod Rectores Eccleſiarum Sanctorum Angeli, & Sebaſtiani de publica, qui nunc ſunt, & qui pro tempore fuerint poſſeſſores, & quaſi dictarum decimarum adminiſtrationem & diſtributionem habeant, & retineant, ut nunc habent, & melius & plenius habuerunt temporibus retroactis. Dans & concedens Presbiteris Diomeldiedi & Jacobo Rectoribus dictarum Eccleſiarum pro ipſis Eccleſiis, & eorum ſucceſſoribus recipientibus de voluntate, & conſenſu nobilium praedictorum liberam poteſtatem, & licentiam dictas decimas petendi, & exigendi, & vendicandi a quolibet detentore, & ad ſolutionem, & ſatisfactionem ipſarum quemlibet compellendi, & compelli faciendi, non obſtante conceſſione, ſi quam fecit Plebano, & Plebi de Caſale, de decimis percipiendis in ſuo Plebatu, cum non fuerit intentionis ſuae per talem conceſſionem, vel privilegium in aliquo derogare juri predictorum nobilium, & Rectorum predictarum Eccleſiarum in Feudo praedicto, nec concedere eidem Plebano, vel Plebi decimas ſupraſcriptas. Promittens nobilibus antedictis ſtipulantibus nomine ſuo, & nomine predictorum Rectorum, quod ſuper dictis decimis recuperandis, & exigendis eiſdem, & pro eis ſuam auctoritatem, & iuriſdictionem, quantum de iure poterit, exhibebit. Et verſa vice dicti Domini Jacobus, Nicolaus, & Guiglielmus pro ſe ipſis & procuratorio nomine pro praedictis nobilibus praefato venerabili Patri fidelitatis iuramentum corporaliter praeſtiterunt, promittentes, quod fideles erunt dicto Domino Epiſcopo & Eccleſiae Piſtorienſi, & eius ſucceſſoribus canonice inſtituendis. Non erunt in conſilio, neque in facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Conſilium quod per ſe, vel per litteras, vel per Nuntium manifeſtabitur ad damnum dicti Domini Epiſcopi, & Epiſcopatus, nemini revelabunt. Adiutores erunt eidem ad defendendum eumdem & Epiſcopatum, & privilegia, & iura ipſius, in quantum poterunt, contra omnem Perſonam firma & illibata reſervabunt.

Actum Piſtorii in Palatio Epiſcopali coram Presbytero Benvenuto Rectore Eccleſiae Sancti Juſti Piſtorienſis, & tunc Camerario dicti Domini Epiſcopi, Presbytero Segnorante Rectore Sanctae Mariae de Piteccio, & Presbytero Buldrone Rectore Eccleſiae Sanctae Luciae de Pancore Piſtorienſis Diaeceſis teſtibus ad hoc vocatis, ſub Dominicae Nativitatis anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo, Indictione VIII. die 11. intrante menſe Martij.

Ego Stephanus quondam Diedis Imperiali auctoritate Judex ordinarius, atque Notarius omnibus ſupraſcriptis interſui, & rogatus predicta omnia ſubſcripſi, & publicavi.

XXXII.

XXXII.

Locatio a. 1294., ex Archivo Capituli Pistoriensis.

IN nomine Domini Amen. Meus quondam Domini Lanfranchi de Celle, & Nuccius quondam Nerj de Vincio simul, & quilibet eorum in solidum promiserunt, & convenerunt per solemnem stipulationem, & ex certa scientia, & non per errorem Venerabili Patri Domino Thomae Dei gratia Pist. Episcopo recipienti per se, & suis successoribus in Episcopatu Pist. reddere, solvere, & prestare ipsi Domino Episcopo, & Episcopatu in Civitate Pist. in Palatio Episcopali annuum affictum stariorum trium boni, & puri, & sicci frumenti ad rectam mensuram Civitatis Pist. omni anno de mense Augusti pro uno petio Terrae olivatae, vineatae, & querciatae posito in Territorio de Celle loco dicto Valle calda, cui petio terrae sunt fines a primo Domino Orlandetti via vicinali mediante; a secundo Domini Contis, Domini Lanfranchi, a tertio Domini Mej via vicinali mediante, & Domini Contis, & Ecclesiae de Celle, a quarto Heredum Nuti via vicinali mediante, a quincto Domini Contis, quae petia terrae dicti Meus, & Nuccius confessi sunt, se tenere & possidere, quod affictum trium stariorum frumenti Zeus quondam Neri, & Nuccius suprascriptus eius frater, & Nerus Pater eorum reddebant, & soliti erant reddere Domino Episcopo, & Episcopatu de dicto petio terrae, ut dicitur in carta facta manu Sarcinj olim Notarij, & nunc dictus Meus reddere tenetur ex venditione sibi facta a dicto Zeo de ipso petio terrae, ut dicitur in carta facta die presenti per me Notario. Quam promissionem, & omnia suprascripta promiserunt dicti Meus, & Nuccius ambo simul & in solidum predicto Domino Episcopo semper firma & rata habere, & tenere, & in contrarium non venire, & damnum, & expensas, & omnia reficere sub paena, & ad paenam dupli dicti affictus solemniter promiserunt, & paenam soluti, lege si rata maneant, obligantes interim se se in solidum & eorum haeredes, & dicta petia terrae renuntiantes conditioni sine causa, lege ex iniusta causa, & exceptione doli mali, & auxilio de duobus reis, & Epistolae D. Adriani, omni alio iuri, & legum auxilio, quo se possent a predictis, & aliquo prædictorum defendere vel tueri. Actum apud Domum dicti Domini Episcopi ad Umbronem prope pontem denarium praesentibus Domino Dosticcio Canonico dicti Domini Episcopi, Giovannino & Puccio Bonafedis familiaribus dicti Domini Episcopi testibus rogatis sub anno a Cristi Nativitate 1294: die 14. Novembris.

Ego Balligante quondam Guarnerii Imperiali auctoritate Judex & Notarius praedictis omnibus intersui, & rogatus ea scripsi, & publicavi.

XXXIII.

Confessio adceptae pecuniae, ex tabulario Monachorum Vallumbrosanorum Pistoriensium.

IN Dei nomine Amen. Anno Incarnationis Dominice millesimo ducentesimo nonagesimo ottavo, Indict. undecima die XXVIII. Septembris. Noverint universi presens publicum instrumentum inspecturi, quod venerabilis & discretus Vir Dominus . . . . . . Abbas Monasterii S. Trinitatis de Florentia Ord. Vallis umbrose deputatus ad infrascripta facienda a Reverendo Patre Domno Rogerio divina Gratia Monasterii, & Ordinis Vallis umbrose Patre Abbate, interrogatus a Donno Laventura Monacho, & Sindico Monasterii Fontis taonis Ordinis predicti Diocesis Pistoriensis, est in veritate confessus se habuisse & recepisse ab eo solventi vice & nomine Abbatis & Monasterii predicti Fontis taonis, & pro ipso Abbate, & Monasterio florenos auri settuaginta otto boni & iusti ponderis & de puro auro pro duabus partibus de florenis auri centum decem & septem eidem

Mona-

Monasterio impositis secundum impositionem factam in toto ordine Vallis umbrose, seu inter Monasteria, & loca dicti ordinis a dicto Donno Abbate Vallis umbrose pro expensis ab eo factis, sive occasione expensarum factarum in Romana Curia ab eo de mandato Sanctissimi Patris Domni Bonifacii Pape VIII. renunptiando exceptioni non habite, non numerate, & ponderate pecunie, quam exceptionem promisit non opponere.

Actum Florentie in predicto Monasterio Sancte Trinitatis, presentibus testibus Lapo Compagni de Passignano, & Guidone olim Frederici de Regio ad hec vocatis, & rogatis.

Ego Augustinus natus de Sancto Johanne majore de Mucello Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius publicus predictis omnibus presens interfui; & ea omnia rogatus scripsi, & publicavi, meumque signum apposui. Feliciter.

XXXIV.

Confessio adceptae pecuniae, ex Archivo S. Michaelis Pistorii.

IN Christi nomine Amen. Reverendus Vir Dominus Cancellerius Domini Guglielmi de Cancelleriis Canonicus Ecclesie Pistoriensis deputatus per Venerabilem in Christo Patrem Dominum Barontum Episcopum Pistoriensem super recolligendam a Clericis, & personis, & locis Ecclesiasticis Civitatis, & Diocesis Pistoriensis pecuniam decime sex annalis pro passagio . . . . . imposite per felicis recordationis Dominum Johannem Papam XXII. & publicate per Sanctissimum in Christo Patrem Dominum Benedictum Papam duodecimum, habuit & recollegit pro prima paga primi anni dictorum sex annorum suprascripte decime a Domino Andrea Abbate Monasterii Sancti Salvatoris fontane taonis solvente pro dicto Monasterio, & libras undecim & solidos duodecim. Actum Pistorii in Palatio Episcopali presentibus Ser Sancto Ser Bonaccursi, & Domino Iohanne Plebano Plebis de Celis testibus ad hec vocatis sub anno Domini 1335. indictione quarta die septimo mensis Septembris.

Ego Symon quondam Ser Francisci auctoritate Imperiali Iudex ordinarius & Notarius predictis interfui, & ea subscripsi, & publicavi.

ADNOTATIO.

SEquitur similis cartula inscripta *secunde page dicti primi anni predicte decime recollecte per presbiterum Bartholomeum rectorem Ecclesie S. Anastaxi deputatum per dictum Episcopum anno 1336. die ultimo Januarii.*

XXXV.

Exemptio ab impositis decimis, ex Archivo Opere S. Jacobi Pist.

REverendus in Christo Pater, & Dominus Dominus Iulianus Dei & Apostolice Sedis gratia Sancte Pisane Ecclesie Archiepiscopus, Sardinee & Corsice Primates, & dicte Sedis in eis legatus, in Provinciis Civitatibus & Diocesibus sub dominio magnificorum, & excelsorum Dominorum Communis Florentie una cum Reverendo in Christo Patre & Domino Domino Amerigho Archiepiscopo Florentino per Sanctissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum Dominum Martinum divina providentia Papam quinctum super decimis indictis generalis collector spetialiter deputatus, intellecta petitione, & exposito coram eo pro parte honorabilium, & egregiorum virorum Operariorum opere, seu fabrice Sancti Iacobi Apostoli de Pistorio humiliter petentium, se dictis nominibus absolvi, liberari, & eximi, & dictam operam Sancti Iacobi suprascripti a solutione decime nuper imposite, & indicte per Sanctissimum in Christo

Christo Patrem & Dominum nostrum Martinum Papam quintum, & ad contribuendum una cum Benefitiis ecclesiasticis Diocesis Pistoriensis, ac Civitatis, & piis locis, visis Consiliis super causam redditus per famosos, & egregios decretorum doctores, videlicet Dominum Stephanum Bonacursi, & Laurentium de Ridolfis, & Zenobium de Guasconibus Cives, & Advocatos Florentinos consulentes secundum prefixum causarum operam ipsam, seu operarios, aut fabricam, sive locum Sancti Iacobi Apostoli predicti fore, & esse profanum, seu profanam, fundataque per laicos, & ita regi, & gubernari, & habita plenaria informatione a fide dignis predicta vera esse, dictaque opera per mere laicos gubernari, ac regi omni meliori modo, via, forma, & nomine, quibus magis ad melius potuit, ac potest auctoritate sui collectoriatus offitii, & dictarum litterarum Apostolicarum vigore operam ipsam Sancti Iacobi Apostoli, & ipsius operarios ab huiusmodi prestationibus, & solutionibus decimarum, sive decime nuper imposite, in presentia mey Notarii publici infrascripti, & testium infrascriptorum cum omnibus suis membris liberavit, & absolvit in totum decernens operam ipsam, seu locum sub literis Apostolicis non comprehendi, nec premissis decimis gravari, inquietari, distringi, aut molestari debere, aut posse nunc, & in futurum. Et taliter me Tomassum de Campilia Notarium rogavit, ut de predictis publicum conficiam instrumentum, sigilli eiusdem Domini Collectoris impressione munitum. Datum, & actum presens in Archiepiscopali Palatio presentibus vener. viris Domino Iohanne de Vico Canonico Pist. & presbitero Nicolao olim Michaelis de Pistorio testibus ad predicta vocatis specialiter, & rogatis, Dominice Incarnationis anno millesimo quadringentesimo vigesimo nono Indictione VII. die primo Martii, Pontificatus suprascripti anno duodecimo.

Ego Tomasus filius olim item Tomasi de Campiglia Civis Pist. Imperiali auctoritate Notarius, atque Iudex ordinarius predictis omnibus, & singulis interfui; eaque omnia & singula rogatus scribere scripsi, & de mandato prefati Domini Collectoris publicavi cum signo, & nomine meis consuetis appositis in fidem & testimonium omnium premissorum, & quod de addictione, videlicet ubi dicitur cum suis membris mihi constat, ideo hic mentionem feci.

CLASSIS XII.

Lites.

PARIDI. COMITI. PALLOTAE.
MACERETENSI. ACADEMIAE.
CATENATORUM, ORNAMENTO.
SINGVLARI. SOCIETATIS. JESV.
AMICO. OPTUMO. ET. RARISSIMO
INLVSTRI. DOCTO, PIO.
FRANC. ANT. ZACHARIAS. EIVS
DEM. SOCIETATIS. PRESBYTER
EXTREMAM. HANC. VETERVM
MONVMENTORVM. CLASSEM.
DEDICAT. CONSECRATQ. B. M.

I.

Johannis Pistoriensis Episcopi repromissio Balsari Lucensi Episcopo, A. DCC. *edita mendose a Muratorio* (T. V. *antiquit. Col.* 329.) *nunc iterum prodit ex autographo, quod adservatur in tabulario Lucensis Archiepiscopii.*

IN Nomine Domini Dei nostri Iesu Christi, repromitto tibi Balsari Dei gratia Episcopus, me ad filio meo Iohannis electus Civitati Pistoriensis Sacerdotibus, ut iusto moderamine conservemus fermitatem, quotiens alia inter bo. . . . . . Eporis evenerat bonae voluntati . . . . . . Et si de officiorum . . . . . Ecclesiasticis oportet de ea, quae semel fecerit, per scripto fermari, & ideo autori Deo prometto, adque spondeo Iohannis electus Civitatis Pistoriensis tibi viro beatissimo Balsari Episcopus, postequam me populus Pistoriense in loco Episcopati elegerunt, recordati somus, eo quod de Deocisis ab Lucano Episcopus semper fuerunt, & menime potuimus foris tuo consilio Episcopus praedictus in ipso loco proficiscere, recorrentis Nos ad orationivus petivimus licentiam, ut in eo loco Episcopatio nos suscepere deueremus, si tamen ut ab governatione erga Eglesiae Pistoriensis Patrocinio, sic, ita ut dum aduivere meruerimus Ordinationem Presbiterorum Diaconorum faciendam una nobiscum, sed ut sanctitas peragendum, & hoc repromitto tibi Domnus Balsari Episcopus, vel successoribus tuis de Eglesiae, vel qui prope nos esse videtur, me nunquam esse causator, neque subtragendum de vos hoc ipse Eglesiae, vel & si subtraere voluero, Ego Iohannis per me ipsos de Neore . . . . vel celsis Eglesiae, vel per somessione alio viv. . . . . . . promessionem ire tentaverimus, componat parti vestrae auri soledos centum pene . . . . . causa sed in omnibus adimpleta qualiter decrevimus, & amodo Dei incorratur iudicium, & ad sagrosancto Altario sed remotus, si ego Iohannis, & cum causavero de suprascripta repromissionem per Domino Genitore meo Adroald Abbas vovis suprascriptae parti pars elegiuui, & propria confermationem, vel conscriptionem manevus meis, vel Sacerdotum meorum tradidi scribendum. Actum in Domo Sanctae Ecclesiae Civitati Lucense sub die duodecima Kalendarum Iuniarum Indictione decima tertia.

II.

I I.

Judicatum A. DCCXVI. inter Talipperianum Lucensem, & Johannem Pistoriensem Episcopos ex Tabulario Lucensis Archiepiscopatus emendatius, quam prodierit a Muratorio (Tom. V. Antiquit. Col. 913.)

DUM ex iussione Domini precellentissimi Luitprand Regis coniunxisse ego Ultianus Notarius, & Missus Dumini Regi ad Baselica S. Petri locus, ubi dicitur Neure ad intentionem, quam vertebatur inter ab Talipperiano Episcopo, nec non & Iohanne, idest Episcopo Pistorie, esset deliverandum, & iam inibi conjunxissemus ego, qui supra Ultianus una cum Speciuso Episcopo, & VValpert Duci, Alakis Gastaldio, vel aliis singoli circumstantibus. Unde nos inquirentes per Vitaliano Presbitero, a cuius ipsas Diocesis a tempore Romanorum, & Longobardorum fuissent, qui nobis professus est, quod ipsas Aedocias semper a parte Lucense fuessent, & qualiter Dei per Evangelia firmavit. Postea vero dicto, & suprascriptus Iohannes Episcopus, & Anjullo Presbiter ipsius Iohanni', quod Eglesias Sancti Andree, ubi est Baptesimus, una cum Eglesia Sancti Hierusalem nostra devent esse. Ad haec respondebat iam dictus Vitalianus Presbiter, non est veretas, nisi dum menime potera concurrere ad tantas Eglesiam Baptismum facere, sic ipsas Eglesias Sancti Andree cum Baptisterio suo, & Sancti Hierusalem tibi prestaremus, ut inivi Missa, & Baptismum facere deveris, dum usque nobis placitum fuerit, nec per lege ipsas Aeglesias vobis dimittere deveo. Unde nos supra scripti Iudices degrevimus, ut presbiter Vitalianus dicere iuratus, quod ipsas Aeglesias Sancti Andree cum Baptisterio suo, & Sancti Ierusalem a tempore Romanorum usque, & modo semper sub iura Eglesiae Sancti Petri fuerunt, nec per lege eas vobis dimittere deveo. Quidem & ipse Sagramentum in nostris presentia deductus est, ut in eadem deliverationem deveant permanere. Unde hanc notitio Iudegati Ebregausus Notarius Regi.... scribere commonuemus. Facta notitia Iudegati mense Februarij Regnante Domno Luitprando Regi Anno quarto Indictione XIIII. feliciter.

I I I.

Judicatum Anno 806., ex Tabulario Canonicorum Regularium Sancti Bartholomaei.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Karolus Serenissimus Augustus a Deo electus, & coronatus, magnificus, & pacificus Imperator Romanum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum, & Langobardorum, ac patricio Romanorum in Etalia postquam Papia Civitate ingressus est Anno trigesimo tertio, & Filio eius Pipino Regem Langobardorum Anno Regni eius vigesimo sexto mense Augusto per indictione quartadecima. Feliciter.

Dum in Dei nomine nos Guillerad Religiosus Episcopus Sanctae Pistoriensis Ecclesiae, seu Iohannes Scabino, nec non Petrus Guasso Domni Regis resedissemus in iudicio ad singulorum hominum iustitiam faciendum, ac deliberandum, residentibus nobiscum Mangenrad Comes, Rachinari Gastaldius, Isferad presbiter, Averolphus Diaconus, Tassimanno, & Iohannes Filio quondam Gregorij, Anselmi Filio quondam Alchilij, & reliqui plures, ibique eorum omnium advenere presentia ad invicem inter se altercationis haventis Gisilari Filio quondam Gisoni, qui causam curtis Domni Regis peragebat, nec non & Gisilare Scabino, qui tunc procurator erat Monasterij S. Bartholomei, ubi Ildepert Abbas preesse videtur; tunc pulsantes eos ipse Gisilari Filio quondam Gisoni dicens, pro quod abet da parte Monasterij Ecclesia, & Casas, & res Sanctorum Petri, & Pauli, & Sancti Anastasij intra hanc Pistoriensem Civitatem, qui fuit quondam

dam Ratperti, quem a parte curtis Domini Regis pertinere debetur. Tunc dixit Gisilari da parte Monasterij, non est veritas, quod, Ecclesia, vel res ipsa a parte curtis Domni Regis pertinere deveat, eo quod ecce monimina prae manibus habemus, quomodo Ecclesia, & res ipsa S. Monasterij Beati Bartholomei debet pertinere. Idcirco nos auditores fecimus moniminas coram nos relegi ipsas. Conscriptum erat unum ex ipsis per manus quondam Teauderam Notarij contenentes in eum, quomodo his ipse Ratpert offeruerat Monasterij S. Bartolomei quartam ratione ex omnibus rebus suis, & insimul mundium, & frea Gumperge, & Gise filiae suae, cum omnes leges, & pertinentias earum, qualiter eis pertinuerunt una cum personas illarum, ut quatenus sub obedientia Abatissae, & sub statuta regula in Monasterio S. Gregorij cellula ipsius Monasterij S. Bartholomei permanere deberent, & reliqua quarta ratione ex sua substantia judicaverat, & tradiderat Dominici, qui tunc fuit Abbas ipsius Monasterij, ut quatinus per eum, vel per posteris atque successoribus suis post decessum ipsius Ratperti deverent esse venundatas pretio tollendum pro Anime eius dispensandum, aut eas res, sibi emere volerent, stavile ordine debeat permanere, & per ipsa cartula ipse Ratpert ordinaverat, & firmaverat iam dictus Dominicus Abbas, vel posterisque successoribus eius in suprascripta Ecclesia Oratorio Beati Sancti Petri, & Pauli, seu Anastasi, quem in suo privilegio intra hanc Civitatem nostram Pistoriense edificare visus fuit, ut quatenus ab illo die in ipsius Abatis, vel de posterisque successoribus eius; ipse secundum Oraculum potestatibus subiaceret, vel de ipso Monasterio S. Bartholomei una cum omnis edificia case, seu curte, orto erga ipso Oratorio suo omnia in integrum. In illa medietas de res sua quem, sicut supra legitur, iudicaverat, pertinere devetur; in ipsa sorte, & filie eius, qui ei legibus succedere potuissernt accipere salvatione pro ipse edificia, & pro solamenta, & curte, & orto in alie loca ubicumque haberent: rursum nobis ipse Gisilari procurator ipsius Monasterij ostendit cartula, ubi legebatur quomodo iam nominatus Dominicus Abbas firmaverat in Arimund presbitero suprascripta Ecclesia una cum edificia, Case, seu curte, & orto erga ipsa Ecclesia in eius esset potestatem officio peragendum, seu missa, & luminaria in ipsa Ecclesia faciendum, & res ipsius quondam Ratperti de quantum ipse Raitpert per Dotas decreverat medietas excepta personas hominibus. Nam ut dictum est, alia res medietas in eius firmaverat potestatem usufructuandi una cum Rachipert, & Austrualda filia ipsius Ratperti, & curte, vel res ipsa regendum, elemosina tribuendum, &post obito ipsorum Arimund, Rachipert, Austrualda omnia, tam ipsa Ecclesia, & case, & res in eiusdem Abatis, vel ipsius S. Bartholomei Monasterij, & ad eius rectoris reverteret potestatem. & dominationem. Unde tunc, dum supra scripta moniminas relegi fecimus, & cognovimus eas continentes omnino, ut supra declaravimus, continuo ipse Gisilari, qui causa curtis Domini Regis peragebat, dixit: nichil nobis impediunt moniminas hanc, quas ostendistis, quia ego possum talem consignationem facere, quomodo pars curtis Domni Regis de casas, & res quondam Ratperti hic intra hanc Pistoriensem Civitatem investita fuit, & Austrualda exinde a parte Domni Regis servitium faciebat. Quapropter nos, qui supra, auditores iudicavimus, & fecimus ipso Gisilari da parte curtis Domni Regis a parte ipsius Sacri Monasterij S. Bartholomei dare guadia consignatione ipsa faciendi, sicut dixerat, unde dum postea in constituta die utrisque partibus revenerunt ante nos iam memorati auditores, ipsis causatoribus adduxit ipse Gisilari da parte Domni Regis testimonia. Id sunt Fusulo filio quondam Bautoni, Formusulo filio quondam Guillerad, Maurello Ciavario, & Gregorius, qui nobis singulatim, ac separatim ab invicem diligenter, & studiose ad nos inquisiti equabiliter nobis testimonium unum dederunt. Scimus de casa, & res illa, que fuit Rapert Genitori Austroalde intra hanc Pistoriensem Civitatem, unde intentio est inter parte Domni Regis, & pars Monasterij Sancti Bartholomei, quia exinde fuit parte curte Domni Regis investita, & homines curtis Domni Regis inivi, intererat & ipsa Austrualda exinde a parte Domni Regis. Idem Amulrichi, & ad Adalperti Comitibus servicium faciebat, & tutoris eius erant Gisilari, & Teudici, qui exinde

a parte

a parte Domni Regis causa peragebat, & qui hoc scimus, sunt annos quinque, & amplius; sed quia non dixerunt ipsi testibus, quod casa, & res ipsa pars Domni Regis per quinque annos possedisset, & qualiter ipsi testibus dixerunt, per Sacramentum firmaverunt testimonium suum. Et insuper ipse Gisilari da parte Domni Regis iurato dixit per haec Sancte Dei Evangelie, quia qualiter testi suprascripti de causa ista da parte Domni Regis testimonium reddiderunt, veritatem dixerunt. Pro ideo nobis sæpe nominatis auditores recte paruit, ideo iudicavimus, & fecimus exinde secundum suprascriptorum testimonium pars curtis regie revestire, ita ut post revestituram adhuc exinde iudicium haberent. Ob hoc post ipsa revestitura ipse Ildipert Abbas cum alio procuratore suo idem suprascripto Petrus Guasso Domni Regis reversus est ante nos iam nominatus Guillerad Episcopus, & Damiano Scabino de barbo . . . . . in iudicio in presentia ipsius Comitis; ubi erant nobiscum Johannes filius quondam Gregorij, Isserad presbiter, Tassimanno, Petrus filius Iohannis, Averolphus Diaconus, Guitterad, & alii plures, ibique coram nos omnes ipse Petrus asseruit supra scripto Gislari contra partem Domni Regis dicens, Ecclesiam Beatissimorum Sanctorum Petri, & Pauli, & Anastasii, & casas, & res ipsas, qui fuit quondam Ratperti intra hanc Pistoriensem Civitatem, unde vos iam iste Ildipertus Abbas revestivit iniuste habetis, quoniam ecce moniminas prae manibus habemus, quomodo Monasterij S. Bartholomei legibus pertinere debetur. Et ideo nos sepe dictis auditores fecimus eas ante nos relegi. Cognovimus, quia supra scriptas moniminas erant, quem iam superius circumscripta sunt, & invenimus eas continentes omnino, sicut iam superius recensiti sumus; set quia iam memoratus Gisilari affatus est: nullum obstaculum nobis iste moniminas non faciunt, quia ego iam consignavi, quomodo exinde pars Domni Regis investita fuit, & pro ipsa consignatione, & revestitura eas Ecclesiam, & casas, & res a parte Domni Regis avere volemus; pro ideo nos vicibus dicti Guillerad Episcopus, Damiano Scabino interrogavimus prenominato Gisilari, si potuisset, aut per scripti, aut per testibus facere talem consignationem, quomodo supra scripta Ecclesia, vel casas, aut res ipsa ipse quondam Ratpert a parte Domni Regis dedisset, per quem eas partes Domni Regis legibus avere debeat. Tunc ipse Gisilari manifestus est dicens, quod nec per scripto, nec per testibus, nec per nullo modo alia consignatione facere non potuisset, quomodo Ecclesia, vel casas, aut res ipsas a parte Domni Regis debent pertinere, nisi dixit, quod per supra scripta consignatione de ipsa revestitura, eas Ecclesias, vel casas, & res voluisset habere. Item interrogavimus ipso Gisilari, si potuisset, aut per scripti, aut per testibus tale consignatione facere, quomodo supra scripto Ratperto non fuisset potestativus in Monasterio S. Bartholomei de re sua nullo modo facere, set ipse nobis statim dixit, quod tale consignatione nullatenus facere non potuisset; propterea nobis supra scripti Guillerad Episcopus Damiano Scabino optima comparuit lex, ideo iudicavimus, ut supra scripta Ecclesia, & casas, & res, unde ipsas intentiones inter sibi habuerunt, debeat habere Ildipertus Abbas, & suos successores a parte ipsius felicissimi Monasterij Sancti Bartholomei secundum supra scriptas moniminas. Nam pars curtis Domni Regis exinde permaneat quieta, contempta, atque remota, & sic ex ipsa portione Austrualde, unde supra scripto Gisilari, qui fuit procurator Monasterij S. Bartholomei, in iudicio soluta est. Unde qualiter . . . . praesentia causa ipsa acta, & conventa, atque finium accepta est; presens notitia iudicati, seu deliberationis Gauspert Notarius scrivere admonuimus, ut in posterum exinde nulla oriatur intentio, seu omni tempore in eadem deliberatione debeat permanere. Actum Pistoria, Regnum, & indictione supra scripta feliciter.

Ego Guillerad Episcopus in hunc iudicato a nos facto manu mea subscripsi.

Ego Damiano in hunc iudicio dedi una cum Guillerad Sanctissimo Episcopo, & manu mea propria subscripsi.

Ego Gualbertus Notarius, & Judex Sacri Palatij Scriptor, qualiter in autenticum inveni, fideliter exemplavi.

IV.

I V.

Judicatum Adalardi A. DCCCXII. editum a Muratorio (T.° V. antiquit: Col. 953.) nunc emendatis, ex apographo Monasterii S. Bartholomei .

DUm in Dei nomine Abbas missus Domni Caroli Imperatoris residissem in Civitate Pistoria singulorum hominum Causas audiendum, vel deliberandum, sedentes ibi insimul willeradus Episcopus, Bonifacius dux, poto, & Leo iudices, & Bonifredus Notarius Domni Regis Adenaprant, & Ipranus Abatibus, Fredo, Mauro, & Petrus Dux missi Domni Leoni Papae, & Menfridus, & Audo Scabinis de Camarino, vel reliqui plures ibi adstantibns, veniens ibi Ildepertus Abbas ex Monasterio S. Bartholomei fundato a quodam Guaidualdo medico prope muro ipsius Civitatis Pistoriensi, & detulit nobis ad relegendum monimen, & missum ab ipso quondam Gaidualdo medico, quo continebatur, qualiter manifestaverat ipso monasterio in suo proprio edificasse, & res nominative ibi contulisse, & statuit eam, ut sub nullius hominum potestate, vel ordinatione, nec Matris Ecclesiae ipsum Monasterium subiaceret, nisi semper de ipsa congregatione ibi inter se Abatem elegerent, nam non de extraneis, neque de alia monasteria, & filio, aut haeredes eius nullam ibi a se dominationem, nec potestatem, nisi, si oporteret, causas defensandum, & dum relectus fuisset monimen ipsum, affatus est ipse Abbas, quod tempore Domni Pipini Regis, dum adhuc Rotechildo viveret, persuasione malorum hominum ab eodem Rotechildo de ipso monasterio eiectus fuisset, & in exilio missus sine ulla culpa, & absque iudicio, & ipso monasterio tunc datus fuisset in beneficio nebulugni Baujario, & dum per Massadus ipsius monasterij reclamatio exinde facta fuisset ad Paulinum Patriarcam, Arnone Archiepiscopo, Fardulpho Abati, Cecherigus comes Palatij, vel reliqui locu eorum, qui tunc hic in Italia missis e fuerunt insimul, sic ipsi causam quaesierant, & istum munimen in suis relegi fecerant praesentia, quod illos cognoscerent, quod iniuste mihi ipsum Monasterium ablatum fuisset, & non ibi aliud debere fieri ordinatione, nisi de ipsa congregatione, sicut ipse Gaidualdo de ipso exilio revocare, & praefato nebulungo de eodem monasterio foris ejecerunt, & me mihi sicut in antea intromiserunt: Postea per illa mala consuetudine, quae eodem Nebulungo facta est ab illo die, faciunt me ire in hoste, & omnes paratas, & coniectos facerem, ad Missos, ac datione ad palatio, quod cum lege facerem non debeo, quia quod Gaidualdo, qui in ipso Monasterio construxit, haeredes reliquit, qui hostem faciunt. Haec nos audientes, & cognoscentes, quomodo ipse Abbas iniuste de ipso monasterio fuerat deiectus, & per iudicium de superscripti missi mihi fuerat revocatam, paruit nobis, ut iusta statuta ipsius, quod Gaidualdo medico, dum ipse haeredes reliquit, qui hostem facerent non debere, nec nullam paratam ad Missos Dominico, ne coniecto, nec aliqua dationem per condicione ad palatio; Ideoque ego, cui super, Adalardus missus Domni Imperatoris commendavi ex ipsius Domini nostri auctoritate, & de sua iussione, ut admodo liceat ipso Abate, vel posteris eius ad ipsum monasterium cum ipsa congregatione servorum Dei ibi degentibus domino famulari, & pro salute Domini nostris Domini misericordiam exorare, & ad hoste parata, seo coniecta, aut dationes per conditionem a Palatio solatos manerent ante posito, si aliter fuerit iussio legalis, unde quale Actum pro securitatem ipsius Ildeperti Abbati, & ad eius successores fieri iussimus; quidem & ego Paulus Notarius ex dictato Bonifridi scripsi. Anno Regni Domini Caroli in Italia, trigesimo octavo 17. mense Martio, Indictio quinta. Ego Adalardus. Signum ✠ manus superscripto Bonifatius ducr in his actis interfui ✠ Ego Villerado Episcopo in his actis interfui. Leo iusso Domni Regi concordans subscripsi ✠. Ego Poto causindo Regi in his actis interfui. ✠. Bonifridus in his actis interfui. Quidem ego Petrus Notarius autenticum illud vidi, & legi, & hoc exemplar exemplavi, & manu mea scripsi.

V.

V.

Sententia Martini Pistoriensis Episcopi A. 1044., *ex Archivo S. Michaelis Pistoriensis. &c.*

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Breve recordationis, qualiter definitum est Litigium inter Abatem Teuro Fontis Taonis, & inter Johannes Plebanum de SpanareKio ad memoriam habendam, & retinendam, qualiter actum est in Canonica S. Zenonis in praesentia Domini Martini Episcopi, & bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur. Ego Martinus Dei gratia S. Zenonis Ecclesiae indignus Episcopus, cum voluntate, & consensu Johannis de SpanareKio, do, & concendo tibi Teuroni abati, tuisque successoribus Ecclesiam S. Miniati de Stagiano, quod ab hac hora in antea potestatem habeatis presbiteros ibi ponendi, trahendi, habendi, tenendi, possidendi, regendi, & omnibus modis gubernandi, tam vivorum, quam mortuorum. Tali vero modo concedimus honorem & reverentiam aecclesie Sancti Johannis de SpanareKio, ut pro tempore ire debeat presbiter, qui pro tempore deget, ad vocabulum, & letanias, & synodum si vocatus fuerit, & non amplius. Si quis autem hanc nostram definitionem interrumpere temptaverit in nomine Domini excomunicationis pena subiaceat.

Testes autem Petrus filius b. m. Raineri & Panici filius b. m. bellini, & Mancinus filius b. m. Johannis, & aliorum bonorum hominum, & sunt anni Domini mill. quadraiesimo quarto VIII. Idus Aug: Indict. X. * feliciter.

Ego Rozo notarius hunc breve manu mea scripsi, complevi, & dedi.

* XII. scribendum fuerat.

V I.

Judicatum Vviberti Comitis A. 1046., *ex Archivo S. Bartholomaei.*

DUM in Dei nomine infra Civitate Pistoria inter Casa solarata donicata de Domui S. Zenoni ibi resedebat wibertus Comes missus Domni Enrichi Regis a causas audiendas, hac deliberandas resedentibus cum Martinus Episcopus Sanctae ipsius Ecclesiae Pistoriensis Beati Zenoni gratia Dei humilis Episcopus, & Johannes, & Eriprando, & VVinitho, & Teutho iudicibus, & Roctichisi notarius, & ibi aderat Rollando Filio Lamberti, & Brentane filio Anselmi, & Saracino filio Amichi, & Donato filio Petri, Paulo filio VValberti, Uvido filio Joannis, Leo filio Rollandi, Siffridi filio Ildebrandi, Uvido, & Fontino GG. filii Gerardi, Ildebrando, & Rodolfo GG. filii, similiter Rodolfo, qui Fusco vocatur, filio Theuti, Ildebrando VVilberti, Barumcho filio Gherardi, Cicho filio Petri, Rainerij filio . . . . & reliqui plures, ibique in eorum presentiis veniens Tetthaldo Praepositus de Monasterio S. Bartholomei, quod est prope Civitate Pistoria, cum Petrus filio Erithi Avocato suo, sic ceperunt dicere, & proclamare, & vociferare per tres dies & a vos praedicto VVibertus Comes missus Domni Enrichi Regis, & Ildebrando filio bonae memoriae Uvidi de loco Maune, & dictus Sifridi quondam Goffilello vocatur filio supra scripti Sifridi, quod ipse Sifridi, qui Groffilello vocatur, qui contendit mihi pars praedicti Monasterij S. Bartholomei, terra, & rebus, qui vocatur Broilo, & suprascripto Ildibrando detinet terra, & rebus, & Ecclesia in loco, ubi dicitur Abatisco, cum integrae duae rexsortis, quae sunt posita, una in loco Vignole, alia rexsorte est posita in loco Arciano cum una petia de Terra, & Vinea, quae est posita in loco Corbiano, una cum omnibus Terris, & rebus illis, quae sunt positis in loco Neure, qui ad ipsam Ecclesiam S. Mariae de Abbatisco est pertinentes, una cum omnia pertinentia, & iacentia sua, quae ad ipsa Ecclesiam, & sortis, & terris, & rebus sunt pertinentes, unde a vos predicto VVibertus Comes missus Domni Enrichi Regis reclamavimus per tres dies, & a vestrum placitum vociferare fecisti, ut a vestrum placitum venisset, & inibi iustitia fecisset, & minime

me eis ad vestrum placitum habere potuisti, cum is Tethaldus prepositus cum predicto avocato suo taliter dixisset, tum predictus VVibertus, & Missus Domni Regis una cum predictis iudicibus, qui ibidem aderat, ita recordari dixerat, quod omnia verum esset, sicuti predictus prepositus una cum predicto avocato suo dixerat, tum predictus Prepositus una cum predicto Avocato suo petivit misericordia, ut ipse propter Deum, & anima Domini Regis hanc, suamque mercedem, & una partem predicti Monasterij S. Bartholomei, de omnibus predictis rebus, que superius legitur, & de omnibus rebus illis, que ad predictis terris, & rebus fortis Ecclesie sunt pertinentes, ad salvam querelam investisset, quousque predicto Ildebrando, & Sifridi, qui vocatur Grosilello, ad placitum venisset, & ei iustitia fecisset; hoc dictum tuc per consilium vestrorum iudicum predicto misso Domni Regis predicto prepositus, & iam dicto avocato suo de omnibus predictis rebus ad salvam quaerelam a parte predicti monasterij S. Bartholomei investivit quousque predicto Ildebrando, & Grosilello ad placitum, & iustitiam veniad, & iustitiam faciat a pars predicti Monasterij S. Bartholomei, & insuper misit Bandum Domni Re. In super predicto prepositus, & Petrus avocato suo, & infrascripti rebus in mancuusos avreos duo millia, ita ut nullus quislibet omo, magna; parvaque persona disvestire audead, aut aut [*sic*], aliqua contradictione, vel molestatione faciad, qui vero oc fecerit, predicti duo milia mancusos compositures se agnoscat medietatem pars Camerae Domni Regis, & medietatem eidem predicti Monasterij S. Bartholomei, & ad illum prepositus, qui ibidem pro tempore fuerit, & ac notitia pro securitate, & a supralcripti monasterij fieri admonuerit. Quidem & ego Rottichisi notarius per jussione missi Domni Regis, & Judicum amonitione scripsit Anni Domini nostri Jesu Christi millesimo quadragesimo sexto mensis November Indictione quinta decima feliciter. VVibertus signum †† manus supra scripti misso Domni Enrichi Regis, qui ac notitia sua propria manus firmavit.

Ego Martinus Episcopus manu mea SS.
Teuto iudex interfuit.
Johannes Judex interfuit.
Vvinito Judex interfuit.
Heriprando iudex Domni Imperatoris interfuit.

ADNOTATIO.

Extat eiusdem Autographi Apographum sic subscriptum.

EGO Ricardinus Domni Enrici Imperatoris Judex, & notarius autenticum illud anticum manu Rotichisij notarij olim scriptum, unde hoc exemplum sumptum est. vidi, & legi non vitiatum, non cancellatum, & pro ut in eo inveni nullum verbum addens, vel minuens, ita fideliter transcripsi, & exemplavi, & signum manus meae apposui, & ubi superius cancellatum est *predicto misso Domni Regis* propria manu cancellavi, & Dominus Oddifredus publicus Judex causarum Pistor. coram Dominis Rainerio, & Clarito Judicibus, & Corso, & Baruffaldi notariis huic exemplatum est, consensis, & suam auctoritatem praestitit in palatio communis Pistoriensis.

VII.

Sententia A. 1177. *in Caussa Monasterii S. Bartholomæi, in eiusdem Monasterij Tabulario.*

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni Anno ab eius nativitate millesimo centesimo septuagesimo septimo Kalendis ianuarij indictione undecima, * Nos Mainettus filius quondam Iolli, & dandus iudex Pistoriensis Consules cognitores litis, & controversiae, quae vertebatur inter Monachos Ecclesiae

* decima.

fiae Beati Bartholomei pro Clusa molendini, & filios quondam Guittonis, & Arriduri, ipsaque litis, & controversiae causa in nostro arbitrio, & laudamento ab utraque parte commissa, & concessa, laudamus, & arbitramur, quatenus, si turbida in die venerit, quod praedicte Ecclesie Monaci faciant aperire portas predicte cluse, & dimittant ipsas apertas, quoad turbida a se deplanet; Si autem turbida in nocte venerit, non teneantur ipsi Monaci noctu facere predictas portas aperire, set statim die lucescente faciant aperire portas predicte cluse, & dimittant ipsas apertas, donec turbida se deplanet, quod post horam vespertinam turbide aliquo die venerit, faciant predicti Monaci predicte cluse portas aperire, & faciant ipsas stare apertas, donec turbida se deplanet, & si post horam vespertinam tonaverit, ita quod sit verisimile turbida proxima nocte venire, aut si venerit, faciant predicti Monaci predictas portas aperire, & dimittant ipsas apertas, donec turbida se deplanet, si autem aliqua die turbida venerit, & statim turbida ipsa veniente prescripti monaci non fecerint aperire predicte cluse portas, ut ipsi Monaci componant penam duarum uminarum boni frumenti, & duarum boni milij similiter arbitramur, iterum quoque laudamus, ut septemtrionalis porta predicte cluse deponatur uno gradu, & illa eadem porta adampletur uno pede a septemtrione, & ex alia parte iuxta Pontem astringatur uno alio pede, si monacis placuerit eam restringere ad hec, si qua ex catenis portarum predicte cluse, aut edificium portarum rumpantur, ut ab illa die, qua rupta fuerint usque ad duos proximos dies, excipimus diem Festivum, quem Fabri celebrari consueverunt, predicte Ecclesie monaci faciant reficere predictam Catenam, & predictum edificium, & remittere sine fraude in portam cluse. Eodem modo laudamus, & si infra predictos duos dies non fecerint predictam catenam reficere, & remittere, & tolenum aptare, ut predicte Ecclesie monaci faciant predictas portas stare apertas, donec predicta omnia de Catena, & edificio fuerint observata, & adimpleta, simili cura pronuntiamus. Insuper quoque laudamus, ut si predicte Ecclesie Monaci sicut supra dicitur, non observaverint, componant penam librarum 70., dimidiam Filiis quondam Guittonis, & Arriduri, & dimidiam Pist. rectoribus, & post penam exactam predicta omnia firmitatis robur obtineant, cum sua pena, & obligatione, durante omni tempore. Si autem predicti Filij Guittonis & Arridurri molendinum eorum ultra duos annos facere distulerint, aut in novo gorario, seu in veteri, seu infra spatium eiusdem gore, non teneantur ipsi monaci predictas portas aperire, donec predictum molendinum factum fuerit, tunc deinde predicti Monaci teneantur omnia predicta in totum observare. Item laudamus, ut predicti monaci dent filiis Guittonis, & Arriduri de hinc ad proffimum carnelevarium libras XVII. & solidos X. bonorum denariorum Pisanorum. Similiter laudamus omnia praedicta sub pena librarum LXX observari precipimus. Actum est hoc in Civitate Pistoria.

Ego Gerardus Sacri Palatii Notarius, & tabellio interfui, & omnia predicta laudamenta iussu predictorum Mainesti, & Dandi conscripsi, & complevi.

VIII.

Sententia circa Annum 1181., *aut sequentes proximos ad* 1186. *in caussa Monachorum S. Bartholomei ex eorumdem Archivo.*

IN Christi nomine, brevis notitia, qualiter actum est in Civitate Pistoria in Palatio Episcopi presentia bonorum hominum, quorum nomina inferius scripta ponuntur. Lis quidem, & controversia, que agitabatur inter Priorem S. Bartholomei de Civitate Pistoria ex una parte: Et Plebanum S. Hippoliti de plebe constructa, & edificata inter Calcianam, & Allianam ex altera parte [talis erat] de ordinatione Clericorum, & obedientia eorumdem constitutorum, & ordinandorum in Ecclesia S. Mariae constructa, & edificata in villa, quae dicitur Capethana prope Calcianam. Nam predictus prior afirmabat, se de iure posse, & ordinare, & constituere Clericos sine predicto Plebano in predicta Ecclesia de

 Ca-

Capethana; Contra vero predictus Plebanus respondebat, & dicebat in predicta Ecclesia de Capethana non posse ordinari Clericos sine rectore sue predicte Plebis; Et idcirco Presbiter Buonus de Plebe Sancti Andree coram Rainaldo Pistoriensi Episcopo, & coram Nevaldo Preposito, & coram presbitero Johanne Canonico S. Zenonis arbiter electus ab utraque parte de predicta controversia, & lite: Sic mihi arbitratus est, & ita mihi firmavit, & precepit, quod de cetero, predictus Prior, eiusque successores in predicta Ecclesia de Capethana, quandocumque necesse fuerit, habeat potestatem eligendi, & mittendi Presbiterum, vel Clericum quemcumque voluerit, nesciente Plebano predicte Plebis, & sic investiat predictum Presbiterum, vel Clericum de predicta Ecclesia de Capethana, & tunc predictus Presbiter, vel Clericus promittat obedientiam predicto Priori, & suis Monachis. Ita tamen, quod ipso eodem die predictus Prior, vel eius missus nuntiet predicto Plebano, vel Capitulo predicte Plebis per missum Sacerdotis, vel Clerici ibi ordinati, & predictus Presbiter, vel Clericus, non faciat ibi officium, donec fuerit investitus de predicta Ecclesia de rebus spiritualibus a predicto Plebano, eiusque Capitulo, nisi secundo die post investituram Prioris; & si Plebanus, vel eius Capitulum distulerit sequenti die hoc facere, tunc ab illa secunda die in antea predictus Presbiter, vel Clericus ibi ordinatus libere possit ibi celebrare officium, & predictus Presbiter, vel Clericus in predicta Ecclesia de Capethana ordinatus promittat obedientiam predicto Plebano, vel eius Capitulo, & vadat ad Festivitates predicte Plebis; Scilicet ad Festivitatem Sancti Ypoliti, & Sancti Remigij, & Sancti Johannis Baptiste, & in Decollatione eius, & in Letaniis, & in festivitate S. Johannis Evangeste, & in Sabato Sancto, & in quarta feria Cinerum, & in scruptinijs. Versa vero vice predictus Plebanus, vel eius Clerici vadant in Letaniis solito more ad predictam Ecclesiam de Capethana, & vadat ad festivitatem Sancte Marie de Mense Augusti, & si aliquo tempore aliquis de Populo predicte Ecclesie Capethanensis voluerit capere Penitentiam a predicto Plebano, vel eius proprio Sacerdote, predictus Plebanus, vel eius Sacerdos non possit dare penitentiam ei sine consensu, vel eius presentia . . . . Presbiteri de Capethana, vel Clerici, & si Presbiter de Capetana, vel eius Clericus distulerit malitiose interesse . . . . . . vel fortuito casu longe absuerit, tunc predictus Plebanus post missum eius directum det sibi penitentiam, ita tamen, ut predictus Plebanus, neque eius missus non suadeat alicui Persone de predicto populo, ut capiat penitentiam ab eo, & predictus Plebanus, neque eius missus studiose, & malitiose non offendat, neque offendere faciat predicto Presbitero de Capethana, vel Clerico de Capethane in spiritualibus rebus, vel temporalibus rebus. Quando vero arxe, & sac.ª Episcopi, vel aliae collectae pro Episcopo recolligentur, Sacerdos, vel Clericus respondeat Plebano, vel eius nuntio, quando collecta pro Papa, vel Cardinali recolligentur, hec sint in Potestate Episcopi; Insuper etiam predictus Prior obligavit se suosque successores, & per stipulationem promisit, quod si unquam ipsi, vel eorum Monachi contra predicta aliquo modo venerint, vel fecerint, componere, & dare penam bonorum denariorum, & Pisanorum Libras L. predicto Plebano, eiusque successori. Similiter vero predictus Plebanus obligavit se, suosque successores, & per stipulationem promisit dare, & componere eadem pena libras quinquaginta predicto Priori, eiusque successoro.

Signum manus Presbiteri boni predicti arbitri, qui omnia predicta arbitrata Widonem Judicem, atque Notarium scribere rogavit coram predictis prelatis, & aliis supra scriptis testibus.

I X.

Sententia A. 1190. *in caussa Abbatis S. Salvatoris de Alpe, cum Plebano de Montecuccoli, ex Archivio Monasterij S. Michaelis.*

IN nomine Domini Amen. Lis, & controversia vertebatur pro Ecclesia S. Symonis de Periano inter Plebanum Massarium Plebis de Monte, nomine eiusdem

dem Plebis ex una parte, & Dominum Taonem Abbatem S. Salvatoris de Alpe nomine sue Abatie ex altera, videlicet de instituitione Sacerdotis in predicta Ecclesia S. Symonis, a quo debet fieri, an a Plebano, vel Abbate de Populo eiusdem Cappelle, utrum ex debito debeat venire ad Plebem ad Baptisma cum Sacerdote eiusdem loci, & ad Letanias ad Plebem, aut quo Plebanus pergeret, & in cuius territorio esset de Festivitatibus eiusdem Ecclesie, quis eorum debeat ibi habere primatum, & precipuum locum in officiis divinis, & mensa, & de quibusdam aliis Capitulis. Plebanus quidem dicebat, & firmiter asserebat omnia predicta de iure pertinere ad Plebem; Abbas vero omnia negabat, & ex toto inficiabatur. Sic que in hoc . . . . . contendentes, cum nichil viderentur proficere, placuit utrique partium ex beneplacito, & eorum libero arbitrio, & de voluntate Domni Boni venerabilis Pistoriensis Episcopi nobis Domno Johanni Abbati de Furculis, & Magistro Miniati Clerico Ecclesie S. Pauli, & nostro arbitrio prefatam litem, & controversiam committere, quam sive per amicabilem convensionem, sive per Juris rationem deberemus terminare. Nos itaque Dominus Johannes Abbas, & Magister Minias Judices & Arbitri super hac lite, & controversia ab utraque partium concorditer electi, attestationibus hinc inde receptis, & diligenter inspectis, habitoque prudentium virorum Consilio volentes utriusque partis Guarantigiam, ac omnes evitare expensas, concordantes etiam tantum super uno principali Capitulo, scilicet de Festivitate S. Symonis, laudamus, diffinimus, & per amicabilem convendtionem dicimus, atque pronuntiamus quatinus de cetero Plebanus Massarius, vel ei successurus annuatim veniat ad Festum S. Symonis SS. Sociatus tantum duobus Clericis recepturus ibi majorem honorem, quam aliquis alius, ita quod suum sit officium incipere, vel cui placet, tribuere in Vesperis, vigiliis, Mattutinis, Missa, & predicatione, & precipuum locum in Mensa habere sine calumnia Abbatis, vel eius successoris, aut contraditione qualibet. Item laudamus, & per Arbitrium dicimus, quod Plebanus, vel qui pro tempore fuerit per Plebatum suum faciat denuntiari, & commoneri Populum, ut ad praedictum Festum honorifice veniant, solemniter illud celebraturos. Actum in Civitate Pistorij in Palatio Domni Episcopi Anno Dominice Nativitatis 1190., de mense Majj, Domno Frederico Romanorum Imperatore Regnante, Inditione octava, presentibus Domno Bono Pistoriensi Episcopo, & Rainaldo, & Paulo eius Clericis, & Rotacastello Judice ordinario, & Andrea Filio Baldinelli, & Tallia..... Tedelgardi, & aliis quampluribus rogatis testibus.

Ego Arianus Domni Frederici Imperatoris Judex, atque Notarius huic laudo, & arbitrio a iam dictis arbitris pronuntiato interfui, & illud de mandato eorum fideliter scripsi, & in publicum redegi. &c.

X.

Coelestini III. *P. M. confirmatio a* CIↃCXCV. *edita sententiae a.* CIↃCXCII. *latae in caussa Monachorum S. Salvatoris, ex Tabulario S. Michaelis de Furculis.*

CElestinus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Taoni Abbati, & Fratribus de Fontana Taonis salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino Filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu arbitrium a dilectis filiis Sinibaldo Plebano de Villiano, & Presbitero Pape Ecclesie S. Salvatoris rectore inter vos, & Massarium de Montecucco super Ecclesiis de Stagiano, & S. Simeonis de Stagiano, & de Podio Montiscuccoli rationabiliter promulgarunt, sicut ab utraque parte preceptum est, & in scripto exinde confecto plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio commonimus. Ad majorem vero firmita-

tatem scriptum illud de verbo ad verbum huic praesenti paginae iussimus inserendum, quod sic se habet.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei Eterni, Anno ab eius nativitate MCXCII. Domno Henrico imperante, 4. Non. Majj, Indic. decima. Cum Lis, & controversia verteretur inter Taonem Abbatem de Fontana Taonis litigantem pro se vice, & nomine sue Ecclesie ex una parte, & Plebanum Massarium litigantem pro se vice, & nomine Plebis de Montecuccoli, unde is custos, & rector esse videtur ex altera, pro Ecclesia videlicet de Stagiano, & S. Symonis de Periano, & de Podio Montis Cuccoli, in quo ipsa plebs est constructa, & edificata, placuit utrique parti, hanc litem, & controversiam nobis Sinibaldo Plebano de Vigliano, & Presbitero Pape rectori Ecclesie S. Salvatoris committere, ut eam libero, & proprio nostro arbitrio finiremus, quomodocumque nobis placeret. Nos itaque iam dicti Arbitri huic controversie finem imponere, eamque per omnia sopire volentes, habito prudentum virorum consilio, & specialiter Domini Boni venerabilis Pistoriensis Episcopi, visis etiam, & perlectis privilegiis, & Cartulis, que ab utraque parte exinde fiebant, statuimus, atque decernimus, & per laudum, & arbitrium dicimus, quod de cætero predicta Ecclesia S. Miniatis de Stagiano sit in potestate Plebani Montis Cuccoli, videlicet, quod liceat ei, & teneatur illuc dirigere Sacerdotem, qui divina celebret, recipiens inde Plebanus, quidquid intuitu populi de Stagiano eidem provenit Ecclesie, sive pro Feudo, sive pro oblationibus tam vivorum, quam mortuorum. Si vero Plebanus ibi ponere voluerit proprium Sacerdotem, ponat, dum tamen de consensu Abbatis fiat, & eidem Abbas malitiose non contradicat. De Cappella vero Sancti Symonis de Periano ita ordinamus, atque sancimus, ut ab hac ora in antea liceat Abbati ponere Sacerdotem in eadem Ecclesia, quemcumque voluerit, irrequisito Plebano, Presbiter vero ibi positus infra octo dies proximos ad Plebem vadat, & populum ad ipsam plebem pertinentem de Manu Plebani suscipiat, & Plebanus eum de eo investiat Presbiter autem pro eodem Populo obedientiam Plebano promittat, hoc modo, quod quamcumque sententiam Plebanus in Populum, vel in aliquem de Populo tulerit ipse Presbiter observet, & observari faciat, & teneatur Presbiter ire ad Plebem, Letanias, Festivitates, ad Baptismum, & mortuos sepeliendos. De Festo S. Symonis ita laudamus, & arbitrio confirmamus quidquid Abbas de Furculis, & Magister Minias statuerunt, scilicet, ut Plebanus annuatim vadat ad Festum S. Symonis Sociatus tantum duobus Clericis, & tanquam Massarius Plebanus in Divinis Officiis, & in mensa tam spirituali, quam corporali honoretur, Populus vero eiusdem Cappelle cotidiana officia audiat in prescripta Capella. Ad Letanias vero, & Festivitates Plebis, & Baptisma ad plebem vadat. De Plebe vero Montis Cuccoli dicimus, atque decernimus, quod Abbas de cetero nihil iuris, vel actionis in plebe, vel in Podio habeat, vel requirat, nisi hoc tantum, ut Plebanus, vel rector, qui pro tempore fuerit in eadem Plebe, annuatim de modo in antea in Mense Januarij Abbati, vel eius certo nuntio quatuor libras boni Olei nomine pensionis persolvat, vel persolvi faciat ad rectam libram venalem Mercati Civitatis Pistoriensis, & nihil amplius. Quod si statuto tempore non persolverit, teneatur in duplum restituere. Statuimus etiam, ut non liceat Abbati, vel alicui suo Monacho alicui de populo suprascripte Plebis penitentiam dare sine licentia plebani. Quicumque tamen de toto corpore, vel districtu Plebis sepulturam apud Abatiam eligere voluerit a Plebano, vel eius Clericis non vetetur, dum tamen quartam partem de eo, quod iudicaverit, de rebus mobilibus Plebano tribuat, vel tribui faciat. Preterea prefate plebis Plebanus semel in Anno teneatur cum toto Populo Plebis Abatiam sepe dictam cum Letaniis visitare. Adiicientes insuper, & firmiter statuentes, quod si aliquo tempore aliqua partium contra aliquid vel aliqua predictorum temerario ausu venire temptaverit, & omnia ea, que a nobis superius statuta, & per laudum, & arbitrium pronuntiata sunt, non observaverit, inobediens pars viginti libras bonorum denariorum Pisanorum nomine pena alteri parti persolvat laudum servanti, qua pena data, atque soluta omnia predicta semper firma, & in suo robore permaneant duratura. Acta sunt autem hec

om-

omnia in Civitate Pistorij in Palatio Domini Episcopi presentia iam dicti Domini Boni Pistoriensis Episcopi, & Nivaldi Præpositi, & Bosonis Archipresbiteri, & Presbiteri Melioris Basilij, & Praesbiteri Accompagnati Concanonicorum S. Zenonis, presentia quoque Corsi Judicis Ordinarij, Daliotti Pedronis Monpeslieri quondam Martini, Jacobi Daliotti, Marseppi quondam Guidalocti, Actis quondam nigri, Jacobi Pistoresis, Averardi Melani, Ugolini, & Cacciaquerrae quondam Guerrieri, & aliorum quamplurium Rogatorum testium, Dominus Gregorius Monachus, ac Sacerdos, & Camarlinghus predicte Abbatie, omnibus predictis consensit, & parabolam dedit. Gerardus item Monachus omnibus prædictis assensum præbuit. Ruffus, qui dicitur Raynerius Clericus eiusdem Abbatie, omnia predicta, semper firma, & rata habere promisit. Item Parisius, Bardus, Geoardus, Bellinus, Picciolius, Maganutus Conversi eiusdem Abbatiae, omnia, quae superius sunt statuta, & laudata, semper firma, & inviolata habere promittentes per omnia eis consenserunt. Ex parte autem Plebis Praesbiterj Bonus, & Armisius Calincione Subdiaconus, Bernardus Canonicus, Leonardus Clericus Plebis, assensum omnibus predictis prebuerunt. Ego Avianus Domni Frederici dive memorie Romanorum Imperatoris Iudex, & Sacri Palatij notarius omnibus predictis interfui, & eadem a predictis arbitris proferri audiens, & videns de mandato eorum nihil addens, vel minuens, fideliter scripsi, & in publicum redegi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani V. Nonas Iulij, Pontificatus nostri Anno quinto.

X I.

Charta refutati, & transactionis inrevocabilis a. 1213. ex archivo Monachorum S. Michaelis.

IN nomine Christi. Breve finitionis, refutationis, quod factum est propre Pratum apud Ecclesiam Sancti Salvatoris sitam iuxta Fluvium Bisenzi presentibus presbitero Accorso rectore, & Cappellano dicte Ecclesie Sancti Salvatoris, & Massabello filio quondam Miconis, & Ubaldino Iudice filio Guisprandi testibus rogatis. Ibi Cittadinus Prior Monasterij S. Salvatoris Vallis Angne presente Domino Sinibaldo Dei gratia Abbate Abatie de Fesulis, & consentiente vice dicti Monasterij Vallis Angne finitum, refutatum, & transactionem inrevocabilem, & pactum de non ulterius petendo fecit, dum Piero Monacho, & Camerario Abatie S. Salvatoris fontane Taonis recipienti vice dicte Abatie, & etiam Domini Frederici in Nomine Abatis in perpetuum integrum, videlicet omne ius, omnemque actionem, & rationem sibi Cittadino, vel dicto suo Monasterio sibi competens, vel competentem occasione ipsorum trium solidorum detentorum VII. annis illi Monasterio Vallis Angne nomine pensionis, vel Canonis ab eodem Abate Frederico, & sua dicta Abatia, ut idem Prior Cittadinus nomine sui dicti Monasterij asserebat, & dicebat illos tres solidos exire debere de quadam Ecclesia Sancti Yllari, & rebus omnibus ad illam Ecclesiam pertinentibus, & tanto tempore illos detentos esse, ut scriptum apparet in laudo inter eos composito per manum Mainecti Iudicis scripto, tamen ille Abbas Frederigus nomine sue dicte Abatie, negabat illos tanto tempore detentos esse, vel de dicta Ecclesia, & rebus eius omnibus reddi debere. Sed tantum de dicta Ecclesia, & non de aliis rebus eius omnibus; quam siquidem pensionem detentam, & omne ius & actionem iñ ipsi priori competens, & competentem, vel dicto Monasterio Vallis Agne pro se suisque successoribus finitum, refutatum, & pactum de non ulterius in aliquid petendo, vel aliquam in exceptionem in posterum obiciendo contra dictam Abatiam Fontane Taonis, vel dictam Ecclesiam S. Yllari pro dicta pensione detenta fecit, & hec omnia finitum, & refutatum, & fecit ipse prior Cittadinus pro se, suisque successoribus ipsi dum Piero vice dicti sui dicti Abatis,

&

& Abatie ex tenore laudi pronuntiati inter eos a Domino Henrico Pratensi preposito, & Domino Ugone Mazamuti super dicta lite a qualibet parte vocatis promictens idem prior Cittadinus, quod si ipse, vel eius aliqui successores dicti Monasterij Vallis Angne rectores, aut aliqua submissa, vel submissa, vel submictenda persona, pro dicto Monasterio vallis agne dictam pensionem actenus detentam petierint vel pro facto pensionis detente aliquid in posterum circa dictum Dominum Frederigum Abatem, vel eius dictam Abatiam, vel dictam Ecclesiam S. Yllari obiecerint, vel aliquam litem in in Curia vel extra moverint, vel si in taciti, & comptenti omni tempore non permanserint, vel si apparuerit datum, vel factum, quod circa predicta factum habent, aut in antea faciant, & claruerit, vel si de eorum dolo, & fraude, & facto, & causa in legitimam defensionem praedicto Domino Abbati Frederigo, eiusque successoribus ab omni persona non exhibuerint, tunc sollempni stipulatione interveniente Pisane monete bone libras quinquaginta nomine pene dare, omneque dampnum, & expensas iniurie competituras incomptinenti restituere, & emendare prefatus prior Cittadinus pro se, suisque successoribus, ipsi supra scripto, dum Piero Camerario stipulanti pro eadem Abatia fontane taonis, & dicto Abate Frederigo promisit, in qua pena mille solidorum, & dampno, & expensis idem prior pro se, suisque successoribus principalem pacatorem se fecit, ita ut pena pacata, & dampno, & expensis restitutis, hoc instrumentum in sua semper consistat firmitate, renuntiando in predictis omnibus omni iuri, & exceptioni, & legum auxilio pro eis facienti, pro quibus fine, & refutatione, & transactione ex laudo dictorum arbitrorum in veritate idem prior habuit bonorum denariorum Pisanorum libras 14., ut confessus fuit, ex quibus vocavit se bene fore solutum vice dicti sui monasterij. Facta sunt hæc Anno dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo tertio decimo, & Idus Septembris Indictione prima feliciter signum manus dicti Cittadini Prioris, qui hoc instrumentum sic scribere publice rogavit.

Signa manuum suprascriptorum hominum superius testium rogatorum.

Ego Sinibaldus Abbas dicte Abatie de Fosolis dicte Fini, & refutationi consensi, ideoque subscripsi.

Ego Cittadinus Prior Vallis Agne Monasterij dicti huic fini, & refutationi consensi, & eandem scribendam infrascritto Mainetto iudici commisi, ideoque subscripsi.

Ego Guicciardus Abatie Fesularum Monachus, & Presbiter dicte fini, & refutationi consensi, sic meum consensum scribendum commisi.

Ego Ubertus Monachus, & Sacerdos his supra dictis consensi, ideoque subscripsi.

Ego bonus Monachus, & Levita subscripsi.

Ego melior Sacerdos huic fini consensi, ideoque subscripsi.

Ego Valentanus Monachus, & Sacerdos manu mea subscripsi.

Ego Pistorese Monachus manu sua subscripsit.

Ego Mainectus Judex, & Notarius, & postea Domini Octonis quarti Dei Gratia Romani Imperatoris iudex ordinarius, atque notarius hoc instrumentum per omnia publice rogatus scripsi.

X I I.

Innocentii III. Literae A. 1214. in caussa, quae Soffredum inter Pistoriensem Episcopum vertebatur, & commune Pistorii ex Opera S. Jacobi.

INnocentius Ep. Servus Servorum Dei Ven: fratri Episcopo & dilecto filio Abbati S. Trinitatis Florentinorum salutem, & Apostolicam benedictionem. Causam que inter Consules, Consiliarios, & comune Pistoriensium ex parte una, & Ven. fratrem nostrum . . . Episcopum ex altera super, jurisdictione quorumdam castrorum, & hominum, ac rebus aliis agitari dinoscitur, dictus Episcopus

Tibi

Tibi, frater episcope, a nobis obtinuit delegari. Ut autem iudicium sine suspicione procedat te fili Abbas cognitioni cause obtentu partis alterius adjungentes discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus in negotio ipso juxta priorum continentiam litterarum, sublato appellationis obstaculo, ratione previa procedatis. Vos denique frater Episcope, ac fili Abbas super vobis ipsis, & credito vobis grege taliter vigilare curetis extirpando vitia, & plantando virtutes, ut in novissimo districti examinis die coram tremendo Judice qui reddet unicuique secundum opera sua, dignam possitis reddere rationem. Dat. Laterani Idibus Februarii Pontificatus nostri anno septimo decimo.

XIII.

Soffredi Pistoriensis Episcopi abdicatio ultronea omnium suarum rationum in controversia cum Consulibus Pistoriensibus ex libro Censuum pag. 132. t.

IN Christi nomine Amen. Cum Dominus Soffredus Pistoriensis Episcopus movisset contra Dominos Dombaronem Mothum, & Guidonem Consules Pistorienses, & contra eorum Consiliarios pro Communi Pistoriensi super facto de Lamporecchio, Orbignano, Quarrata, Montemagno, Barone, & quibusdam aliis terris, fecit eos citari ab Episcopo Florentino Judice super hoc a Sede Apostolica delegato, & porrigi libellum per literas eiusdem Episcopi Florentini. Tandem vero dictus Episcopus, cognita voluntate dictorum Consulum, & Consiliariorum Pistoriensium personaliter accedens ad dictos consules, & consiliarios in communi consilio constitutos, dixit T protestatus est semel, & bis coram dictis consulibus, & Consiliariis, quod libellum, quem eis porrigi fecerat, & citationem, & omnia, quae fiebant contra eos per Episcopum Florentinum, penitus revocabat, & sic predictis libello, & citationi penitus, & sponte renuntiavit, dicendo ipsis Consulibus, & Consiliariis: cum Dei gratia, & mea bona voluntate, habeatis, teneatis, & possideatis vos pro Communi Pistoriensi, & ipsa communitas Pistoriensis omnes usus usuarios iurdisdictionem placitum, & districtum predictarum terrarum, & ea omnia, que vos & Comune Pistoriense, & vestri antiqui pro comuni, & ipsa Comunitas in predictis Terris habuistis, vel habuerunt tempore Episcopi Actonis, tempore Episcopi Tracie, & Episcopi Rainaldi, & Episcopi Boni.

Actum Pistorij in comuni consilio in Palatio comunis convocato presentia Johannis Corsi, Ildebrandi, Alexandri Nicholai, & Jacob iurisperitorum, & Domini Benedicti Archipresbiteri Pistoriensis, Tancredi de Strinato, Raineri Malonch, & aliorum testium.

Dominica Nativitatis Anno MCCXIV., Indictione tertia, quinto Kal. Decembris.

XIV.

Lotarij Pisani Archiepiscopi Sententia in Causa Monachorum S. Michaelis de Furculis, ex eorumdem Monachorum Archivo.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Ego Lottarius Dei gratia Ecclesie Pisane Archiepiscopus ex delegatione Domini Pape Cognitor litis, que vertebatur inter Presbiterum Sodum Cappellanum Ecclesie S. Marci de Pistorio pro ipsa Ecclesia ex una parte, & Presbiterum Silvestrum Monachum, & Sindicum Monasterij S. Michaelis de Furculis pro ipso Monasterio ex altera, ipsam litem sic diffinio. Petebat namque suprascriptus Presbiter Sodus a suprascripto Presbitero Silvestro Monacho, & Sindico supra scripti Monasterij S. Michaelis pro ipso Monasterio libras septuaginta quinque denariorum Pisane mo-

nete

nete pro expensis trium precedentium annorum, & ut omnia Massaria ei ab ipso monasterio prestarentur, quandiu in supra scripta Cappella S. Marci maneret, que omnia sibi deberi dicebat ex conventione, quam fecerat cum Abbate, quando ipse venit ad iam dictam Cappellam: petebat etiam unum Antiphonarium diurnum, & unum par cereferariorum, & alia, que erant in Monasterio pertinentia ad Cappellam suam, de quibus omnibus dictus presbiter Silvester Monachus, & Sindicus dicti Monasterij, dicebat Monasterium suum omnino non teneri. E contra idem Silvester Sindicus nomine Monasterij sui petebat a suprascripto Cappellano nomine ipsius Cappelle, ut tam ipse donec ibidem fuerit Cappellanus, quam successores ipsius singulis diebus, quando majores Misse cantantur in Monasterio, interesse debeant ipsarum celebrationi. Item in duabus festivitatibus S. Michaelis, & in Nativitate, & Assumptione Beate Virginis, nec non in festivitate S. Lucie, in vigiliis etiam suprascriptarum festivitatum, tam in Die, quam in nocte intersint divinis Officiis in supra scripto Monasterio, & celebrent ibidem cum monachis, ita scilicet, ut apud Cappellam suprascriptam nulla celebrent divina in supra scriptis Festivitatibus, vel vigiliis earum, neque pulsent Campanas, neque celebrari, seu pulsari faciant, vel permittant, & ut Crucem portari faciant ante corpora defuntorum Parrochianorum suprascripte Cappelle, quando ad ipsum Monasterium efferuntur. Item quando corpora Defuntorum aliunde portantur ad monasterium sepelienda, ipsi Cappellani eant pro ipsis Cadaveribus ferendis. Petebat insuper, ut idem Cappellanus S. Marci alio secum assumpto Cappellano ante fores Monasterij recipiat Letanias Civitatis cum incenso, & Aqua Benedicta; petebat etiam centum ora annua, que ab ipsis Cappellanis dicte Cappelle ipsi monasterio prestari debere dicebat in Pascha, de quibus omnibus tam petitorio, quam possessorio iudicio agebat, asserens Monasterium suum longo tempore fuisse in quasi possessione omnium predictorum. De quibus omnibus suprascriptus Cappellanus se, vel suos successores dicebat non teneri, licet aliquando fuissent facta, vel prestita cum consensu. Visis igitur confessionibus, & attestationibus utriusque partis, & examinatis earum allegationibus diligenter pronuntio, Monasterium de Furculis esse in quasi possessione omnium eorum, que a Sindico ipsius petita fuerunt, & in ipsa Possessione debere defendi, & excepto, quod de celebratione divinorum officiorum, & pulsatione Campanarum in Cappella S. Marci non facienda in festivitatibus supra scripti Monasterij, & vigiliis earum, ut dictum, & petitum est, salva questione iuris, seu propietatis, si eam Cappellani S. Marci aliquando movere voluerint. De libris vero septuaginta quinque, quas suprascriptus Presbiter Sodus petebat, & de alimentis, que sibi dicebat in futurum esse prestanda cum propter absentiam ipsius Presbiteri, qui legitime requisitus venire contempsit, mihi de ipsa questione plene liquere non potuerit, suprascriptum Sindicum pro Monasterio de Furculis, & ipsum Monasterium ab observatione iudicii mei absolvo. In ceteris autem petitionibus hinc inde factis, utramque partem invicem ab alterius petitione absolvo. Datum, & recognitum in Plebe de Cascina, presentibus Domino Rainerio priore S. Fridiani Lucanensi, & Magistro Rainerio Pisano Canonico, & Magistro Johanne Priore S. Mariae de foris porta Lucane Civitatis, & Presbitero Bruno Plebano de Cascina, & Comite Rainone, & Leonardo quondam Alberti Adaldi, & Bandino Gastani iurisperito, & falcето de Cascina, & Guillelmo Guidotti, & Ugolino Grilli, & aliis pluribus. Anno Dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo quinto decimo, Indictione secunda duodecimo Kal. Augusti.

Ego Silvester filius quondam Boni Domini Henrigi Romanorum Imperatoris iudex, & notarius hanc Sententiam a supra scripto Domino Archiepiscopo iudice in suprascripta causa delegato me presente datam ipsius parabola, & mandato scripsi, & firmavi.

XV.

X V.

Honorij III. Literae A. 1216. in Caussa Monasterij S. Bartholomaei, ex eiusdem Archivo.

HOnorius Episcopus Servus Servorum Dei dilecto Filio . . . Primicero Ecclesie Lucane salutem & Apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti Filii . . . Abbas, & conventus Monasterij S. Bartholomei Pistoriensis ordinis S. Benedicti Patroni Ecclesie S. Georgij de Umbrone petitione monstrarunt, quod Joannes eiusdem loci de Umbrone Presbiter Pistoriensis Diocesis in dicta Ecclesia tunc vacante non presentatus ab eis per Anricum, & Tanum filios quondam Bonacursi, & Mattheum Gualdinari Cives Pistorienses falsò afferentes eiusdem Ecclesie se Patronos, se intrudi temere procuravit. Licet etiam iidem Abbas, & Conventus in mora non fuissent personam ydoneam ad dictam Ecclesiam infra tempus legitimum presentandi; & nihilominus dictus Johannes huiusmodi intrusionis pretextu Ecclesiam ipsam occupatam detinet in eorumdem Abbatis, & conventus preiudicium, & gravamen. Quo circa discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Tibure Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno primo.

X V I.

Eiusdem Honorii III. Literae a. 1220. in caussa appellationis ad Sanctam Sedem, ex archivo operae S. Jacobi.

HOnorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis de fucedo . . . de Pogeol. . . . de bugiano Abbatibus Lucan. Diœcesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Potestas & Comune Pistoriensium transmissa nobis petitione monstrarunt, quod cum . . . plebanus de fucid Bononiensis Diocesis ipsos super quadam summa pecunie, ac rebus aliis coram . . priore S. Mariae Majoris . . . Archipresbitero & U. Canonico florentino auctoritate Apostolica traxisset in causam, demum prefato U. ab ipsius negotij cognitione amoto ac Venerabili fratre nostro . . . . Pisano Archiep. loco ipsius per Sedem Apostolicam surrogato, dicti Judices, eodem Archiepiscopo contempto, qui decisioni ejusdem negotii volebat, & poterat interesse, per appellationem ad Nos legitime interpositam interloquendo dictum Comune in quadam quantitate pecunie condempnarunt, ideoque discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, revocato in statum debitum quicquid post appellationem hujusmodi illicite inveneritis attemptatum in causa ipsa juxta prioris mandati nostri tenorem appellatione remota ratione previa procedatis, alioquin partes ad priorum judicum remittatis. . . . . . appellantes in expensis legitimis condempnantes. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Viterbii III. Idus Martii Pontificatus nostri anno IV.

X V I I.

Everardi de Lutra Sententia a. 1221. in caussa Soffredi Pist. Episcopi cum Communi Pist., ex libro censuum pag. 86. t.

IN Christi nomine Amen.

Cum Dominus Soffredus Pistoriensis Episcopus, seu eius Procurator, vel

Sindicus pro ipso Episcopatu conquestus fuisset, de Ing. potestate, & Comuni Pistoriensi Domino Conrado Dei gratia Metensi, & Sperensi Episcopo Imperialis Aule Cancellario, & totius Italie legato petendo a predicta potestate, & comuni Pistoriensi, ut per se, vel per alium non inquietare, nec impediret ipsum Episcopum, & suos Nuntios distringere, & cogere, & ad placita, & datas, & Cavalcatas, & rationes faciendas, & bannire & punire omnes homines Episcopatus Pistoriensis, & quos Episcopus suprascriptus habet pro suprascripto Episcopatu, & in quibus iura habet faciendi predicta pro suprascripto Episcopatu, videlicet homines de Castro, & Curte de Montemagno, & de Quarrata, & de Buriano, & de Lamporecchio, & de Orbignano, & de Vinacciano, & de Momigno, & Fangno, & Castro, & Curte de Celle, de Vignano, Petriolo, Saturnana, & de Batoni, & omnia in predictos homines facere, que ad iurisdictionem supradicti Episcopatus, & Episcopi pertinent, maxime cum Castra, & Loca, & Ville, in quibus suprascripti homines sunt, & habitant, sint predicti Episcopi pro Episcopatu, & ipsius Episcopatus, & ad ipsum Episcopum pro Episcopatu pertineant, & ipsa potestas, vel comune non intromittant se ad faciendum aliquod contra predictos homines, vel contra aliquam eorum, quod sit contra predictum Episcopum, vel contra ipsum Episcopatum, nec aliquod faciant, nec fieri faciant, nec prestent impedimentum aliquod, quominus dictus Episcopus pro ipso Episcopatu, & sui nuntij omnia predicta facere possint, & faciant, & ut dicta potestas pro suprascripto Comuni reddat, & restituat ei omnia, que abstulit ipse, vel sui antecessores pro Comuni, vel ipsum Comune a predictis hominibus a tribus annis retro, vel pro eorum extimatione libras 200 denariorum salvo iure. . . . . . Cum haec quidem & alia dictus Episcopus, vel eius Sindicus poterat a predicta potestate pro supradicto Communi, & ab ipso Comuni Pistoriensi proponendo sua iura, & rationes; Contigit ita, quod ipsi Episcopo, vel eius Sindico contra iam dictum commune a suprascripto Domino Cancellario, vel ab eius iudicibus iussa fuit dari, & data fuit possessio, seu tenuta de predictis. Quo facto iam dicta potestas, & comune predictum, quia iam dictus Dominus Cancellarius recesserat, & intraverat in Alamania, Ad nos Heverandum de Lutra in Tuscia Domini Imperatoris Frederici secundi, & Regis Sicilie, ac Domini Cancellarij iam dicti nuntium, & presidem transmisit protestando, & dicendo, quod volebant iam dicto Episcopo, vel eius Sindico resarscire expensas legaliter factas pro suprascripta tenuta, & satisdare iudicio Sisti, & defendere suprascriptam potestatem, & commune predictum in iam dictis petitionibus, & procedere in ipsa causa, & in omnibus pro ut iuris ordo postulabat, unde nos iam dictus Heverandus in nostris literis iam dicto Episcopo intimando citavimus eum, ut per se vel per aliam personam idoneam ante presentiam nostram intra certum terminum veniret super predictis responsurum, quo termino adveniente utriusque partis Sindicus apud Pesciam ante presentiam nostram pro suprascripto negotio representavit, & dicto utrimque pro eorum intellecto, quia Sindicus suprascripti Episcopi non erat ad omnia sufficiens, alium super hoc prefiximus terminum, quo termino adveniente Claritus Sindicus supra dicti comunis, & iam dicti Episcopi apud Senas conspectui nostro se representaverit, & utriusque partis dicto diligenter intellecto. Nos Heverardus ad probandas exceptiones suprascripti Episcopi, & specialiter exceptionem excomunicationis, quam obiiciebat suprascripto Sindico, & potestati, & consilio Pistoriensi certum statuimus terminum, infra quem terminum ipse Episcopus, vel eius Sindicus nihil de ipsis exceptionibus probare curavit, nec etiam in termino se conspectui nostro, vel curie nostre representavit; Sindicus tamen suprascripti comunis in ipso termino apud Sanctum Miniatum Curie, & iudici nostro se representavit paratus procedere super predictis. Unde quia nos presentes non eramus, iste Sindicus supradicti Communis recessit, & iterum postea post aliquos dies rediit idem Sindicus, & apud Sanctum Miniatum representavit se curie iudici nostro paratus similiter procedere super predictis, & predictus Episcopus, vel eius Sindicus nullatenus comparuit, qui Sindicus, quia nos non eramus presentes, recessit, & post aliquos dies apud Pesciam idem Sindicus representavit se coram nobis protestando, & dicendo, quod

pa-

paratus erat resarcire expensas predicte tenute iam dicto Episcopo, vel eius Sindico, & satisdare iudicio Sisti. Unde licet propter contumaciam predicti Episcopi, eiusque Sindici, nos Everardus possemus contra ipsum Episcopum procedere super predictis distulimus tamen, & Sindicus suprascripti comunis recessit; Postea vero prope Castrum de Seravalle in loco S. Angeli, ubi nos Heverardus pro factis imperij eramus in colloquio cum Pistoriensibus potestate, & Sindico communis Pistorij, comparente ibidem Sindico Episcopi suprascripti coram nobis proposuerunt qualiter parati erunt resarcire expensas supradicte tenute, & satisdare iudicio Sisti, ut quia Sindicus predicti Episcopi contra adversam partem quemdam incepit obiicere. Nos Heverardus alium statuimus eis terminum, quo termino adveniente Sindicus supradicti Comunis, & Episcopus predictus coram nobis fuerunt apud Sanctum Miniatum, ibique multa proposita fuerint hinc inde. Tandem cum dictus Episcopus iterum obiicere potestati, & Consilio Pistoriensi, & specialiter ipsi Sindico de excomunicatione, quod idem Sindicus Comunis Pistoriensis penitus negabat ad cautelam, tamen idem Claritus Sindicus prostratus ad pedes supradicti Episcopi humiliter petiit ab eo, ut eum reciperet ad suum, & Ecclesie mandatum, & si in aliquam incideret excomunicationem, volebat inde observare mandatum suum, & Ecclesie, & volebat ei pro supradicto Comuni restituere expensas legaliter factas pro suprascripta tenuta, & satisdare iudicio Sisti, & defendere suprascriptum Commune, & facere cuncta, que debebat Episcopus tamen cum ad suum mandatum, & expensas predictas recuperavit, quo facto Nos Heverardus prefatus, habito consilio nostrorum Judicum duximus, quod nobis videbatur, quod si per idoneam personam pro suprascripto Communi restituerentur ipsi Episcopo, vel eius Sindico expense legitime suprascripte tenute, quod idem Episcopus eas recipere debeat, & eis restitutis, & data idonea satisfactione iudicio Sisti. Nobis videbatur, quod predicta tenuta deberet restitui suprascripto Communi, & ita precepimus, & duximus suprascripto Sindico Comunis Pistoriensis, quod faceret, ita quod per idoneam personam dicte expense resarcirentur suprascripto Episcopo ab inde ad diem sabati proximi, & nos restitueremus postea suprascripto Comuni iam dictam tenutam, quas expensas si non reciperet suprascriptus Episcopus, duximus Nos Heverardus iam dictus, quod nihilominus restitueremus suprascriptam tenutam iam dicto comuni; quo dicto subscriptus Claritus Sindicus predicti comunis iterum petiit humiliter ab eodem Episcopo, ut eum reciperet ad suum mandatum, & incontinenter reciperet predictas expensas, quia incontinenti in presentia nostra eas sibi resarcire, & satisdare iudicio Sisti volebat, & facere cuncta, que debebat, sed Episcopus suprascriptus, eum ad suum mandatum, & expensas predictas recipere recusavit. Postea vero ante suprascriptum diem sabati universitas, & commune Pistorij super predictis alium constituit Sindicum; Puta Jacobum Saracini, pro ut in publico Instrumento exinde per manum Christofani Notarij confecto continebatur, quod Jacobus Sindicus pro subscripto communi obtulit apud Pratum in predicto die sabati iam dicto Episcopo expensas suprascripte tenute legitime factas, dicendo scilicet, quod eas reciperet, & ostendendo ei ipsam pecuniam, set eas idem Episcopus recipere recusavit, pro ut etiam hec continebatur in alio instrumento publico scripto per manum Rinforthati iudicis, & Notarij; unde in sequenti die idem Jacobus Sindicus subscripti comunis apud sanctum miniatum ante presentiam nostram se representavit cum predictis instrumentis protestando, & dicendo humiliter nobis Heverardo, ut sibi pro subscripto comuni restitueremus suprascriptam tenutam, quia paratus erat satis dare iudicio Sisti, & facere cuncta, que debebat, ut hoc idem etiam in die tertia sequenti fecit Jacobus suprascriptus Sindicus, protestando hec, & petendo scilicet jam dictam tenutam pro iam dicto communi restitui. Unde nos Everardus . . . . . Domini Imperatoris, ac Domini Cancellarij nuntius in Tuscia constitutus visis, & auditis omnibus subscriptis, & diligenter inspectis, recepta ab ipso Jacobo Sindico cautione, iudicio Sisti fide iussioria pro ipso comuni prefatam sententiam tenute, seu possessionis datam per iam dictum Dominum Cancellarium, vel per Gerardum de Tebaldis de Parma, & Socios suos iudices Curiae Domini Cancellarij, cassamus,

mus, & in irritum deducimus, restituentes possessionem datam per prefatum Dominum Cancellarium, vel per iam dictum Gerardum, & socios eius, seu per nuntium Domini Cancellarij vel eorumdem Judicum contra comune Pistorij eidem Jacobo Sindico nomine dicti comunis, & ipsi comuni, & universitati Pistorij, & restituendam fore pronuntiamus; pronuntiamus etiam, ut supra scriptus Sindicus nomine Comunis Pistorij deponat in secrestia Sancti Jacobi quinquaginta libras Pisane Monete pro expensis, quas fecit Episcopus prenominatus, vel eius procurator, seu Sindicus circa ingressum litis pro predicta possessione, seu tenuta recipienda, salvo iure, & reservato utrique parti, si majores, vel minores fuerunt expense facte per predictum Episcopum, vel eius Sindicum. Actum prope portam Castri S. Miniatis sive Cassan. coram Guarzone notario, Ildebrandino Mariscotti, Arnaldo Milite, & Ruberto, & Johanne iudicibus Curiae, & aliis pluribus. Anno Nativitatis Domini MCCXXI. quinto nonas Maij Indictione nona.

Bonaccursus Judex, atque Notarius Domini Imperatoris suprascripta omnia de mandato suprascripti Heverardi publice scripsi, meoque signo, & nomine roboravi, & ubi superius interlineatum est, scilicet *satisdare iudicio Sisti*, Ego ipse Bonaccursus mea manu scripsi.

Ego Gratia Judex, & notarius Sacri Palatii, illud autenticum instrumentum scriptum superius per manum Bonaccursij Judicis, & notarij, unde hoc ad me scriptum est, vidi, & legi, & pro ut in eo inveni, nihil addendo, vel diminuendo, de verbo ad verbum transcripsi, & fideliter exemplavi, & signum manus meae imposui.

XVIII.

Gregorii IX. Literae a. 1227. delegatoriae arbitrorum in caussa Communis Pistoriensis cum Canonico Pratensi, ex archivo operae S. Jacobi.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei Ven. Fratri Archiep. Pisanorum, & dilecto filio Archidiacono Senensium Salutem, & Apostolicam benedictionem. Potestas & Comune Pistoriensium nobis conquerendo monstrarunt, quod . . . Canonicus Pratensis Dioecesis super quadam pecunie Summa, possessionibus & rebus aliis ad eos comuniter pertinentibus iniuriatur eisdem; ideoque discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam & appellatione remota fine debito usuris cessantibus terminetis, facientes, quod decreveritis, per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint notati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eamdem, appellatione cessante; cogatis veritati testimonium perhibere. Datum Anagnie VI. Kal. Julij Pontificatus nostri anno primo.

XIX.

Sententia Aegidij Cardinalis a Gregorio IX. confirmata Anno 1229, ex Archivo S. Bartholomaei.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis Filiis . . . . Priori, & Conventui S. Bartholomaei Pistoriensi salutem, & Apostolicam Benedictionem. Officij nostri sollicitudo deposcit, ut controversias, que ad nostrum perferuntur examen, studeamus Judicio, vel concordia celeriter terminare, quatinus litibus congruo fine sopitis litigantes mutuo iungi possint vinculo Caritatis. Ex parte itaque vestra fuit propositum coram nobis, ut cum olim inter vos ex una parte, & dilectos filios Abbatem, & conventum S. Johannis Parmensis ex altera, super diversis articulis inferius in arbitrio exprimendis coram dilecto filio nostro Egidio Sanctorum Cosme, & Damiani diacono Cardinali a nobis partibus au-

auditore concesso questio verteretur, tandem in Cardinalem eumdem fuit a partibus tanquam in Arbitrium concorditer compromissum, qui equum inter partes arbitrium promulgavit. Quod petivistis humiliter Apostolico munimine roborari. Ea propter dilecti in Domino Filij vestris iustis postulationibus gratum impertientes assensum, arbitrium ipsum provide, ac iuste prolatum, & ab utraque parte sponte receptum, pro ut in instrumento publico, inde confecto, & eiusdem Cardinalis sigillo munito perspeximus contineri, auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem rei evidentiam tenorem instrumenti predicti de verbo ad verbum presentibus duximus inseresendum. Qui talis existit. In nomine Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Cum inter Monasterium S. Bartholomei Pistoriensis ex una parte, & Abbatem, & Conventum S. Johannis Parmensis ex altera super diversis articulis inferius exprimendis controversiam diutius agitatam Dominus Papa nobis Egidio Sanctorum Cosme, & Damiani Diacono Cardinali commiserit audiendam, ac demum super omnibus hinc inde propositis in nos ab utraque parte sub certa pena, videlicet quadringentarum marcarum iter . . . . Ad invicem legitime stipulata fuerit, plenissime comperissemus nos de Mandato Apostolico recepto taliter compromisso causam examinavimus diligenter. Auditis igitur, & intellectis, que a partibus fuere proposita, confessionibus partium, ac depositionibus testium productorum, sicut oportuit, attente discussis, privilegiis quoque Romanorum Pontificum, nec non Imperatorum a Parte Monasterij S. Johannis coram nobis exhibitis diligenter inspectis, & cause meritis ad plenum cognitis ita per Arbitrium diffinimus. Vacante Monasterio S. Bartholomei fratres eiusdem loci, qui nunc sunt, vel qui pro tempore fuerint, de persona idonea prioris per electionem Canonicam providendi sibi liberam habeant de cetero facultatem. Et quod de Johannis quondam dicti prioris electione, seu institutione per Abbatem Guidoctum S. Johannis extitit attentatum, & quidquid ex eo, vel ob id secutum est, sententialiter irritamus. Quantum autem ad ius eligendi priorem in eodem Monasterio, nec non tam Prioris, quam Monachorum, & Conversorum eiusdem institutionem, ac destitutionem, visitationem quoque, que pars Monasterij S. Johannis per reconventionis modum, adiudicari sibi cum instantia postulabat possessorium, & petitorium intemptando procuratorem S. Bartholomei nomine ipsius Monasterij ab impetitione partis alterius prorsus absolvimus, super hiis quatuor Articulis monasterio S. Johannis perpetuum silentium imponendo. Ceterum super correctione, obedientia, reverentia, & subiectione Monasterij memorati, tam in spiritualibus, quam temporalibus, que pars S. Johannis in dicto Monasterio sibi similiter adiudicari petebat, ita decernimus observandum. Quando Abbas S. Johannis, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, ad Monasterium S. Bartholomei duxerit personaliter accedendum semel in anno, Prior, & Monachi S. Bartholomei cum Processione solempni pulsatis campanis ipsum reverenter, ac honorifice recipiant, & in Ecclesiam inductum processionaliter ad altare deducant; Abbas quoque cum suis personis videlicet, & equis per tres dies in Prandio, & Cena decenter in expensis eiusdem Monasterij procuretur, ita tamen, quod decem evectionum, & quatuordecim personarum numerum non excedat, quod si excesserit, ad expensas prestandas ultra numerum pretassatum Monasterium minime teneatur. Insuper quandiu Abbas moram ibidem traxerit, in Ecclesia, Coro, Claustro, Capitulo, in admonitionibus Monachorum, Refectorio, Dormitorio, in loco, ac Sede Prioris tamquam Dominus a Priore, Monachis, & Conversis eiusdem loci recipiatur, habeatur, & venerabiliter honoretur. Ad hec si contingat Abbatem S. Johannis ad Concilium evocatum ad Romanam Ecclesiam proficisci, & per Pistorium transiens ad Monasterium S. Bartholomei duxerit declinandum usque ad prefatum tam personarum, quam evectionum numerum, duabus diebus, tam in eundo, quam redeundo, congruentes expensas habeat a Monasterio memorato. Sed & si Abbatem, vel aliquem de Familia sua casualiter ibidem egrotare contigerit, Abbati tanquam Domino, dum in lecto fuerit egritudinis, pro quattuor equis, & sex personis, & familiari eius dum egrotaverit, tanquam uni de Familia S. Bartholomei se-

secundum conditionem persone de bonis Monasterij charitative necessaria ministrentur. In hiis tamen per Abbatem, vel suos in gravamine Monasterij nichil fraudis, doli, malitie fingatur, aut fiat, ad majus etiam inter utrumque monasterium mutue charitatis inditium. Si quando Abbas S. Johannis unum aut duos de Monachis suis ad manendum in Monasterio S. Bartholomei, miserit, a priore, & Monachis eiusdem loci recipiantur ilariter, & dum ibi fuerint, tanquam fratres ipsius Collegij mutua Caritate tractentur. Pari modo servetur de Monachis S. Bartholomei, si prior unum, aut duos ex eis ad monasterium S. Johannis duxerit destinare. Prior autem, Monachi, & conversi S. Bartholomei qui pro tempore fuerint, Abbati S. Johannis, qui nunc est, & cuilibet Catholico successori cum ad Monasterium S. Bartholomei de novo venerit, super hiis tantum, que superius sunt expressa, manualem obedientiam faciant, reverentiam, & subiectionem exhibeant, & observent. Si quid vero de Premissis a Priore, Monachis, seu Conversis S. Bartholomei Abbati fuerit indebite denegatum, idem Abbas in eo solo, quod sibi fuerit iniuste negatum, delinquentis excessum regulariter corrigat, & castiget. Et ad id liberius corrigendum per censuram Ecclesiasticam, si opus fuerit, cum moderamine rationis tanquam Abbas exerceat potestatem, ita tamen, quod ad destitutionis, vel amotionis sententiam non procedat. Istis ergo, que firmiter observanda decrevimus, a priore, Monachis, & conversis S. Bartholomei Abbati S. Johannis convenienter exhibitis, idem Abbas contentus existens nullam in spiritualibus, seu temporalibus eiusdem monasterij disponendi sibi vendicet potestatem, nec aliquid amplius exigat ab eisdem, & si exegerit, impune negetur. Super expensis autem hinc inde petitis utramque partem ab alterius inquietudine reddimus absolutam. Datum, laudatum, pronuntiatum, sive arbitratum fuit a predicto Domino Egidio Cardinali in Civitate perusina in Domo Andrionis Rambocti, ubi tunc idem Dominus Cardinalis hospitabatur, presentibus iis testibus Domino electo Bracarensi, magistro Tiburtio Archidiacono Palentino, Domino Egidio Archidiacono Santarano Magistro Svecio Canonico Colimbriensi, Johanne Egee Canonico Bracarensi, Magistro Johanne Burgensi, & Petro Pelagii Rectore S. Thomae Ulisbonensi in Anno Domini millesimo dugentesimo vigesimo nono, indictione secunda die Kalendarum Mensis Junii, Pontificatus Domini Gregorij Pape noni, Anno tercio. Ego Blanchus notarius imperiali auctoritate iis omnibus interfui, & hoc arbitrium, laudum, sive pronuntiatum, & omnia supradicta de mandato, & auctoritate memorati Domini Egidij Cardinalis scripsi, & autenticavi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Perusij quarto Idus Junij Pontificatus nostri Anno tertio.

X X.

Alexandri IV. literae a. 1257. in quibus constituit Plebanum Plebis S. Petri in campo arbitrum controversiae inter Episcopum Pistoriensem, & Plebanum Ecclesiae S. Quiriaci, aliosque, ex archivo Episcopii Pistoriensis.

IN nomine Domini Amen. Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Plebano Plebis S. Petri in Campo Lucane diecesis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Venerabilis Frater noster Episcopus Pistoriensis Monasterij S. Angelis de Furculis Ordinis Vallis umbrosae, Plebi Ecclesie S. Quiriaci, & quarumdam aliarum Patronus nobis conquerendo monstravit, quod Abbas, & conventus eiusdem Monasterij Plebanus ipsius Ecclesiae, Lanfranchus Rainaldi, & Albertus de Cellis, & quidam alii milites Lucane, Pistoriensis, & Florentine Civitatum, & Diecesium super Jurepatronatus Monasterij, & Ecclesiarum praedictarum Decimis,

mis, quadam pecuniae summa Terris, possessionibus, & rebus aliis iniuriantur eidem. Ideoque discretioni tuae, per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audias causam, & appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Viterbij septima Idus augusti Pontificatus nostri anno tertio. Quae literae munitae erant Bulla plumbea cum filo pendenti, continenti ex una parte duas facies in similitudine hominum cruce mediante, super quarum una S. *Paulus*, super altera nō S. *Petrus*, ex altera vero parte ipsius Bullae sunt Literae *Alexander PP.* IV. Quas ego Simonectus infrascriptus vidi, & legi.

XXI.

Sententia Vicarii Generalis Episc. Pistor. a. 1367. *pro Monasterio S. Michaelis de Furculis Pist., ex eiusdem Monasterii archivo.*

IN Christi nomine Amen. Reverendus vir Presbiter Simon Pieri Talini Rector Ecclesie S. Michaelis in Conco Pistoriensis reverendi in Christo Patris, & Domini, Domini Fratris Remigii Dei gratia Episcopi Pistoriensis in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis ad petitionem discreti viri Dompni Stefani Baronti Sindici, & Procuratoris Abbatis, & conventus Monasterij S. Michaelis de Fulculis Pistoriensis pro tribunali sedens in Pistoriensi Episcopali Palatio ad eius solitum bancum iuris, visa petitione dicti Sindici, & procuratoris dicto nomine, & viso quid privilegio gratie exemptionis concesse dicto monasterio & conventui per Sanctissimum in Christo Patrem Dominum Dominum Urbanum Papam secundum dato sub Anno Dominice incarnationis MXC. Indictione XIII., octavo Idus Aprilis exemplato Manu Bartholomei quondam Baronis, quod incipit *Urbanus Episcopus ec.* Et finit ante signum Notarij 1288. die no Mensis Septembris coram nobis productis Sedens pro tribunali omni via iuridica, & modo, quibus melius potuit, volens obedire mandatis dicti summi Pontificis pronuptiavit, decernit, & declaravit dictum Monasterium, & eius bona, & iura ei subiecta, vel supposita, & specialiter Ecclesia S. Marchi de Pistorio, quoquomodo non teneri, nec esse, vel fuisse aliqualiter obligata, quantum ad datia, & impositas factas solvendas, vel fiendas in futurum per Clerum, aut Episcopum Pistoriensem, & hec presente dicto Domno Stephano dicto nomine & predicta fieri petente. Acta fuerunt predicta in Episcopali Palatio Pistoriensi ad bancum iuris presentibus ser Tocto ser Oppirii Notario de Pistorio, & Presbitero karulo ser Lippi benefitiato in maiori Ecclesia Pistoriensi testibus ad predicta vocatis, & rogatis, sub Anno Dominice Nativitatis 1367. Indictione sexta die 5. Mensis Novembris.

Ego Arrigus olim Joannis de Pistorio imperiali auctoritate Judex ordinarius, & notarius, & tunc notarius Curie Episcopalis predicta mandato dicti Domini Vicarij subscripsi, & publicavi, & quod supra additum est & signatum in duabus partibus, manu propria addidi, & signavi.

XXII.

Matthaei Pistoriensis Episcopi Sententia Anno 1420, *ex Archivo Curiae Episcopalis.*

IN nomine domini Amen.

Pridem nos Matthaeus Dei Gratia Episcopus Pistoriensis, causae, & partibus infra scriptis, Judex, & Commissarius a Sanctissimo in Christo Patre & Domino nostro, Domino Martino divina Providentia Papa quinto specialiter depu-

pu-

putatus, litteras eiusdem Domini nostri Papae eius vera Bulla plumbea cum cordula Canapis more Romanae Curiae impendenti bullatas, sanas, & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes, nobis per providum Virum Dominum Marcum Andreae de Pistorio Sindicum, & procuratorem Universitatis, nec non habitorum, & incolarum Terrae Cutiliani dictae Diecesis principalium in ipsis literis principaliter nominatorum, de cuius Sindicatu, seu procurationis mandato, nobis legitime extitit facta fides coram infrascriptis Notario publico, & testibus praesentatas; Nos tum ea, qua decuit reverentia, noveritis recepisse huiusmodi sub tenore.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Episcopo Pistoriensi salutem, & Apostolicam Benedictionem. &c.

Humilibus, & supplicum votis libenter annuimus, illaque prosequimur favoribus opportunis, exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum universitatis, nec non habitatorum, & incolarum Terrae Cutiliani Pistoriensis Diaecesis, petitio continebat. Quod olim bonae memoriae Joannes Episcopus Pistoriensis provide considerans, quod ipsi à plebe Sanctae Mariae de Lizano eiusdem Diecesis, ad quam pro Baptizandis infantibus, qui infra terram nascebantur eamdem, habebatur recursus per duo, vel circa distabant milliaria, & quod propter itineris distantiam, aeris intemperiem, glaciei, & nivium multitudinem, ventorum turbines, nec non aquarum decursus inter terram, quae in altis consistit Alpibus, & Plebem praedictas plerumque recurrentes, aliqui ex dictis infantibus tempore, quo pro suscipiendo baptismate ad plebem deferebantur eamdem, absque illo miserabiliter decesserant: Etiam quandoque Plebani dictae Plebis ab ea emergente absentia quamplurimis inibi scandalis, & incommodis propterea subsecutis, quodque terra ipsa labentibus annis personarum numero multiplicata erat, mille videlicet, & ultra, humana corpora tunc compraehendens, sufficienti super his informatione recepta; Rectori Ecclesiae dictae terrae ac eisdem universitatis habitatoribus, & incolis fontes concessit baptismales, ita quod ipsi in dicta Ecclesia illos constituere, & erigere possent pro huiusmodis infantibus baptizandis, ita quod Rector praedictus, vel eo forsitan absente, seu defuncto, ipsius loco alius Sacerdos in die vigiliae, aut Festo Absumptionis Beatae Mariae Virginis Plebano dictae Plebis pro tempore existenti, unam libram incensi in signum subiectionis perpetuis futuris temporibus sub excomunicationis in eum interdicti in ipsam Ecclesiam poenis tradere, & offerre, & in die Sabati sancti ad eamdem plebem accedere, & de illius fontibus post eorum benedictionem aquam baptismalem in huiusmodi fontibus dictae Ecclesiae, postmodum immittenda, nec non oleum cathecumenorum, & infirmorum a dicto Plebano, si ea dare vellet, petere, & recipere deberet; alioquin ipso plebano illa tradere denegante, liceret rectori, seu sacerdoti praedicto pro illa vice, pro eis ad Ecclesiam Pistoriensem habere recursum certa tunc recompensatione facta Plebi memoratae, & subsequenter, cum inter Plebanum, ac rectorem, Universitatem, ac habitatores, & incolas praedictos, occasione concessionis huiusmodi materia fuisset quaestionis exorta; bonae memoriae Andreas Episcopus Pistoriensis a partibus ipsis ad hoc arbiter electus, praemissam concessionem de huiusmodi fontibus in praedicta Ecclesia perpetuo habendam, roboris laudavit habere firmitatem etiam tunc de certis Terrae poena, ac pecuniarum quantitate in dictae Plebis utilitatem convertenda, ipsi Plebi recompensatione servata: Hoc adiuncto, quod Rector praedictus Sabbati Sancti, Pentecostes, & eiusdem Vigiliae diebus, dictam Plebem, etiam sub similibus poenis accedere, inibi etiam libram incensi praefatam, & ultra hoc solidos quadraginta quaternorum Florentinorum, & mediam libram cerae in candelis ipsi Plebano assignando, divina inibi officia cum dicto Plebano celebrare teneatur: liceretque Rectori praefato in Praedicta Ecclesia, & eius caemeteriis in ipsa terra decedentium corpora, etiam irrequisito dicto Plebano Ecclesiasticae tradere sepulturae, aliis solitis reverentiis, honoribus, servitiis, & obligationibus ipsi Plebi debitis in omnibus tamen salvis, &c. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, pro eo quod in dicta Terra favente Domino, adeo

adeo habitatorum, & incolarum eorumdem excreverit numerus, ipseque rector praemissis diebus Plebem, ut praefertur adire habet antedictam, ipsa remanente Ecclesia tunc divinis officiis peritus destituta habitatorum, & incolarum praedictorum tunc multipliceter tepescat devotio animarum, dispendia, scandalorumque fomenta periculosius existant, ipsi habitatores, & incolae ad hoc, quod divini cultus augmento, dicta Ecclesia erigatur in Plebem Parrochialem, ita quod eidem Plebi deinceps minime censeatur subiecta, & quod Praefatus rector, sive Sacerdos, vel quivis alius ratione dictae Ecclesiae, ipsam adire Plebem, vel inibi diebus praemissis divinis interesse, seu huiusmodi subiectionis insignia exhibere non habeantur astricti, aliam propterea reconpensam congruam facere, & impendere velint Plebi, & Plebano memoratis pro parte universitatis, habitatorum, & incolarum praedictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut Ecclesiam ipsam in Plebem Parrochialem erigere, ipsamque ab omni superioritate dictae Plebis de Lizano eximere, & liberare, & alias in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur de Praemissis certam notitiam non habentes, cuiusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitatis tuae per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus si vocatis Plebano dictae Plebis, & aliis, qui fuerint evocandi, ita esse reperieris facta tamen prius eidem Plebi per eosdem universitatem habitatores, & incolas iuxta tuae fraternitatis arbitrium, & dictamen, recompensatione congrua, & decenti Ecclesiam ipsam in Plebem Parochialem auctoritate nostra erigas, ipsamque ab huiusmodi superioritate Plebis de Lizano, & Plebani praefatorum eximas, ac liberam, & exemptam in perpetuum esse decernas, & declares: Ita quod Plebanus huiusmodi Plebis parochialis, aut Sacerdos, vel quivis alius ex praemissis, seu aliis quibusvis causis de caetero ipsam Plebem de Lizano adire, vel inibi subiectionis insignia, libram videlicet incensi, solidos, & mediam libram cerae huiusmodi, seu aliquid ex eis Plebano, seu Plebi huiusmodi tradere, vel assignare, seu in aliquo obedire minime teneantur: quodque Rector, seu Plebanus eiusdem Plebis parochialis pro tempore existens, pro oleo, & aliis sacramentalibus Ecclesiam Pistoriensem adire possit, & valeat pro suo libito voluntatis, praemissis, & constitutionibus Apostolicis, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Florentiae 13. Kalendas Januarij Pontificatus nostri anno tertio.

Quarum quidem litterarum Apostolicarum vigore citatione legitima extra Romanam Curiam, & ad partes pro parte praedictorum universitatis; nec non habitatorum, & incolarum Terrae Cutiliani principalium, & contra quemdam Plebanum Plebis Sanctae Mariae de Lizano ex adverso principalium, etiam in dictis litteris Apostolicis principaliter, ex adverso nominatum, omnesque alios, & singulos, sua communiter, vel divisim interesse putantes in forma solita, & consueta, decreta, & concessa, ipsamque in partibus debitae executa, ac una cum eius executione de ipsis partibus reportata, ac coram nobis per eumdem D. Marcum Andreae Sindicum, & Procuratorem coram nobis iudicialiter comparentem reproducta: Ex post vero comparuerunt in iudicio, coram nobis providus vir magister Joannes scrimp. in Romana Curia procurator pro parte praefatorum Universitatis habitatorum, & Incolarum Terrae Cutiliani principalium per supradictum D. Marcum eorum procuratorem, & Sindicum constitutum ad hanc causam legittime substitutus una cum eodem D. Marco Sindico, & procuratore ex una, nec non Joannes Buctij, & Jacobus Ciati D. Urbani Guelfredi de Pistorio Plebani Plebis de Lizano, ex adverso Principalis praedicti procuratores, de quorum huiusmodi constitutiones, & substitutiones mandato exactis causae huiusmodi legittimis constat documentum partibus ex altera: quid volentes, ut asseruerunt, finem liti imponere, ac laboribus huiusmodi pariter, & expensis, ac de consensu, & concordia unanimj, omnes, & singulos terminos de jure, & consuetudine, ac stilo Sacri Palatii causarum Praelatarum observari solitos simul, & semel, ac unico contextu observare, & tenere; in nos Mathaeum Episcopum Judicem, & Commissarium praefatum, tanquam in Judicem, ipsis competentem, nostramque iurisditionem expresse consenserunt: Nos tunc ipsis huiusmodi instantibus, & petentibus, tamen ad dandum, & recipiendum, darique, & recipi vi-

 den-

dendum libellum, seu libellos, ac summariam petitionem in hac causa ad statum praefiximus, & assignavimus. Quo sic praefisso termino Magister Joannes Scrimp. substitutus, quemdam libellum, sive petitionem summariam facto, & in scriptis: ac Joannes Buctij constitutus, procuratores praedicti, libellum partis suae verbo dumtaxat cum protestatione de dando eumdem finem, & in scriptis suis, loco, & tempore congruis obtulerunt, & exhibuerunt; quorum quidem libellorum, unius videlicet per Magistrum Joannem Scrimp. Procuratorem substitutum dati, tenor sequitur talis.

Ad Finem, & effectum, quod vos Reverende Pater Ecclesiam Terrae Cutiliani Pistoriensis Diecesis in Plebem Parochialem erigere, ipsamque ab omni superioritate Plebis Sanctae Mariae de Lizano dictae Diaecesis eximere, & liberare, atque alia vobis circumpremissam commissa facere possitis, & valeatis, Procurator, seu Sindicus, ac procuratorio, seu Sindicatorio nomine Universitatis, nec non habitatorum, & incolarum dictae Terrae Cutiliani, dicit, & asserit, ac ponit, & probare intendit ea, quae sequuntur ad probationem tamen, intentioni suae fore necessarium dumtaxat se astringere de quo protestatur. In primis enim dicit, & asserit, ac ponit, & probare intendit, quod praefata Terra Cutiliani a decem, viginti, triginta, quadraginta, & quinquaginta annis proxime praeteritis a dicta Terra, seu Plebe de Lizano per duo milliaria Italica, vel circa distare consuevit, atque distat, atque in altis consistebat, atque consistit Alpibus; & sic fuit, & est verum. Item dicit, & asserit, quod olim bonae memoriae Dominus Joannes Episcopus Pistoriensis, provide considerans, quod ipsi Universitas, habitatores, & incolae a dicta Plebe de Lizano, ad quam pro baptizandis Infantibus, qui infra Terram nascebantur eamdem habebatur recursus, sic ut praedicitur per duo, vel circa milliaria distantes, & quod propter itineris distantiam, aeris intemperiem, glaciei, & nivium multitudinem, ventorum turbines, nec non aquarum decursus inter terram, quae in altis consistit Alpibus, & plebem praedictam, plerumque recurrentes aliqui ex dictis infantibus tempore, quo pro suscipiendo baptismate ad Plebem deferebantur eamdem, absque illo miserabiliter decesserant: etiam quodque Plebano dictae Plebis ab ea emergente absentia, quam plurimis inibi scandalis, & incommodis propterea subsecutis: quodque Terra ipsa labentibus annis personarum numero multiplicata erat, mille videlicet, & ultra humana Corpora, tunc comprachendens, sufficienti super huius informatione recepta; Rectori Ecclesiae dictae Terrae, ac universitati, habitatoribus, & incolis Fontes concessit baptismales, ita, quod ipse in dicta Ecclesia illos constituere, & erigere posset pro huiusmodi infantibus baptizandis, ita quod Rector praedictus, vel eo forsitan absente, vel defuncto ipsius loco alius Sacerdos in die Vigiliae aut Festo Absumptionis Beatae Mariae Virginis Plebano dictae plebis pro tempore existente unam libram incensi in signum subiectionis perpetuis futuris temporibus sub excomunicationis in eum interdicti in ipsam Ecclesiam poenis tradere, & offerre, & in die Sabbati Sancti ad eamdem Plebem accedere, & de illius Fontibus post eorum benedictionem aquam baptismalem in huiusmodi fontibus dictae Ecclesiae postmodum immittendam, nec non oleum Cathecumenorum, & infirmorum a dicto Plebano, si ea dare vellet, petere, & recipere deberet, alioquin ipso Plebano illa tradere denegante, liceret Rectori, seu Sacerdoti praedicto pro illa vice pro eis ad Ecclesiam Pistoriensem habere recursum, certa tunc facta recompensatione Plebi memoratae, & sic fuit, & est verum. Item, quod cum subsequenter inter Plebanum, & Rectorem, Universitatem, ac habitatores, & incolas predictos occasione concessionis huiusmodi materia fuisset quaestionis exorta; bonae memoriae Dominus Andreas Episcopus Pistoriensis a partibus ipsis ad hoc arbiter electus praemissam concessionem de huiusmodi fontibus in praedicta Ecclesia perpetuo habendam robore laudavit. habere firmitatem etiam tunc de certis Terrae poena, ac pecuniarum quantitate in dictae Plebis utilitatem convertenda, ipsi Plebi recompensatione statuta: hoc adiuncto, quod Rector praedictus Sabbati Sancti, Pentecostes, & eiusdem Vigiliae diebus, dictam Plebem, etiam sub similibus poenis accedere, & inibi etiam libram incensi praefatam, & ultra hoc solidos quadraginta quaternorum

Flo-

Florentinorum, & mediam libram cerae in candelis ipsi Plebano assignando divina inibi officia cum dicto plebano celebrare teneretur; liceretque Rectori praefato in praedicto Ecclesia, & eius Caemeteriis in ipsa terra decedentium corpora, etiam irrequisito dicto Plebano Ecclesiasticae tradere sepolturae, aliis solitis reverentiis, honoribus, servitiis, & obbligationibus ipsi Plebi debitis, in omnibus tamen salvis &c. Et sic fuit, & est verum. Item, quod successive adeo habitatorum, & incolarum eorumdem excrevit numerus, ita & taliter, quod, si & cum ipse Rector praemissis diebus, Plebem, ut praefertur; de caetere adire haberet antedictam, ex tunc ipsa Ecclesia divinis officiis poenitus remaneret destituta, sic; quod ob id habitatorum, & incolarum praedictorum multipliciter tepescebat, & tepescit devotio animarum, dispendia scandalorumque fomenta excitabantur, & etiam excitantur de praesenti, & sic fuit, & est verum. Item quod praemissa omnia, & singula, sicut erant, & sunt vera, ac de eis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama; Item, quod subcessive praemissis, vel saltem aliquibus ex eis, & quod iidem habitatores, & incolae ad hoc, quod pro divini cultus augmento dicta Ecclesia erigeretur in Plebem Parochialem, ita, quod eidem Plebi deinceps minime censeatur subiecta, & quod praefatus rector, sive Sacerdos, vel quivis alius ratione dictae Ecclesiae ipsam adire plebem, vel inibi praemissis, vel aliis diebus divinis, seu processionibus interesse, seu huiusmodi subiectionis insignia exhibere non habeantur astricti; aliam propterea recompensam congruam facere, & impendere velint Plebi, ac Plebano memoratis Sanctissimo in Christo Patre, & Domino nostro, Domino Martino Papae Quinto exposito, atque sibi pro parte Universitatis habitatorum, & incolarum praedictorum humiliter supplicato, ut Ecclesiam ipsam in Parrochialem Plebem erigere, ipsamque ab omni superioritate dictae Plebis de Lizano eximere, & liberare, & aliis in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaretur supplicato; Idem Dominus noster de praemissis certam notitiam non habens, huiusmodi supplicationibus inclinatus vobis Reverendo Patri praedicto tertio decimo Kalendas Januarij Pontificatus sui anno tertio, commisit, & mandavit, quod si vocatis Plebano dictae Plebis, & aliis, qui fuerint evocandi, ita esse reperietis, facta tamen eidem Plebi prius per eosdem, universitatem, habitatores, & incolas iuxta vestrae Paternitatis arbitrium, & dictamen recompensatione congrua, & decenti, Ecclesiam ipsam in Plebem Parrochialem Auctoritate Apostolica erigatis, ipsamque ab huiusmodi superioritate Plebis de Lizano, aut Plebani praefatorum eximatis, ac liberam, & exemptam in perpetuum esse decernatis, & declaretis, ita quod Plebanus huiusmodi Plebis Parochialis, aut Sacerdos, vel quivis alius ex praemissis, seu aliis quibusvis de causis de caetero ipsam Plebem de Lizano adire, vel inibi subiectionis insignia, libram videlicet incensi, solidos, & mediam libram cerae huiusmodi, seu aliquid ex eis Plebano, seu Plebi huiusmodi tradere, vel assignare, seu in aliis obedire minime teneatur. Quodque rector, seu Plebanus eiusdem Plebis Parochialis pro tempore existens, pro oleo, & aliis Sacramentalibus Ecclesiam Pistoriensem adire possit & valeat pro suo libito voluntatis pro ut, sic, vel aliter, aut plus, vel minus in literis Apostolicis desuper confectis ad quas se refert dictus Procurator, Nomine, quo supra: Et hic dat pro verificatione praemissarum, quatenus pro parte sua, & contra dictam sibi partem adversam faciat, & non alias, nec aliter, neque alio modo plenius continetur. Item, quod Plebanus modernus dictae Plebis de Lizano ad praemissa per vos fieri videndum legitime vocatus extitit, & sic fuit, & est verum. Item, quod praemissa omnia, & singula sicut erant, & sunt vera, ac de eis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox; & fama. Item quod dictus Sindicus, seu procurator, pro ut in dictis literis Apostolicis contentorum latiori verificatione repetit alia iura, instrumenta, & monumenta pro parte sua in hac causa, seu facto cautionis producta, & hic dat de novo pro verificatione huiusmodi, quatenus pro parte sua, & contradictam sibi partem adversam faciat, & non alias, nec aliter, neque alio modo. Petit igitur dictus Sindicus, seu procurator nomine quo supra per vos reverendum Patrem praedictam, vestramque Sententiam, seu pronunciationem pronuntiari, decerni,

& declarari eidem Plebi per eosdem Universitatem, habitatores, & incolas, iuxta praefatae vestrae Reverendae Paternitatis arbitrium, & dictamen recompensationem congruam, & decentem ad effectum praemissam faciendam fore, & fieri debere. Ipsaque facta, seu cautione sufficienti data de faciendo eamdem Ecclesiam in Plebem Parochialem erigendam, atque eamdem a superioritate Plebis de Lizano, ac Plebani praedictorum eximendam, ac liberam, & exemptam in perpetuum decernendam, & declarandam fore, atque per vos erigi, eximi, liberari, decerni & declarari ita, & taliter, quod Plebanus huiusmodi Plebis Parochialis, aut Sacerdos, vel quivis alius ex praemissis, seu aliis, quibusvis de causis de caetero ipsam Plebem de Lizano adire, vel inibi subiectionis insignia, libram videlicet incensi, solidos, ac mediam libram cerae huiusmodi, seu aliquod etiam aliud ex eis Plebano, seu Plebi huiusmodi tradere, vel assignare, seu in aliquo obedire minime teneatur. Quodque rector, seu Plebanus eiusdem Plebis Parrochialis pro tempore existens, pro Oleo, & aliis Sacramentalibus Ecclesiam Pistoriensem adire possit, & valeat pro suo libito voluntatis una cum expensis in hac causa licite factis, de expensis vero futuris protestando, & praemissa omnia, & singula petit, dicit, narrat, & requirit dicto procuratorio nomine, quo supra melioribus modis, & forma, quibus potest, & debet, una cum expensis supradictis de futuris protestando, ac alias, in, de, & super praemissis omnibus, & singulis coniunctim etiam divisim, nomine quo supra, sibi fieri iustitiae complementum, vestrum insuper benignum Officium implorando, salvo sibi iure, addendi mutandi, minuendi, corrigendi, & declarandi etiam, ut fuit, & est moris, & protestatur, ut fuit, & est moris, atque stili Sacri Palatii causarum praelatarum. Nos tunc eisdem Procuratoribus huiusmodi instantibus, & petentibus, & contra alterutrius libellos nil dicere velle dicentibus, ipsum ad praestandum solitum calumniae iuramentum in hac causa duximus admittendum, & admisimus quibus sic, ad praestandum calumniae iuramentum admisimus per ipsos in manibus nostris, tactis corporaliter scripturis ad Sancta Dei Evangelia de falsitate vitanda, & veritate dicenda; Tunc omnibus, & singulis capitulis memoratis, soluto calumniae iuramento, tam supradictis oblatis libellis, quam tota causa huiusmodi solito iuramento successive praestito. Nos ulterius eisdem procuratoribus huiusmodi instantibus, & petentibus, tamen ad ponendum, & articulandum, ponique, & articulari videndum in hac causa ad statum praefiximus, & assignavimus, in quo per magistrum Joannem Scrimp. substitutum dicto libello per ipsum superius oblato loco positionum, & articulorum repetitio, & verbo dumtaxat reproducto, nec non Joannem Buctii constitutum procuratores praedictos, nonnullis positionibus, & articulis verbo dumtaxat exhibitis, & productis, ac deinde per eosdem, etiam alterutrius positiones, & articulos verbo, & generaliter excepto: Nos tunc eisdem procuratoribus, id a nobis petentibus, tamen ad producendum, & produci videndum omnia, & singula iura, & monumenta, quibus partes huiusmodi in hac causa uti, & servare volebant ad statum duximus statuendum.; Mox tunc Magister Joannes Scrimp. substitutus omnia, & singula, iura, & monumenta pro parte sua, in hac causa superius dicta repetiit, & de novo, verbo dumtaxat produxit, ac Joannes Buctij constitutus, procuratores supradicti, quibus supra pronunciatis nominibus, nonnulla iura, & monumenta, pro parte sua in hac causa, verbo dumtaxat exhibuit, atque dedit: nec non iidem, postquam per nos eis terminus ad hoc assignatus fuerat, contra alterutrius iura, & monumenta peracta verbo, & generaliter exceperunt; Nos tunc ipsis ulterius instantibus, & petentibus ad declarandum, & declarari videndum in hac causa quidquid per partes huiusmodi verbo, vel in scriptis declarare volebant, tamen ad statum praefiximus, & assignavimus. Ipse tunc Magister Joannes Scrimpt. substitutus, & Joannes Buctij constitutus procuratores saepe dicti, se in hac causa nil velle declarare dixerunt, & alligaverunt; Postmodum vero peractis positionibus, & articulis praefatus Magister Joannes Scrimpt. procurator substitutus praedictus ad probandum in Romana Curia dumtaxat admissus per nos, ac in presentia Joannes Buctii ex adverso procuratores nonnullis testibus fide dignis desuper productis, receptis iuratis, ac per nos fideliter examinatis, eorumque di-

dictis, & praepositionibus auditis, & cognitis; Nos tunc ulterius eisdem procuratoribus huiusmodi instantibus, ac in causa huiusmodi secum concludi per nos petentibus, quantumcumque in ipsis erat, quibus supra nominibus procuratoriis, pro partibus suis, sponte concludentibus in causa praesenti duximus concludendum, & conclusimus, ac habuimus, & haberi volumus pro concluso in eadem: Et nihilominus eisdem procuratoribus huiusmodi dictis nominis procuratoriis instantibus, & petentibus; visis per nos poenitus, & diligenter inspectis omnibus, & singulis actis actitatis, literis, scripturis, iuribus, & monumentis testiumque dictis, & depositionibus in huiusmodi causa habitis, exhibitis, & productis, eisque cum diligentia, & maturitate debite recensitis, de iurisperitorum consilio, & assensu, quibus de praesentis causae monitis relatione plenam fieri, & fidelem; per haec itaque inter ipsos & nos deliberatione matura ad nostram in huiusmodi causam diffinitivam proferendi sententiam duximus procedendi, & processimus: Eamque per ea, quae vidimus, & cognovimus, ac de praesenti cognoscimus, & videmus in scriptis, declaramus, & promulgamus, ac poenitus ferimus, & promulgamus in hunc qui sequitur modum.

Christi nomine invocato pro tribunali sedendo, & habendo prae oculis solum Deum de iurisperitorum consilio, & assensu per hanc nostram diffinitivam Sententiam, quam firmamus in literis scriptis, pronunciamus, decernimus, & declaramus eidem plebi de Lizano, praedictos Universitatem, habitatores, & incolas Terrae Cutiliani pro recompensatione congrua & decenti in scutorum quinquaginta quatuor Florenorum aureorum veri, & iusti ponderis de Florentia tradendos, & solvendos fore, ac tradi & solvi debere infra duos menses proximos, & immediate sequentes; eamdemque Ecclesiam de Cutiliano Pistoriensis Diecesis in Plebem parochialem erigendam; atque eamdem a superioritate Plebis de Lizano praedictae, ac Plebani eiusdem eximendam, ac liberam & exemptam in perpetuum decernendam, & declarandam fore; ac ipsam erigimus, eximimus, liberamus, decernimus, & declaramus. Ita, & taliter Plebanus huiusmodi Plebis Parrochialis, ac Sacerdos, vel quivis alius ex praemissis, vel aliis quibusvis de causis de caetero ipsam Plebem de Lizano adire, vel inibi subiectionis insignia, libram videlicet incensi solidos, & mediam libram cerae huiusmodi, seu aliquid etiam aliud ex eis Plebano, seu Plebi huiusmodi tradere, vel assignare, seu in aliquo obedire minime teneatur. Quodque Rector, seu Plebanus eiusdem Plebis Parochialis de Cutiliano pro tempore existens, pro oleo, & aliis Sacramentalibus Ecclesiam Pistoriensem adire possit, & valeat pro suo libito voluntatis: Taxationes vero expensarum, coram nobis in huiusmodi causa propterea factas ex causa obmittendo. Cui quidem Sententiae definitivae per nos latae, dicti procuratores huiusmodi de nominibus, quibus supra pronuntiatis, simpliciter, & de Plano acquierunt: ipsamque ratam, & gratam, & tanquam iuste, & Sancte latam habuerunt, renunciantes nihilominus omni oppositioni per ipsos, & quemlibet eorum ab eadem Sententia in posterum interponendae. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium praemissorum, praesentes literas seu praesens publicum instrumentum huiusmodi nostram Sententiam in se continentem, sive continens exinde fieri, & per Notarium publicum, nostrumque & huiusmodi causae coram nobis scribam infrascriptum, subscribi, & publicari mandavimus, nostrique sigilli fecimus appendi conium. Lecta, lata, & in scriptis promulgata fuit haec praesens Sententia diffinitiva per nos Matheum Episcum iudicem, & commissarium praefatum Florentiae in domo habitationis nostrae sub Anno a nativitate Domini millesimo, quadringentesimo vigesimo indictione tertiadecima die vero Mercurij vigesima octava mensis Februarij, hora vesperi, vel quasi Pontificatus Domini nostri Papae Anno tertio, praesentibus ibidem honorabiliter Viris Benedicto Jam felicis Ser Antonio Ludovici Civibus de Pistorio, & Berardo Valterij de Vletzflaza Clerico Treverensis diecesis, testibus ad praemissa vocatis specialiter, & rogatis.

Et ego Rutgerius VVlstal de Bohemia Clericus Coloniensis Diecesis publicus Apostolica auctoritate Notarius, ac Reverendi Patris Domini Episcopi, & commissarij praedicti, & huiusmodi causae coram eo scriba, quia dictae Sententiae pro-

pronuntiator, & promulgator omnibusque aliis singulis praemissis, dum, sicut praemittitur, fierent, & agerentur una cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi, & audivi; Ideoque praesens publicum instrumentum per alium, me aliis occupato negotiis, fideliter scriptum exinde feci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque, & nomine meis solitis una cum praefati Domini Episcopi, & commissarij sigilli appensione de eius mandato signavi, & sigillavi rogitus, & requisitus in fidem, & testimonium omnium, & singulorum praemissorum.

Collat. Cum suo originali existente, & conservato in Archivio Curiae Episcopalis Pistoriensis in Filzia actorum visitationis generalis anni 1735., ex quo extracta fuit praesens Copia, & cum quo concordat meliori semper salvo ec. Ideo in fidem propria manu subscripsi, hac die 20. Julii 1735.

Ignatius Nicolaus Bracali Curiae Episcopalis praedictae Cancellarius Generalis, & dicti Archivij custos manu propria subscripsi in fidem ad laudem Dei, & Beatae Virginis Mariae &c.

XXIII.

Martini V. Literae a. 1429. ad Episcopum Pistoriensem, cui cognitionem eiusdem caussae delegat, ex archivo opera S. Jacobi.

MArtinus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri Episcopo Pistoriensi salutem, & Apostolicam Benedictionem. Conquestus est nobis Nicolaus Johannis de Giglis Civis Lucanus, quod ser Baldissinus Bertini Civis Pistoriensis multa extorsit, & adhuc extorquere nititur ab eo per usurariam pravitatem; ideoque fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatinus si est ita dictum usurarium, ut sua sorte contentus sit, extorta restituat conquerenti, & ab usurarum exactione desistat, monitione praemissa per penam in Lateranenci concilio contra usurarios editam, appellatione remota, compellas attentius provisurus, ne in negotio procedas eodem, nisi dictus conquerenti restituerit, vel adhuc restituat, si quas aliquando extorsit usuras, cum frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint per censuram Ecclesiasticam appellatione cessante; compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Majj Pontificatus nostri Anno duodecimo &c.

XXIV.

Sententia Abbatis S. Bartholomaei a. 1435. contra Presbiterum Cyprianum, ex Archivio Canonicae eiusdem S. Bartholomaei.

IN Christi nomine Amen; Anno Dominice Nativitatis millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, Indictione quinta decima ✠ die vigesimo quinto mensis octubris secundum stilum, & morem notariorum Pistoriensium.

✠ quarta decima.

Constitutus coram Reverendo in Christo Patre Domino Bartholomeo de Alferuolis de Pistorio Dei Gratia Abbate Monasterij S. Bartholomei de Pistorio religiosus vir Dompnus Ciprianus Jacobi Guelfi de Pistorio in infrascriptis literis nominatus ipsi Domino Bartholomeo Abbati predicto presentavit literas Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Eugenij divina Providentia Papae Quarti, eius vera Bulla filo canapis pendente more Romane Curie munitas, non abrasas, non cancellatas, sed potius omni suspicione carentes, tenoris, & continentie infrascripte, videlicet.

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Abbati Sancti Bartholomei Pistoriensis salutem, & Apostolicam Benedictionem. Solet Apostolice Sedis circumspecta benignitas recurrentium ad eam personarum statui benigne consule-

re,

re, & dum hoc suppliciter postulant, pietatis gremium aperire. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Cipriani Jacobi Guelfi de Pistorio Ordinis Fratrum Predicatorum, quod olim ipse, & postquam felicis recordationis Martinus Papa V. Predecessor noster inter alia declaravit, decrevit & statuit, quod nullus religiosus de ordinibus mendicantium qualitercumque sub excomunicationis pena, quam ipso facto incurreret, & quam ex tunc quemlibet transgressorem incurrere voluit, illius absolutione sibi, & subcessoribus suis tantummodo reservando, posset vel deberet virtute cuiusvis licentie, seu indulti generalis, vel specialis ab huiusmodi ordinibus ad monasticos ordines se transferre, aut in alicuius illorum, Monachum recipi, vel inibi admitti, Cartusiensi ordine dumtaxat excepto, considerans, quod ex certis rationabilibus causis in Ordine Fratrum Predicatorum huiusmodi cum animi sui quiete, & sana conscientia remanere nequiret de licentia Prioris tunc existentis domus Cesenatensis dicti ordinis, in qua tunc idem Ciprianus residebat, credens illam ad id tunc sufficere, de Domo, & ordine Fratrum Predicatorum huiusmodi ad Ordinem S. Benedicti se transtulit, ac in eo sub illius regulari habitu professionem per Monachos dicti ordinis S. Benedicti emicti solitam etiam expresse emittendo per tredecim annos, vel circa, alias tamen laudabiliter permansit, pro ut permanet etiam de praesenti, predictam, nec non alias Sententias, censuras, & penas, tam ab iure, quam ab homine in similes transgressores latas, inflictas, seu promulgatas damnabiliter incurrendo. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, prefatus Ciprianus in ordine fratrum Predicatorum huiusmodi, ex certis etiam aliis rationabilibus causis comode redire non possit, & alias ad prefatum ordinem S. Benedicti, singularem gerat devotionis affectum, pro parte dicti Cipriani nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc sibi de absolutionis debite benefitio, ac alias statui suo opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod prefate Sedis Clementia non consuevit penitentibus veniam denegare, huiusmodi supplicationibus inclinati discreptioni tue per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus dictum Ciprianum si hoc humiliter petierit, ab omnibus, & singulis sententiis, censuris, & penis predictis auctoritate nostra hac vice dumtaxat absolvas in forma Ecclesie consueta, iniunctis inde sibi pro modo culpe Penitentia salutari, & aliis, que de iure fuerit iniungenda. Et nihilominus cum eodem Cipriano ipso tamen prius ad tempus, de quo tibi videbitur a suorum ordinum esecutioni suspenso, ut supra, inregolaritate, quam dictis sententiis, censuris, & penis, aut eorum aliqua ligatus missas, & alia divina officia celebrando, vel se illis immiscendo, non tamen in contemptum clavium, quomodolibet contraxit, quodque in dicto Ordine S. Benedicti, nec non in illis, monasterio, in quo hactenus receptus fuit, vel de cetero forsam recipi contigerit perpetuo remanere libere, & licite valeat eadem auctoritate dispenses. Volumus tamen, quod ipse Ciprianus ad obtinendum benefitia, seu offitia quaecumque penitus inhabilis existat. Datum Florentie Anno Incarnationis Dominice 1435. Pridie ydus Octubris Pontificatus nostri anno quinto.

Qui Dompnus Ciprianus cum omni debita reverentia requisivit dictum Dominum Abbatem, quatinus sibi iniuncta ex tenore dictarum literarum apostolicarum excutioni demandet, submittens se, & iura sua, & statum suum eidem Domino Abbati commissario, & delegato, & offert se paratum parere, & omnia facere, quae sunt iuris.

Qui Dominus Abbas visis, & auditis predictis, ea, qua decuit, reverentia dictum rescriptum, seu litteras antedictas acceptavit, offerens se paratum Apostolica sibi iniuncta mandata adimplere, & sibi commissa peragere, & executionem circa predicta facere, & omnia, & singula facere opportuna.

Et insuper pro executione predictarum in loco iuridico in Claustro dicti Monasterij alias eletto, & sedens pro tribunali in dicto loco, visis, & auditis predictis mandavit ditto Dompno Cipriano ibidem presenti, & intelligenti, quatinus iuramentum prestet de respondendo veritatem super infrascriptis, videlicet.

Et primo, utrum in contemptum clavium celebravit, nec ne.

Et hoc pro executione predictorum, & vigore eius officij. Qui Dompnus Ciprianus

prianus volens parere mandatis dicti domini Abbatis delegati ad delationem eiusdem iuravit ad Sancta Dei Evangelia manu tactis scripturis sacris corporaliter, se nullatenus in contemptum Clavium celebrasse, & humiliter, & devote manibus iunctis genuflexus coram dicto Domino delegato constitutus, petiit se absolvi a quocumque vinculo excomunicationis, a qualibet inregularitate, in qua, & quo ratione predictorum, vel aliter quomodocumque iuxta contenta in rescripto incursus esset, & se Ecclesie, & Sinodo fidelium reconciliari, offerens se paratum parere, & observare sibi iniuncta, & iniungenda.

Quibus visis prefatus Dominus Abbas delegatus antedictus volens eidem, & circa commissa satisfacere eidem dompno Cipriano presenti, intelligenti, & acceptanti pro penitentia iniunsit predictorum perpetratorum per eum, de quibus in dicto Rescripto narratur. Et primo, quod hinc ad biennium proxime futurum iejunet, & iejunare teneatur uno die cuiuslibet Hedomade ditti bienni proxime futuri, quo aliter iejunare non sit obligatus, tum ex precepto Ecclesie, tum etiam vigore cuiuscumque eius professionis, vel aliter quomodocumque teneretur.

Secundo, quod erogare teneatur, & debeat pro elemosinis libras decem erogandas, seu distribuendas amore Dei per presentem Dominum Vicarium Pistoriensis Episcopatus. Tertio, quod de cetero dicere teneatur reverenter Psalmos penitentiales cum Letaniis, & orationibus semel in mense durante dicto biennio.

Quarto, quod per mensem proxime futurum quoquomodo non celebret in divinis, quem predicto mense ab Ofitio suspendit.

Quinto, quod per totum mensem Februarij proxime futurum reverti teneatur ad monasterium, in quo fuit receptus, & ibidem perpetuo libere, & licite remanere eadem autoritate dispensavit.

Et hec omnia presente dicto Domino Cipriano, & intelligente, & offerente se paratum . . . . ad posse omnia, & singula predicta adimplere.

In Christi nomine Amen. Reverendus in Christo Pater Dominus Bartholomeus Abbas, & delegatus prefatus pro tribunali sedens in loco suprascripto, visis dictis litteris, & iniunctis sibi in eis a dicto Domino nostro Papa; ac visis, & intellectis hiis de, quibus in ditto rescripto fit mentio, ad petitionem ditti dompni Cipriani ex causis in dicto rescripto contentis vinculo excomunicationis innodati humiliter coram eo constituti, & devote petentis se absolvi, recepto primo Sacramento, ut supra patet de mandatis Ecclesie parendo a ditto dompno Cipriano & faciendo, & observando omnia, & singula sibi iniunta per dictum Dominum delegatum, de quibus etiam supra dicitur; Iniunta etiam sibi primo Culpe penitentia salutari in forma iuris ecclesiastica consueta ab ipso excomunicationis vinculo, & ab omnibus, & singulis sententiis, censuris, & penis predictis, & de quibus in dicto rescripto fit mentio, absolvit, & penitus reddidit absolutum, rogante me S. Notarium infrascriptum, ut de predictis publicam conficiam scripturam. Atta, & fatta fuerunt preditta Pistorij in Abatia S. Bartholomei preditti, presentibus Fratre Seraphino olim Matthei de Viterbis ordinis fratrum Predicatorum, Presbitero Ghuadino Cecchi de Pisis habitante ad presens Pistorij, & Dompno Sano Bartoli Monacho dicte Abatie S Bartholomei testibus ad predicta vocatis, habitis, & rogatis, Anno, Indictione, & die suprascriptis, ipsiusque Domini Abbatis, & delegati majori sigilli appensione muniri.

Ego Simon olim Johannis Andree Ser Pauli de Alseruolis de Pistorio imperiali auctoritate iudex ordinarius, & notarius, & nunc notarius, & scriba dicte cause assumptus, & nominatus in predictis per dictum Dominum Abatem, & iudicem delegatum predictis omnibus actis, & actitatis, dum fierent, & agerentur, interfui, eaque rogatus ex debito mei officij in libro actorum scripsi, & publicavi, & aliis negotiis occupatus alteri transcribenda commisi, & ad fidem, & testimonium signio, nomineque meis solitis, & consuetis roboravi, & scripsi.

MO-

MONUMENTA

III. Classis post paginam 134. omissa, huc simul rejecta.

In Capitulo, cujus initium est: *in nomine Domini*: *amen*. *Hæc est concordia* &c., post ea verba: *& homines sui districtus emere & extrahere omnes res quas voluerint de prædictis terris*. hæc sequuntur.

Item ut Pistorienses non faciant nec permittant fieri decretum Bonon. vel hominibus sui districtus a Prato Episcopi in terris que ad eos pertinent eodem suprascripto modo. Item ut Pist. non recipiant neque receptent aliquem proditorem qui vellet tradere vel prodere aliquam munitionem. Item ut de facto passagii, & de facto filiorum quondam Guictoncini Pist. sit in arbitrio Teperti de Arcipite [*sic*] Pist. & Filocari filii Boniohannis de Carsenda & super hoc debeant concordare hinc ad diem Dominicum & conveniant propterea apud Casim. Facta est hec concordia in plebe de Casi presentibus Struffaldo quondam Ugonis, & Ugolino Ferraguti ad hec convocati Dominice Nativitatis anno 1215. indictione III. sexto Kal. Majas. Post hec vero quarto Kal. Maias dicti Priores de Reno & Sancte Margarite Procuratores domini Guigliemi Rangonis Bonon. Potestas pro Comuni Bonon. constituti sicut in pubblico procurationis instrumento viso a me Benentendi Notario continetur, & dictus Dominus Archipresbiter Pist. Procurator constitutus a consulibus Pist. pro Comuni Pist. ad hanc concordiam faciendam & andreas rector hospitalis Prati Episcopi concordati sunt quod Potestas Bonon. pro Comuni Bononie faciat Consulibus Pist. pro Comuni Pist. finem, refutationem, generalem transationem, & totius sui Juris dationem & concessionem, & pacto de non petendo de Badi, Moschacco, Turri, Monticelli, Treppio, & Fossato, & Sambuca, & suis curiis ad certam penam salvo jure Episcopi Bonon. in Spiritualibus. Consequenter Consules Pist. faciant Potestati Bonon. pro Comuni Bonon. finem, & refutationem & concessionem, & pactum de non petendo de aliis terris Stagnensibus in quibus Pistorienses dicunt se jus habere salvo jure Canonicorum Pist.. Actum eodem suprascripto loco, & coram testibus suprascriptis.

Ego Benentendi Domini Octonis Romanorum Imperatoris Judex ordinarius, atque Notarius prefatis interfui, ideoque hec omnia, & singula suprascripta scripsi & publice consignavi ad futuram evidentiam declarandam.

Ego Ventura Imperialis Aule Judex ordinarius atque Notarius autenticum huius vidi, & legi, & pro ut in eo inveni, scripsi, & exemplavi.

VIII.

Hugonis Ostiensis & Velletrensis Episcopi præceptum Bononiensibus, & Pistoriensibus de pace inter se firmanda, ex libro Censuum 182. t. conlatum cum exemplo quod in Thesauro S. Jacobi servatur scripto a. 1383. 22. Octobris.

IN Christi nomine Amen. Cum Dominus Ugo Ostiensis, & Velletrensis Episcopus mandasset Dominis Alberto Cappellano, & Roffredo Notario Subdiaconibus Domini Pape sicut continebatur in duobus publicis Instrumentis factis a Vethoso notario [1] ut recitarent, promulgarent seu publicarent precepta, & mandata scripta, & sigillata sigillo ipsius Domini Episcopi Ostiensis ab eo ordinata, & tractata super questionibus & discordiis que vertebantur inter Bononienses, & Pistorienses dictus Dominus Albertus dicti Domini Episcopi mandata ipsius sigillo impressa; Coram me Bonaventura Notario, & in subscriptorum

(1) Legit.

torum testium presentia, & coram Episcopo Viterbiensi aperuit, & magister Rofredus ea legendo publicavit & recitavit utroque factum alterius approbante, que vero mandata & precepta hec sunt.

In nomine Domini Amen. Nos Ugo miseratione Divina Ostiensis & Velletrensis Episcopus precipimus Ambaxciatoribus & Procuratoribus Bonon. & toti populo Bononie auctoritate qua fungimur ex debito nobis prestiti iuramenti quo nobis astricti tenentur ut reddant & servent veram, & perpetuam pacem, & securitatem veram prestent personis & rebus tam in civitate [2] & Comitatu eorum quam extra Procuratoribus, & Ambasciatoribus Pist. & toti Populo, & Comuni Pist. nominatim de omnibus discordiis, controversiis, guerris, dampnis, & offensionibus que inter Bononienses ex una parte, & Pistorienses ex altera [3] orte, facte, vel date sunt occasione alicuius terre, vel aliquarum terrarum & predictis (4) omnibus nullam guerram nullam discordiam, nullam offensionem, vel vindictam ullo tempore faciant salvis omnibus aliis mandatis nostris inferius adnotatis, & similiter precipimus vobis Ambasciatoribus, & Procuratoribus Pist. & per vos toti Populo Pist. auctoritate qua fungimur ex debito nobis prestiti juramenti, quo nobis adstricti tenemini, ut reddatis, & servetis veram, & perpetuam pacem, & securitatem plenam presteris personis, & rebus tam in Civitate, & Comitatu vestro, quam extra Ambasciatoribus, & Procuratoribus Bononie, & toti Populo, & Comuni Bononiensi nominatim de omnibus discordiis, controversiis, guerris & (5) dampnis, & offensionibus, que inter vos Pistorienses ex una parte, & Bononienses ex altera orte, facte, vel date sunt occasione alicuius terre, vel aliquarum terrarum, & predictis (6) omnibus nullam guerram, nullam discordiam, nullam offensionem, vel vindictam ullo tempore faciatis. Salvis omnibus aliis mandatis nostris inferius adnotatis. Item ad honorem Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti in primis Sambucam cum omnibus pertinentiis suis Episcopo & Ecclesie Pist. libere dimittimus ut quiete, & pacifice habeant, & teneant in perpetuum, sicut in privilegiis Romanorum Pontificum, & in aliis eorum autenticis continetur. Ambasciatoribus autem, & Procuratoribus Bononiensium precipimus, & toti populo Bononiensi auctoritate qua fungimur ex debito nobis prestiti juramenti, quo nobis astricti tenentur ut terras, scilicet Fossatum, Triblum, Turrim, & Monticellum cum pertinentiis suis Comuni Pist. libere dimittant, & de his omnibus nullam de cetero questionem vel molestiam faciant, sive controversiam salvo jure in omnibus & per omnia Ecclesie Romane & Imperii & jure spirituali Ecclesie Romane [7] & salvo jure in temporalibus Episcopi & Ecclesie Pistoriensis, & salvo jure aliarum quarumlibet personarum.

Item precipimus vobis Ambasciatoribus & Procuratoribus Pist. ut per vos toti Populo Pist. auctoritate qua fungimur ex debito nobis prestiti juramenti quo nobis astricti tenemini ut omnia alia castra, & villas cum pertinentiis suis sita, vel sitas in Episcopatu Bononiensi eisdem Bononiensibus libere dimittatis & de his nullam de cetero questionem vel molestiam, seu controversiam faciatis. Salvo jure in omnibus & per omnia Ecclesie Romane, & Imperii, & Ecclesie Bononiensis, & Pistoriensis si que (8) habet in temporalibus, & salvo jure aliarum quarumlibet personarum, hec autem Bononiensibus, & Pist. precipimus salvo mandato nostro quod supra Granajolo & munitionibus faciendis, vel non faciendis de novo nobis duxerimus (9) reservandum.

Item precipimus vobis Procuratoribus, & Ambasciatoribus Pist. auctoritate qua fungimur, & ex debito nobis prestiti juramenti quo nobis adstricti tenemini, ut hominibus de Sambuca qui ab ea propter predictam guerram & discordiam recesserunt possessiones, & bona sua preter jurisdictionem Castrorum, & Villarum restituatis, & ea permittatis eosdem pacifice possidere salvo jure & debitis obsequiis principalium dominorum. Item precipimus, & Procuratoribus Bonon. & toti Populo Bononiensi auctoritate qua fungimur, & ex debito nobis pre-

---

(2) Quam. (3) Alia. (4) Prodictis. (5) *Omittit*. (6) Prodictis. (7) Bononiensis. (8) Quod. (9) Duximus.

prestiti juramenti quo nobis astricti tenentur, ut hominibus qui fuerunt habitatores Castrorum, & Villarum, que, & quas tenent & ab iis propter dictam guerram, & discordiam recesserunt, possessiones, & bona sua preter jurisdictionem Castrorum, & Villarum restituant, & eis (10.) permittant eadem pacifice possidere salvo Jure, & debitis obsequiis principalium dominorum.

Item precipimus Ambasciatoribus, & Procuratoribus, & toti Populo Bonon. & Pist. auctoritate qua fungimur, & ex debito nobis prestiti juramenti quo nobis adstricti tenentur, ut faciant jurare successores Potestatum vel Consulum suarum Civitatum qui pro tempore fuerint ad regimen eisdem Civitatibus assumpti servare predictam pacem, & mandata nostra supradicta, & hec ponant vel poni faciant in statutis Comunitatis Civitatum suarum. Videlicet quod rectores earumdem (11) Civitatum, Potestates, vel Consules, qui pro tempore fuerint, ut dictum est, iurent servare, & facere observari predictam pacem, & mandata nostra predicta nec deleant hec de statutis suis, nec deleri faciant ita quod dicta omnia maneant illibata omni tempore.

Aperta, recitata, promulgata, atque publicata sunt supradicta precepta, & mandata Domini Ostiensis Viterbii in Ecclesia S. Laurentii ejusdem Civitatis coram me subscritto Notario & coram Potestate populi Viterbiensis & suscriptis testibus. Anno eiusdem Nativitatis MCCXVIIII. temporibus Domini Honorii III. Pape die XVI. Octubris Indictione VII. & coram Domino Johanne Capoccie Domini Pape Cappellano, Blasio, Clerico dicti Domini Roffreddi, Ugolino Salamonis Potestate Viterbiensi [12] Barlicto Judice Civitatis iam dicte Boneannino [13] Camerario Viterbiensi, Machabeo Riccardo, Petro Bono, Johanne Cocci, Ugolino Burgundionis [14] Bramando Manigothii, Petro Stampa Folie, Leone Cutte (15), Rainerio Benthi Civibus Viterbiensibus & aliis multis, & Populo presenti.

Ego Bonaventura Sancte Romane Ecclesie Notarius supradicta precepta, seu mandata mandato dictorum dominorum Alberti Domini Pape Cappellani, & Magistri Roffredi Domini Pape Notarii publicavi.

ADNOTATIO.

Epistolas intelligit scriptas Reate in domo Bonadei 1219. quarto nonas Octobris presentibus Domino Leone titulo S. Crucis Cardinali, & Dominis Enrico Domini Pape Subdiacono, & Lupo Archidiacono de Conca, *quae leguntur in libro Censuum p.* 108. *Ibidem extat Bononiensis Potestatis epistola ad Ugonem, quam iniucundum non erit heic excribere ex citato Censuum libro pag. eadem* 108.

Reverendissimo in Christo patri & Domino Ugo Dei gratia Episcopo Ostiensi & Velletrensi. Henricus Comes Bononie Potestas promptum semper & fidele servitium cum omnimoda subiectione Paternitatem vestram de qua plene confidimus presentium tenore volumus non latere quod Ambasciatores de mellioribus & majoribus Civitatis nostre ad vos curavimus destinare mandatum vestrum taliter adimplentes quod die Mercurii sexto Mensis Septembris, vel die Jovis sequenti ad vestram presentiam in prefixo loco Deo volente in ora proposita veniendi iter arripuere. Unde si ad statum diem ad vos pervenire non possent supplicamus benignitati vestre ut ne molestum ferentes, & ut non fiat contra mandatum vestrum talem si placet terminum preficatis ut ad vos in eo vel etiam ante valeant pervenire.

I X.

Honorii III. praeceptum a. 1222. Pistoriensibus, ut reddant Romanae Ecclesiae Castra quaedam ex Libro Censuum p. 61. t.

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Potestati, & Populo Pistoriensi salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum non dubitetis quia

 nec

(10) Eos. (11) Earum. (12) Viterbii. (13) Boniannino. (14) Borguidonis. (15) Jutte.

nec dubitare potestis terram Comitisse Metildis ad Romanam Ecclesiam pertinere, quod etiam Carissimus in Cristo filius noster Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus & Rex Sicilie recognoscens terram nobis restituit memoratam indecens omnino est quod Castra quedam existentia de terra predicta videlicet Fossatum, Turrem, & Monticellum detinetis auctoritate propria occupata. Nolentes ergo ut Civitas vestra quam prerogativa quadam dilectionis amplectimur contra se Romanam Ecclesiam provocet, & nos ad quos pertinet tueri jus suum experiatis iratos, quin potius cupientes vos & civitatem eandem nostram & Apostolice Sedis gratiam, que provehit, & exaltat devotos & humiles filios uberius obtinere, universitatem vestram monemus & hortamur attente per Apostolica scripta, districte precipiendo mandantes, quatinus usque ad Festum Purificationis proximo venturum, dilecto Filio Abbati de septimo Florent. Dioc. Castra ipsa cum omnibus pertinentibus suis nostro, & Ecclesiæ Romane nomine resignetis vel saltim, si de jure vestro confiditis procuratores vestros super hoc ad nostram presentiam trasmittatis, & quia manifestum foret si aliter ageretis quod in nostro delectaremini gravamine, ac contenptu, venerabili fratri nostro Florentino nos noveritis iniunxisse ut vos ad alterum predictorum per Censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellat. Datum Laterani 11. Kalendas Januari Pontificatus nostri anno sexto.

X.

Honorii III, literæ a. 1222. Pisano Archiepiscopo, & Florentino Episcopo in causa Castrorum quorumdam, quæ Pistorienses detinebant ex libro censuum pag. 61. t.

HOnorius Episcopus Servus Servorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopo Pisano & Episcopo Florentino salutem & Apostolicam benedictionem. Cum olim Potestati, & populo Pistoriensi dederimus in preceptis ut Castra quedem que fuere clare memorie Comitisse Matildis ad Romanam Ecclesiam pertinentia videlicet Fossatum, Turrem, & Monticellum, cum pertinentibus suis usque ad festum Purificationis proximo preteritum dilecto filio Abbati de septimo Florent. Diecesis nostro nomine resignarent, vel si de jure confiderent procuratores idoneos ad nostram curarent presentiam destinare; ipsi licet ad nos miserint idoneum responsalem, non tamen potuit de veritate constare ideoque causam ipsam vobis duximus committendam Fraternitati vestre per apostolica scripta mandantes quatinus eo non obstante quod dilecto filio Archipresbitero Florentino causam commiseramus, eamdem dilecto filio Johanne Monacho S. Marie de monte plano, quem Ecclesie Romane procuratorem statuimus, ac dilecto filio nobili viro Comite Alberto qui a nobis castra ipsa recepit in feodum seu procuratore ipsius, nec non per vos ipsorum Pistoriensium ad vestram presentiam evocatis, audiatis que hinc in antea duxerit proponenda & in negotio ipso usque ad sententiam difinitivam appellatione proposita procedentes Causam si partes consenserint fine debito decidatis, alioquin eamdem ad nos remittatis sufficienter instructam prefigentes partibus terminum competentem quo se nostro conspectui representent sententiam recepturi. Nos enim tam dicto Procuratori Ecclesiae Romanae, quam ipsi Comiti, & Procuratori ejusdem transigendi vel paciscendi super predictis subtraximus potestatem. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel timore subtraxerint per censuram ecclesiasticam appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Datum Laterani 17. Kal. Augusti. Pontificatus nostri anno sexto.

X I.

Gregorii IX. Literae an. 1227. Pistoriensibus datae, ut si opus fuerit homines de Carfagnana defenderent, ex Thesauro S. Jacobi.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Potestati, & Comuni Pistoriensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Officii nostri solici-

licitudo deposcit, ut iura, & honores Apostolicae Sedis, cui disponente Domino, possidemus, studeamus illibata servare, ac eius fidelibus oportunum in necessitatibus suis auxilium impertiri. Cum ergo fideles nostri de Carfagnana gravati sint multipliciter, & graventur in Apostolicae Sedis iniuriam, & iacturam, universitatem vestram sollicitandam duximus, & hortandam. Per Apostolica vobis scripta precipiendo mandamus quatinus si a dilecto Filio Cinthio Subdiacono, & Cappellano nostro, quem propter hoc ad partes illas duxximus fueritis requisiti eidem ad defendendum predictos fideles nostros, & honores ac iura Sedis Apostolice conservanda, fideliter & efficaciter assistatis impendendo eidem consilium, & auxilium oportunum. Preces & mandatum nostrum taliter impleturi quod devotionem vestram merito commendemus. Datum Anagnie X. Kalendas Octobris Pontificatus nostri anno primo.

XII.

Frederici II. Imp. ad Pistorienses literae an. 1228. ut damna ab ipsis illata Valli Arni reparent, ex libro Censuum p. 164. t.

FRedericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Jerusalem & Sicilie Rex Potestati, & Comuni Pistoriensi fidelibus suis gratiam suam & bonam voluntatem. Intellexit Serenitas nostra quod vos post adventum Everardi Castellani Sancti Miniatis ad nos fidelis nostri congregantis exercitum Vallem Ariani invasistis & quedam castra nostra combustioni supposuistis, quod tanto nobis displicet quanto vos hactenus fideles devotos nostris & imperii habebamus ex executioni mandatorum nostrorum invenerimus vos paratos, homines etiam & cepistis, & interfecistis ut dicitur, & mulieribus valde iniuriose gravamina intulistis, quare fidelitati vestre sub debito fidelitatis qua nobis & Imperio tenemini districte precipimus quatinus ad inquisitionem dicti Everardi Castellani nostri de dannis illatis satisfaciatis eidem & iniuriis supradictis. Captivos etiam quos habetis restituatis eidem. Datum Troie 13. Octobris prime Indictionis.

ADNOTATIO.

DOminus Jacobus de Burgo Pistoriensis Potestas satisfecit vice & nomine Comunis Pistoriensis, *quod constat ex Everardi ipsius testimonio in charta, quae in eodem censuum libro extat eadem pagina, scripta* in Valle Neule iusta stratam publicam prope locum ubi dicitur ad fornacem anno Dominice Nativitatis 1230. decimo sexto Kalendas Aprilis indictione tertia.

XIII.

Audreae Jacobi Florent. Potestatis arbitrium Lucenses inter & Pistorienses ex libro Censuum pag. 73. t.

IN nomine Domini amen Millesimo ducentesimo vigesimo octavo. 12. Kal. Januarii Indictione 2. Nos Andreas Jacobi Dei gratia Florent. potestas (1) electus arbiter, & arbitrator una cum Domino Guiffredi Cardinalis Apostolice Sedis & Tuscie Legato a Potestate, & Consilio & Comune Lucano ex parte una & a Potestate consilio, & Comune Pist. ex altera super omni questione generaliter & specialiter & differentia, que inter eos & utramque civitatem vertebatur quacumque occasione & quocumque modo vel caussa. & super omnibus & singulis capitulis que continentur, & sicut continentur in compromisso scripto per manum Formagii Notarii habita etiam vice Domini Cardinalis ut scriptum est per manum Formagii Notarii & cum ipse Dominus Cardinalis sit absens volentes utramque civitatem & utrumque Comune tam Lucane Civitatis quam Pistorii & generaliter & specialiter omnes & singulos homines utriusque civitatis ad pacem & concordiam revocare & inter eos omnem scandali & discordie materiam aboleri sub pena in compromisso apposita, sic inter eos laudamus arbitramur & precipimus imprimis ut vera pax & concordia sit de cetero inter eos & inviolabiliter

liter omni tempore observetur & ut neutra partium aliquo modo vel occasione seu caussa contra dictam pacem & concordiam imperpetuum audeat contrahire vel iniuriam seu offensam alteri parti ullatenus inferre in personis vel rebus set libere in personis & rebus generaliter & singulariter quelibet pars per civitatem & fortiam & districtum alterius partis sine malitia & fraude possit ire stare & redire secure. Item laudamus arbitramur & firmiter precipimus sub dicta pena ut omnes capti ab utraque parte & detenti undecumque sint & qualitercumque capti fuissent & nunc detineantur libere & expedite absolvantur & restituantur hinc inde ante nativitatem Domini proxime venturam si commode fieri poterit alioquin ante Kalendas Januarii proxime venturas precise deliberentur & absolvantur, & restituantur hinc inde omni occasione remota. Item laudamus arbitramur & precipimus sub pena in compromisso apposita quod dicta pax & concordia firmiter fiat & approbetur a Consilio & Comune utriusque partis ante proximas Kalendas Januarii & inde fiant publica instrumenta pena mille librarum auri adiecta & promissa pro firmitate pacis & concordie supradicte & Sagramenta prestentur a Potestate Lucana & Consulibus Pistoriensibus & a consilio utriusque Civitatis de predicta pace & concordia observandis, & in eisdem instrumentis pacis faciant inter se finem & refutationem dampnis & iniuriis hinc inde illatis salvo arbitrio nostro & Comunis Florentie & Successoribus nostris laudandi arbitrandi & precipiendi super iniuriis hinc inde factis per compromissum in nos factum.

Supradicta autem omnia & singula laudamus arbitramur & firmiter hinc inde precipimus observari adimpleri teneri, & fieri sub pena in compromisso apposita salva & reservata nobis, & successoribus nostris & Comuni Florentie licentia & potestate iterum & semel, & pluries laudandi, & arbitrandi & etiam interpretandi si qua dubia inter partes predictas apparuerint de predictis vel aliquo predictorum.

Latum est arbitrium a Domino Andrea Jacobi Dei gratia Florent. Potestatis in palatio Comunis Florent. coram generali & speciali consilio Communis Florentie congregatis ad sonum campane more solito & presentibus Domino Parentho Dei gratia Lucan. Potestate, & Paganello Strambi Bonatello, Uberto Rosso, Salla, Orlando Loctieri Albertino Bandini & Orlando Rustichelli Ambasciatoribus Communis Lucani & Lamberto Cancellario Comunis Lucani, & S p. presentibus Dominis Rain Spectar, & Tomasino Tedici Consulibus Pist. & Rainerio Maloncalci Lanfranco Fragilaste Roberto Judice Buldrone Soldi, Soldo Judice Federico Bernardino Mule, Fraimerrigo & Ugolino Ugonis Ambasciatoribus Comunis Pist. & Octavante Notario ejusdem Comunis, & presentibus Johanne de Lamarchisiana Sclatta Cavalcantis, Truffa Donati Guillelmo Tignosi, Gargotha Sttii Marsoppo Rustichelli Rogerino Salvi Arampite Judice Giamberto Cavalcantis & Martino milite dicte Potestatis & aliis pluribus ad hoc rogatis testibus.

Item paucis diebus postea videlicet millesimo ducentesimo vigesimo octavo quarta Kalendas Januarii Jndictione secunda. Nos Andreas Jacobi Dei gratia Florentinorum Potestas una cum Consilio generali Comunis Florentie coadunato more solito ad sonum campane pro commune Florent. tam nos Potestas quam & nos Consiliarii adprobantes & confirmantes laudum & arbitrium a nobis Potestate pro Communi Florentie latum & factum inter Lucanos & Pistorienses sicut superius continetur & scriptum est ipsi laudo & arbitrio & precepto hoc addimus & laudamus & arbitramur & interpretamur, & ab utraque parte sub pena in compromisso apposita precipimus observari videlicet ut vera pax & concordia sit & fiat inter Commune Lucanum & homines Episcopatus Lucani & ipsum Episcopatum ex una parte & Comune Pist. & homines Episcopatus Pist. & ipsum Episcopatum ex altera & inter eos inviolabiliter omni tempore observetur salvo in omnibus & per omnia laudo & arbitrio & precepto a nobis potestate prolato inter predictos ut superius continetur & scriptum est & reservata nobis & Communi Florentie licentia & potestate iterum & pluries laudandi & arbitrandi & precipiendi inter eos & interpretandi si quod dubium vel dubia emerserint de predictis vel aliquo predictorum.

Acta

Acta sunt hec omnia in palatio Communis Florentie presente Domino Johanne Boccaccii nova potestate Florentie (2) a predicto Domino Andrea Jacobi potestate Florentie & ab ipso Consilio, & Consiliariis ibi congregatis & presentibus Ubertino de Aritio Judice & Gualteruolo, & Upithino, & Martino militibus dicte potestatis Florent. scilicet Domini Andree, & presentibus Diomildiea & Orlando Borgognonis & Bencivieni Rustichi Notar. dicte nove Potestatis, & aliis pluribus ad hoc rogatis testibus & Belicito Judice & Notario presente.

Ego Formagius Imperiali auctoritate Judex & Notarius hec omnia me presente acta de mandato dicte Potestatis & Consiliariorum scripsi & in publicam formam redegi ideoque subscripsi.

Ego Jacobus Notarius quondam Juncte autentica instrumentorum continentium in istis duobus quaternis a me trascriptis exemplatis vidi & legi & prout in ipsis inveni hic fideliter exemplavi & ad maiorem rei evidentiam signum mee manus apposui de auctoritate & mandato Domini Locti honorabilis Potestatis Pist. sub anno Domini 1258. Indictione secunda decima sexta Kal. Decembris coram Paganello Nut. & Cristiano Benvenuti testibus.

A D N O T A T I O N E S.

[1] *Perusinus is erat*. Vide Joh. Villanum lib. *6.* cap. V.

[2] Adi sis eundem Villanum eodem libro *6.* cap. VI. & Mannium V. Cl. in suo *Decamerone* inlustrato.

X I V.

Gregorii IX. Epistola an. 1231. *pro Pisanis contra Florentinos, Pistorienses aliosque ex Thesauro S. Jacobi.*

GRegorius episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Benvenuto de Serzana Predicatorum, & Gerardo de Prato Minorum Ordinum Fratrum Lunensis, & Pistoriensis Diocesis salutem & Apostolicam benedictionem. Dudum dilecti filij Potestas, Consilium, & Commune Pisanum per suos nobis Ambassatores, & Nuntios trasmisere querelam inter cetera continentem, quod Potestates, Consilia, & Communia Florentinorum, Senensium, Lucanorum, Pistoriensium, Wteranorum, Pratensium, S. Miniati, ac alie Universitates, & Communitates Vallis Else pacis violato federe hactenus inito de assensu Carissimi in Christo filii nostri Regis Sicilie Illustris in Provincia Tuscie auctoritate Apostolica Sedis Imperii Vicarii Generalis inter ipsos & predictos Potestatem Consilium, & Comune Pisanum, inter quos graves antea fuerant dissensiones exorte juramenta variarum obligationum ac penarum adiectione vallate coniurationem, & societates de movendo guerram dicto Comuni Pisano temere facientes, & contra illos congregantes exercitum, castrum & terram Montistopari ad prefatum Comune spectantia per obsidionem artissimam expugnarint, alias eidem Comuni per aliarum quam plurium terrarum suarum depopulationes dampna gravia irrogando, & adhuc Castrum retinendo predictum contra iustitiam occupatum. Nos autem intellecto quod dicti Potestates, Consilia, Comunia, Universitates, & Comunitates adversus illos hostiliter procedere disponebant sentientes ideo fore nobis non indigne molestius, quo periculosiores existunt ipsius scissure populi Christiani hoc precipue tempore dum ad terre Sancte subsidium totius Christianitatis in unitate proposita conflatis iuribus prout Dominus ex alto permiserit anelamus, propter quod etiam pridem in generali Concilio Lugdunensi duximus statuendum, ut universi Christifideles ad pacis observationem vel sedatis omnino discordiis, vel usque ad sex annos treguarum remedio intermissis ubique per locorum Ordinarios efficaciter compellerentur, & attendentes, quantum eorundem Pisanorum Comunis auxilium sit ad terre memorate negotium oportunum, contra dispendiosum existeret illud huiusmodi occasione diminui, vel forsitan impediri eisdem Potestatibus Consiliis, & Comunibus Universi-

versitatibus, & Comunitatibus per nostras litteras presentes duximus [1] & mandatum, ut pensantes consultius, quod periculosum erat illam eandem Provinciam turbare temporibus, quodque nobis longe foret acceptius, si nostris monitis, dum sumus de illis absentes partibus in promptitudine debita obedirent, quomodo si etiam in ipsis presentes essemus contra predictos Comune Pisanum ab omni guerrarum commotione ac prosecutione taliter cessare curarent, quod eadem pro ut deceret, pacata provincia remaneret, & premissum negotium aliaque Dei servitia pro quibus prefatum induxeramus Concilium, efficacius possent, & utilius promoveri, nec potestatibus, Consiliis & Comunibus, Universitatibus, & Comunitatibus supradictis ipsorum impedimenta imputari valerent, set Laudis tituli studio promotionis ascribi. Dedimus quoque dilectis filiis Aldebrandino Johannis Pape Senensi, & Bonaventure de Mugello Predicatorum, & Minorum Ordinum Fratrum per alias nostras litteras in mandatis, ut eas ad premissa hortari efficaciter, & inducere procurarent eadem ipsis ex parte nostra nihilominus iniungendo. At ipsi nostris precibus & mandato, ac predictorum Fratrum monitionibus vilipensis prefatis Comuni Pisano guerram denuo commoverunt, ac deliberarunt exercitum congregare contra ipsos Pisanos, & terras eorum hostiliter tunc in proximo processuri non attendendo, quod Potestatibus, Consiliis, Comunibus, Universitatibus, & Comunitatibus supradictis non licet contra prefatam pacem juramentis, & aliis firmitatibus ut predicitur roboratam temeritate propria sic venire, cum id non solum in eorumdem Pisanorum lesionem Comunis, verum etiam in fama predictorum Potestatum Consiliorum Comunium, Universitatum, & Comunitatum dispendunt, ac proprie salutis noscerent interitum redundare. Unde nos urgente conscientia nolentes talia prout nec debebamus conniventibus oculis pertransire, predictis Potestatibus Consiliis, Communibus, universitatibus & Comunitatibus dedimus per alias nostras litteras districtus in preceptis ut contra prefatos Comune Pisanum sic hostiliter procedere nullatenus attemptarent, quin immo ab omni guerrarum commotione, ac prosecutione pro ut per easdem priores nostras iniunximus litteras, penitus abstinerent. Cumque prefati Potestas, Consilium, & Comune Pisanum se paratos offerrent, si forte universitates predicte adversus ipsos aliquam causam se diceret habere, querele parere . . . . . coram Judice competente. Nos attendentes, quod ideo est vigor juris in medio positus, ne quis sibi sumere audeat ultionem, dilecto filio Johanni de Viterbio Ordinis Predicatorum per alias nostras dedimus litteras in mandatis, ut personaliter ad partes illas accedens predictis Comuni Pisano quod obtulerant facientibus prefatas universitates ex parte nostra moneret, ac inducere procuraret ut contra prefatos Comune Pisanum hostiliter procedere minime attemptarent, set a commotione qualibet, ac prosecutione guerrarum iuxta huius precepti tenorem omnino desisterent, eos ad id si opus existeret per censuram ecclesiasticam omni appellatione postposita compellendo. Idem vero frater mandati nostri diligens executor ad easdem partes se conferens universitates predictas ex parte nostra singulariter monuit, & induxit eis sub excomunicationis in personas, & in terras eorum interdicti penis districtius, sicut dicitur, inhibendo, ne contra memoratum Comune Pisanum hostiliter procedere quoquomodo presumerent, set ab omni guerrarum commotione, ac prosecutione cessarent, & contra eedem universitates prout fertur mandatis, & monitis eius spretis factis & ordinatis armorum preparationibus, ac machinis decreverant, & firmarant congregato exercitu hostiliter procedere contra Civitatem, & predictum Comune Pisanum, & iam ad hoc sua vexilla produxerant. Idem Frater attendens, quod iam opus erat, ut auctoritate sibi commissa universitates predictas ab huius temeritate compesceret in Potestates, Capitaneos, anthianos, & Consiliarios, ac in omnes alios Florentinos, Lucanos, ac Pistorienses, quod in premisso exercitu depopulando, vel devastando, seu alia dampna inferendo, vel faciendo guerram territorium, aut districtum Pisanorum ipsorum hostiliter intrare presumerent, in scriptis ex tunc, sicut dicitur,

---

(1) *Correct.* direximus

citur, excomunicationis sententiam promulgavit contra ipsos, & Civitates eorum, si quod absit huius sententiam contempnerent, se comminans durius processurum non intendendo per eandem ligari sententiam illos ex capitaneis, anthianis, & Consiliariis supradictis, qui congregationi eiusdem exercitus, & commotioni guerrarum suum non prebuerint verbo vel facto consilium vel assensum, set contradicere ac impedire toto posse dictum exercitum curaverint. Et quia predicti Potestates, Capitanei Anthiani, Consilia, & Comunia Florentinorum, Lucanorum, & Pistoriensium addentes sicut asseritur, contemptum contemptui territorium ipsorum Pisanorum hostiliter ingredi presumpserunt eis dampna gravia irrogando, dictus frater denuntiasse dicitur eos predictam excomunicationis sententiam incurrisse, & ad alias etiam sententias excomunicationum procedent Florentina, Lucana, & Pistoriensis Civitates & Castrum S. Miniati propter huius causas ecclesiastico supposuisse nihilominus interdicto. Reservata sibi potestate alias contra eos & alios procedendi, prout eis expediens videretur, quamquam predicte universitates ab ipso fratre Johanne suisque processibus se asserant appellasse. Licet igitur discussioni processuum & appellationum huiusmodi vacare non possimus ad presens, quia tamen sicut accepimus predicti Potestates Consilia, & Comunia, universitates, & Comunitates instaurato exercitu contra dictum Comune Pisanum hostiliter procedere firmaverunt. Nos dispendiis que possent ex guerris contingere, occurrere cupientes discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum ad partes illas personaliter accedentes universitates easdem ex parte nostra diligenter monere, ac inducere procuretis ut contra prefatum Comune hostiliter non procedant ab omni commotione, ac prosecutione, guerrarum penitus desistentes eos ad id si necesse fuerit per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellendo non obstante si alicui a sede Apostolica sit indultum, quod excomunicari, interdici nequeat vel suspendi per litteras dicte sedis non facientes plenam & expressam de indulto huiusmodi mentionem quotque vobis, & vestrorum ordinum fratribus a prefata sede dicitur esse concessum ut de caussis seu negotiis vos intromittere minime teneamini que vobis vel eis a sede committuntur eadem. Datum Aurasice VI. Idus Septembris Pontificatus nostri anno quarto.

X V.

Propositiones pacis a Florentinis exhibitae Pistoriensibus a. MCCCXV., ex libro nuncupato Nicchio rosso *a pagina LVII. usque ad LXII., & libro Censuum a pag.* 494.

IN Dei nomine amen. Anno sue salutifere Incarnationis millesimo trecentesimo quinto decimo Indictione quarta decima die quarto decimo intrante, mense Novembris Consilium centum virorum, ac etiam Consilium speciale, & generale Domini Capitanei, & Populi, & Capitudinum duodecim maiorum artium Civitatis Florentiæ nobilis miles Dominus Raynerius Domini Zaccherie de urbe veteri secunda vice honorabilis Vicarij Regij Civitatis & districtus Florentie precona convocatione campaneque sonitu in Palatio Populi in quo Priores artium & Vexillifer Justitie pro Comuni Florentie morantur, more solito congregari fecit, in quo quidem Consilio, seu Consilijs per me Gratiolum Notarium infrascriptum lecta fuerunt infrascritta Capitula constituti Domini Capitanei & Populi, & etiam Domini Potestatis & Communis Florentie in ea parte, seu partibus in quibus infrascriptis infra propositis, seu in aliquo infrascriptorum contradicere videbantur primo videlicet Capitulum Domini Capitanei & Populi lectum ut dictum est quod positum est sub rubrica de arduis negotiis faciendis & incipit: quia magna & ardua & cetera. Capitulorum vero Constitutionem Domini Potestatis & Comunis Florentie lectorum ut dictum est primum positum est sub rubrica de electione Domini Potestatis, & incipit: Statutum & ordinatum est & cetera. Secundum est sub rubrica de electione Judicis appellationum, & Sindici, & incipit: teneantur Domini Priores, & cetera. Tertium est sub rubrica de Consilio

filio congregando, & incipit: possio Potestas & cetera. Quartum est sub rubrica de electione Notarij qui debet scribere reformationes Consiliorum & incipit: Potestas infra tertiam diem & cetera.

Post hec etiam infrascripta petitio Dominis Prioribus artium & Vexillifero Justitie Populi & Comunis Florentie super infrascritta porrecta & facta pro parte Communis Civitatis Pistoriensis, & etiam infrascritta provisio super infrascripta petitione & contemptis in ea per ipsos Priores & Vexilliferum eorum officii auctoritate & vigore edita & facta & infra in finem ipsius petitionis notata & scripta, & que in ipsis petitione & provisione continentur & scripta sunt distincte & per ordinem in predictis Consiliis ut supra dicitur congregatis lecte fuerunt modo & forma & sub tenoribus inferius denotatis plenius & expressis, quarum quidem petitionis & provisionis tenor talis est.

Coram vobis Dominis Prioribus artium & Vexillifero Iustitie Civitatis Florentie exponitur pro parte Comunis Civitatis Pistoriensis quod ipsum Comune & illud modicum comitatus qui tenetur per ipsum Comune adeo depressum est & continuo deprimitur propter incursus & potentiam Pisanorum & aliorum inimicorum Comunis Florentie & guerrarum procellas quas longo tempore passum est, quod nisi per Comune Florentie circa ipsorum statum salubre provideatur quam hactenus sit provisum intollerabile est ipsi Civitati se amplius sustentare. Et quod ad sustentationem, & defensionem dicte Civitatis nihil est quod magis conferre possit ad presens quam quod ipsi Comuni Pistoriensi restituantur per Comune Florentie castra, terre, & Fortilitie, seu Ville, que fuerunt de comitatu seu districtu Pistoriensi & hodie tenentur per Comune Florentie quare supplicatur vobis pro parte Comunis dicte Civitatis Pistoriensis quatenus placeat vobis providere & provideri, firmari, & reformari facere per opportuna Consilia Populi & Comunis Florentie quod omnia Castra, Terre, Fortilitie, & Ville, & possessiones, que olim fuerunt Comunis Pistoriensium & hodie tenentur per Comune Florentie cum pleno dominio, jurisdictione & mero & mixto imperio & cum eorum omnibus iuribus & pertinentijs restituantur & pro restitutis habeantur Comuni Pistoriensium ita quod in totum & in omnibus & per omnia ipsum Comune Pistoriensium restituatur in integrum & in ipso iure restitutum sit in possessione dominio mero & mixto imperio in omnibus iuribus & pertinentiis dictarum terrarum, Castrorum, & Villarum, que olim pertinuerunt ad ipsum Comune Pistoriensium, & hodie tenentur per Comune Florentie, & in eo statu sint in omnibus & per omnia quantum ad predicta, in quo erant antequam per Comune Florentie tenerentur. Super qua quidem petitione pro parte dicti Comunis Pistoriensium porrecta & facta prius ante omnia. Jam dicti Domini Priores artium, & Vexillifer Justitie Populi & Comunis Florentie excepto Nerio Guidone de Ritiis qui predictis omnibus supra dictis & infrascriptis contradixit expresse recollentes antiquam sotietatem & veram amicitiam, & sinceram dilectionem quibus olim unita erat & hodie unitur Civitas Pistoriensis Civitati Florentie, & considerantes quod ipsum Comune Pistoriensium semper exposuit se & sua quibuscumque periculis pro honore Civitatis Florentie & pro generali defensione totius partis Guelfe de Tuscia, & quod hodie in tantum premitur incursibus hostium, & guerrarum procellis quod necessario pro sui defensione expedit quod continue ipsi pro Comune Florentie impendantur auxilium & succursus, sine quo non potest ulterius a comunibus hostibus suis & Comunis Florentie defensari. Volentes quod ipsa Civitas Pistoriensis a prefatis hostibus per se ipsam defendatur sine sumptibus & stipendiis Comunis Florentie & ipsum Comune Pistoriensium in antiqua societate amicitia, & fraternitate indissolubriter confirmetur, ipsiusque Civitatis Pistoriensium honores & commoda proprias Comuni Florentie reputantes habito prius super dictas petitiones que continentur in eo deliberato consilio tractatu & colloquio, & assensu quam plurium sapientium & discretorum virorum magnatum & popularium Civitatis Florentie & maxime Gonsaloneriorum societatum Populi Florentie & Capitudinum duodecim majorum artium Civitatis Florentie & demum inter eos secundum formam statutorum Populi, & Comunis Florentie facto celebrato

lebrato solepniter & secreto scruptineo ad pissides & palloctas eorum officij auctoritate & vigore & omni modo & iuribus quibus melius potuerint pro bono pacifico ; & tranquillo statu Populi & Comunis Florentie. Providerunt ordinaverunt, statueruntque omnia & singula suprascritta & infrascritta & quod ipsa iam dicta petitio & omnia & singula que in ea & qualibet ejus parte continentur & scripta sunt totaliter acceptata, deliberata & stabilita sint & valeant, & teneant, & plenam & irrevocabilem habeant & obtineant firmitatem, & quod in hiis & super predictis & infrascriptis omnibus & singulis procedatur observetur & fiat in omnibus & per omnia prout inferius quod in ipsa iam dicta petitione, & qualibet eius parte & infrascriptis ordinamentis & provisionibus plenius & latius legitur ; & habetur cum infrascriptis, & sub infrascrittis tamen modis pactis provisionibus obligationibus conditionibus & tenoribus.

In primis videlicet quod fiat, & fieri debeat restitutio dictarum terrarum que olim fuerunt de comitatu & districtu Pistoriensium in omnibus & per omnia prout & secundum quod in ipsa suprascripta petitione continetur.

Item quod in ipsis Terris vel aliqua earum vel earum territorijs non receptentur nec morentur aliqui exbapniti cives, vel districtuales Florentie & quod si aliqui ex bampnitis cives vel districtuales Florentie receptarentur, morarentur vel reperirentur in ipsis terris vel territorijs teneantur Comune Pistorij & eius regimina ad partes, vel requisitionem Comunis Florentie tales exbapnitos Florentie capi, & presentari facere in fortiam Comunis Florentie, ac etiam quod omnes & singuli & bampniti Comuni Florentie ibidem possint impune a quocumque offendi sicut possent in Civitate Florentie & quod ad predicta homines . . . . . teneantur prestare auxilium consilium & favorem, & nichilominus permittat Comune Pistoriensium per legiptimum Sindicum se facturum & curaturum ita quod aliqui ex bapniti prefati Comunis Florentie non receptabuntur ibidem.

Item si eveniret quod Civitas Pistoriensium reduceretur ad statum partis Ghibelline vel quod Ghibellini rebelles ipsius Civitatis per intrinsecos Guelfos a Civitate Pistoriensium reducerentur sine consensu Comunis Florentie liceat Comuni Florentie reprehendere dictas Terras & etiam eximere in casu predicto Comune Pistorij hoc concedat etsi deinde Civitas Pistoriensis reduceretur ad statum partis Guelfe tales Terre restituantur dicto Comuni Pistorij & hoc intelligatur quando Civitas Florentie per Guelfos gubernetur.

Item quod si qui de Civitate Comitatui vel districtu Florentie per se vel alios aliquo modo possident vel tenent aliquas possessiones affictus, vel soccidas, vel Jurisdictionem in dictis Terris vel earum territorio vel habebunt in futurum etiam caussa Dotis occasione alicuius matrimonij quod sequeretur exsponsalibus iam contractis uel in solutum habebunt pro aliquibus, debitis iam contractis quousque a talibus non fuerit ab eis eorum tenuta vel possessio de Jure advocata vel deffinitum eos talia iura non habere possint eas libere retinere. Et quod non possint compelli ad solvendum aliquas libras, datia, vel gabellas, vel aliquid aliud honus reale vel personale vel missum subire directe vel per oblicum in Civitate vel Comitatu Pistoriensi nec possint huiusmodi habentes ibi possessiones . . . . . aliquarum repressalliarum concessarum vel concedendarum in Comuni Pistoriensi contra Florentiam vel eorum bona gravari inquietari vel molestari quomodolibet in dictis bonis vel eorum fructibus vel in personis eorum vel eorum familiarum seu eorum nuntiorum vel eorum consortiorum qui cum eis vel pro eis essent in dictis Terris vel aliqua earum, seu earum vel alicuius eorum territorio. Et etiam patiatur inviolabiliter ipsum Comune Pistoriensium quod dicte possessiones tollantur, & quod eorum laboratio non interdicatur nec etiam permittat sindicus dicti comunis Pistorij sub certa pena & simile beneficium habeant illi omnes & singuli Florentini qui dictas possessiones & iura vel affictus vel aliquas earum emerent vel alio titulo aquirerent ab illis Florentinis qui modo habent ibi aliquas possessiones vel iura salvo quod tales Florentini conveniri possint a Pistoriensibus ractione iurium vel obbligationis quod vel quam tales Pistorienses haberent in dictis bonis.

Item

Item si de predictis bonis vel iuribus vel earum fructibus vel aliqua earum lix vel questio moveretur vel aliqua controversia moveretur, debeat talis questio controversia & caussa agitari fieri & terminari in Civitate Florentie coram videlicet officialibus & rectoribus dicte Civitatis Florentie, ita quod de ipsis bonis juribus & fructibus solummodo ipsi Officiales Florentie intelliguntur esse & sint Judices competentes iudices vero & officiales ipsius Civitatis Pistorij de predictis se nullo modo cognoscere vel intromittere possint, & predictis sic etiam observandis se obbliget dictum Comune Pistorij per legittimum sindicum ad penam mille marchiarum de argento.

Item promictat dictum Commune Pistorij per legiptimum sindicum se facturum & curaturum ita quod si qua debita sunt contracta per aliquas Communitates ipsarum Terrarum vel sindicos earumdem cum aliquibus Florentinis civibus vel comitatinis vel aliquod a dictis Comunitatibus vel earum aliqua ex aliqua causa eisdem Florentinis debeatur accipere quo dicte terre steterunt seu fuerunt sub Jurisdictione Comunis Florentie citra vel aliquid debebitur ex aliqua causa incepta vel unde iam porrecta esset petitio vel libellus dictis civibus vel districtualibus Florentie ab aliqua dictarum Communitatum quod respettive hujusmodi communitates dicta debita integraliter solvant respettive vel alius pro eis infra terminum duorum annorum proxime futurorum & quod si infra terminum supradictum non fuerint dicta debita dictis creditoribus exsoluta vel eas integre satisfactum incidant Comunitates predicte in penam dupli dicti debiti ipsis creditoribus exsolvendis. Et ipsum Commune Pistoriense teneatur dicta debita talibus creditoribus satisfacere infra mensem a die elapsi termini supradicti ad penam quattuor millium marcarum de argento & nihilominus si ex dictis debitis aliqua sunt contracta per publica Instrumenta quarantigie a dicto tempore citra, & dictis creditoribus soluta non fuerint dicto termino presens restitutio & concessio facta seu fienda comuni Pistorij de dictis Terris & communitatibus que debita non solverent termino supradicto & omnia & singula in hac promissione contempta quo ad ipsas Comunitates sic non solventes penitus evanescant cassa, irrita, & nullius valoris vel momenti sint; Ita & taliter quod dicte terre & communitates hujusmodi debita dicto termino non solventes remaneant sub Jurisdictione & sint Comunis Florentie ut erant ante presentem provisionem, & in eo casu per hoc nullum ius seu Jurisdictio dato Communi Pistoriensi remaneat in terras & Communitatibus supradictis quarum debita suis creditoribus antedictis dicto termino non essent plenarie exoluta. Et hoc si tales creditores petierint infra dictum tempus & eorum talia credita seu creditorum Instrumenta registrari & declarari fecerint per publicum Instrumentum per Joannem Dini Notarium, & scribam offici presentium Priorum & Vexilliferi Justitie populi Florentini infra quindecim dies a die qua presens provisio in Consilijs Populi, & Communis Florentie firmata fuerit salvo quod si creditores dictarum Communitatum concordes fuerint cum ipsis Comunitatibus eorum debitoribus vel cum dicto Communi Pistoriensi de prorogatione dicti termini vel alio quocumque modo ita quod sint ipsi creditores contenti in eo casu predicta concessio & restitutio facta seu finienda dicto Communi Pistorij de dictis terris valeat & teneat & habeat plenam firmitatem non obstantibus antedictis & ad predicta vero sic observanda & observari facienda obliget se dictum Commune Pistoriense per legiptimum Sindicum ad penam duarum millium mercarum de argento & nihilominus liceat Communi Florentie & eius Officialibus ad instantiam talium creditorum uti iurisdictione & mero & mixto imperio sicut modo licet in dictis terris contra tales Communitates & ipsarum homines & personas & eorum bonis faciendo satisfieri quibuslibet creditoribus Florentinis recipere debentibus ab eisdem & procedendo contra eas, & homines ipsarum, & in eorum bonis civiliter & criminaliter. Et processus & condempnationes propterea fienda exequendo donec creditoribus prefatis fuerit integre satisfactum.

Item promictat & se obbliget dictum Commune Pistorij per legiptimum sindicum quod si qui debetur aliquibus civibus Florentinis vel Comunitativis ab ali-

aliquibus singularibus personis ipsarum terrarum fieri faciet ipsis recipere debentibus brevem & summariam rationem, & contra ipsos debitores & eorum bona procedetur in Civitate Pistoriensi secundum statuta ordinamenta, & reformationem Communis Florentie si creditori placuerit & nihilominus contra huiusmodi debitores ad voluntatem eorum creditorum procedi possit & debeat in personis & bonis civiliter & criminaliter per Officiales Communis Florentie sicut modo potest donec ipsa debita sint soluta.

Item si que Communitates ex predictis tenerentur solvere aliquas libras vel factiones Communi Florentie compelli possint ad earum solutionem, & obbliget se dictum Commune Pistoriense per legiptimum sindicum sub pena mille mercarum de argento quod ipsas solvi faciat infra quattuor menses proximos secuturos, & idem fiat, & promictatur de gabellis debitis Communi Florentie salvo quod si alicui Communitati fuissent remisisse alique libre vel provisum fuisset quod de libris per aliquam Communitatem solvendis alique expense fieri debeant, nec facte fuissent ille expense liceat dictis Comunitatibus vel dictas libras solvere Comuni Florentie vel dictas expensas facere usque in eam quantitatem de qua reperiretur fuisse provisum pro Comuni Florentie.

Item promictat Comune Pistorij per legiptimum sindicum quod patietur quod habentes possessiones in dictis terris quousque ab eis non fuerit advocata de iure possessio deferri faciant fructus & proventus dictarum terrarum libere ad Civitatem Florentie non obstante aliquo decreto facto vel fiendo ad penam mille marcharum de argento.

Item promictat dictum Commune Pistorij per legiptimum Sindicum se facturum & curaturum quod singule Communitates dictarum terrarum per legiptimum Sindicum ad ea constitutum remictent & libere donabunt Communi Florentie & singularibus personis totum quidquid per Officiales ipsius Communis Florentie ab ipsis Communitatibus vel singularibus personis earumdem pro ipso Communi exactum esset & etiam de hoc libere remissionem facient omnibus Officialibus Communis Florentie qui operam in hoc dedissent & simile Comune Pistorij per legiptimum Sindicum ad penam quattuor millium marcharum argenti facient infra duos menses, & hoc non extendatur ad Officiales forenses vel ad bona immobilia.

Item faciat compromissum Commune Pistorij de questionibus que verterentur & verti possent de aliquibus possessionibus, que essent in dictis terris vel aliqua earum quas aliqui Florentini ad se pertinere dicunt & de quibus hodie privati sunt earum possessione & compromittatur in dominum Fortebaccium Guinizellis dominum Ubertum domini Schiatte & dominum Lapum de Sozzofantis cives Pistorij pro Commune Pistorij ex parte una & illos Florentinos qui se dicunt hujusmodi possessiones in dictis terris de quibus terris privati sunt ex parte altera & obligent se dictum Commune Pistorij & dicti Florentini Cives & Comitatini quod eorum Laudum & arbitrium offervabunt, & observari facient sub pena mille Florenorum auri quas questiones partes dicti arbitri infra terminum duorum mensium futurorum debeant per eorum sententias terminare.

Item quod predicta omnia & singula in quibus non est appositus certus terminus faciant intra terminum sex mensium proxime futurorum.

Item quod nullus Officialis qui fuerit in dictis terris pro Potestate, Vicario, vel Rectore, vel in aliquo alio officio pro Communi Florentie, vel pro aliqua Universitate dictarum terrarum Communium vel populorum deinceps possit in dictis terris vel aliqua earum a die presentis reformationis in antea uti, vel exercere, seu exerceri facere tale Officium Vicariatum, vel Rectoriam aut aliquod aliud Officium sub pena persone & averis set sint ipse electiones casse & irrite & nullius valoris vel momenti nec etiam tales sic electi possint ratione talis electionis aliquid petere vel recipere ab aliqua dictarum Communitatum, aut Communi vel populo ipsarum vel alicuius ipsarum pro Salario talis electionis de ipso facte non obstantibus aliquibus juribus talibus sic electis acquisitis occasionibus antedictis sed ex nunc ipse Communitates, Universitates, Communia & populi atque loca ab omni iure contra ipsas vel earum aliqua ratione vel occasione

fione talis electionis questio officialibus, vel rectoribus seu Vicarijs antedictis sint, & esse intelligantur liberati salvo quod siqui sunt nuper Officiales pro Communi Florentie in dictis terris vel earum aliqua pro rata temporis habere debeant salaria ipsorum.

Item quod Roccha de Carmignano debeat remanere & esse sub Jurisdictione, dominio & custodia Communis Florentie usque ad finem presentis guerre, & quod finita guerra presenti dirui & totaliter & fondicitus diruatur Roccha prefata & locus dicte Rocche sic diruende postquam diruta fuerit remaneat Communi Pistorij hjis pacto & conditione quod nullo tempore debeat dicta Roccha refici, & de hoc fiat promissio per Sindicum legiptimum Communis Pistoriensis si contra predicta Roccha reficeretur debeat dicta Roccha & Commune & territorium de Carmignano redire & esse sub Jurisdictione & dominio Communis Florentie. Et quod firmata provisione predicta incontinenti debeat esse & stare quidam Castellanus pro Communi Florentie ad custodiam dicte Rocche qui Castellanus sit & esse debeat popularis Civitatis Florentie & duret per duos menses. Et sic subsequenter eligatur de duobus mensibus in duos menses usque ad dictam terram guerram quonam finitam, & quod nullus magnas possit esse Castellanus vel habere aliquam jurisdictionem vel officium in dicta Roccha, vel in dicta Roccha esse, vel stare sub pena mille librarum pro quolibet magnate qui contra predicta vel aliquid predictorum fecerit pro quolibet priore & Vexillifero iustitie qui aliquem magnatem ad predicta vel aliquid predictorum eligeret vel faceret. Qui Castellanus eligi debeat per priores artium & Vexilliferum iustitie pro tempore existentes, & cum illis famulis & illo salario de quibus & quo & prout & sicut videbitur per istos Priores & Vexilleferum pro tempore existentes.

Item promictat Commune Pistorij per legiptimum Sindicum non facere tacite vel expresse aliquam pacem treguam, Posturam, vel societatem cum aliquibus inimicis & rebellibus Communis Florentie nec Ghibellinos ipsius Civitatis Pistoriensis in dictam Civitatem Pistoriensem, vel ipsos reverti permittere sine expressa licentia & consensu Communis Florentie sub pena quattuor millium marcharum de argento.

Item quod dictum Commune Pistorij per legiptimum Sindicum faciat compromissum in tres sapientes viros de omnibus controversijs litibus & questionibus que sunt vel esse possint inter Commune Pistorij ex parte una & Tomaxium de Reruccis & sotios societatis de Ruccijs & dantem Lanfredini & fratres ex altera eligendos per dominos Priores artium & Vexilliferum presentes & fiat compromissum in tales tres tamquam in arbitros & communes amicos ad cognoscendum & terminandum ipsas omnes lites & specialiter que vertunt & verti possunt inter dictas partes occasione Robarie de auro & virgis auri & rebus facte Cioni Filippi factori dictorum Sociorum Societatis de perucijs de qua dicti Socij & Societas & filij Cenchii Lanfredini habent stantiamentum & summas contra dictum Commune Pistoriense prefatum seu homines & personas ipsius & promictatur & satisdetur per ipsum Commune Pistoriense de observando id totum quod per ipsos arbitros seu amicos communes vel duos ex eis fuerit laudatum & quod dictum compromissum esse vallatum fidei iussorem Florentinis Civibus & solitis promissionibus & penarum adiectionibus & fieri debeat infra quindecim dies a die qua presens provisio fuerit confirmata in Consilijs populi & Communis Florentie cum termino unius mensis hoc addito quod si cessaret dictum Commune Pistorij facere predicto modo in predictos arbitros dictum compromissum quod dictum Commune Pistorij cadat in penam dictis sotiis & sotietati Peruccionum & Danti & fratribus de duobus milibus Florenorum auri pro quibus duobus milibus florenis ex nunc habeant dicti Thomasius & Sotii, & Dante & fratres represaliam contra dictum Commune & homines & personas Pistorij & maxime contra Communia & terras & homines & personas eorum bona communium & terrarum que sub restitutione predicta continentur. Ita quod propterea ad dicte pene exactionem non intelligantur esse nec sint exempte dicte Communitates & singulares persone ipsarum vel earum bona a

juris.

Jurisdictione Communis Florentie. Et si aliquis de dictis arbitris sic eligendis non posset vel nollet dictum compromissum recipere possit alius arbiter per Priores & Vexilliferum iustitie Civitatis Florentie qui pro tempore fuerint subrogari & eligi.

Item quod antequam fiat aliqua restitutio dictarum terrarum Communi Pistoriensi vel fiat aliqua executio provisionis predicte supradicta restitutione fienda facta provisione predicta per legiptimum Sindicum Communis Pistoriensis confirmari & approbari debeant omnia & singula supra dicta ac etiam per ipsum Sindicum nomine Communis Pistorij fieri debeant omnes & singule provisiones de quibus supra dictum est per ipsum Conmune Pistorij vel ipsum Sindicum fieri debere vallate solempniter omnibus obbligationibus, renunptiationibus penarum adiectionibus, & solempnitatibus consuetis non obstante aliquo termino supra expresso, vel concesso. Et que provisio vires non habeat, nisi postquam fuerit approbata & promissa omnia & singula supradicta per legiptimum Sindicum Communis Pistorij pro dicto Communi, & quod ex predictis omnibus & singulis fieri debeant publica Instrumenta per Ser Ioannem Dini Notarium presentis Officij Dominorum Priorum & Vexilliferi iustitie Civitatis Florentie que quidem omnia & singula supradicta & infradicenda valeant & teneant & plenam & irrevocabilem habeant & obtineant firmitatem & ad ea omnia & singula rata & firma habenda tenenda observanda & facienda & exequenda & observari facienda Dominus Vicarius Civitatis & districtus Florentie eiusque Judices & Officiales, & quilibet alii Rectores & Officiales Communis Florentie presentes & futuri Priores artium & Vexillifer iustitie necnon Populus & Commune Florentie & singulares persone eiusdem Populi & Communis iuramenti vinculo astricti sint & omnimode teneantur. Et quod predictis que superius continentur necnon de ijs que super predictis in Consiliis proponentur consulentur firmabuntur & fient seu predictis scribendis aut pro eorum observantia & executione supradicti Rectores & Officiales de quibus supra dicitur & etiam Notarius Scriba reformationum Consiliorum dicti Populi & Communis proponentes, arrengantes & consulentes super predictis non possint in aliquo tempore gravari vel molestari seu contra eos aliquo modo procedi de iure & de facto scilicet exinde a Populo & Communi Florentie exinde totaliter & effectualiter conserventur indempnes: Nullus igitur audeat vel presumat aliquo tempore modo seu iure in iudicio vel extra iudicium dicere opponere allegare contra predicta vel aliquod predictorum vel quod predicta non valeant & non teneant & quod non potuerit provideri ordinari fieri & firmari.

Et siquis vel sique contra predicta vel aliquid predictorum facere seu aptentare presumpserit in aliquo non audiantur vel admictantur, vel aliquem Rectorem vel Officialem dicti Populi & Communis imo omnes & singuli contra predicta in aliquo facientes vel venientes de facto sine strepitu & figura iudicij omni iure statutorum & ordinamentorum solempnitate & ordine pretermissis per Dominum Vicarium seu Dominum Potestatem Communis Florentie ultimo supplicio puniatur videlicet quod eisdem caput abscindatur ita quod a spatulis separetur & insuper unusquisque Officialis & Rector dicti Populi & Communis presens & futurus qui predicta omnia & singula non observaverit aut tacite vel expresse contra predicta fecerit vel venerit pro qualibet vice in libris duabus millibus florenorum parvorum Communi Florentie condempnetur & ipso iure & facto a regimine & officio in quo pro ipso Populo & Communi prefuerit removeatur & privetur & remotus & privatus sit omnino & in totum. In predictis vel aliquo predictorum non obstantibus aliquibus capitulis statutis ordinamentis provisionibus aut reformationibus Consiliorum Populi & Communis Florentie precisis vel non precisis seu penalibus aut non penalibus cuiuscumque tenoris auctoritatis & vigoris seu ractionis existant legibus aut iuribus quomodlibet directe vel indirecte contradicentibus seu repugnantibus in predictis vel aliquo predictorum.

Quibus omnibus ut supra dicitur seriatim lectis sapiens vir Dominus Albertus Rosonis Juris peritus de numero dictorum Priorum presentibus volentibus &

& consentientibus alijs Prioribus artium & Vexillifero iustitie omnibusque in dicto officio consotijs in iam dicto Consilio centum Virorum ab aliis predictis Consilijs generali & speciali domini Capitanei & populi & Capitudinum separato & ab una parte dicti palatij populi more solito congregato ut coram Consiliarijs in ipso Consilio Centum virorum astantibus propoluit & singula suprascripta in ipso presenti Consilio super proxime & immediate in predictis & suprapredictis petitione & provisione per ordinem specificata & scripta & ut super adicitur seriatim lecta. Et in hijs & super hijs omnibus sibi pro populo & Communi Florentie Consilium exhiberi & dari petijt ab hac forma videlicet. Si placet & videtur Consiliarijs in ipso Consilio centum Virorum existentium ea omnia & singula suprascripta fore utilia iam dicto populo & Communi & utile fore pro ipso populo & Communi quod de hiis omnibus & super hijs omnibus & singulis ac etiam de absolutione super absolutione, & correctione Capitulorum Statutorum ordinamentorum provisionum & refformationum Consiliorum dicti populi & Communis tam lectorum quam non lectorum legum & jurium & quorumlibet aliorum obstaculorum & inibitionum quomodolibet contradicentium vel obstantium in predictis vel eorum aliquo teneantur & fiant omnia Consilia opportuna & quod procedatur provideatur firmetur observetur & fiat in omnibus & per omnia secundum ipsarum scripturarum petitionis & provisionis continentiam & tenorem.

Ser Andreas medicus olim Jacobi Consiliarius predicti Consilij surgendo & arrengando consuluit in omnibus & super omnibus & singulis suprascripti in dicto presenti Consilio super propositis plenius expressis in omnibus & per omnia secundum ipsarum scripturarum petitionis & provisionis & etiam premisse propositionis super hijs facte tenorem & formam.

Super quibus omnibus in iam dicto presenti Consilio centum Virorum super proxime propositis & plenius specificatis & expressis more solito scruptatis voluntatibus Consiliorum in ipso Consilio adstantium & inter eos numero centum octuaginta tres inventos pro ut infra patet per dominum Albertum Rosonis de numero Priorum predictorum secundum formam statutorum & ordinamentorum canonicatum dicti populi & Communis premisso facto & obtempto partito secreto scruptineo ad pissides & palloctas super predictis petitione provisione & propositione super hijs facta placuit & visum fuit septuaginta quactuor ex ipsis Consiliarijs ponentibus palloctas in pissidibus albis in quibus scriptum est *sic* & per eos concorditer prouisum obtemptum & firmatum fuit in omnibus & per omnia secundum suprascriptarum petitionis & provisionis ac etiam premisse propositionis super hijs factarum continentiam & tenorem. Illi vero ex Consiliarijs predictis quibus predicta displicuerunt ponentes palloctas in contrarium in pissidibus rubeis in quibus scriptum est *non* fuere solum modo novem numero computati exstractis ex dictis pissidibus visis & numeratis dictis palloctis in ipsius Consilij presentia & aspectu acta fuerunt hec in dicto Palatio populi presentibus testibus Ser Johanne Alberti de Sancto Geminiano & Gianno Melioris nuntio Comunis Florentie. Item in eisdem Anno Indictione die & loco & presentibus testibus suprascriptis in Consilio speciali Domini Capitanei & populi & Capitudinum majorum artium Civitatis Florentie separatim & divisim a dicto Consilio centum Virorum, & etiam a dicto Consilio generali domini Capitanei & populi ab una parte populi dicti Palatij populi ut supra dicitur congregato & coram Consiliarijs & capitudinibus in ipso Consilio existentibus predictus Dominus Albertus Rosonis jurisperitus presentibus volentibus & consentientibus alijs iam dictis Prioribus & Vexillifero, suis in dicto Officio consortijs propofuit omnia & singula suprascripta que ut supra proxime & immediate notatum & scriptum est proposita & iam provisa obtempta reformata & plenius specificata sunt in supra dicto Consilio centum Virorum predicto die decimo quarto intrante mense Novembris celebrato & facto & in hijs & super hijs omnibus & singulis sibi pro dicto populo & Comuni Consilium exhiberi & dari petijt sub hac forma videlicet si placet & videtur dictis Consiliariis & Capitudinibus in ipso Consilio abstantibus & omnia & singula suprascripta fore utilia iam dicto populo & Comuni & quod de hijs & super

ſuper hijs omnibus teneantur & fiant omnia Conſilia oportuna & in omnibus & per omnia procedatur firmetur obſervetur & fiat modo & forma & ſub tenoribus & conditionibus iam dicto Conſilio centum Virorum declaratis plenius & expreſſis.

Ser Viannes de Siminettis Conſiliarius prædicti Conſilii ſurgendo & arrengando conſuluit in omnibus & ſingulis & ſuper omnibus & ſingulis in hoc preſenti Conſilio ſuper propoſitis & in predicto Conſilio centum Virorum iam reformatis, & plenius ſpecificatis & expreſſis in omnibus & per omnia ſecundum ſupradicte propoſitionis in hoc preſenti Conſilio ſuper premiſſis facte tenorem, & formam.

Exquiſita igitur voluntate Conſiliariorum eiuſdem Conſilii ſpecialis Domini Capitanei & Populi & Capitudinum predictorum & inter eos numero ſexaginta ſex & ultra inventos ſuper predictis omnibus in dicto preſenti Conſilio centum Virorum per dictum Dominum Albertum Juriſperitum premiſſo & facto partito ſecundum formam Statutorum dicti Populi & Comunis ad piſſides & palloctas in ipſius Conſilii reformatione placuit & viſum fuit: Sexaginta & ultra ex Conſiliariis & Capitudinibus predictis ponentes palloctas in piſſidibus albis in quibus ſcriptum eſt *ſic*, & per eos concorditer proviſum obtemptum & reformatum fuit in omnibus & per omnia ſecundum ſupra ſcriptarum petionis proviſionis & etiam premiſſe propoſitionis ſuper hijs facte & omnium & ſingulorum in eis contemptorum tenorem & formam. Illi vero ex Conſiliarijs & Capitudinibus predictis quibus predicta diſplicuerunt ponentes palloctas in contrarium in piſſidibus rubeis in quibus ſcriptum eſt *non*, fuere ſolummodo ſex numero computati extractis de dictis piſſidibus viſis & numeratis dictis palloctis in ipſius Conſilii preſentia conſpectu.

Item in eiſdem anno indictione die & loco preſentibus teſtibus ſupraſcriptis incontinenti & immediate in Conſilio generali & ſpeciali Domini Capitanei & Capitudinum artium predictarum ut ſupra dicitur ſimul in dicto Palatio Populi congregatorum & coram Conſiliariis & Capitudinibus in ipſo Conſilio abſtantibus predictis Dominus Albertus Roſonis Juriſperitus preſentibus volentibus & conſentientibus iam dictis Dominis Prioribus & Vexillifero propoſuit ſupraſcriptam petitionem ut ſuperius dicitur pro parte dicti Comunis Piſtorij porrectam & factam ac etiam predictam proviſionem ut ſupra dictum eſt, ſuper ipſa petitione & contemptis in ea pro predictis Priores & Vexilliferum editam & factam & omnia & ſingula que in ipſis petitione & proviſione ac etiam in ſupradicto Conſilio centum Virorum nec non in ſupradicto Conſilio ſpeciali Domini Capitanei & Populi & Capitudinum predictarum ſuper hijs dicto die decimo quarto menſis Novembris celebrato & facto diſtincte & per ordinem ſcripta deliberata comprenſa & ſpecificata ſunt & in hijs & ſuper hijs omnibus & ſingulis ſibi pro Populo & Comuni Florentie Conſilium exhiberi & dari petijt ſub hac forma videlicet ſi placet iam dictis Conſiliarijs & Capitudinibus in ipſo Conſilio exhiſtentibus quod ſuper ſupraſcripta omnia & ſingula que ut ſupra legitur & habetur in ſupradicto Conſilio centum Virorum notata & plenius ſpecificata ſunt huius preſentis Conſilij auctoritate & vigore totaliter approbata acceptata admiſſa & firma ſint pro Communi iam dicto & valeant & teneant & plenam & irrevocabilem habeant & obtineant firmitatem & quod in hijs & ſuper hijs omnibus & ſingulis procedatur obſervetur & fiat in omnibus & per omnia ſecundum ſupraſcriptarum petitionis & proviſionis continentiam & tenorem, non obſtantibus ſupradictis capitulis & ſtatutis ſpecialiter ut ſupra dictum eſt lectis nec aliquibus alijs capitulis, ſtatutis, ordinamentis, proviſionibus, ſeu Conſiliorum reformationibus dicti Populi & Comunis licet non lectis directe vel indirecte quomodolibet contradicentibus vel repugnantibus in predictis vel aliquo predictorum ſed eis omnibus abſolutis correctis & ſublatis, ita & taliter quod ab eiſdem & eorum obſervantia & executione Dominus Vicarius Civitatis & diſtrictus Florentie eiuſque Judices & Officiales Priores artium & Vexillifer Juſtitie & ceteri alij Rectores & Officiales dicti Populi & Communis tam preſentes quam futuri Capitudines artium Conſiliarii quorumlibet Conſilio-

 rum.

rum. Ego Gratiolus Notarius infrascriptus & Notarius Scriba dictorum Dominorum Priorum & Vexilliferi, & omnes alij quos predicta tangerent vel ad ea quomodolibet tenerentur quo ad ea & eorum occasionem & in quibuslibet in predictis contradicerent vel obstarent intelligantur & sint liberi & totaliter absoluti non obstante eo quod ipsa capitula & statuta, & ordinamenta sint penalia & precisa & quod in eis dicatur quod absolvi seu corrigi non possint & quod de eis absolvendis seu corrigendis non possit provideri & deliberari, seu exinde Consilium fieri vel teneri. Et non obstante quod omnia capitula & ordinamenta in hijs contradicentia & obstantia nominatim & specificatim non legantur seu lecta non fuerint in presenti Consilio, & in aliis super predictis celebratis, & factis, & celebrandis, & fiendis.

Ser Rustichellus Bernardi Consiliarius predicti Consilij surrexit & arrogando consuluit in omnibus & super omnibus & singulis in hoc presenti Consilio supra propositis & in predicto Consilio centum Virorum superius expecificatis plenius & expressis in omnibus & per omnia secundum suprascriptarum petitionis & provisionis ac etiam dicte propositionis in jam dicto presenti Consilio super hijs facte continentiam & tenorem.

In reformatione cuius Consilii preaudito Consilio in promissis exhibito & reddito & deinde super predictis omnibus in dicto presenti Consilio supra propositis inter Consiliarios & Capitudines in ipso Consilio abstantes secundum formam statutorum dicti Populi & Communis per predictum Dominum Albertum Jurisperitum de numero Priorum facto & revoluto partito ad sedendum & levandum placuit quasi omnibus in dicto Consilio exhistentibus & per eos concorditer provisum obtemptum & firmatum fuit in omnibus & per omnia secundum quod in suprascriptis petitione ac provisione ac etiam secundum quod in supra scripta propositione ut superius dicitur in hoc presenti Consilio super hijs & circa ea & eorum occasione facta plenius & latius legitur & habetur.

Item in ijsdem anno & indictione die decimo octavo intrante dicto mense Novembri mandato nobilis militis Domini Rajnerij Domini Zaccharie de Urbe veteri honorandi Vicarij antedicti Consilio generali trecentorum & speciali nonaginta virorum & capitudinum duodecim majorum artium eiusdem Civitatis & Comunis Florentie preconia convocatione campane sonitu in supradicto Palatio Populi Florentie in numero sufficienti more solito congregato suprascripta petitio pro parte Comunis Civitatis Pistorij ut supra dicitur super premissis porrecta & facta ac etiam suprascripta provisio super ipsa petitione & contentis in ea per predictos Priores & Vexilliferum modo predicto edita & facta & omnia & singula que in ipsis petitione & provisione continentur & specificata sunt sub modis, pactis, promissionibus, obligationibus, condictionibus, & tenoribus ibidem appositis & infrascrittis & superius distinte & per ordinem in supradicto Consilio centum Virorum plenius annotatis & suprascriptis iuxta eorum continentiam & tenorem ac etiam Statutis Domini Capitanei & Populi & etiam Domini Potestatis & Comunis Florentie de quibus superius in alijs suprascriptis Consilijs specialibus & expressa mentio habetur in ea parte in qua in supradictis & infrascrittis contradicere videbantur lecte & lecta fuerunt per me Gratiolum Notarium infrascriptum prout & secundum quod superius proxime & immediate in iam dictis Consilijs centum Virorum & Domini Capitanei & Populi ut supra dictum est die decima quarta huius presentis mensis Novembris super predictis, debito modo, & ordine celebratis & factis plenius & latius legitur, & habetur.

Quibus omnibus sic lectis providus Vir Ser Simon del Dolce Notarius exitus dicti Comunis Florentie presentibus volentibus & consentientibus Dominis Prioribus artium & Vexillifero iam dictis in iam dicto Consilio Generali tercentorum & speciali nonaginta Virorum dicti Comunis Florentie & Capitudinum artium predictarum ut supra dicitur congregato & coram Consiliarijs, & Capitudinibus in eo abstantibus proposuit omnia sopradicta ut predicitur in hoc presenti Consilio lecta & que in alijs suprascriptis Consiliis centum Virorum & Domini Capitanei & Populi iam provisa obtempta reformata & plenius specificata sunt & expressa &

in

in hijs & super hijs omnibus & singulis sibi pro Populo & Communi iam dicto utile Consilium exhiberi & dari petijt sub hac forma videlicet quid & quommodo videtur & placet eisdem Consiliarijs & Capitudinibus in predictis & super predictis omnibus & singulis providere, ordinare & firmare pro Commune iam dicto.

Ser Peste Guggiipestis Consiliarius predicti Consilij surrexit & arrengando consuluit in omnibus & super omnibus & singulis superius in hoc presenti Consilio supra propositis in omnibus & per omnia iuxta ipsarum petitionis & provisionis de quibus in iam dicto presenti Consilio specificata mentio habetur & etiam supradicte propositionis super predictis proposite & facte continentiam & tenorem.

In reformatione cuius Consilij peraudito Consilio in premissis exhibito & reddito, & deinde inter Consiliarios & Capitudines in ipso Consilio existentes numero inter omnes tercentorum otto invento pro exequendis eorum voluntatibus in predictis & super predictis omnibus in dicto presenti Consilio super propositis voluntate & mandato Ser Simonis Notarij Camere dicti Communis secundum formam statutorum & reformationum dicti Populi & Communis ad scruptineum facto partito cum pixidibus & pallottis super predictis omnibus & singulis supra propositis in hoc presenti Consilio & in aliis supradictis Consilijs specificatis plenius & expressis placuit ducentis nonaginta duobus & Consiliarijs, & Capitudinibus predictis ponentibus pallottas in pixidibus albis in quibus scriptum est *sic*.

Et per eos concorditer provisum optentum & firmatum fuit in omnibus & per omnia prout & secundum quod in ipsis & suprascriptis petitione & provisione de quibus specialis mentio habetur & etiam quod in hijs & super hijs & omnia ea in hoc presenti Consilio superius proposita & in supra scripto Consilio centum Virorum plenius & specificata & expressa sunt huius presentis Consilij auctoritate & vigore totaliter deceptata admissa, approbata & firma sint & valeant & teneant & plenam habeant & obtineant firmitatem. Et quod in hijs & super hijs omnibus & singulis procedatur, observetur & fiat in omnibus & per omnia secundum quod in suprascriptis petitione & provisione plenius continetur absolutis, correctis & sublatis quoad predicta & predictorum occasione capitulis statutis ordinamentis provisionibus ac Consiliorum reformationem de quibus superius in specie aut in genere mentio habetur que in predictis vel aliquo predictorum quomodolibet contradicerent vel obstarent. Illi vero ex Consiliarijs & Capitudinibus predictis quibus predicta displicuerunt ponentes pallottas in contrarium in pissidibus rubeis in quibus scriptum est, *non*. fuere solummodo sexdecim numero computati, extractis de dictis pissidibus visis & numeratis dictis pallottis in ipsius Consilij presentia & conspectu.

Acta fuerunt hec in dicto Palatio Populi Florentini presentibus testibus Dominis Johanne de Rosceholis Pace de Certaldo Judicibus, Civibus Florentinis & Giano Melioris & Bartolo Muntuccij nuntij dicti Comunis Florentini & alijs.

Ego Gratiolus olim Domini Corradi Imperiali auctoritate Notarius Mutiensis & nunc ad scribendum Consilia Populi & Comunis Florentie electus & deputatus pro ipso Comuni suprascriptis omnibus in iam dicto Consilio centum Virorum & in alijs predictis Consilijs Domini Capitanei & Populi & etiam Comunis Florentie ut supra dictum est peractis interfui eaque publicavi & scripsi.

Ego Rosinus filius Ser Jacobi Imperiali auctoritate Judex ordinarius & Notarius predicta scripta ut aparet per suprascriptum Gratiolum Notarium unde hoc exemplum a me scriptum est inveni vidi & legi in hoc modo fideliter transcripsi & exemplavi de licentia & auctoritate mihi data & concessa a Domino Bonifacio de Imbarcatis Judice causarum civilium Comunis Pistorij ad banchum Juris sub porticu Palatij dicti Comunis presentibus Ser Lappo Montis Notario, Jacobo Domini Bracci Judice, & Niccolino Novellerij Nuntio testibus rogatis sub Divine Nativitatis anno millesimo tercentesimo vigesimo primo Indictione quinta die vigesima sexta mensis Septembris.

Ego Bartholomeus filius Ser Schiatte Pisani de Pistorio Imperiali auctoritate Judex ordinarius & Notarius exemplum illud scriptum manu suprascripti Rosini Notarij unde hoc exemplum a me scriptum est vidi & legi & hic modo transcripsi & fideliter exemplavi de licentia & auctoritate mihi data & concessa a domino Taddeo de Regio Judice causarum civilium Communis Pistorij & assensu nobilis militis domini Jacobi de Monte politiano honorabili Potestate Civitatis & districtus Pistorij pro Tribunali sedens ad eius solitum banchum Juris ubi solitus est sedere pro Jure reddendo presentibus Ser Soldo Modini & Ser Jacobo Barunti testibus ad hec vocatis & rogatis anno nativitatis Domini millesimo tercentesimo quadragesimo quarto Indictione decima tertia die decimo octavo mensis Decembris.

X V I.

Innocentii IV. Literae an. 1253. ad Pistorienses hortatoriae ad pacem. ex Thesauro S. Jacobi.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis . . . . Potestati, Consilio, e Comuni Pist. salutem & apostolicam benedictionem. Desiderio desiderantes vos pacem habere cum omnibus, omnesque vobiscum, ut specialiter specialis Ecclesiae Romanae provinciam, quam, & in qua vos longa bellorum afflixit calamitas, refloreat in requie opulenta, vos, & alias Tuscie Civitates ad tractatum pacis curavimus evocare. Set quia inutiliter ad commune pacis bonum nostra conatur intentio, si pacificis studiis bellica molimina misceantur, universitatem vestram rogamus, monemus & hortamur attente vobis per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus interim ab omnibus hostilitatis processibus, aut incursibus pro nostre, & apostolice sedis reverentia penitus abstinentes ostendatis vos pacis habere propositum Deo gratum nobis desiderabile salubre vobis ac toti necessarium regioni. Si enim secus forsitan ageretis, publica contra vos querelam haberet utilitas ejusque grave dispendium divini & humani juris iustitiam provocaret: que quanto rigore illos qui treguas per quas ad pacem progressus dirigitur custodire nequeunt insequatur, qui utriusque juris habent peritiam non ignorent. Sic ergo preces, & mandata nostra vos pronos inveniant in hac parte quod vobis exinde apud Deum, & homines non indignatio sed gratia debeatur nosque vos dignis prosequamur laudibus & actionibus gratiarum. Datum Assisii Kal. Maij Pontificatus nostri anno X.

X V I I.

Exemplum Litterarum factarum pro restitutione Comitatus Pistoriensis per Dominos Priores Artium, & Vexilliferum iustitie Civitatis & populi Florentini. ex libro Censuum pag. 398.

PRiores artium & Vexillifer iustitie Civitatis & populi Florentini Ranerio quondam Guidonis de Ricciis uno ex eis dumtaxat excepto ipsiusque Civitatis Consilium, Populus, & Comune probis viris Sindicis, Rectoribus Consiliis, Officialibus Universitatibus hominibus & personis omnium & singulorum Castrorum Fortilitiarum Villarum, Communium, ac Terrarum que olim fuerunt de districtu & Comitatu Comunis & Civitatis Pistorii & postmodum ad Comune Florentie pervenerunt excepta, salva, & reservata Roccha de Carmignano, quae debet sub dominio iurisdictione atque custodia Comunis Florentini remanere usque ad finem guerre presentis salutem & dilectionem sinceram convenire ac expedire conspicimus quod ea que facta & ordinata sunt in populo & Comuni Florentiae contingentium vos & vestram Rempublicam notitiam habeatis vobis ergo, & cuilibet vestrum tenore presentium nuntiamus quod auditis, & diligenter

ter intellectis hiis que pro parte Comunis Pist. per solempnes & honor. biles Oratores dicti Comunis fuerunt coram nobis devote prudenter atque suppliciter exposita, & petita, & habitis super ipsorum petitione quam pluribus videlicet Capitaneorum partis Guelfe Gonfalonierorum sotietatum populi, Capitudinum artium aliorumque sapientum tam nobilium quam plebeorum consiliis publicis & privatis, & eorum voluntatibus diversimode disquisitis & comperto, & cognito manifeste quod in idem quasi omnium vota Civium concurrebant quod fratrum Pistoriensium admitteretur procederet, & adimpleretur petitio gratiose considerataque devotione sincere quam semper Civitas Pistorii dum per fideles Guelfos recta fuit habuit & nunc habet ad Comune & Populum Florentinum, & non minus diligenter attento quod dicta Civitate sic recta dum ipsorum fratrum comoda promovemus nostram propriam prosequimur causam consonumque votis vestris & vestro dulce gustui fore confidimus quod vos & terras vestras in Matris & Civitatis vestre Pistorii gremium reponamus gratiose providimus & solempniter obtentum firmatum, & reformatum est in omnibus & singulis populi & Comunis Florentie consiliis opportunis quod dicta Castra fortilitie Villa Comunia & terre que olim fuerunt de comitatu & districtu Pistori & postea tenebantur per Comunem Florentie restituantur, & pro restitutis habeantur Comuni Pistorii cum pleno dominio iurisdictione mero & mixto imperio & cum eorum omnibus iuribus & pertinentiis ita quod ipsum Comune Pistorii quantum ad predicta sit in eo statu in quo erat antequam ipsa Castra fortilitie Ville Communia, & terre per Comune Florentie tenerentur sub modis pactis promissionibus obligationibus condictionibus & tenoribus expressis in reformationibus Consiliorum ipsorum & in Capitulis super predictis in predictis & circa predicta editis & firmatis & contentis in reformationibus antedictis. Et ideo cum secundum formam dictorum Capitulorum & reformationum ratificata sint ipsa Capitula, & omnia in ipsis reformationibus contenta per Comune Pist. & eius Sindicum ad hoc legitime Constitutum. Vos & dicta Castra, fortilitias Villas terras & Comunia, dicta Roccha Carmignani tamen excepta iam sic restituta, & restitutas per reformationes predictas dimittimus & relaxamus ipsi Comuni Pist. & volumus concedimus vobis, & contenti sumus gratia & amore Comunis ipsius quod deinceps sitis de districtu, & Comitatu & districtuales, & Comitatini Civitatis & Comunis Pist. & quod ipsi Comuni subsitis & sitis quantum est ad predicta in eo statu in quo eratis antequam Comune Florentie vos teneret predictis modis pactis promissionibus obligationibus conditionibus, & tenoribus semper salvis & in sua manentibus firmitate. In cuius rei evidentius testimonium has patentes licteras fieri mandavimus & bulle ac sigilli nostri appositione muniri.

Data Florentie anno Incarnationis Christi Millesimo trecentesimo quinto decimo Indictione quarta decima Mensis decempris die sexta.

Ego Johannes quondam Donati Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius, & Cancellarius, & Scriba publicus Reformationum Consiliorum Comunis, & Populi Pistorii predictas licteras vidi & legi, & de Originali scripto in cartis bombicinis sigillato quodam sigillo cere virdis in quo erat schulta imago Herculis nudi cum licteris circumquaque scriptis sub tali tenore. *Sigillum Florentinorum*, & quodam parvo sigillo cere virdis in quo erat designatum Lilium cum licteris talis continentie *S. Priorum* hic inde trascripsi, & exemplavi, & in evidentius testimonium meo consueto signo Roboravi.

XVIII.

Lucensium Literae ad Pistorienses super controversia quaedam ex libro censuum p. 401.

HOC est exemplum quarundam licterarum transmissarum (a. 1317.) per Comune Lucanum Comuni Pistorij super responsione facta domino Andreae

dreae de Rubeis & ser Mazeo Guidi Ambaxiatoribus Comunis Pistor. ad Comune Lucanum & Anxianis ipsius Comunis cum instrumento ratificationis pacis per Comune Pist. destinatis. Que lictere sigillate erant quodam sigillo cere crocee in quo sculta erat quedam ymago ad similitudinem cuiusdam militis tenentis scutum in brachio sinistro existentis super quodam equo circum circha quam ymaginem erant sculte lictere sic dicentes. Sigillum Comunis Lucani signo Sancte Crucis premisso.

Magnificis & potentibus viris dominis Ugoni Comiti Palatino Vicario Regio Civitatis Pistorij & Anxianis Civitatis ejusdem amicis diligendis. Jacopinus de Cornazzano de Parma Lucanus Potestas & Anxiani Lucani Comuni salutem & bonorum omnium incrementa. Ambaxiatam nobis pro vestra parte noviter expositam a vestris Ambaxiatoribus multa alacritate suscepimus & audivimus, qua intellecta sic damus sub brevitate eidem responsum quod propter absentiam nostri capitanei qui moram ad presens contrahit apud balneum de Corsenam non possumus eis nec vobis ut optamus respondere tamen cum redierit quod cito erit vobis per Ambaxiatores nostros aut per nuntium cum nostris licteris amicabiliter respondemus. Non miremini si vestri Ambaxiatores tantum steterunt quo credentes ut Capitaneus reverteretur eis prediximus quod spectarent.

Datum Luce die 23. Junii decima quincta Indictione.

Exemplum quorundam licterarum transmissarum per Castruccium de Anterminellis Civitatis Lucane Capitaneum Generalem (a. 1317.) Comuni Pist. super responsione facta Domino Andree, & Ser Mazeo Ambasciatoribus a dicto Castruccio cum instrumento ratificationis pacis per Comune Pist. destinatis. Que lictere sigillate erant quodam sigillo cere rubee, in quo sigillo erat sculta quedam ymago ad similitudinem cujusdam . . . . . . habentis ymaginem cuiusdam canis super se & de subter, quoddam scutum circum circha quas imagines erant sculte hec lictere videlicet: S. Chastrucci vice Comitis Lunensis.

X I X.

Ex Libro Censuum pag. 401.

NObilibus & Sapientibus viris Ugoni de Battifolle in Tuscia Comiti Palatino Vicario Regio Anzianis & Vexillifero iustitie consilio & Comuni Civitatis Pist. Chastruccius de Anterminellis Civitatis Lucane Capitaneus generalis, & Vicecomes Lunensis salutem, & pacificis gaudere successibus discretis viris Domino Andree de Rossis, & ser Mazeo Guidi Ambasciatoribus vestris qui a recessu ipsorum de Civitate Pisarum usque in hodiernam diem nostrum qui eramus in comitatu Lucane reditum expectarunt super tenore ambasciate nobis ex parte vestra diligenter exposite responsa dedimus pro ut credidimus convenire que vestre presentie quia eos inde sufficienter credimus informatos horetenus referre poterunt & quam habuerunt a nobis intentionem esponent. Datum Luce 24. Junii decima quinta inditione.

X X.

Roberti Siciliae Regis Literae an.* 1398. *ad Pistorienses ut pro Genuatibus aciem instruant ex Thesauro S. Jacobi.

RObertus Dei gratia Rex Jerusalem & Sicilie Ducatus Apulie, & Principatus capue provincie fortalquerij ac Pedimontis Comes discretis viris Rectoribus Consilio, & Communi Civitatis Pistorii fidelibus, & devotis suis gratiam & amorem. Notificamus devotioni vestre quod die vicesimo primo Julii proximi preteriti applicuimus Januam cum fratribus & gente nostris ubi fuimus cum magno honore recepti, & sequenti die vicesimo septimo eiusdem mensis Po-

Populus Consilium & Rectores dicte Civitatis Janue se dominio Domini summi Pontificis & nostro decem annorum spatio subiecerunt, quod quidem dominium recepimus debitis honore decentia, & solemnitatibus observatis. Quia igitur inimici Ecclesiastici, ac nostri, & Communis dicte Civitatis Janue morantes. . . . ipsam Civitatem conantur eam offendere bonumque statum eiusdem multipliciter & graviter perturbare nostraque ac universorum fidelium, & devotorum Sancte Ecclesie & nostrorum interest Civitati Janue intuitu dicti Domini summi Pontificis, & Ecclesiastice partis auxilianter subvenire, devotionem, & prudentiam vestram requirimus, & ortamur quot prudenter attento quod in bono statu predicte Civitatis Janue, cuius incole fratres vestri fore noscuntur, consequenter . . . . tingitur status vester, ordinare curetis, & agere quod . . . mittatis Talamonium equites, & pedites probos strenuos & electos decenter armatos in ma . . . . quantitate, qua sinceritati, & prudentie vestre videbitur convenire venturos ad subsidium predicte Civitatis Janue, ac de vestra stipendia tempore, quo necessario expedierit, retinendos, significantes nobis, seu nostro Vicario, & Rectoribus Janue statim visis presentibus quo die predicti equites, & pedites iter arripient, seu recedent, & poterunt ibi esse, eorumque numerum, ut ipsos ibidem recolligi faciamus, & eisdem de vasis, & aliis opportunis providere possimus. Et vere noscatis, quod exinde predictum Dominum summum Pontificem, nos & Comune Janue obligabitis ad quelibet vobis grata. Datum Janue die 7. Augusti prime Indict.

Discretis viris Rectoribus, Consilio & Comuni Civitatis Pistorij fidelibus & devotis suis.

Per cursorem.

XXI.

Sindici cuius esset agere de pace cum Pistoriensibus ineunda Institutio a Florentinis facta anno 1329. ex libro Nicchio rosso p. 75. tergo & seqq.

IN Dei nomine amen sue salutifere Incarnationis anno millesimo trecentesimo vicesimo nono Indictione 12. die 23. mensis Maij. Actum in Civitate Florentie in domo, & Palatio habitationis dominorum Priorum artium & Vexilliferi iustitie dicte Civitatis & Populi Florent. presentibus testibus Domino Gherardo Terini de Castro Florentino . . . . . & Domino Alexo de Rinuccinis Jurisperitis Civibus Florentinis ad hec vocatis, & rogatis. Pateat omnibus evidenter quod providi viri.

Dominus Thomaxius Corsini.
Bernardus de Quarratensibus.
Lapaccius del Bene.
Johannes Bonachursi.
Philippus de Maghalottis.
Jacobus Alberti.
Dardanus de Acciaiolis.
Ugo Domini Oddi de Altovitis.
Ubertinus Rossi de Strozziis.
Cenni Nardi Jumte.
Cecchus Spine Falconis.
Niccholaus Nilli Rinuccij.
Rinardus de Riciis, &
Antonius Landus de Albitiis.

Florentini Cives tractatores & Compositores Deputati pro Comuni Florentie ad faciendum & tractandum & ordinandum & componendum pacem & treguam cum quibuscumque hominibus & terris & personis & Universitatibus, Cohadunati simul in dicto Palatio habitationis Dominorum Priorum & Vexilliferi Justitie

ftitie Comunis & Populi Florentini omnes simul & in concordia vigore & auctoritate ipsorum officii & ex balia & auctoritate eisdem concessis, & attributis per solempnia & opportuna Consilia Populi, & Communis Florentie ut de ipsis balia & auctoritate plene constat scriptura publica inde facta manu ser Gratioli Domini Corradi de Mutina Notarii Scribe Reformationum dicti Populi & Comunis & omni via modo & iure quibus melius potuerint vice & nomine dicti Comunis Florentie & pro ipso Comuni Florentie & hominibus dicti Comunis eiusque districtus fecerunt constituerunt & ordinaverunt Ser Fredum Bindi de Pinzano Notarium qui moratur Florentie in populo S. Nicholai licet absentem tamquam presentem eorum pro dicto Comuni & hominibus & dicti Comunis Florentie eiusque districtus & hominum eorumdem Comunis & districtus Florentie & Procuratorem & certum & specialem Numptium ad faciendum ordinandum componendum constituendum & reddendum cum Comuni & Universitate Comunis Pist. seu Sindico, seu Sindicis dicti Comunis Pist. & ipsi Comuni Pist. seu eius Sindico vel Sindicis pro ipso Comuni & Universitate & hominibus dicti Comunis Pist. eiusque districtus recipientibus & ab ipso Comuni Pist., seu & eius Sindico, seu Sindicis recipiendum veram pacem concordiam finem remissionem & bonam voluntatem pacis oscula interveniente de omnibus & singulis iniuriis & offensionibus odiis malivolentiis controversiis differentiis dampnis seu gravaminibus arsuris incendiis & robariis hinc inde vel ab una dictarum partium alteri parti illatis commissis factis vel preparatis ab hinc retro & usque in presentem diem habitis & tam presentibus quam preteritis cum omnibus, & singulis pactis modis tenoribus, & conditionibus & . . . . restitutionibus & satisfactionibus de quibus placuerit & videbitur dicto Sindico & in predictis & pro predictis omnibus, & singulis & quolibet predictorum & . . . . & cuiuslibet eorum occasione observantia & executione & etiam coherentium vel dependentium ab eisdem seu eorum aliquo premissa obligatione . . . . . & pacta faciendi & unum & plures contractus & unum & plura instrumenta vallatum & vallata promissionibus stipulationibus obligationibus renumptiationibus . . . . . adiectionibus iurium preceptorum guarantigie & aliis omnibus & singulis cautelis & solempnitatibus opportunis quibus eidem Sindico videbitur, & placuerit faciendum ac etiam in predictis & pro predictis & quolibet predictorum prestandum idoneas cautiones & satisdationes pro ut dicto Sindico placuerit & videbitur & ad obligandum propter ipsum Comune Florent. & universitatem & homines & personas ipsius, & ipsius Comunis & universitatis & hominum bona omnia mobilia & immobilia presentia, & futura, & ad preceptum Guarantigie solempniter recipiendum. Insuper ad dandum & tradendum concedendum & relaxandum dicto Comuni Pist. seu alii persone recipiente pro eodem Comuni Pist. tenutam & possessionem liberam & expeditam quorumcumque castrorum terrarum villarum & locorum & fortilitiarum que vel quos relaxari debent & tradi dicto Comuni Pist. per dictum Comune Florentie per pacta & vigore pacis fiende inter ipsa Comunia Florentie, & Pistorij temporibus & locis in ipsa pace specificandis & dicendis ac etiam ad recipiendum tenendum intrandum & possidendum tenutam & corporalem possessionem quorumcumque Castrorum terrarum villarum & locorum & Fortilitiarum que, & quos dictum Comune Pist. restituere dimictere & relaxare & tradere debebit dicto Comuni Florentie per pacta & vigore pacis fiende inter ipsa Communia Florentie, & Pist. Insuper ad fide iubendum & fideiussorio nomine pro dicto Comuni Florentie promictendum & se obligandum ipsorum partibus & mandato pro dicto Comuni & Sindico Comunis Pist. & intrinsecis dicti Comunis ac etiam pro extrinsecis & suis procuratoribus & negotiorum gestoribus dicti Comunis Pist. in contractu, & super contractum pacis fiende inter dictos intrinsecos Comunis Pist. ex parte una & dictos extrinsecos dicti Comunis Pist. ex parte altera secundum quod sibi Ser Fredo Sindico placuerit & videbitur convenire & ad obligandum dictum Comune Florentie ad partes & mandata dictarum partium & cuiuslibet earum pro observatione pacis & concordie & omnium que promictent dicte partes hinc inde & sibi ad invicem in contractu dicte pacis & Con-

Concordie fiende inter dictos intrinsecos & extrinsecos dicti Comunis Pist. Et generaliter ad omnia & singula facienda & exequenda que necessaria & expedientia fuerint in predictis, & circa predicta & quolibet predictorum & que ipsi costituto & Comune Florentie facere possent si presentes erunt & ipsi Sindico utilia videbuntur. Dantes & concedentes modo vigore & auctoritate predictis eidem Sindico in predictis omnibus & quolibet predictorum & circa ea plenum liberum speciale & generale mandatum cum plena libera & speciali & generali administratione. Nec non promittentes mihi Cambio Notario infrascritto tamquam publice persone recipienti & stipulanti vice & nomine dicti Comunis Pist. & omnium quorum interest vel intererit seu interesse posset se & dictum Comune Florentie firmum & ratum & gratum perpetuo habiturum totum & quicquid idem Ser Fredus Sindicus Comunis Florentie in predictis & circa predicta duxerit faciendum & contra non venire sub dicti Comunis Florentie bonorum omnium presentium, & futurorum obligatione & ypoteca.

Ego Michael Ser Cambii de Camiano Imperiali auctoritate iudex ordinarius & Notarius predicta omnia rogatus & imbreviaturam per infrascrittum Ser Cambium Michaelis Notarium patrem meum & mihi ab eodem scribenda & publicanda commissa, scripsi & in publicam formam redegi Ideoque subscripsi.

Ego Cambius Michaelis de Camiano imperiali auctoritate Judex ordinarius & Notarius predictis omnibus dum agerentur interfui eaque omnia rogavi & imbreviavi & dicto Michaeli Notario filio meo notario scribenda & publicanda Commisi, ideoque subscripsi.

X X I I.

Pax universalis inter Florentinos Pratenses, & Pistorienses de anno 1329. *die* 24. *Maij ex Libro Nicchio Rosso pag.* 19. *tergo, & seqq.*

IN nomine Sancte & individue Trinitatis amen, ad honorem & gloriam omnipotentis Dei & gloriose Virginis Marie omniumque Sanctorum & ad laudem & reverentiam Sacrosancte Romane Ecclesie ac Sanctissimi Patris & Domini Domini Johannis Pape vigesimi secundi, & ad honorem, & laudem Serenissimi Principis & Domini Domini Roberti Dei gratia Illustris Jerusalem & Sicilie Regis & exaltactionem bonum & tranquillum Statum infrascriptorum Comunium & universitatum & singularium personarum eorumque districtualium; Quoniam omne Regnum, Civitatem, Comune, Populum, & singularem personam decet tranquillitatis & pacis beneficium exportare, in quo resides animarum salubritas, viget Jocunditas corporum proficiunt omnes populi, & utilitas gentium custoditur. Ideo Sapientes, & discreti viri Ser Fredi Bindi de Panzano Notarius, qui moratur Florentie in populo Sancti Niccolai Civis honorabilis Florentinus Sindicus, & Procurator Comunis, Universitatis, & Populi Florentie ad hec specialiter constitutus de cuius Sindicatu & procura patet publico instrumento facto manu mei Cambii Michaelis Notarii infrascripti sub anno salutifere Incarnationis millesimo trecentesimo vigesimo nono indictione duodecima die vigesimo tertio mensis Maij secundum consuetudinem Florent. Sindicario, & procuratorio nomine pro dictis comuni & hominibus, & universitatibus comunis & populi Florentie, ac etiam ut Sindicus dicti Comunis Florentie gestorio nomine pro comuni & Universitate & hominibus, & personis Comunis & terre Prati eiusque districtus pro quibus & quolibet eorum de rato promisit & se facturum & curaturum ita & taliter quod dictum Comune Prati per legittimum Sindicum ratificabit predicta, & infrascripta omnia & singula hinc ad quindecim dies proxime venturos & dominus Ubaldus quondam Ugolini de Pipinis iudex, & Loctus quondam Cambis Terrigine Terre Prati Sindici & Procuratores Communis, Universitatis, & hominum Terre Prati eiusque districtus ut de Sindicatu & ipsorum mandato constat instrumento publico inde facto manu Ser Bartholomei Locti de Manasseis de Prato Notarii a me Cambio Notario infra-

 scripto

ſcripto viſo & lecto Sindicario & procuratorio nomine pro dictis Comuni univerſitate & hominibus terre Prati eiuſque diſtrictus ante omnia proteſtatione premiſſa per dictos dominum Ubaldum & Loctum Sindicos ſupradictos quod predictis & infraſcriptis non conſentiunt, nec conſentire intendunt niſi dumtaxat quoad generalem pacem concordiam & remiſſionem pro ut in capitulo generalis pacis continetur cum condictionibus in hoc contractu, & pace contemptis & quoad ſublationem & ſuſpenſionem repreſaliarum & alia contempta in capitulo de repreſaliis in ceteris vero capitulis pactis & modis in preſenti contractu & inſtrumento contemptis non conſentiunt afferentes ſe ad predicta in quibus non conſentiunt non habere ſufficiens mandatum attendentes & conſiderantes quod infraſcripti Sindici Comunis Piſt. Sindacario ac etiam geſtorio nomine dicti communis, & quolibet de dictis nominibus & Ser Mazzeus Ser Joannis procurator plurium extrinſecorum Comunis Piſt. procuratorio nomine pro eis ac etiam geſtorio nomine pro dictis & aliis extrinſecis utroque nomine in ſolidum promiſerunt ſolempniter Ser Fredo Bindi Notario Sindico Comunis Florentie recipienti pro Sancta Romana Eccleſia & Domino noſtro ſummo Pontifice obedientiam & devotionem Sancte Romane Eccleſie & dicti ſummi Pontificis ac etiam ſtare & perſeverare in obedientia, & devotione dicte Sancte Romane Eccleſie & dicti ſummi Pontificis & in Rebellione dapnati Ludovici olim Ducis Bavarie & aliorum inobedientium Eccleſie ſupradicte & Domino ſummo Pontifici ac etiam ſubmiſerunt dictis nominibus & eorum quolibet dictum Comune Piſt. & homines & perſonas dicti Comunis diſpoſitioni dicti ſummi Pontificis & promiſerunt ſe facturos ita & taliter quod dictum Comune Piſt. per legittimum Sindicum ad hec conſtitutum per ipſum Comune Piſt. ratificabit approbabit & de novo faciet dictam promiſſionem & ſubmiſſionem in omnibus & per omnia ut dicti Sindici promiſerunt & fecerunt de quibus promiſſione & ſubmiſſione conſtat ſcriptura publica manu mei Cambij Notarii facta hodie ante hunc contractum predicti omnes nominibus & modis predictis ex parte una & Dominus Cremona Baiinerij Dominus Gherardus de Sodoxiis & Nellus Cecchi Melanenſis Cives Piſtorienſes Sindici, & Procuratores comunis univerſitatis & hominum Civitatis & diſtrictus Piſtorii ad hec ſpecialiter & ſolempniter conſtituti ut conſtat in inſtrumento publico manu Ser Bonaventure quondam Ser Jacobi de Piſt. Notarij facto ſub anno nativitatis dominice milleſimo trecenteſimo vigeſimo nono indictione XII. die undecimo menſis Maij ſecundum conſuetudinem Piſtorienſium a me Cambio Notario infraſcripto viſo & lecto Sindacario & procuratorio nomine pro dictis Comuni Univerſitate & hominibus Comunis Piſt. ex parte altera Conſtituti in preſentia dominorum quatuordecim tractatorum Comunis Florentie coram quibus mediante eorum miniſterio facta & firmata fuit infraſcripta Pax aſſiſtente gratia Dei Patris fecerunt, & reddiderunt ſibi ad invicem veram puram & firmam pacem finem & remiſſionem concordiam & bonam voluntatem perpetuo duraturam pacis oſculo interveniente & liberationem & quietationem de omnibus & ſingulis robariis furtis incendiis homicidiis inſultibus feritis, iniuriis offenſionibus quomodolibet dicto vel facto illatis hinc inde univerſaliter vel ſingulariter, & de omnibus & ſingulis guerris malevolentiis iniuriis & offenſionibus hinc inde illatis habitis & factis & de omnibus dampnis occaſione guerre & de omnibus inimicitiis quocumque modo & quacumque de cauſa hinc inde contractis vel commiſſis & generaliter de omnibus exceſſibus & delictis hinc inde commiſſis factis & per patratis quocumque modo in perſonis vel rebus uſque in preſentem diem, quam quidem pacem & concordiam & remiſſionem fecerunt remiſſis hinc inde rancoribus & iniuriis quibuſcumque cum infraſcriptis modis tenoribus pactis conventionibus capitulis & promiſſionibus, videlicet. In primis quod ſtatim facta preſenti pace dum Comune Piſt. & homines & perſone dicti Comunis ſervare debeant interdictum & ſtatim erigere & erigi facere vexillum Eccleſie in dicta Civitate Piſt. & ſtabunt, & perſeverabunt in obedientia & devotione S. Matris Eccleſiæ & domini Noſtri Domini Johannis Papæ XXII. & in rebellione contra dannatum Loduvicum olim Ducem Bavarie & eius Vicarios et Officiales et contra omnes inobedientes Eccleſie et
eiicient

eiicient omnes Officiales constitutos per dictum Lodovicum tam in Civitate Pist. quam in terris que tenerentur vel tenebuntur per Comune Pist.. Item quod in continenti, facta presenti pace, per dictum Comune Pist. vel eius legittimum Sindicum tradatur & restituatur dicto Comuni Florentie vel eius Sindico seu altero recipienti pro dicto Comuni Florentie castrum & territorium montis Murli cum suis pertinentiis & jurisdictionibus, & eidem Comuni Florentie vel alteri recipienti pro eo relaxetur possessio dictorum Castri & territorii Montis Murli libere & expedite perpetuo remansura penes dictum Comune Florentie. Item quod dictum Comune Pist. remictat & reponat in dicta civitate Pist. infra quindecim dies a tempore dicte pacis facte Guelfos omnes exititios dicte Civitatis Pist. cum eorum & omniumque ipsorum familiis, qui exititie & eorum famule post remissionem factam de eis per dictum Comune Pist. vel post terminum dictorum quindecim dierum libere licite, & secure ire & stare & habitare possint in dicta Civitate Pist. & eius districtu ad eorum liberam voluntatem, & eisdem Guelfis exititiis restituantur eorum bona immobilia, & iurisdictiones & ex tempore dicte pacis restituta esse intelligantur & sint exceptis illis exititiis, de quibus declaraverit dictum Comune Pist. dummodo exceptandi non excedant, nec excedere possint numerum quinquaginta, possint tamen familie talium qui non remictemtur redire in dictam Civitatem Pist. & ipsi & dicte eorum familie rehabeant bona immobilia & iurisdictiones ipsorum exititiorum qui non remitterentur & eisdem & eorum familiis restituantur per dictum Comune Pist. & ex dicto tempore pacis restituta esse intelligantur & sint, & illa intelligantur bona dictorum exititiorum & eisdem debeant restitui & restituta intelligantur que possidebant tempore eorum expulsionis facte anno millesimo trecentesimo vigesimo primo completo; citra nisi forent dicta bona per ipsos exititios vendita vel alienata exceptis illis bonis que occupata fuissent anno millesimo trecentesimo vigesimo ottavo Kalendis mensis Januarii citra & illud idem fiat & intelligatur & observetur per omnia intrinsecorum Civitatis & districtus Pist. pro dicto tempore salvis & reservatis in dictis omnibus & eorum quolibet pristinis juribus & actionibus unicuique tam intrinseco quam extrinseco quae jura & actiones ex nunc sint & esse intelligantur in eo statu & robore in quo erant tempore expulsionum dictorum intrinsecorum vel extrinsecorum vel alicuius eorum salvis & reservatis omnibus iuribus cuiuscumque locationis vel condutionis vel contractus emphyteotici omnique conductori vel emphyteote competenti dumtaxat presenti anno. Possint tamen dicti exititii quos contigeret exceptari siquidem sunt Magnates stare & habitare in Castris & terris que hodie tenentur per Comune Florent. & eidem Comuni Florent. obediunt. Populares vero stare habitare ire & redire possint iuxta dictam Civitatem Pist. per tria milliaria et non ultra. Qui exititii postquam eisdem vel eorum familie fuerint dicta bona effectualiter restituta subeant, et subire teneantur onera realia, et personalia et mista dicti Comunis Pist. quorum onerum impositio fieri debeat per intrinsecos et extrinsecos ita quod extrinseci et intrinseci pares sint in numero et in votibus in inponendo onera dicti comunis. Hoc addito quod Comune Pist. teneatur dictos exititios quos declaraverit ad presens non fore remittendos remanere infra sex annos. numerandos a tempore dicte pacis ita quod quolibet duorum annorum primorum saltem remittat, et remittere teneatur nomen de dictis exititiis reliquos vero quatuor annis remictat et remictere teneatur ceteros exititios Guelfos videlicet quolibet dictorum quatuor annorum octo de dictis exititiis, hoc addito in predictis quod Comune Pist. rebampniat, et rebapniri ac etiam eximi, et cancellari faciat omnes dictos exititios Guelfos tam remittendos, quam non remittendos ad presens et ex nunc rebapniti exempti et cancellati esse intelligantur et sint ab omnibus bampnis tantum vel condempnationibus tantum in quibus reperirentur descripti in libris et actis Comunis Pist. Et regimina dicte Civitatis predicta facere teneantur et fieri facere statim postquam de predictis fuerint requisiti ab ipsis, vel eorum aliquo vel aliquo pro eis vel eorum aliquo sine aliqua solutione pecuniarum propterea dicto comuni facienda. Item

 quod

quod si que possessiones essent, vel esse reperirentur in civitate vel districtu Florentie vel terra Prati, vel eius districtu vel in Civitate Pist. vel eius districtus que pertinerent ad singulares personas civitatis vel districtus Pist. dicte possessiones eisdem relaxentur et dimittantur ad quos pertinerent per dictum Comune Flor. vel dictum Comune Prati in cuius territorio vel districtu essent site dicte possessiones vel .. Civis vel terrigena teneret dictas possessiones ac etiam ex tempore dicte pacis relaxate, et dimisse esse intelligantur et sint. Et simili modo fiat per Comune Pist. de possessionibus sitis in Civitate vel districtu Pist. que pertinerent ad singulares personas civitatis vel districtus Florentie vel ad singulares personas terre Prati vel ejus districtus et ex. dicto tempore pacis restituta esse intelligantur et sint dictis singularibus personis dicte Civitatis Florentie vel districtus et dicte terre Prati, vel ejus districtus non obstantibus in omnibus predictis aliquibus concessionibus factis de dictis possessionibus vel aliqua eorum per aliquod Comune dictum vel rectorem que concessiones sint nullius efficacie et habeantur pro cassis et inritis. Salvo quod si per Regem Sicilie vel olim Ducem Calabrie vel eorum, vel alicuius eorum locum tenentem facta foret concessio de dictis possessionibus, vel eorum aliqua quod dicta comunia debeant se interponere ut dicte concessiones penitus cassentur & tollantur per dictum Regem ac etiam dicta omnia videlicet quodlibet per se teneatur cogere cum effectu Cives terrigenas & districtuales suos quibus facte forent dicte concessiones vel eorum aliqua ac etiam quoscumque alios ad quos dicte possessiones pervenissent post dictas concessiones dictas possessiones relaxare & dimittere hiis ad quos pertinent, & idem fiet de concessionibus cuiuscumque quantitatis . . . . . factis per dictum Regem vel Ducem Calabrie vel eorum vel alicuius eorum locum tenentem alicui singulari persone dictorum Comunium scilicet Florentie contra Comune Pist. & teneatur Potestas, & Capitaneus & executor ordinis iustitie Civitatis Florentie & eorum quicumque fuerit requisitus & regimina terre Prati dictos tales quibus facte forent dicte concessiones vel aliqua earum ad restitutionem dictorum bonorum compellere etiam de facto sine strepitu, & figura iudicij & etiam nullo Statuto vel iuris solempnitate servata. Et idem fiat & fieri debeat per Potestatem & alia regimina dicte Civitatis Pist. reservato eisdem talibus, quibus restituere cogerentur omni regressu contra auctores suos tam ad pretium quam ab interesse & dampna. Et teneantur dicta regimina, & quodlibet eorum quod requisitum fuerit statim sibi ostenso instrumento sui tituli cogere de facto nulla iuris vel statuti solempnitate servata dictos auctores ad restituendum pretium & ad emendationem dampnorum & interesse pro ut in instrumento et titulo continebitur. Item quod omnes et singule represalie concesse a quatuor annis citra per comune Pistorij contra homines et Comune Florentie vel contra homines et Comune Prati sint casse et irrite et ex tempore dicte pacis, et cassari, et irritari debeant per dictum Comune Pist. Et eidem fiat et factum esse intelligatur ex dicto tempore pacis de represaliis concessis a dictis quatuor amicis citra per Comune Florentie vel Comune Prati contra Comune Pistorij vel contra homines dicti Comunis omnibus iuribus principalibus salvis remanentibus quibuscumque personis habentibus dictas represalias. Represalie vero concesse a dictis quatuor annis retro per dicta comunia vel eorum aliquod suspendantur, et suspensa esse intelligantur per tempus et terminum octo annorum numerandorum a tempore dicte pacis, salvo quod non obstantibus supradictis sit licitum infra dictum terminum dictas represalias, et earum quamlibet de iure impugnare, et super earum cuiuslibet earum cassatione procedere de iure dummodo illi quos impugnare contigeret careant suspensione predicta et audiri non possint nec debeant ad impugnandum dictas represalias vel earum aliquam nisi primo renunptient suspensioni predicte perdente tamen causa nulla novitas fieri possit occasione dicte represalie hoc addito in predictis quod deinceps non possint concedi represalie per aliquod dictorum comunium vel alicuius eorum contra aliquod de dictis Comunibus vel homines, vel personas alicuius dictorum Comunium nisi primo regimina comunis contra quod represalie peterentur fuerint requisita per Ambaxiatores Comunis illius coram quo seu coram cuius offic. represalie peterentur quod summariam

riam faciant rationem. Item quod omnes et singuli Cives, et distrietuales Florentie et terrigene distrietuales terre Prati ex Bampniti, vel condempnati vel exbampniti tantum dicti Comunis Pist. quocumque essent descripti vel descripti reperirentur in libris seu actis dicti Comunis Pist. eximantur, et cancellentur absque aliqua solutione pecuniarum dicto Comuni Pist. facienda de dictis libris et actis dicti Comunis Pist. et ex nunc exempti, et cancellati esse intelligantur et sint ab omnibus bampnis et condempnationibus et bapnis tantum, et condempnationibus tantum in quibus quomodolibet scripti reperirentur et eodem modo fiat de civibus et districtualibus dicte Civitatis Pistorij, qui essent, seu esse reperirentur exbampniti, et condempnati vel exbampniti tantum vel condempnati tantum Comunis Florentie vel terre Prati vel in libris exbampnitorum vel condempnatorum dicti Comunis Florentie vel dicte terre Prati descripti. Et regimina dictorum Comunium vel terrarum predicte teneantur fieri faceere et executioni mandare ad petitionem dictorum exbampnitorum et condempnatorum vel exbampnitorum tantum, vel condempnatorum tantum vel cuiuscumque alterius persone pro eis vel eorum aliquo predicta fieri petentis, hoc salvo et intellecto expresse in predictis quod dictum Comune terre Prati non teneatur eximere de Bampno, et condempnatione vel bampno tantum, vel condempnatione tantum aliquem exbampnitum vel condempnatum dicte terre Prati et eius districtus nec aliquem Pistoriensem vel eius districtualem qui sit vel fuerit terrigena terre Prati et eius districtus nec aliquem Pistoriensem vel eius districtualem qui sit vel fuerit terrigena terre Prati, et e contra quod dictum beneficium non extendatur ad aliquem Pratensem qui sit factus Civis Pistorij.

Item quod dictum Comune Florentiae pro posse procuret quod inter singulares personas Civitatis & districtus Pist. de quibuscumque inimicitiis ex quibus posset verisimiliter scandalum oriri fiant paces vel tregue pro ut qualitas inimicitie exegerit & ex tunc intelligatur tam de inimicitiis que essent inter intrinsecos & extrinsecos quam de iis que essent inter intrinsecos tantum, vel extrinsecos tantum. Item quod si qua debita forent hactenus contracta per Comune Pistorii ex quibus dictum Comune Pistorii foret obligatum Comuni Florentie dictum Comune Pist. ad solvendum dicta debita habeat dilationem sex annorum infra quos sex annos non possit gravari vel molestari dictum Comune Pist. vel singulares persone dicti Comunis vel eorum vel dicti Comunis bona occasione dictorum debitorum Comunis. Item quod Comune Florentie relaxet & relaxare debeat & ex tempore dicte pacis relaxata, & restituta esse intelligantur dicto Comuni Pist. libera & expedita possessio dumtaxat infrascriptarum terrarum scilicet Luvicciane, Vallis Bisentii Castre Conii & Lamporecchij & homines, & persone dictarum terrarum eximi & cancellari debeant de quibuscumque dampnis & condempnationibus & exempti & cancellati esse intelligantur in quibus reperirentur descripti in libris exbampnitorum, & condempnatorum Comunis Pist. absque aliqua solutione pecuniarum propterea dicto Comuni Pist. facienda & predicta teneantur regimina Comunis Pist. fieri facere & executioni mandare & etiam libere, & licite ire stare & habitare possint in dictis eorum terris & fortilitiis si que essent, & quod onera personalia, & realia & mixta comuniter subeant & equaliter intrinseci, & extrinseci sint pares in numero & in vocibus remanentibus Communi Florentie & Castris Carmignani Artimini Castelline Vitorini, & Bachereti. Item quod regimina & officia dicte Civitatis, & districtus Pistorii tam rectorum & officialium Forensium quam civium statim post unum annum a tempore dicte pacis numeranda sint Comunia & comuniter fiant & disponantur & fieri & disponi debeant tam per intrinsecos, quam per extrinsecos Guelfos remictendos in dictam Civitatem Pistorii ita quod extrinseci, & intrinseci sint pares in vocibus, & in numero personarum in presenti capitulo, & pro restitutione facienda de quodam debito duorum millium quatuorcentum Florenorum auri ad quod obbligatum est dictum Comune Pistorii & homines dicti Comunis Strozze quondam Ser Pini de Populo Sancte Marie Ugonis de Florentia unde est charta manu Ser Cambij Michaelis Notarij facta in anno Incarnationis millesimo trecentesimo vigesimo nono indictione XII. die vigesimo mensis Maij dictum Comune Pist. incontinenti facta pace presenti teneatur tradere Comuni

Flo-

Florentie vel Sindico dicti Comunis liberam & expeditam possessionem Castri, & Fortilitiarum Tiviane districtus Pist. tenendi per dictum Comune Florentie expensis dicti Comunis Florentie donec dicta comunia, officia, & regimina comunia fuerint cum effectu modo predicto & dictum debitum restitutum fuerit integre dicto Strozze creditori, hoc addito quod dum Castrum & Fortilitie custodiri debeant per unum Civem Florentie vere Guelfum & amatorem S. Matris Ecclesie nominandum per Comune Pist. que nominatio fieri debeat hoc modo; Videlicet; quod Comune Pist. nominare debeat sex Cives Guelfos Civitatis Florentie et Priores et Vexilliferi Justitie Civitatis Florentie de dictis sex eligere teneantur unum ad dictam custodiam in cuius Castri fortilitiis tenendis per Comune Florentie pro observatione predictorum non possint stare vel habitare exititii dicti Castri Tizzane.

Item quod Comune Florentie, et comune Prati relaxent et liberent omnes et singulos carceratos et captivos si quos haberent vel tenerent de civitate vel districtu Pistorii, salvo quod predicta non intelligantur de carceratis et captivis singularum personarum, seu ad petitionem singularium personarum existentium. Et idem fiat per Comune Pistorii de civibus et districtualibus Florentinis et terrigenis et districtualibus terre Prati cattivis, seu carceratis in Civitate Pist. vel eius districtu, cum salvo supradicto. Item teneatur Comune Florentie pro posse operari quod Ugolinus, et Lodovicus fratres, et filii Rodulphi de Panciatichis, Simon Lantis de Muli, Sirimannus Domini de Bellastis, et Bartholomeus Martini Aballiati Pistorienses Cives qui sunt in carceribus Comunis Florentie recomendati pro parte Domini Philippi de Sanginetto olim Capitanei guerre Comunis Florentie quod bene custodiantur ipsi, et quilibet eorum a dictis carceribus liberentur et relaxentur absque aliqua solutione pecunie propterea facienda. Et si ad supplicationem dicti Comunis Florentie dicti carcerati relaxentur ex concessione Regie Majestatis et dicti Domini Philippi in eo casu teneatur dictum Comune Pist. liberare, et relaxari facere absque aliqua solutione pecuniarum propterea facienda omnes et singulares Guelfos Cives et districtuales Florentie et omnes et singulos Civitatis et districtus Pist. et omnes et singulos Guelfos terre Prati et eius districtus etiamsi essent penes qualcumque singulares personas dicti Comunis Pist. quas singulares personas dictum Comune Pist. teneatur cogere cum effectu ad observationem et executionem predictorum. Item quod Cives, et districtuales Civitatis Pist. secure conducere possint bestias grossas, et minutas per Civitatem et districtum Florentie prout voluerint dummodo dictas bestias conducant de extra Civitatem et districtum Florentie, et de hoc fidem faciant per publicum instrumentum et de dicta condutione licentiam habere debeant ab officialibus bladarum pro tempore existentibus in Civitate Florentie, quam licentiam dicti officiales bladarum concedere debeant eisdem petentibus de quibus bestiis solvant gabellam Comuni Florentie secundum quod faciunt Florentini. Item quod homines et persone comunis Montis Murlj quecumque possessio dicti Castri et territorii Montis Murli pervenerat ad Comune Florentie possint libere stare et habitare in dicto comuni Montis Murlj et cancellentur et eximantur et exempti et cancellati esse intelligantur ex tempore quo comune Florentie habebit possessionem dicti castri de quibuscumque bampnis et condempnationibus dicti comunis Florentie vel terre Prati seu Civitatis Pist. que incurrissent seu in quibus reperirentur descripti a quatuor annis proximis preteritis citra ac etiam absolvantur et liberentur et absoluti, et liberati esse intelligantur a quibuscumque restitutionibus ad quas tenerentur occasione dictarum summarum vel condempnationum vel dictorum bampnorum et dictorum communium vel terrarum regimina teneantur predicta fieri facere et effectu demandare absque aliqua solutione pecunie propterea dictis comunibus facienda. Item quod onera personalia realia, et mixta equaliter debeant imponi et subirj in quibuscumque terris que hodie tenentur seu in futurum tenebuntur per dictum Comune Pist. seu in terra Carmignani, et Artimini, et Castelline, et Viturini, et Bacheteti que tenentur per comune Florentie tam per intrinsecos quam per estrinsecos et in imponendo dicta onera sint pares intrinseci, et extrin-

trinseci in vocibus et numero personarum. Item quod dictum Comune Pistorii non receptabit rebelles vel exbampnitos, vel inimicos S. Matris Ecclesie, nec rebelles, seu bampnitos, seu inimicos comunis Florentie. Item quod dictum comune Florentie teneatur ad requisitionem comunis Pist. per suos Ambasciatores Sanctitati Domini nostri Summi Pontificis suplicare quod dictam pacem confirmet et approbet et dictum comune Pist. et homines et personas dicti comunis recipiat ad gremium obedientiam, et devotionem Sancte Matris Ecclesie, ac etiam eosdem tam Clericos quam Laicos absolvat ab omnibus excomunicationibus interdictis et penis quas incurrissent occasione processuum factorum per dictum Summum Pontificem occasione dampnati Lodovici olim Ducis Bavarie et Castruccij de Interminellis olim Lucanorum Thiranni et procurent dicti Ambasciatores pro posse et supplicent dicte Sanctitati ipsius Summi Pontificis quod Pistoriensis Episcopus permutetur pro bono pacis et tranquillitatis dicte Civitatis et Comunis Pist.

Item teneatur dictum comune Florentie procurare pro posse quod dictum comune Pist. reducatur ad pacem amicitiam & concordiam cum comuni Bononiensi & comuni Senarum & Vulterranum & comuni S. Miniatis & aliis comunibus & terris omnibus amicantibus comuni Florentie. Item quod omnes, & singuli comitatini, & districtuales exititii de aliquibus castris seu terris, que tenentur per comune Pistorii vel tenebuntur in futurum eximantur, & cancellentur per dictum comune Pist. & ex nunc exempti & cancellati esse intelligantur & sint de omnibus, & ab omnibus & singulis bampnis & condempnationibus, & bampnis tantum & condempnationibus tantum in quibus quomodolibet descripti reperirentur vel essent in actis dicti comunis Pistorii absque aliqua solutione pecuniarum propterea dicto comuni Pist. facienda & eisdem bona sua restituantur, & eisdem, & cuilibet eorum ex nunc restituta esse intelligantur & sint, videlicet bona que possidebant tempore expulsionis facte de eis an. millesimo trecentesimo vigesimo primo anno completo citra nisi forent dicta bona per ipsos exititios vendita, vel alienata & redire possint in dictis terris salvo quod per predicta non possint stare vel habitare in fortiletiis suarum terrarum & idem fiat & observetur in omnibus, & per omnia de exititiis terrarum & castrorum Carmignani, Artimini, Castelline, Viturini, & Bachereti, que tenentur per comune Florentie, ac etiam cancellentur, & eximantur, & exempti, & cancellati esse intelligantur de omnibus bampnis, & condempnationibus, & bampnis tantum & condempnationibus tantum in quibus descripti reperirentur in actis, seu libris comunis Florentie, & regimina dictorum Comunium teneantur predicta mandare executioni absque aliqua solutione pecuniarum propterea dicto comuni Florentie facienda. Quam pacem, & concordiam, & remissionem dicti Ser Fredus Sindicus comunis Florentie, & dicti Dominus Ubaldus, & Loctus Sindici Comunis Prati fecerunt, & valere voluerunt dumtaxat sub conditionibus infrascriptis videlicet. Si & in quantum dictum comune Pist. & homines, & persone dicti Comunis stent & perseverent in obedientia & devotione S. Matris Ecclesie, & Summi Pontificis, & stent, & perseverent in rebellione contra dampnatum Ludovicum olim Ducem Bavarie & eius Vicarios, & Officiales, & contra omnes inobedientes Ecclesie & eicij curent omnes Officiales constitutis per dictum Ludovicum tam in civitate Pist. quam in terris que tenentur per dictum comune Pistorii & si & in quantum approbetur per dictum Summum Pontificem & si & in quantum dictum comune Pist. tradiderit & dimiserit comuni Florentie possessionem liberam & expeditam dicti Castri & Fortilitiarum montis Murlj cum territorio suo & modis & conditionibus infrascriptis & si & in quantum tradiderint modo & forma predictis dicto comuni Florentie custodiam Castri, & Fortilitiarum Tizzane, & si & in quantum dicta civitas Pistoria regatur per comune Pistorii, & non per Tirannum sub dicta devotione & obedientia Sancte Matris Ecclesie & per homines fideles Ecclesie. Et si & in quantum dictum comune Pistorii per Sindicum ad hec legittime constitutum approbaverit & ratificaverit & de novo fecerit promissionem obedientiam devotionis, & rebellionis factam per dictos Domi-

num

num Cremonam Dominum Gherardum & Nellum cives Pist. sindacario, & gestorio nomine dicti comunis Pist. & quolibet de dictis nominibus dicto Ser Fredo recipienti pro dicta Romana Ecclesia & Domino Summo Pontifice & si & in quantum approbaverit & ratificaverit ac etiam de novo fecerit submissionem factam per predictos cives Pistorienses dictis nominibus & eorum quolibet dicto Ser Fredo recipienti pro dicta S. Romana Ecclesia & prefato Summo Pontifice de quibus submissione & promissione constat publica Scriptura facta manu mei Cambij Notarij plenius continetur quam pacem conventionem concordiam, et contractum, et omnia, et singula suprascripta et infrascripta predictus Ser Fredi Sindicus comunis Florentie sindicario nomine pro dicto communi Florentie et ut Sindicus comunis Florentie gestorio nomine pro dicto comuni Prati et dicti Dominus Ubaldus, et Loctus Sindici comunis Prati sindacario nomine pro dicto comuni Prati cum protestatione, et salvis predictis et nominibus et modis omnibus, quibus supra dictum est ex parte una et dicti Dominus Cremona et Dominus Gherardus et Nellus Sindici comunis Pist. sindacario nomine pro ipso comuni Pist. et nominibus et modis quibus supra dictum est ex parte altera ad invicem nominibus, et modis quibus supra solempni stipulatione interposita promiserunt et convenerunt et etiam iuraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evangelia inviolabiliter observare et sibi ad invicem attendere observare, et adimplere et firma, et rata habere bona fide sine fraude et contra predicta, vel aliquid predictorum non facere vel venire per se vel alios aliqua occasione iure, vel modo. Quod si contra predicta vel aliquid predictorum factum, aut ventum fuerit vel si predicta omnia et singula non fuerint observata promiserunt et convenerunt inter se ad invicem dicte partes nominibus quibus supra solempni stipulatione interposita dare et solvere scilicet non observans aut contra predicta faciens observanti parti, et in fidem stanti pro pena et nomine pene decem millia marcharum argenti et dampna omnia et expensas et interesse ea de causa resarcire et emendare, que pena totiens committatur et exigi possit cum effectu quotiens contra predicta vel aliquid predictorum factum fuerit seu ventum et quotiens predicta omnia, et singula non fuerint observata et ipsa pena semel, et pluries commissa petita, et exacta vel non nichilominus presens contractus conventio et pax et pacta et omnia et singula in eis contempta in qualibet sui parte in sua permaneant firmitate. Ita tamen quod ille, et illi tantum in dictam penam incidant et ipsam solvere teneantur qui predicta omnia non observaverit vel contra predicta vel aliquid predictorum fecerint et illi, seu illis tantum ius petende pene queratur et ea petere possint cui vel quibus predicta et quodlibet predictorum non fuerint observata vel contra ea, vel aliquod eorum factum fuerit. Pro quibus quidem pace, et conventione, et contractu, et omnibus, et singulis supradictis attendendis, et observandis et firmis, et ratis habendis, et pro pena solvenda, et dampnis et expensis et interesse restituendis et emendandis predicti Sindici . . . . et nominibus quibus supra pro eisdem comunibus, et universitatibus obligaverunt inter se ad invicem ipsa comunia, et universitates et homines, eorumque heredes et bona in solidum omnia mobilia, et immobilia presentia et futura renuntiantes ad invicem ex causa non celebrati contractus et non facte pacis et conventionum conditioni sine causa, vel ex iniusta causa doli mali forique privilegio et omni alii iuri legum et constitutionum auxilio perque predicta vel predictorum aliquid possent infringi, vel per actum aliquem in contrarium attemptari quibus quidem Ser Fredo Sindico, et Procuratore comunis Florentie et Domino Ubaldo, et Locto Sindicis, et Procuratoribus comunis Prati ex parte una, et Domino Cremone, et Domino Gherardo, et Nello Sindicis, et Procuratoribus comunis Pistorii ex parte altera, et cuilibet ipsorum nominibus quibus supra dictum est et quolibet modo et nomine et casu in solidum predicta sic volentibus, et confitentibus precepi ego Cambius Michaelis Notarius infrascriptus per quarantigiam constitutus comunis Florentie, ac etiam comunis Pist., et comunis Prati, et cuiuscumque alterius Civitatis et terre, et loci in quantum licet mihi, et sicut potui quatenus predictam pacem et concordiam, et omnia, et singula su-

pra-

prascripta inter se ad invicem, et vicissim observent, et attendant, faciant, et curent et executioni mandent per omnia et contra non faciant, vel veniant aliqua ratione, vel causa ut promiserunt, et superius per ordinem est expressum.

Acta fuerunt hec omnia in civitate Florentie in domo habitationis Dominorum Priorum Artium, et Vexilliferi iustitie Comunis, et Populi Florentini sub anno Incarnationis Dominice millesimo trecentesimo vigesimo nono, Indictione XII. die XXIII. Mensis Maij secundum usum, et cursum civitatis Florentie presentibus testibus Ser Johanne Pizzini de Ponturmo Notarius Scriba Dominorum Priorum, et Vexilliferi iustitie civitatis Florentie, et Michele Ser Cambii de Castro Florentino Notario, Ser Andrea Lappi, Johanne Mazzei, et Piero Baronti de Pistorio, et aliis pluribus ad hec vocatis solepniter et rogatis. Ego Martellus filius Ser Jacobi Consigli de Castro Florentino Imperiali auctoritate Judex ordinarius, et Notarius publicus predicta omnia rogata, et imbreviata per Ser Cambium Michaelis Notarium infrascriptum michi, et eodem scribenda, complenda, et publicanda commissa scripsi, et in publicam formam redegi, ideoque me subscripsi, et signum meum apposui.

Ego Cambius Michaelis de Cumiano Imperiali auctoritate Judex ordinarius et Notarius hiis omnibus dum agerent interfui, eaque omnia rogavi imbreviavi, et dicto Ser Martello scribendi, et publicandi comisi, ideoque subscripsi, et signum meum apposui.

XXIII.

Sacramentum Pistoriensium, quo obedientiam, & submissionem promittunt Joh. XXII. Pontifici, & rebellionem contra Luduvicum olim Bavariae Ducem ex libro Nichio pag. 76. & seqq.

IN nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti amen. Anno Incarnationis Dominice millesimo trecentesimo vigesimo nono Indictione XII. die vigesima quarta mensis Maij. Actum in civitate Florentie in domo habitationis Dominorum Priorum Artium, et Vexilliferi iustitie Comunis, et Populi Florentini presentibus testibus Ser Johanne Piccini de Ponturmo Notario, Scriba Dominorum Priorum, et Vexilliferi civitatis Florentie, Ser Michele Cambij de Castro Florentino Notario, Ser Andrea Lapi, Johanne Mazzei, et Piero Baronti de Pistorio, et aliis pluribus ad hec vocatis, et rogatis.

Ad honorem et gloriam Omnipotentis Dei et gloriose Virginis Marie, et omnium Sanctorum, et ad laudem et reverentiam Sacrosancte Romane Ecclesie, et Sanctissimi Patris, et Domini Domini Johannis Pape XXII. et ad bonum, et pacificum, et tranquillum statum omnium, et singulorum devotorum, et fidelium dicte Sancte Matris Ecclesie et dicti Summi Pontificis. Cunctis presentem paginam inspecturis pateat manifeste, quod in presentia Dominorum Priorum artium, et Vexilliferi Justitie Comunis, et Populi Florentini et XIV. Virorum pro comuni Florentie deputatorum ad tractandum et componendum pacem, et treguam cum quibuscumque comunibus, et personis. Sapientes, et discreti viri Dominus Cremona Bainerij, et Dominus Gherardus de Sedogiis, et Nellus Cecchi Melanensis Pistorienses Cives Ambasciatores et Sindici, et Procuratores comunis, universitatis, et hominum, et personarum comunis Pistoriensis, ut constat de ipsorum Sindacatu, et mandato in instrumento publico inde facto manu Ser Bonaventure quondam Ser Jacobi de Pistorio Notario, Sindacario, et procuratorio nomine, ac gestorio nomine dicti comunis, et universitatis, et hominum, et personarum dicti comunis Pistoriensis, et quolibet de dictis nominibus, utroque modo, nomine, et causa in solidum et omni modo, et iure quibus melius potuerint. Et Ser Mazzeus Ser Johannis Bellebuoni Procurator Bonifacii Truffe, Zarini Datucci, Lantis Bartholomei Nerii Carlini Ser Nerii Ser Armaleonis Ser Pauli Ser Mosche Larini Muccii Arighetti Lenzii Masini Ser Orlandi Domini Johannis et Jacobi Domini Braccii, Michele Pergagliesis Lapi Justi Puc-

 cini

cini Tozzii Vannis Bononi Ser Mei, Ser Armaleonis Chelli, Domini Aldobrandini Ser Lapi, Ser Puccini, Ser Pestis Bartolomei Soffredis Sinibaldi Arrighi, Bunaccursi Paviere Rogerii Amadoris Fredis Guarducci Chelli Domini Brocardi Nerii, Lipsi Mei, Francisci Mei, Franchi Ser Cionis Rossi, Ser Nicchola1j Dei, Ser Nerii Venuti Fredis Nuti Andrucci Pacis Denis Calabrite Andree, Ser Bonaccursi Johannis Bartholomei, Domini Aste Foligni, Domini Pieri Karosi Datucci Johannis Rainerij Junctini Guardati Johannis Puccii Fioravantis Colli Bandini, Gualandi Domini Barghani Orlandini detti Ser Vannis Domini Gualandi, Ser Johannis, Ser Mathei Novelli Zeii Cambij Johannis Belli Stefani Venuti Marabottini Albertinj Pauli Ser Landecti Francisci, Domini Fortebraccij, Ser Pucci Pacini Francischi Dini Lapi Ricobenis Lippi Passare Stancholli, Ser Francisci Pieri Maxii Nerij Soffredi, Domini Rustichelli de Lazariis Puccini Fortini Ser Monis Bindi Corradii Domini Vinciguerre Domini Jacobi quondam Domini Schiatte Ser Lenzii Belli Contis Cursi Ser Lanfranchi Domini Guelfi Nicholuccii Domini Andree Johannis Magistri Lotti Jacobi Monis Artarij Jacobi Ciani Corradi Vantis Mei Lippi Mule Nuti Bartoli Ser Vannis Donati Imcontrii Nerii Bartolomei Ser Vannis Mosche Artolinj Artalonis Francisci Cini dicti Ceste et Zei Pucci Calzorarij et Domini Uguccionis quorumdam Domini Trincie Domini Johannis Trusse Domini Cancellerij Domini Villelmi Ser Tancredis Domini Maximi Domini Ottholis Ettholis de Tavianis Domini Gualfredi Domini Mei Domini Bartolomei Domini Benedicti Francie Lapi Merguglie sis Domini Andree Pierj Magistri Guildi Baschiere Vannis Michaelis Martellini Ser Cei de Sinibuldis Guelfi Ser Bindi Francini Ceri Barontj Pieri Leonelli Deghi Francisci Bandini Lapi Lippi Passere Nesis Pierini Bossellinj Vannis Michelis Benvenuti Soldi Lambertini Bonacursii Cozzi Johannis Meclinj Lenzi Vannis Manaia Vannis Carlini Landi Gualandini Spinelli Pieri Pacini Barontj Cennis Jacobi Perini, Johannis Mehliorini Pieri Cambij Lippini Bertini Ser Gualterii Domini Lapi Pieri Vannis Ser Vannis Partis Goidi Baldini Benevieni Lapi dicti Tamantone quodam Nuti Johannis Mucci Franchini Chelli Paulini Montis Ser Ducij Rossi Johannis Bol mei Trusse Tuscii Pucij Johannis Fioravantis Manarelli Baronis Cenni Landi Buti Landi Fortuccii Marchiani Cortorij Cerchandonis Johannis Ser Andree Micheleti Cechi Zampe Lesis Giorgii Tansi Simonis Cecchi Gratie Domini Iacobi Pierj Domini Baschiere Bartholemei Soldi Iohannis Montini Ugholini Paganelli Gualfredis Domini Ranaldi Bartholomei Moriani Lapi Paulini Spelliati Lapi Ser Giordani Muccii Lippi Domini Guillelmi Vannuci Baldere Lazarini Vannis Andree Venture Bartholomei Berti Lapi Pauli Saluti Iunctini Lapi Iohannis Pistoruccij . . . . . Corsini Martini Lunardi Mati Dacharini Bonfilioli Iuncte Corsi Domini Francisci Comi Ormanni Lippi Mule Bertini Iohanelli Zei Foresis Fortuccii Nicholuccij Chiariti Ser Vannis Tuccij Federighi Vannuarij Bindi Ser Simonis Ser Francisci Chiarati Iohannis Nesini Iuncte Michi Pacini Lippi Orlandini Nicholini Cambini, Petruccioli Maccharonis, Iohannis' Nerii, Vannis Magistri Iuncte Andree, et Monis Ser Alberti, et Taddei Lippi, Mei Lapi, Andree Baldini, Pauli Petri Fredi, Vannis Meliorini Gerardi Domini Filippi, Dominii Nerii Incontri et Nelli Bastardi Domini Rossi, et Pauli quondam Domini Fucci, et Vannis Latini, Taddei Pieri, Lapi Donati et Uberti quondam Domini Fortebraccij Manicij Mazzei Voglie Ghini. Vannis Belli quondam Ciuti, et Bernardi quondam Nardi, et Docti Kardini Lippi Gotemiani et Iohannis Vitelli, et Iohannis Guidarelli, et Guilelmi Ciati Mule omnium extrinsecorum, et qui sunt de numero exititiorum dicti Comunis Pist. et districtus ut constat de proccuratione in carta publica inde facta manu Ser Andree Lapi Justi de Pistorio Notarri procuratorio nomine pro eis, & quolibet eorum ac etiam gestorio nomine pro eisdem, & aliis omnibus extrinsecis Guelfis & partis Ecclesie utroque modo nomine, & causa in solidum solempniter promiserunt Ser Fredo Bindi Notario Florentino Sindico, & Procuratori Comunis Florentie recipienti, & stipulanti pro Sancta Romana Ecclesia & Sanctissimo Patri Domino, & Domino Johanne dicte Sacrosancte Romane Ecclesie Summo Pon-

Pontifice obedientiam, & devotionem Ecclesie supradicte, & dicti Summi Pontificis, & rebellionem contra dampnatum Ludovicum olim Ducem Bavarie, & ejus Vicarios, & Officiales, & contra omnes rebelles & inobedientes Ecclesie, & quod obedient dicte Ecclesie, & dicto Summo Pontifici vel ei cui dictus Summus Pontifex duxerit commictendum, & quod stabunt, & perseverabunt continue bona fide sine fraude in dictis devotione obedientia & rebellione, ac etiam promiserunt dictis nominibus dicto Ser Fredo recipienti, & stipulanti ut supra quod ipsi non receptabunt in dicta Civitate Pist. vel in terris, que tenentur seu tenebuntur per dictum Comune Pist. rebelles seu inimicos dicte Ecclesie vel dicti Summi Pontificis set eos eicient de dicta Civitate, & terris, ac etiam se & dictum Comune, & universitatem, & homines, et personas dicti Comunis Pist. dictis nominibus et eorum quolibet in solidum submiserunt dispositioni dicti Summi Pontificis, quam submissionem fecerunt dictis nominibus, et eorum quolibet dicto Ser Fredo stipulanti, et recipienti dictis nominibus, et etiam promiserunt eorum, et cuiusque eorum propriis, et privatis nominibus eidem Ser Fredo recipienti ut supra se facturum, et curaturum ita & taliter, quod dictum Comune Pist. per legittimum Sindicum ad hec specialiter constitutum vel constituendum ratificabit et approbabit omnia et singula in hoc contractu contempta, ac etiam de novo faciet similes promissiones, et submissionem huic et in omnibus, et per omnia ut superius continetur hinc ad otto dies proxime venturos. Que omnia et singula promiserunt nominibus quibus supra dictum est utroque modo nomine, et causa in solidum eidem Ser Fredo recipienti ut supra atendere et observare facere et curare et fieri facere et executioni mandare et contra non facere vel venire aliqua ratione vel causa de iure vel de facto sub pena, et ad penam mille marcharum argenti solempni stipulatione eidem Ser Fredo recipienti ut supra promiserunt et refectione dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra que pena totiens comittatur et exigi possit cum effectu quotiens contra factum seu ventum fuerit et ea soluta vel non rata maneant omnia, et singula suprascripta infrascripta; pro quibus omnibus et singulis observandis et firmis tenendis, et dicta pena solvenda si commissa fuerit obligaverunt se ipsos et dictum Comune Pist. et universitatem et homines et personas dicti Comunis, et eius districtus tam intrinsecos, quam extrinsecos dictis nominibus, et quolibet de dictis nominibus in solidum eorumque heredes et bona in solidum omnia mobilia, et immobilia presentia et futura dicto Ser Fredo recipienti ut supra et dictis nominibus renunciantes exceptioni factarum promissionum et submissionum predictarum et non celebrati dicti contractus et ex causa doli mali conditioni sine causa et ex iniusta causa in factum actioni forique privilegio et omni alii iuris legum, et constitutionum auxilio. Quibus quidem Domino Cremone, et Domino Gherardo, et Nello Ambasciatoribus, et Sindacis et Ser Mazzeo Procuratori et cuilibet eorumdem nominibus quibus supra dictum est, et quolibet de dictis nominibus predicta sic volentibus et confitentibus. Ego Cambius Notarius infrascriptus per guarantigam constituti Comunis Florentie ac etiam Comunis Pist. et cuiuscumque alterius Civitatis et terre, et loci in quantum licet michi et sicut potui quatenus predicta omnia, et singula observent et attendant, et faciant, et curent, et executioni mandent per omnia ut promiserunt et superius per ordinem continetur.

Ego Martellus filius Ser Jacobi Consiglii de Castro Florentino Imperiali auctoritate Iudex ordinarius, et Notarius publicus predicta omnia rogata et imbreviata per infrascriptum Ser Cambium Michaelis Notarium, et michi ab eodem scribenda, et publicanda commissa scripsi et in publicam formam redegi ideoque subscripsi, et signum meum apposui consuetum.

Ego Cambius Michaelis de Carniano Imperiali auctoritate Iudex ordinarius et Notarius hiis omnibus dum agerentur interfui eaque omnia rogavi, et imbreviavi, et dicto Ser Martelli Notario scribenda et publicanda commisi, ideoque subscripsi.

X X I V.

Pax inter Comune Lucensium , Pistoriensium , & Pisanorum ex libro Censuum pag. 537. t.

IN nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti amen. Quoniam omne regnum Civitatem, Populum, et singularem personam decet tranquillitatis, et pacis beneficium exoptare in quo residet animarum salubritas viget iocunditas corporum proficiunt omnes Populi, et utilitas gentium custoditur. Ideo Ser Michael Lantis de Vico Pisanus Civis Cancellarius Dominorum Anxianorum Pisani Populi Sindicus, et Procurator Comunis Pisani ut de ipso sindicatu, et procura constat publico Instrumento scripto manu mei Lapi Notarii quondam Bartholomei Notarj Salvati de Perignano Civis Pisani Scribe publici Cancellerie Pisan. Comunis hodie sindacario, et procuratorio nomine pro dicto Comuni. Et Ser Chellus quondam Ser Paganelli Ghiotte Notarius Civis Lucanus Cancellarius Anxianorum Lucani Comunis Sindicus, et Procurator ipsius Comunis Lucani, ut de ipso sindicatu, et procura constat publico Instrumento scripto manu Ser Aytantis filius Vannis Aytantis de Luca Notarius, et Cancellarius ipsorum Anxianorum Lucani Comunis Scribe publici anno et indictione presentibus die octava mensis Decembris sindacario, et procuratorio nomine pro dicto Comuni Lucano ex una parte. Et Ser Lapus quondam Bindi de Armaleonibus, et Bartholomeus Ser Matthei Cives Pistorienses Sindici, et Procuratores Comunis Pist. ut de ipso sindicatu, et procura constat publico Instrumento scripto manu Ser Jacobi filii Maximi de Puppio Notarii, et dicti Comunis Pist. Cancellarij et Scribe publici Anno, et indictione presentibus die 4. mensis Decembris sindacario, & procuratorio nomine pro dicto Comuni Pist. ex altera pro se ipsis ut dictum est, ac dicitur pro eorum et cuiuslibet eorum Castris, Comunitatibus, et Villis constituti in Palatio ipsorum Anxianorum Pisani Populi in presentia regionum et consilii dicti Comunis Pisani fecerunt, et reddiderunt sibi ad invicem nominibus quibus supra veram et puram pacem concordiam, et bonam voluntatem perpetuo duraturam pacis obsculo interveniente et remissionem ac liberationem de omnibus, et singulis guerris iniuriis rancoribus incendiis offensionibus et dampnis hinc inde usque hodie illatis habitis factis, et perpetratis tam in genere quam in specie, et de omnibus obligationibus factis occasione alicuius pacis hactenus facte et de penis hinc inde commissis. Quam quidem pacem et concordiam remissionem et liberationem fecerunt cum infrascriptis pactis modis, et tenoribus, videlicet quod predicte partes tam in universo quam in seculari debeant se habere tenere et tractare ad invicem pro amicis in bona et perfecta pace tam in personis quam rebus, et se de cetero non offendere vel offendi facere in personis vel rebus per se vel alios publice vel occulte, sive dando auxilium vel favorem, vel alio modo. Item quod predicta Comunia Pisarum, et Luce, vel aliquod eorum vel eorum, aut alicuius eorum Rectores, seu Officiales nullus processus fiat vel fieri possit occasione alicuius maleficij vel delicti contra aliquem de dicta Civitate Pist., vel eius Comitatu, Fortia, vel Districtu nisi primo per licteras ipsorum Comunium Pisarum et Luce videlicet illius eorum ubi processus fieret, seu fieri intenderetur legiptime denumptietur dicto Comuni Pist. exprimendo in ipsis literis nomen et pronomen et maleficium vel delictum illius contra quem procederetur et assignando in eis competentem terminum ad comparandum ad se defendendum ab ipso processu. Et si aliquis processus condempnatio, sive bampnum fieret, vel daretur per dictos Rectores vel Officiales dictorum Comunium Pisarum, et Luce, vel alterius eorum contra aliquem de dicta Civitate Pist. vel ejus Comitatu fortia vel districtu non facta requisitione per licteras ut dictum est dicti processus sententie condempnationes et bampna non valeant, nec teneant, scilicet sint nulla ipso jure, et possint, et debeant de quibuscumque actis et libris libere cancellari absque aliqua solutione vel onere expensarum,

et

et e converso nullus processus occasione alicuius maleficii vel delicti fiat vel fieri possit per dictum Comune Pist. vel eius Rectores, seu Officiales contra aliquem de dictis Civitatibus Pisan. et Luce vel altera earum, vel earum, aut alterius earum Comitatu Fortia vel Districtu nisi primo similis denumptiatio per licteras fiat ipsis Comunibus Pisarum, et Luce ei videlicet de cuius iurisdictione esset contra quem procederetur in quibus contineantur ea que supra sunt expressa. Et si aliquis processus condempnatio, sive bampnum fieret vel daretur per Rectores, vel Oficiales dicti Comunis Pist. contra aliquem de dictis Civitatibus Pisarum, et Luce vel altera earum, vel earum, aut alterius earum; Fortia, vel Districtu non facta requisitione per licteras, ut dictum est, dicti processus, sententie, condempnationes, et dampna non valeant nec teneant scilicet sint nulla ipso iure, et possint, et debeant de quibuscumque actis et libris libere cancellari absque aliqua solutione vel onere expensarum. Item quod omnes, et singuli de dicta Civitate Pist. ejusque Comitatu Fortia, et Districtu possint et eis liceat libere deferre et conducere, et deferri, et conduci facere unde cum que sua mercimonia merchantias pecuniam res et bona ad dictas, et in dictas Civitates Pisarum, et Luce, et quamlibet earum et earum, et cuiusque earum fortiam, vel districtum tam per terram, quam per mare, et alias aquas, et in ipsis Civitatibus, et qualibet earum, et earum, et cuiusque earum fortia, et districtu et terris eis et cuique earum subiectis libere et secure commorari, et mercimonia, et merchantias exercere habere, tenere, vendere emere, et permutare et de ipsis Civitatibus, et qualibet earum et cuiusque earum fortia, vel districtu tam per terram, quam per mare, et alias aquas libere extrahere, et extrahi facere omnia et singula mercimonia merchantias pecuniam res, et bona dummodo solvant cabellas dirictus, et pedagia ordinata salvo quod victualia commestibilia inde extrahere non possint nisi quatenus precederet de voluntate ipsorum Comunium videlicet illius de quo extrahi vellent. Et e converso omnes, et singuli de dictis Civitatibus Pisarum, et Luce, et qualibet earum, et earum, et cuiusque earum fortia et districtu possint, et eis liceat sua mercimonia merchantias, res, et bona quecumque ad dictam Civitatem Pist. eiusque Comitatum fortiam, et districtum libere deferre, et conducere, et deferri, et conduci facere undecumque tam per terram, quam per mare, et alias aquas, et ibi libere, et secure commorari, et mercimonia, et merchantias exercere, habere, tenere, vendere, emere et permutare, et exinde extrahere, et extrahi facere omnia et singula mercimonia, merchantias pecuniam, res, et bona dummodo solvant cabellas, dirictus, et pedagia ordinata. Salvo quod victualia commestibilia inde extrahere non possint nisi quatenus precederet de voluntate ipsius Comunis Pist.

Quam quidem pacem, conventionem, concordiam, et contractum, et omnia, et singula suprascripta, et infrascritta predicte partes ad invicem nominibus, et modis quibus supra solempni stipulatione interposita convenerunt, et promiserunt, ac etiam iuraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evangelia inviolabiliter observare, et sibi ad invicem attendere, et observare, et adimplere et firma, et rata habere bona fide. Et contra predicta, vel aliquid predictorum non facere vel venire per se, vel per alium aliqua occasione iure vel modo, et si contra predicta, vel aliquod predictorum factum, aut ventum fuerit, aut si predicta omnia, et singula non fuerint observata promiserunt, et convenerunt inter se ad invicem dicte partes nominibus quibus supra solepni stipulatione interposita dare, et solvere scilicet non observans, aut contra predicta faciens observanti parti et in fide stanti nomine pene decem milia marcharum argenti solempni stipulatione promissa, et dampna omnia, et expensas, et interesse ea de causa resarcire que pena totiens committatur, et exigi possit cum effectu quotiens contra predicta, vel aliquid predictorum factum, aut ventum fuerit, et quotiens predicta omnia, et singula non fuerint observata, et ipsa pena semel, et pluries commissa, petita, et exacta, vel non nihilominus presens contractus conventio, et pax, et omnia, et singula in eo contenta in qualibet sui parte in sua firmitate permaneant. Pro quibus quidem pace, conventione,

et

et contractu, et omnibus, et singulis supradictis attendendis, et observandis, et firmis et rathis habendis, et pro pena solvenda, et pro dampnis, et expensis, et interesse restituendis, et emendandis predicti Sindici nominibus, quibus supra obligaverunt inter se ad invicem ipsa Comunia, et omnia eorum bona. Hoc atto in predictis, quod predicti Sindici, et Procuratores suo nomine nullatenus teneantur, vel intelligantur in aliquo suo nomine obligati: Renuntiantes ad invicem . . . . non celebraturos contractus conditioni sine causa vel ex iniusta causa in factum . . . . doli mali forique privilegio, et omni alio iure legis, et constituti auxilio, per que predicta, vel prefatorum aliqua possent infringi, vel per attum aliquem in contrarium attentari. Quibus Sindicis, et Procuratoribus predicta omnia, et singula inter se ad invicem sic volentibus confitentibus, et guarantigiantigiantibus nos Ser Parmigianus quondam Jacobi de Sedogiis Civis Pist. Notarius, et Lapus quondam Bartholomei Notarij Salvati de Perignano Notarius et Scriba publicus Cancellerie Pisani Comunis precepimus nomine juramenti, et quarantigie et constituti, sive statuts Pisarum, Luce, et Pistorii quatenus predicta omnia, et singula faciant, et observent in omnibus, et per omnia pro ut superius continetur, et scriptum est, et de predictis predicti Sindici, et Procuratores dictis nominibus rogaverunt nos subscriptos Notarios ut inde conficeremus unum, et plura consimilia Instrumenta. Actum Pisis in Sala Palatii Dominorum Anxianorum Pisani Populi in quo resident ipsi Domini Ansiani Pisani Popoli presentibus Ser Bene de Calci quondam Leopardi Cancellario Pisani Comunis, et Puccio Renecti Pisanis civibus et Ser Simone Riccobaldi Notario de contrada S. Prosperi de Pistorio, & Jacobo Lippi de Sedogiis Notario de contrada S. Zenonis de Pistorio testibus ad hec vocatis et rogatis Dominice Incarnationibus (*sic*) Anno MCCCXLIIII. Indictione XII. secundum cursum Pisanorum et Anno Nativitatis Domini MCCCXLIII. Indictione duodecima secundum cursum Civitatis Pist. die nona Decembris.

Ego Corradus filius quondam Ricciardi Notarius de Renonithi civis Pisanus Imperiali auctoritate Notarius hoc instrumentum a suprascripto Lapo Notario una cum suprascripto Ser Parmigiano rogatum, et in actis dicte Cancellerie Pisani Comunis per dictum Lapum redactum pro ut in ipsis actis inveni. Ita parabola, et mandato dicti Lapi scripsi & in hanc publicam formam redegi.

Ego Lapus quondam Bartholomei Notarius Salvati de Perignano Pisanus civis Imperiali auctoritate Notarius et Cancellerie Pisani Communis pro ipso Comuni Pisano Scriba publicus predictis omnibus una cum dicto Ser Parmigiano Notario interfui, et rogatus presens confeci, et in actis dicte Cancellerie redegi, et suprascripto Corrado Notario parabolam ipsum inde publicandi dedi, et quia presens instrumentum cum originali concordare inveni ideo ad cautelam hic me subscripsi cum signo, et nomine consuetis.

Ego Gualandus filius quondam Nichole olim Domini Ricciardi de Pistorio Imperiali auctoritate Judex ordinarius publicusque Notarius predicta omnia et singula unde hoc exemplum a me sumptum est vidi, et legi quotque exemplavi fideliter signumque meum consuetum apposui scriptum, et publicatum manu suprascripti Ser Lapi ut superius evidenter apparet, et transcriptum, et exemplatum manu suprascripti Ser Corradi de actis suprascriptis de licentia voluntate, et mandato suprascripti Ser Lapi ut superius plene continetur.

X X V.

Exemplum quarundam litterarum trasmissarum an. 1341.) per Comune Pisarum Comuni Pistorii de acceptatione ratificationis pacis facte per Comune Pist. ipsi Comuni Pisanorum que littere sigillate erant quodam sigillo cere crocee in quo sculta erat Aquila & circum circa dictum sigillum erant he litere, videlicet

Urbis me dignum Pisane noscite signum quarum litterarum talis est tenor. Ex libro censuum pag. 401.

MAgnificis et potentibus Viris Dominis Ugoni de Bactifolle Comiti in Tuscia Palatino Vicario Regio Anxianis, et Vexillifero Justitie Consilio, et Comuni Civitatis Pist. amicis suis Guido Baldi Domini Castellani de Burgo Pisanorum Potestas, Inzigrinus de Suardis de Pergamo Capitaneus, et Anziani Pisani Populi Consilium, et Comune Pisanorum optata gaudia cum salute litteras, et instrumenta sindicatus, et ratificationis grati beneficii pacis inter utrumque Comune coram Sacra Regia Majestate inite, et firmate per Sapientes Viros Dominum Andream de Rubeis Jurisperitum, et Ser Maseum Guidi Notarium Cives Karos, et Ambaxiatores vestri Comunis omni qua decuit affectione recepimus, et intelleximus diligenter, quam ratificationem gratanter acceptavimus ipsamque per Civitatem Pisanam ubique preconizari fecimus ut liceat vobis venire ad Civitatem Pisanam stare, et redire secure tamquam amici, et vere pacis consortes benivoli, quos nos gratis obsequiis dilectionis, et pacis intendimus affectione respicere et velut caros amicos fideliter pertractare.

Datum Pisis die XII. Kal. Julii. XV. Indictione.

X X V I.

Reformatio 40. Barbutarum ex volumine rerum antiquarum quod in publico Pist. Archivo servatur.

IN Christi nomine Amen Anno Dominice nativitatis millesimo trecentexime quinquagesimo octavo Indictione undecima die sexto decimo Mensis Martii.

In Generali Consilio Populi Civitatis Pist. sono campane voceque Preconis in Palatio dicti Comunis more solito congregato, de mandato nobilis, et potentis viri Symonis de Antellensibus de Florentia honorifici Capitanei populi dicte Civitatis Pist. et de consensu presentia, et voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, et Vexilliferi Justitie Populi dicte Civitatis Pist. deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis propositum fuit in dicto Consilio, et Consilium postulatum per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, et voluntate predictorum Dominorum Anzianorum, et Vexilliferi Justitie super infrascripta proposita, et quia expensas continet deliberata primo per ipsos Dominos Anzianos, et Vexilliferum Justitie, una cum affictо viginti quatuor Sapientum Virorum deputatorum super provisionem expensarum Civitatis Pist. secundum formam statutorum Comunis dicte Civitatis Pist., videlicet.

Cum propter novitates occurrentes Comuni Pist. occasione rebellionis Montanee superioris, nec non propter novitates, que undique preparantur in partibus circumstantibus utile sit quinimmo necesse, quod per Comune Pist. gens armigera conducatur ad stipendium dicti Comunis ad reparationem, et recuperationem dicte Montanee, et ad resistendum novitatibus supradictis quid videtur, & placet dicto Consilio providere, ordinare, et reformare circa conductionem dicte gentis armigere, et per quos conducatur, et quanta quantitas, et per

per quantum tempus, et cum quo ſtipendio, ſeu quanto in Chriſti nomine generaliter conſulatur.

Ser Symon Riccobardi unus ex Conſiliariis in dicto Conſilio exiſtentibus ſurgens ad Arrengheriam ad arrengandum, et conſulendum arengando, et conſulendo dixit et conſuluit ſuper dicta propoſita, quod Domini Anziani, et Vexilliferi Juſtitie Populi Civitatis Piſt. auctoritate preſentis Conſilii habeant plenam Bayliam, et liberam poteſtatem conducendi ad ſtipendium Communis Piſt. quadraginta homines armigeros equeſtres pro uno anno incipiendo die Kalendis Menſis Julii proxime venturi, et ut ſequitur finiendo cum ſtipendio habito per illos quadraginta homines armigeros datos in ſubſidium per Comune Piſt. Comuni Florentie de anno preterito, et quod eodem modo, et per eundem modum quo facta fuit dicta ſolutio dictorum quadraginta hominum equeſtrium armigerorum fiat ſolutio ſtipendii dictorum quadraginta hominum equeſtrium armigerorum conducendorum pro ipſo anno incipiendo in Kalendis Menſis Julii proxime venturi, ut predicitur, et quod ipſam conductionem prefati Domini Anziani, et Vexilliferi Juſtitie facere valeant per ſe ipſos aut per illam perſonam, vel illas perſonas in quam, ſeu quas prefati Domini, et Vexilliferi iuſtitie commiſerint, quam commiſſionem prefati Domini Anziani, et Vexilliferi Juſtitie facere valeant pleno iure auctoritate preſentis Conſilii.

In reformatione, et ſumma dicti Conſilii facto, et miſſo diſtricte partito per dictum Dominum Capitaneum de conſenſu preſentia, et voluntate dictorum Dominorum Anzianorum et Vexilliferi Juſtitie ad fabas nigras, et albas ſecundum formam ſtatutorum Civitatis Piſt. de procedendo vel non procedendo ſuper dicta propoſita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum undecim quod ſuper dicta propoſita procedatur, et ſic obtemperatum, et reformatum fuit, et eſt non obſtantibus 55. Conſiliariis qui fabas albas in contrarium poſuerunt.

Item ſimili modo, et forma facto, et miſſo diſtricte partito per dictum Dominum Capitaneum de conſenſu preſenſu et voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, et Vexilliferi Juſtitie ſuper conſilio dato ſupra per dictum Ser Symonem ſuper dicta propoſita placuit dantibus fabas nigras repertas numero III. quod ſit firmum, fiat, obſervetur, et executioni mandetur in omnibus, et per omnia pro ut conſuluit Ser Symon conſultor ſupraſcriptus, et ſic obtemperatum, et reformatum fuit et eſt non obſtantibus 55. conſiliariis qui fabas albas in contrarium poſuerunt.

X X V I I.

Commiſſio XL. Barbutarum ex eodem Volumine.

ANno Dominice Nativitatis MCCCLVIII. Indictione XI. die XX. Menſis Martii Magnifici Domini Domini Anziani, et Vexilliferi Juſtitie Populi Civitatis Piſt. in Sala Palatii Populi Civitatis Piſt. eorumdem Dominorum reſidentie in qua conſueti ſunt tenere, et tenent eorum ſecreta conſilia, in ſufficienti numero congregati ſecundum formam ſtatutorum Piſt. ex vigore, arbitrio, poteſtate, et Baylia eis data, conceſſa, et attributa Conſilio Populi dicte Civitatis Piſt. die XVI. preſentis Menſis Martii ſupraſcripti, ut continetur manu mei Jacobi Notarii infraſcripti facto, et miſſo prius inter eos ſecreto ſcruptineo, et obtento partito ad fabas nigras, et albas ſecundum formam ſtatutorum Civitatis Piſt. nullo eorum in aliquo diſcordante et omni iure, cauſa, modo, et forma, et ora quibus magis, et melius potuerunt, et ſecundum formam dicte reformationis eligerunt, et deputaverunt maiores Oftiales pro Comuni Florentie conſtitutos, et deputatos ad conductam, et ſuper conducta ſtipendiariorum equeſtrium, et Pedextrium dicti Comunis Florentie ad conducendam, et conductam faciendam iure, et nomine Comunis Piſt. XL. homines armigeros equeſtres, et de XL. hominibus equeſtribus armigeris ad ſtipendium dicte Civitatis Piſt. pro uno anno incipiendo in Kalendis menſis Julii proxime venturi, et ut

ſequitur

sequitur finituri cum stipendio habito per illos XL. homines armigeros equestres datos in subsidium per Comune Pist. Comuni Florentie de anno preterito, et quod eodem modo, et per eundem modum quo facta fuit solutio dictorum XL. hominum equestrium armigerorum fiat solutio stipendii dictorum XL. hominum equestrium armigerorum conducendorum pro ipso anno incipiendo in Kalendis Mensis Julii proxime venturi ut predicitur mandantes mihi Notario infrascripto ut exinde publicum conficerem instrumentum.

X X V I I I.

Reformatio Montanee superioris pro castris rehabendis ex eodem volumine.

IN Christi nomine amen. Anno Dominice Nativitatis millexımo trecentexımo quinquagesimo octavo Indictione undecima die vigesimo primo Mensis Martii Generali Consilio populi Civitatis Pist. in Palatio populi dicte Civitatis sono campane voceque preconis more solito congregato de mandato Nobilis, & potentis Viri Symonis de Lantella de Florentia honorabilis Capitanei populi dicte Civitatis Pist. de consensu, & voluntate Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitie populi dicte Civitatis Pist. dicto consilio presentium, deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis propositum fuit in dicto consilio, & consilium postulatum per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi iustitie super infrascripta proposita deliberata primo per ipsos Dominos Anzianos, & Vexilliferum justitie secundum formam statutorum dicte Civitatis, videlicet.

Cum casus occurrat Dominis Anzianis, & Vexillifero Justitie suprascriptis, per quem opportet, quod derogetur particule infrascripti statuti quoad infrascripta quam particulam dicti Domini Anziani, & Vexillifer Justitie inter eos legi fecerunt, & facta inter eos proposita, si dicta derogatio est utilis dicto Comuni deinde facto inter eos secreto scruptineo ad fabas nigras, & albas secundum formam statutorum, fuerit per ipsos Dominos Anzianos, & Vexilliferum Justitie deliberatum, & obtemperatum, dictam derogationem utilem esse dicto Communi, videlicet particule, seu particulis statuti populi cuius Rubrica de oblatione carceratorum capitulo quarto quarti libri quod incipit: Statutum, & ordinatum est, quod nec Potestas, nec Capitaneus &c. & dicta particula dicat sic: & hoc capitulum sit precisum, nec possit per aliquod statutum, ordinamentum reformationem, sententiamentum, vel provisionem, vel consilium in aliqua parte sui tolli, minui, vel mutari, vel per aliquam bayliam, nec de dicto capitulo tollendo, mutando, vel derogando, vel suspendendo possit vel debeat aliqua proposita fieri vel baylia concedi &c. videtur, & placet dicto consilio providere, ordinare, & reformare, quod dicte particule & verbis in ea contentis sit & esse intelligatur auctoritate presentis consilii derogatum sic, & in quantum essent contraria hiis que hodie in presenti consilio contigerit proponi, obtineri, & reformari, super proposita derogatoria fienda dicto statuto. Et quod dicta particula, & verbis in ea contentis non obstantibus possit, & licitum sit libere, & impune fieri proposita, de derogando dicto statuto, & cuilibet alii statuto tam Communis, quam populi, pro ut, & qualiter dictis Dominis Anzianis, & Vexillifero Justitie videbitur, & placebit, ut postea etiam fieri possit talis proposita. Et si obtinebitur per quinque partes dicti consilii ad minus derogari posse & debere dictis statutis derogatum esse intelligatur legiptime, vel quod aliud placet in predictis ipsi consilio providere, deliberare, ordinare, & reformare, in Christi nomine generaliter consulatur.

Ser Symon Riccobaldi ex Consiliariis dicti Consilii surgens in dicto Consilio ad arengheriam, arengando, & consulendo dixit, & consuluit super dicta proposita derogationis quod dicte particule, seu particulis dicti statuti derogatum sit, & derogatum esse intelligatur auctoritate presentis Consilii hodie per totam diem ut in proposita continetur.

In

In reformatione, & summa dicti Consilii facto & misso districte partito dictum Dominum Capitaneum de presentia, consensu, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi Justitie ad fabas nigras, & albas secundum formam statuti Pist. de procedendo, vel non procedendo super proposita suprascripta derogationis placuit dantibus fabas nigras repertas numero 156. quod super dicta proposita procedatur, & sic obtentum est, & fuit de procedendo, non ostantibus viginti Consiliaris, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Item simili modo, & forma facto, & misso districte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi Justitie super consilio dato per dictum Ser Symonem super dicta proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero 159. quod sit firmum, & fiat in omnibus, & per omnia pro ut consuluit Ser Symon suprascriptus, & sic obtemperatum, & reformatum est & fuit non obstantibus decem septem Consiliarii, qui fabas albas in contrarium posuerunt. Postea vero incontinenti post predicta propositum fuit, & consilium postulatum in Consilio suprascripto per dictum Dominum Capitaneum de presentia, consensu, & voluntate dictorum Dominorum Antianorum, & Vexilliferi Justitie deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis super infrascripta proposita derogatoria deliberata primo per ipsos Dominos Antianos, & Vexilliferum Justitie secundum formam statuti, videlicet.

Cum casus occurrat dictis Dominis Anzianis, & Vexillifero Justitie per quem opporteret, quod derogetur infrascriptis statutis, & cuilibet eorum, quoad infrascripta, que statuta dicti Domini Anziani, & Vexillifer Justitie inter eos legi fecerunt, & facta inter eos proposita, si dicta derogatio est utilis dicto Communi, deinde facto inter eos secreto scruptinio ad fabas nigras, & albas secundum formam statuti fuerit per eos deliberatum, & obptentum dictam derogationem utilem esse dicto Comuni, videlicet statuto populi, cuius rubrica est de oblatione carceratorum capite quarto quarti libri, quod incipit: Statutum, & ordinatum est quod nec Potestas, nec Capitaneus &c. Statuto populi, cuius rubrica est de exbampnitis, & comdempnatis rebampniendis capite quinto dicti quarti libri, quod incipit: Statuimus, & ordinamus, quod quicumque &c. Statuto populi cuius rubrica est de modo, & forma derogandi statutis capitulo primo dicti quarti libri, quod incipit: Statutum, & ordinatum est, quod nulla derogatio &c. Stato populi posito sub rubrica, quod non possit provideri contra condempnationes factas occasionibus predictis Capitulo quarto decimo quarti libri quod incipit: Item provisum & ordinatum est quod si casus &c. Statuto populi posito sub rubrica de non donando de pecunia, & avere Communis, & de non concedendo alicui ad custodiendum aliquod Castrum capitulo tertio quarti libri quod incipit: ad resistendum fraudibus &c. Statuto Communis posito sub rubrica, quod in absentia Cancellarij Communis non fiant proposite singularium personarum quod incipit: Statuimus quod in absentia Cancellarii &c. Statuto Communis posito sub rubrica de fortalitiis non fiendis in montaneis superioribus Pist. quod incipit: Item ad evitandas guerras &c. Capitulo 132. quarti libri Statuto Communis posito sub rubrica de casibus in quibus permissum est Potestati, & Iudici malorum per inquisitionem procedere capitulo tertio quarti libri quod incipit: Ordinamus quod Potestas, & Judex malorum &c. Si videtur, & placet dicto Consilio providere, ordinare, & reformare quod dictis Statutis & cuilibet eorum, & cuilibet, seu quibuslibet aliis statutis, seu ordinationibus Civitatis Pist. in quibus essent contraria vel nociva hiis que hodie in presenti Consilio contingerint proponi, arengari scribi, legi, obtineri, & reformari super infrascripta proposita infrascriptorum capitulorum fienda in dicto consilio. Et quod dictis statutis vel aliquo eorum, vel aliquo alio seu aliquibus non obstantibus dictis Dominis Anzianis, et Vexillifero Justitie, et Domino Capitaneo populi auctoritate presentis Consilii liceat libere, et impune proponere, et proponi facere hodie, et in presenti Consilio quidquid eis videbitur super dicta infrascripta proposita et cuilibet Consiliario etiam super ipsa proposita dicere, consulere, et arengare quidquid eis placuerit, et michi Jacobo Notario

tario infrascripto locum tenenti Cancellarii Communis Pist. super predictis scribere, legere, et reformare, et quod omnia, et singula, que fient, obtinebuntur, et reformabuntur in dicto Consilio per quinque partes Consiliariorum in dicto Consilio existentium in predictis, et super predictis sint, et esse intelligantur firma, valeant, et teneant, et debeant observari, et executioni mandari: Vel quod aliud placet ipsi Consilio providere, deliberare, ordinare, et reformare, in Christi nomine generaliter consulatur.

Ser Symon Riccobaldi unus ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus surgens ad Arengheriam, arengando, & consulendo dixit, & consuluit super dicta proposita derogationis quod dictis statutis & cuilibet eorum sit derogatum, & derogatum esse intelligatur auctoritate presentis Consilii hodie per totam diem, ut in proposita continetur.

In reformatione, & summa dicti Consilii facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de presentia, consensu, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi Justitie, ad fabas nigras, & albas secundum formam statuti Pist. de procedendo, vel non procedendo super proposita suprascripta derogationis, placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum sexaginta quod super dicta proposita procedatur & sic obtemptum est & fuit de procedendo, non ostantibus sexdecim Consiliariis qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Item simili modo, & forma, facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, & voluntate dictorum Dominorum Antianorum, & Vexilliferi Justitie super consilio dato per dictum Ser Symonem super dicta proposita, placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum sexaginta quinque quod sit firmum, & fiat in omnibus, & per omnia pro ut consuluit Ser Symon suprascriptus. Et sic obtemptum, & reformatum est & fuit non obstantibus undecim Consiliariis qui fabas albas in contrarium apposuerunt.

Postea vero incontinenti, anno, inditione, & die predictis cum pro paciffico, & tranquillo statu populi, Communis, & hominum Civitatis Pist., & totius montanee superioris Comitatus Civitatis eiusdem, & hominum, & personarum ipsius montanee, & totius Comitatus, & Districtus prelibate Civitatis, & pro exaltatione, & substentatione perpetue libertatis prenotate Civitatis, Comitatus, & Districtus eiusdem per dictos Dominos Anzianos, & Vexilliferum Justitie populi dicte Civitatis Pist. sit opportunis remediis fatigatum, propositum fuit in dicto Consilio, & Consilium postulatum per Dominum Capitaneum antedictum de consensu, deliberatione, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi Justitie ipsi Consilio presentium deficiente tamen uno ex ipsis Dominis Anzianis super infrascripta proposita deliberatum primo per ipsos Dominos Anzianos, & Vexilliferum Justitie una cum officio viginti quatuor sapientum Virorum deputatorum super provisione expensarum Communis Civitatis Pist. secundum formam statuti dicte Civitatis videlicet si videtur, & placet dicto Consilio providere ordinare, & reformare, quod infrascripta capitula Provisiones, & ordinamenta lecta per me Jacobum Notarium in dicto Consilio, sint firma, valeant, & teneant, & debeant observari, vel quod aliud placet in hiis, & circa ea, in Dei nomine generaliter consulatur. Que quidem sunt hec, videlicet.

In primis quod omnes exbampniti, seu condempnati infrascriptorum locorum, videlicet de Lizano, Cutilliano, Cavinana, Sancto Marcello, Pupillio, Pitellio, Mammiano, Brondelio, Satornana, Piteccio, Sancto Mamme, Castagno, Sancto Felice, Vergivole, Sorripore, Valdibrana, Valdumbrone, seu habitantes in suprascriptis locis, vel aliquo eorum tempore occupationis Sycurane, vel per sex menses ante ipsam occupationem sint cassi, & cancellati de omnibus eorum bampnis, & condempnationibus absque aliquo pretio solvendo Communi Pist., seu alicui singulari persone. Et quod Notarius, seu Notarij qui dictas condempnationes cancellabunt non possint aliquo modo recipere aliquam quantitatem denariorum ab aliquo suprascriptorum condempnatorum directe, vel per obli-

quum sub pena librarum quinquaginta denariorum. Et quod teneatur suprascriptus Notarius, seu Notarij cui, seu quibus fuerit commissum dictas condempnationes, suprascriptorum condempnatorum, seu exbampnitorum addictam penam dictam condempnationem, seu condempnationes cancellare infra duos dies postquam de huiusmodi condempnatione cancellandi seu extiterit, seu extiterint requisiti a quacumque persona. Et quod nullum benefitium rebampnimenti, seu immunitatis predicte se extendat ad aliquem rebellem Civitatis Pist.

Et quod per nullum rectorem seu ufitialem Civitatis Pist. debeat vel possit procedere aliquo modo contra homines suprascriptorum locorum, seu in ipsis locis, vel aliquo eorum habitantes tempore suprascripto, seu contra homines, qui predictis dictorum locorum, vel alicuius eorum dedissent auxilium, consilium, vel favorem pro aliquo delicto excessu malefitio, vel quando malefitio commisso hinc retro usque in presentem diem, & si per aliquem dictorum rectorum procederent de suprascriptis ipso jure processus sit nullus, & nullius efficacie, & valoris.

Et quod omnes homines Montanee superioris tam de parte Chiavellorum, quam de parte Cannetanorum, et quilibet eorum paciffice, et sine aliqua molestia restituantur, et restituti esse intelligantur, et sint, et remittantur in eorum possessione, et tenutis, et bonis in quibus ipsi erant de Mense Augusti proxime preteriti salvo quod Turanuccini de Cavinana teneatur dimictere facere, et fieri facere Communi Pist. in Castro Cavinan. Super terreno dicti Ture, et in quacumque parte ipsius terreni dicto Communi Pist. videbitur, placebit unam Fortelitiam pro custodia dicti Castri. Et quod Commune Pist. mittere debeat unum Capitaneum ad dictum Castrum Cavinan. prout consilio populi videbitur, et placebit.

Et quod illis de parte Cannetanorum de Cutilliano sit licitum posse construere, et costrui facere super eorum proprio terreno, quod ipsi, seu aliquis eorum habent in Communi Cutilliani unam Fortellitiam in quacumque parte eius videbitur, et placebit, ita tamen quod dicta Fortellitia per dictos Cannetanes fieri non possit a via Casciorana supra.

Et quod infrascripti homines, et eorum descendentes per lineam masculinam infrascriptorum Communium ad hoc ut magis, et melius sint obbedientes Communi Pist. et quilibet eorum intelligantur esse, et sint Cives Pistorienses non obstant quod ipsi, seu aliquis eorum stent seu habitent in eorum communibus, et teneantur facere, seu fieri facere in Civitate Pist. ea, que continentur in Statutis communis Pist., et in quantum vellent potius emere domum, quam de novo costruere, seu hedificare tunc in illo casu, qui emere vellet teneatur, et possit emere infra tempus in Statutis contentum, ita tamen quod teneatur expendere duplum eius, quod in Statutis continetur ad minus. Nomina quorum sunt hec, videlicet.

Puccinus Martini Bonuccius Therrichini Seme Gherardini Dinus Peranti Pasquale Nutini Franciscchus Guiduccij	de Lizano.
Micael Nuti vocatur Peccio Dixus Puccini Milliore Totti vocatur Dinchaozito Bartholus Ciuccij	de Cutiliano.
Francia . . . . Jahnninus, Et Mone Fioresis Bonacchus, & Dettus Trincie Lippus Minuozi & Bartholomeus Nuti Ser Francischus & Milluechinus Giardi Telluccinus Ciucchini Telluccij	de Sancto Marcello.

Telluc-

Telluccinus Ciucchini Guiduccij de Poggiuolo.
Corsinus Salvini de Brandelio.
Johannes Pieri Vescontis de Sancto Felici.
Francischus Lapi Galli olim de Carmignano qui nunc moratur in Val di Brana.

Et quod suprascripti, vel aliquis eorum in quantum faciant, & observent ea, que in Statutis Cittadinantie requiruntur non possit aliquo modo cogi, vel gravari in here, vel persona pro aliquo debito ad quod eorum communia tenerentur, vel obligata forent Communi Pist. seu alicui singulari persone quacumque rationi vel causa. Ita tamen quod aliquis suprascriptorum non possit, & debeat aliquo modo directe, vel indirecte domos quas contingerit per eos, vel aliquem eorum occasione dicte cittadinantie construi, seu hedificari, vel emi, vendere, vel modo aliquo alienare infra decem annos a die presentis informationis.

Et quod generaliter fiat pax & concordia inter omnes homines de Montanea superiori, & eorum amicos, & sequaces.

Et quod castrum de muris, & roccha Fortellia & turris, & Fortellitia rocche, & turris Sycurane, & turris, que extra Sycuran. que vocatur turris Pistoriensis, Castrum Sancti Marcelli, Castrum Cavinan., & Castrum Mammiani, & eorum Fortellitie, & quolibet eorum debeant restitui, & reddi Communi Pist. per illam personam, seu personas tenentes dicta Castra, Rocchas, & Fortellitias. Salvo quod domus seu cassarum heredum Sygnorini, quod est in Mamiano remaneat, & remanere debeat filiis dicti Sygnorini.

Et quod Telluccino Ciucchini Tellucoij de Pupiglio dentur, et solvantur pro emendatione domorum suarum, et suorum consortum, et sotiorum, et pro emendatione aliorum dampnorum receptorum per eos libre mille denariorum, que . . sibi promisse fuere per octo Cives Pistorienses habentur in predictis bayliam. Quas libre mille denariorum camerarius dicti Communis Pist. possit, teneatur, et debeat de pecunia dicti Communis ad apodixam, et bullam Dominorum Anzianorum, et Vexilliferi iustitie ipsi Telluccino libere solvere.

Et quod Meliori Toti vocato Rinchaezito detur, et solvatur pro expensis factis in Cavinana, id quod Consilio Populi videbitur, et placebit, et pro emendatione domus filiorum Frediani, que combusta fuit pendente treugua per Commune Pist.

Et quod Dominicho Puccini, et Federigho Puccini de Lizano detur, et solvatur pro minimento et custodia Rocche et turris Castri de muris, id quod Consilio Populi videbitur convenire.

Et quod omnes montanini, videlicet de Lizano, Cutilliano, Santo Marcello, Mammiano, Cavinana, Pitellio, et Pupillio habeant immunitatem quatuor annis proxime venturis omnium rerum. Salvo quod quando Commune Pist. faceret exercitium, seu cavalcatam generalem, dicti homines, seu illi quibus preceptum foret teneantur ad dictum exercitium seu cavalcatam faciendam pro ut Communi Pist. placuerit. Et quod per hanc immunitatem non intelligatur suprascriptos homines exemptos esse ab aliqua absolutione portarum introitus, et exitus Civitatis Pist. eiusque Comitatus, et Districtus, neque infra muros dicte Civitatis Pist.

Et quod quecumque persona habens aliquid recipere a suprascriptis Communitatibus de Montanea, seu singularibus personis, occasione gabellarum, seu occasione officiorum videlicet Potestariarum, et Notariarum, id petere non possit durante suprascripta immunitate. Et quod creditum de Batingoris durante suprascripta immunitate per nullam personam peti possit. Hoc semper itellecto, quod elapso suprascripto tempore quatuor annorum, quilibet, qui occasionibus suprascriptis debetur aliquid recipere a suprascriptis montaninis, vel aliquo eorum intelligatur esse et sit in eodemmet statu ut nunc est.

Et quod illi, qui erant tempore perditionis infrascriptarum fortellitiarum Capitanei Turrigianei, et pedites rocche, et turris Castri de muris et rocche, et turris Sycuran. & eorum, et cuiuslibet eorum fideiussores approbatores supra scripto.

scriptorum fideiussorum in totum sint liberi, et absoluti de omnibus eorum, et cuiuslibet eorum bampnis, et condempnationibus, vel processibus initiatis, aut qui initiari possent dicta de causa per aliquod statum, vel reformationem Communis Pist. per quemcumque rectorem preteritum vel presentem Civitatis Pist., et illi qui condempnati sunt pro perditione suprascriptarum roccharum, et turrium seu alicuius earum abradantur, & abradi debeant per quemcumque Notarium, qui de iis requireretur de libris condempnationum Communis Pist., et quod si aliquis, seu aliqui dictorum fideiussorum solvissent occasione perditionis suprascriptarum roccharum, et turrium, seu alicuius ipsarum Communi Pist. aliquam quantitatem denariorum quod id quod solutum foret per eos restituatur eis per Camerium Communis Pist. de pecunia dicti Communis. Salvo semper quod hec non intelligantur pro turrigianis, qui erant super turri Sycurane tempore quo perdita fuit ipsa roccha, turris, & fortellitia Sycurane.

Et quod per Commune Pist. mittatur in montaneam superiorem unus Capitaneus bonus, sufficiens, et Guelfus forensis cum illa familia salvis pactis, modis conditionibus, et officio, ut Consilio Populi videbitur, et placebit.

Et quod suprascripta capitula, seu aliquid eorum non habeant vigorem, vel firmitatem in aliquo modo nisi dum fortellitie Communis Pist. videlicet Castrorum de muris, et eius roccha, et turris. Roccha fortellitia, et turris Sycuran. turris nova, que est extra et iuxta Sycuran. que vocatur turris Pistoriensis. Castrum Sancti Marcelli, Castrum Mammianii, et Castrum Cavinanee erunt sub obedientia, et dominio, et custodia Communis Pist. liberaliter.

Et quod facta pace Montanee Commune Sancti Marcelli teneatur, et debeat dare et solvere Duccio del Bono et aliis exititiis de Sancto Marcello pro emendatione bonorum suorum libras centum quinquaginta denariorum.

Vel quid aliud placet dicto Consilio providere, deliberare, ordinare, et reformare in Christi nomine generaliter consulatur.

Ser Symon Riccobaldi unus ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus surgens ad arengheriam ad arengandum, et consulendum arengando, et consulendo dixit, et consuluit supradicta proposita, quod sit firmum, fiat, observetur, et executioni mandetur in omnibus et per omnia, ut in dicta continetur, et capitulis antedictis.

Bartholomeus Lapi Nerii quidam alius ex Consiliariis dicti Consilii in dicto Consilio existentibus surgens ad arengheriam ad arengandum, et consulendum supradicta proposita, arengando, et consulendo, et addendo dicto consilio dato per dictum Ser Symonem dixit, & consuluit; quod omnes, & singule condempnationes, et bampna cancellanda de suprascriptis in proposita contentis debeant, et possint cancellari usque ad per totum mensem Aprilis completum proxime venturum secundum formam capitulorum in dicta proposita contentorum per Notarium Camere, a dicto vero mense Aprilis proxime venturo in antea dicte condempnationis bampna cancellari non possint.

Ser Jacobus Ser Cecchi quidam alius ex consiliariis in dicto consilio existentibus surgens ad arengheriam ad arengandum, et consulendum super dicta proposita, arengando, consulendo, et addendo dictis consiliis supra datis per suprascriptos Ser Symonem, et Bartholomeum dixit, et consuluit, quod ad hoc ut fraus non possit committi de hiis qui dicerentur habitasse tempore occupationis Sycurane vel per sex menses ante occupationem Sycurane in terris villis Sizani, Cutilliani, Cavinane Sancti Marcelli, Popilii, Pitelli, Mammiani, Brandellii, Satornane, Pitecci, in Sancto Mamme, Castagno, Sancto Felice, Vergivole, Sorriporre, Valdibrana, Valdumbrone, vel aliquo ipsorum locorum ex presens Dominus Capitaneus populi Civitatis Pist. et eius curia declaret, et declarare debeat per sententiam usque ad per totum mensem Aprilis predictum omnes et singulos habitantes dicto tempore in locis suprascriptis, vel aliquo eorum. Cui declarationi, et assertioni, et sententie stari debeat de predictis. Et tales sic declarari possint et debeant per dictos Notarios Camere libere, et licite de eorum bampnis et condempnationibus eximi, et cancellari prout supra in primo capitulo continetur.

In

In reformatione, et summa dicti Consilii facto, misso distincte partito per dictum Dominum de consensu, presentia, et voluntate dictorum Dominorum Antianorum, & Vexilliferi justitie ad fabas nigras, et albas secundum formam Statutorum Pist. de procedendo, vel non procedendo supra dicta proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum quinquaginta septem quod supra dicta proposita procedatur. Et sic obtemptum, & reformatum est, & fuit non obstantibus decem novem Consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Item simili modo, & forma facto, & misso distincte partito super consilio dato per dictum Ser Symonem super dicta proposita, & addictionibus dictorum Bartholomei, & Ser Jacobi per eos factis dicto consilio dicti Ser Symonis placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum quinquaginta septem, quod sit firmum, fiat, observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia, pro ut consuluit dictus Ser Symon, & addiderunt dicti Bartholomeus, & Ser Jacobus. Et sic obtemptum, & reformatum fuit, & est non obstantibus decem novem Consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

In Christi nomine amen. Anno Dominice Nativitatis millexima trecentexima quinquagesimo octavo Indictione undecima die vigesimo tertio mensis Martii.

Generali Consilio Populi Civitatis Pist. sono campane voceque preconis in Palatio dicti Communis more solito congregato de mandato nobilis, & potentis viri Symonis Nerii de Antellensibus de Florentia honorabilis Capitanei populi dicte Civitatis Pist., & de consensu, & voluntate Dominorum Antianorum, & Vexilliferi justitie populi dicte Civitatis Pist. dicto consilio presentium, deficiente tamen uno ex dictis Dominis Antianis propositum fuit in dicto consilio, & consilium postulatum per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia & voluntate dictorum Dominorum Antianorum, & Vexilliferi justitie, super infrascripta proposita deliberata primo per ipsos Dominos Antianos, & Vexilliferum justitiæ secundum formam statutorum, videlicet.

Cum casus occurrat dictis Dominis Antianis, & Vexillifero justitie populi Civitatis Pist. per quem oportet derogari statuto secundo populi quarti libri posito sub rubrica de modo, & forma derogandi statis, quod incipit: statutum, & ordinatum est, & reformationi, seu statuto ipsius consilii quo, seu qua cavetur quod Domini Antiani, & Vexillifer justitie populi Civitatis Pist. non possint proponere aliquam propositam specialem alicuius specialis persone ultimis decem diebus eorum officii. Et statuto quarto decimo posito in volumine statutorum communis in primo libro, quod incipit: Statuimus quod in absentia Cancellarii, & &c., que statuta dicti Domini Antiani, & Vexillifer Justitie inter se legi fecerunt, & deinde facto, & misso partito inter eos si dicta derogatio est utilis Communi Pist. obtemptum, & deliberatum fuerit inter eos ipsam derogationem utilem esse dicto Communi. Si videtur, & placet dicto Consilio providere ordinare, & reformare, quod dictis statutis & cuilibet eorum, & reformationi predicte in qualibet suorum, & sui parte sit derogatum, & quanto tempore in quantum essent contraria, vel nociva hiis que in consilio populi dicto tempore occurrerint proponi. Ita quod ipsis statutis, & reformationibus, non obstantibus Domini Antiani, & Vexillifer Justitie, & Capitaneus populi, & quilibet, vel alter eorum, proponere possint, & proponi facere, & per me Notarium infrascriptum legi, & scribi, & per quemlibet consiliarium super eis dici, & arengari, & quod quidquid obtemptum, & deliberatum fuerit per duas partes dicti consilii valeat, & teneat, & plenum roboris sortiatur effectum, vel quod aliud placet in predictis, & circa predicta in Dei nomine generaliter consulatur.

Ser Jacobus Ser Cecchi unus ex consiliariis in dicto consilio existentibus surgens ad arengheriam ad arengandum, & consulendum, arengando & consulendo dixit, & consuluit, quod ipsis statutis, & cuilibet eorum, & dicte reformationi sit, & esse intelligatur derogatum usque ad per totum presentem mensem Martii completum ut in proposita continetur solum ad negotia hominum, & partium Montanee Superioris Civitatis Pist. tractanda, consequenda, & exercenda, & ad

ad petitiones, seu supplicationes factas coram Dominis Antianis, & Vexillifero Justitie suprascriptis pro parte Domini Abbatis Monasterii Sancti Michaelis de fuocolis, & operariorum opere Sancti Petri maioris de Pist. in consiliis expedientibus, & opportunis auctoritate presentis consilii, & non aliter, vel alio modo.

In reformatione, & summa dicti consilii facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, & voluntate predictorum Dominorum Antianorum & Vexilliferi Justitie ad fabas nigras, & albas secundum formam statutorum Pist. de procedendo, vel non procedendo super ipsa proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum sex, quod super dicta proposita procedatur, & sic obtemptum, & reformatum est, & fuit non obstantibus triginta uno consiliariis, qui fabas albas in contrarium apposuerunt.

Item simili modo & forma facto, & misso distincte partito super consilio dato per dictum Ser Jacobum super dicta proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum octo, quod sit firmum, fiat, observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia ut dixit, & consuluit Ser Jacobus suprascriptus, & sic obtemptum, & reformatum est, & fuit non obstantibus viginti novem consiliariis qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Postea vero incontinenti post predicta propositum fuit, & consilium postulatum in consilio suprascripto per dictum Dominum Capitaneum de consensu, & voluntate Dominorum Antianorum, & Vexilliferi Justitie populi, & Communis Civitatis Pist. dicto consilio presentium, deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis super infrascripta proposita, & que expensas continet, deliberatum primo per ipsos Dominos Anzianos, & Vexilliferum Justitie una cum ofitio viginti quatuor sapientum Virorum deputatorum super provisione expensarum Civitatis Pist. secundum formam statutorum, videlicet.

Cum pro salubri statu pacifico & tranquillo & perpetue libertatis, & partis Guelfe Civitatis Pist. prelibate eiusque Montanee superioris, & totius Comitatus & districtus eiusdem, die vigesimo primo presentis mensis Martii in consilio populi dicte Civitatis fuerit inter alia reformatum, quod Miliori Totti de Cutilliano detur, & solvatur pro expensis factis in terra Cavinane, & pro emendatione domus filiorum Frediani que combusta fuit durante treugua facta per commune Pist. illa pecunie quantitas, que consilio Populi videbitur, & placebit, & Dominicho Puccini, & Federigho Puccini de Lizano pro munimento & custodia rocche, & turris castri de muris detur, & solvatur illa pecunie quantitas, que per consilium populi fuerit deliberata, & in dicto consilio nulla certa quantitas de predictis extitit declarata, quid videtur, & placet dicto consilio providere deliberare et reformare, et declarare circa quantitates predictas ad hoc ut provisa per consilium ante dictum debitum sortiantur effectum. Vel quid aliud placet dicto consilio providere, deliberare, ordinare, et reformare in Christi nomine generaliter consulatur.

Dominus Francischus Pagni unus ex consiliariis in dicto consilio existentibus surgens ad arengheriam ad arengandum, et consulendum arengando, et consulendo dixit, et consuluit quod pro in proposita contentis, et pro extimatione terreni emendi in castro Cavinane a Tura Nuccini de dicto loco per commune Pist. pro faciendo in ipso, & super ipso terreno unam fortellitiam pro Communi Pist. pro custodia dicti castri Cavinane Domini Anziani, et Vexillifer Justitie, et Dominus Capitaneus populi Civitatis Pist. possint expendere de denariis dicti Communis Pist. libras quadringentas quinquaginta denariorum semper Camera dicti Communis Pist. pro causis in dicta proposita contentis, et pro extimatione dicti terreni emendi a dicto Tura possit, et debeat dare, et solvere de pecunia et avere dicti Communis ad provisionem et deliberationem predictorum Dominorum Anzianorum, et Vexilliferi Justitie, et Domini Capitanei, et illis personis, quibus dictis Dominis Anzianis, et Vexillifero, et Capitaneo videbitur, et placebit.

In reformatione, et summa dicti consilii facto, et misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, et voluntate predictorum

Anzia-

Anzianorum, et Vexilliferi Justitie ad fabas nigras et albas secundum formam statutorum de procedendo, vel non procedendo super dicta proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum quatuordecim quod super dicta proposita procedatur, et sic obtemptum, et reformatum fuit, et est non obstantibus viginti tribus consiliariis qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Item simili modo, et forma facto, et misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum super consilio dato super dicta proposita per dictum Dominum Francischum placuit dantibus fabas nigras repertas numero nonaginta novem, quod sit firmum, fiat, observetur, et executioni mandetur in omnibus, et per omnia ut consuluit Dominus Francischus consultor predictus, et sic obtemptum, et reformatum fuit, et est non obstantibus triginta octo consiliariis, qui fabas albas in contrarium apposuerunt.

Postea vero incontinenti post predicta propositum fuit, et consilium postulatum in consilio suprascripto per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, et voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, et Vexilliferi Justitie, deficiente tamen uno ex ipsis Dominis Anzianis super infrascripta proposita deliberata primo per dictos Dominos Anzianos, et Vexilliferum Justitie secundum formam statutorum Civitatis Pist. videlicet.

Cum secundum capitula deliberata, et reformata in dicto consilio populi die vigesimo primo presentis mensis Martii inter alia fuerit reformatum de consensu, et voluntate illorum de Montanea superiori, qui ad presens infrascripta castra, et fortellitias detinent occupatas, quod castrum de muris, et Roccha, et turris ejusdem Castri, & Castrum, & Roccha, & turris Castri Sycurane, & etiam turris, que est extra dictum Castrum Sycuran. que vocatur turris Pistoriensis, & Castrum S. Marcelli, & Castrum Cavinane, & Castrum Mammiani, & eorum, & cuiuslibet eorum fortellitias deberent restitui, & communi Pist. libere relaxari, nec in dicto Consilio fuerit provisum, vel deliberatum qualiter, & que persone mitti, & destinari debeant ad ipsa Castra, & fortellitias recipiendas, custodiendas, & gubernandas, & cum qua, seu quibus familiis, & cum quo salario, & pro quanto tempore, quid videtur, & placet dicto consilio Populi in predictis, & circa predicta providere, & ordinare, & reformare pro recuperatione, & custodia antedicta in Christi nomine generaliter consulatur.

Ser Franciscus Lapi Domini Aste unus ex consiliariis in dicto consilio existentibus surgens ad Arengheriam ad arengandum, & consulendum, arengando, & consulendo, dixit, & consuluit, quod Domini Anziani, & Vexillifer Justitie populi Civitatis Pist., & officium viginti quatuor sapientum Virorum deputatorum super provisionem expensarum Civitatis Pist., & officium duodecim sapientum Virorum deputatorum super provisionem, & munitionem castrorum, & fortellitiarum Civitatis Pist. habeant, auctoritate presentis Consilii plenam bayliam, auctoritatem, & potestatem providendi de Capitaneis, & peditibus, & turrigianis pro tempore duorum mensium incipiendorum die, quo iverint ad custodiam dictorum Castrorum, Roccharum, Turrium, & Fortellitiarum, & etiam providendi de omnibus necessariis, & reparationibus ipsis Castris, Rocchis, Turribus, & Fortellitiis, & possint etiam ipsis Capitaneis, peditibus, & Turrigianis, & cuilibet eorum constituere, & providere de illo salario, & stipendio pro dicto tempore duorum mensium, ut eis videbitur convenire.

In reformatione, & summa dicti Consilii facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu presentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi Justitie populi dicte Civitatis Pist. ad fabas nigras & albas secundum formam statutorum de procedendo, vel non procedendo super dicta proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum triginta duas quod super dicta proposita procedatur, & sic obtemptum, & reformatum fuit, & est non obstantibus quinque consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Item simili modo, & forma, facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, & voluntate dictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi Justitie super Consilio dato super dicta proposita

 per

per Dominum Ser Franciscum, placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum viginti sex, quod sit firmum, fiat, observetur; & executioni mandetur in omnibus, & per omnia pro ut dixit, & consuluit Ser Franciscus consultor prędictus, & sic obtemptum, & reformatum fuit & est non obstantibus undecim consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Postea vero incontinenti post predicta propositum fuit, & consilium postulatum per dictum Dominum Capitaneum in consilio supralcripto de consensu, & voluntate Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi Justitie populi Civitatis Pist. dicto Consilio presentium, deficiente tamen uno ex dictis Dominis Anzianis super infrascripta proposita, & que expensas continet, & continere potest deliberata primo per ipsos Dominos Anzianos, & Vexilliferum Justitie una cum officio viginti quatuor sapientum Virorum deputatorum super provisione expensarum Civitatis Pist. secundum formam statutorum dicte Civitatis videlicet, quod videtur, & placet dicto Consilio providere, deliberare, ordinare, reformare super infrascripta petitione, seu supplicatione coram dictis Dominis Anzianis, & Vexillifero Justitie exibita, & porrecta per operarios opere Sancti Petri majoris dicte Civitatis Pist. lecta per me Notarium infrascriptum in presenti consilio; cuius quidem petitionis, seu supplicationis tenor talis est, videlicet. Coram vobis Magnificis Dominis Dominis Anzianis, & Vexillifero iustitie populi, & Communis Pist. exponitur reverenter pro parte operariorum opere Sancti Petri majoris quod Ecclesia Sancti Petri predicti est adeo discoperta, quod in ea quasi Divina ofitia celebrari non possint, & quod operarii dicte opere pro constructione, & reparatione eiusdem Ecclesie quidquid habet, & habebat dicta opera vendiderunt, & dixtraxerunt, & pecuniam miserunt in reparatione, & constructione prefatis. Et quod ipsa opera nichil habet quod ultra facere possit. Et quod dicta Ecclesia est ut prefertur taliter discoperta desuper, & etiam per latus ipsius, quod in ea stari non potest, & periculum esset nisi provideretur in eius actatione, quod fieri non potest nisi benigna manus communis ibi porrigatur adiutorium. Cum etiam parrocchiani ipsius de propria bursa miserint adiutorium in eadem. Quare humiliter supplicatur vobis Dominis Anzianis, quatenus dignemini, & velitis proponi facere ad consilia opportuna, & in eis facere reformari, quod Cammerarius Communis Pist. de pecunia, & avere dicti Communis det, & solvat dictis operariis, vel aliis pro ut eidem consilio populi videbitur, illud adiutorium, & pecunie quantitatem, que eidem videbitur, & placebit expediendam in reparatione, & costructione dicte Ecclesie, ad hoc ut Deus, & gloriosa Virgo Maria, & beatus Petrus princeps Apostolorum, cui ligandi, & solvendi per omnipotentem fuit & est attributa potestas, custodiat Civitatem Pist., & Cives in pace, & libero statu, & animas Civium uniat, & in fine donet eis gaudia Paradisi in Christi nomine generaliter consulatur.

Gentilis Arrighi unus ex consiliariis in dicto consilio existentibus surgens ad Arengheriam ad arengandum, & consulendum, arengando, & consulendo dixit, & consuluit super dicta proposita, quod Camera dicti Communis Pist. det & solvat de pecunia, & avere dicti Communis Pist., & de ipsa pecunia, & avere dare, & solvere teneatur, debeat operariis Ecclesie Sancti Petri Majoris de Pist. pro ipsa Ecclesia recoperienda, reparanda, & construenda libras ducentas denariorum semper.

Bartholomeus Lapi Nerii quidam alius ex consiliariis in dicto consilio existentibus, surgens ad Arengheriam ad arengandum, & consulendum, arengando, & consulendo dixit, & consuluit, quod dicta solutio dictarum ducentarum librarum denariorum fieri non possit donec tota pecunia lignaminis palatii residentie Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi Justitie predictorum extiterit integraliter persoluta, qua solutione dicti lignaminis integraliter facta dicte libre ducente denariorum dictis Operariis Opere Sancti Petri predicti libere per cameram suprascriptam solvi valeant auctoritate presentis Consilii.

In reformatione, & summa dicti consilii facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu presentia, & voluntate predictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi Justitie populi dicte Civitatis Pist. ad

fabas

fabas nigras, & albas, secundum formam statutorum Pist. de procedendo, vel non procedendo super dicta proposita placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum sexdecim, quod super dicta proposita procedatur, non obstantibus viginti uno consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt, & sic reformatum, & obtemptum fuit, & est.

Item simili modo, & forma facto, & misso distincte partito per dictum Dominum Capitaneum de consensu, presentia, & voluntate predictorum Dominorum Anzianorum, & Vexilliferi Iustitie super consilio dato supra per Dominum Gentilem, & addictione facta per Bartholomeum suprascriptum ipsi consilio Gentilis suprascripti, placuit dantibus fabas nigras repertas numero centum viginti, quod sit firmum, fiat, observetur, & executioni mandetur in omnibus, & per omnia, ut dixit, & consuluit dictus Gentilis, et addidit consilio dicti Gentilis dictus Bartholomeus, et sic obtemptum, et reformatum fuit et est non obstantibus decem septem consiliariis, qui fabas albas in contrarium posuerunt.

Ego Jacobus condam Ser Pieri Venture de Pistorio Imperiali auctoritate Judex ordinarius, et Notarius, et nunc Notarius, et publicus Scriba Dominorum Anzianorum, et Vexilliferi Justitie dicte Civitatis et populi eiusdem ab ipso populo constitutus, predictis omnibus, et singulis dum agerentur interfui, et ea omnia tamquam locum tenens Ser Blaxii Johannis de Vulterris Notarii, et Cancellarii Communis Pist. mandato Dominorum predictorum, et ex debito mei ofitii subscripxsi, et fideliter publicavi.

MANTISSA DUPLEX

Altera Chronicon *quoddam exhibens ex monumentis heic editis collectum, altera* seriem Pistoriensium Episcoporum *reformatam*.

PANHORMITANIS. PATRIBUS SOC. IESV
IN. INSTITUENDIS. ADOLESCENTIB.
SOLLERTIA
LIBRORUM. EDITORUM PRAESTANTIA.
DIVINAE AMPLIFICANDAE GLORIAE
STUDIO
DE. SICULO REGNO
DE. LITTERARIA. REPUB.
DE. CATHOLICA. RELIGIONE
OPTIME. MERITIS
MANTISSAM. HANC
FRANC. ANTON. ZACHARIAS
D. D.
SOCIIS. SPECTATISSIMIS
ATQ.
AMANTISSIMIS

MANTISSA PRIOR.

Chronicon ex monumentis heic editis collectum.

A. C.

DCCXLVIII. RAchisii Langobardorum Regis filius Andreas Pistorii erat (Classe x. 1.

DCCCCXCVII. Otto III. Romae quum esset V. Kal. Martii, diploma edidit pro Episcopo Pistoriensi [x. 14.]

MXIV. In *Papiano* dat hoc anno Henricus II. diploma pro Monasterio S. Salvatoris *Fontanae Taonis* [VIII. 1.]

MXXVI- Conradus Rex pro eodem Monasterio in *campo Lucae* diploma emittit (VIII. 2.)

MXXXVIII. Idem Conradus Imperator VII. Idus Februarii Pistorii commorans Canonicos principis Pistoriensis Templi diplomate donat (VIII. 3.)

MLXXXIX. Romae Urbanus II. morabatur IV. Idus Januarii [VIII. 6.]

MXC. Uti & hoc anno VIII. Idus Aprilis (VIII. 8.)

MXCIV. Pistorii vero erat XIV. Kal. Januarii [VIII. 7.]

MCXVIII. Jacobus Faventinus Episcopus litteras dat ad Ildibrandum Pistoriensium Pontificem, in quibus quae a Schismaticis, eorumque suasu a Comite, & Comitissa de Bagnacavallo sua pateretur Ecclesia, deplorat [IX. 1.]

MCXXXIV.

MCXXXIV. Innocentius II. Pisis erat XII. Kal. Januarii [VIII. 13.] M
MCXLIII. Caelestinus II. Laterani scribit XIII. Kal. Martii [VIII. 13.]
MCLI. Datum hoc anno ab Eugenio III. signiae III. Idus decembres diploma pro Pistoriensibus Canonicis (VIII. 14.)
MCLIII. Duo Laterani edidit Anastasius diplomata, alterum VI. Idus Februarias (VIII. 15.) alterum XVI. Kal. Martias [VIII. 24.]
MCLV. Fridericus Romanorum Rex IV. Nonas Julii in agro Senensi apud Quiritium erat (VIII. 16.)
MCLXXIV. Ferentini XIII. Kal. decembris morabatur Alexander III. (VIII. 14.
MCLXXIX. Inter Montecatinenses, & Consules Pistorienses XII. Kal. Maii pax firmatur (III. 1.)
MCLXXXV. Pridie Nonas Aprilis Lucius III. Veronae erat (VIII. 18.)
MCLXXXVI. XII. Kal. Junii Urbanus III. Veronae manebat [VIII. 24.]
MCLXXXVII. Pisis morabatur Clemens III. XIII. Kal. Februarii (VIII. 19.) porro Henricus VI. Romanorum Rex Papiae Idibus Septembris (VIII 20.) manebat.
MCXCVI. V. Kal. Novembris consistebat Henricus IV. Imperator apud Montem Flasconis [VIII. 21. & 26.]
MCXCVIII. Pacem ineunt Auximates, & Anconitani (III. 2.) eo anno Septembri mense nullus erat Imperator (II. 2.)
MCC. Septembri mense vacabat adhuc Imperium. Gotteboldus Senogalliae Comes cum Auximanis pacem statuit [III. 3.]
MCCIV. III. Non. Januarii inducias paciscuntur Consules Florentini & Pistorienses, Caprolenses, & Comes Guido Burgundio (III. 4.) IV. autem Non. Julii pacem stabiliunt Pistorienses & memoratus Guido [III. 5.]
MCCIX. VIII. Idus Februarii Otto IV. qui paullo antea Pistorii fuerat, apud Pratum morabatur [VIII. 22.]. Apud Ficedum vero VI. Idus Novembres [VIII. 21.], tum III. Nonas decembris Florentiae [VIII. 23.] Hoc eodem anno Bullam habemus Laterani datam ab Innocentio III. [VIII. 24.]
MCCXII. Aliam III. Kal. Aprilis item Laterani Bullam emittit Innocentius III. (VIII. 19.) Catalanus Potestas praeerat Bononiensibus. Pistoriensibus vero Ildebrandinus Lotarius Pisanus Archiepiscopus VII. Idus Septembris arbiter eligitur controversiarum Bononienses inter & Pistorienses. Tertio autem Idus ejusdem mensis apud Sambuccam utriusque Civitatis legatis præcipit, ut pacem firmari omnino curent. Quum autem novis difficultatibus res implicaretur, Pisis III. Nonas Octobris inducias concedit, ea condicione, *ut in proximis octavis S. Martini de mense Nov. ambae partes coram se sufficienter instructae compareant apud vernium*. Quod deinde plane negligunt Bononienses (III. 6.)
MCCXIV. Idibus Februarii Innocentius III. Litteras scribit in caussa, quae inter Soffredum Pistoriensem Episcopum, & civitatem Pistorii [XII. 12.]
MCCXV. VI. Kal. Majas in Plebe de Casi pax icta inter Bononienses & Pistorienses (III. 7.) Inveniuntur Reliquiae Uxoris Zebedaei (VI. 5.)
MCCXVI. Tibure Honorius III. Idibus septembris primicerio Lucanæ Ecclesiæ litteras dat in controversia quadam Monasterii S. Bartholomæi [XII. 15.]
MCCXVIII. Nonis Julii idem Honorius III. Laterani edit diploma [VIII. 24.]
MCCXIX. XVI. Octobris Præceptum D. Ugonis, & Velletrensis Episcopi editum Viterbii Legatis Bononiensibus, & Pistoriensibus, ut pacem ineant, & Leges ab utraque parte servandae (III. 8.)
MCCXX. Conradus Imperialis aulae Cancellarius atque Italiae Legatus cum pridie nonas Februarii Laude Pompej moraretur, Everardum de Lutra nuntium suum per Etruriam instituit (I. 2.) Fridericus autem II. Romanorum Rex litteris datis XI. Kal. Octobris in Castris in Episcopatu Mantuae prope Gode Conradi litteras confirmat (I. 3.) Ad urbem deinde processit Fridericus, & castra ibi posuit [VIII. 25.] Ad hunc annum spectant litterae Honorii III., cum Viterbii degeret III. Idus Martii [XII. 16.]

MCCXXI.

MCCXXI. Idem Honorius III. pridie Kal. Januarij litteris Laterani scriptis præcipit Pistoriensibus, ut castra quaedam reddant Romanae Ecclesiae [II 9.]

MCCXXII. Porro cum Pistorienses Pontificio præcepto repugnarent, idem Honorius III. graves ea de re litteras perscribit Pisano Archiepiscopo, atque Episcopo Florentino (II. 10.]

MCCXXVI. Januario mense Fridericus II. apud S. Quiricum consistebat (VIII. 26.)

MCCXXVII. Anagniae versatur Gregorius IX. VI. Kal. Julii [XII. 18.] Inderetiam Pistorienses per litteras monet, ut hominibus de Garsagnana auxilium præbeant (III. 2.]

MCCXXVIII. XII. Kal. Januarij Andreas Jacobi electus Florentinorum Prætor post Joannem Boccaccium jus dicit in controversia, quae Lucenses inter & Pistorienses vertebatur [III. 13.] Mense autem Junio Fridericus Imperator Brundusii manens Rainaldum Spoleti Ducem suum in Marchia, & Tuscia Legatum constituit (VIII. 27.) Idem Fridericus Troja XIII. Octobris Pistoriensibus scribit, ut damna quaedam ab ipsis illata reparent [III. 12.]. Eo tempore Potestas Pistorii erat D. Jacobus de Burgo (ibid.)

MCCXXIX. Martio Mense Rainaldus Dux Spoleti morabatur apud ripam Trasonis [VIII. 27.] Perusii vero IV. Idus Junii Gregorius IX. (XII. 19.)

MCCXXXI. Auraficae quum esset idem Gregorius VI. Idus Septembris, litteras scribit Benvenuto de Serzana Ord. Praedic. & Girardo de Prato Ord. Min., ut Florentinos, Pistorienses, Senenses, aliosque Etruriae populos deterreant a Pisanis molestia afficiendis (III. 14.). Tertio vero Idus Maij Laterani alias litteras dederat ad Pistorienses hortatorias, ut Friderici II. Imperatoris jussis parerent (IX. 2.)

MCCXL. VI. Idus Julii in vertice montis Castilionis castrum aedificabatur tunc Rex Imperatoris filius Pistorium venit [I. 4.]

MCCXLV. Fridericus II. ab Innocentio IV. Imperio privatur (VIII. 27. Kal. Maij.

MCCLIII. Innocentius IV. Assisio per litteras hortatur Pistorienses ad pacem [III. 15.]

MCCLVII. Alexander IV. Viterbii moratur VII. Idus Augusti [XII. 20.

MCCLXVI. Carolus Siciliae Rex castra habet ad Podium Bonizi XXII. Augusti (IX. 3.)

MCCLXVII. Clemens Pontifex IV. Nonas Martii Pistorii manet [II. 13.] Capuae erat Idibus Januariis Carolus Siciliae Rex VIII. 28.]

MCCLXXV. Idem Carolus pridie Nonas decembris litteris Neapoli scriptis Benaldum de Curto loco suum in Etruria Vicarium constituit amoto Rainaldo de Ponzellis [I. 6.]

MCCLXXVI. Alexandri IV. litterae Laterani VIII. Kal. Maij (VII 5.)

MCCLXXXI. Rudolfus Romanorum Rex Vicarios Imperii Generales in Etruriam mittit, dato Viennae diplomate Nonis Januariis (I. 7.)

MCCLXXXIX. Nicolaus IV. Kal. decembris Romae Bullam emittit qua Recinetensibus civitatis, & Episcopatus honorem restituit (VIII. 29.)

MCCXC. Quum vero Recinetenses ultra praestitutos a Pontifice terminos jura sua amplificare studerent, idem Pontifex VI. Idus Januarias apud urbem veterem consistens eos graviter increpat, atque caeptis desistere jubet [VIII. 30.]

MCCCXV. Robertus Siciliae Rex Neapoli IV. decembris statuit Vicariis a se Pistorium missis servanda esse antiqua ipsius urbis statuta (I. 11.). Pistoriensibus XIV. Novembris puncta faciendae pacis proponunt Florentini [III. 16.], quibus Regius Vicarius D. Raynerius D. Zachariæ imperabat.

MCCCXVII. XIII. Kal. Junii Robertus Siciliae Rex morabatur Neapoli [IX. 5.] Eodem anno Castruccius de Anterminellis Lucensis Reipublicae Capitaneus litteras mittit Pistoriensibus VIII. Kal. Julii Jacopinus de Cornazzaro de Parma Lucensibus erat Potestas; Pistoriensibus Vicarius Regius Hugo de Bactifolle Comes Palatinus [III. 17.]

MCCCXVIII.

MCCCXVIII. Robertus Siciliae Rex XII. Kal. Augusti appulit Genuam, ibique magno cum honore exceptus est. Porro VI. Kal. Augustas Populus, Consilium, & Rectores ejus urbis Romani Pontificis, ac Roberti ipsius imperio ad decennium ultro se se subjecere. Quare idem Robertus scribit ad Pistorienses VII. Idus Augusti, ut pro Genuensibus aciem instruant [III. 20.

MCCCXX. Robertus Neapoli III. Nonas Julias alias edit Leges a Vicariis Pistoriensibus observandas (I. 12.)

MCCCXXI. Sed inde discesserat hoc anno. Nam Aquis morabatur XX. ac XXI. Februarii, quo tempore Vicarium Pistoriensem ad sex menses elegit Nuccium quondam D. Guillelmi de Montepulciano, amoto inde Pino de la Tosa de Florentia Milite [I. 13. 14.]

MCCCXXII. Avinionem deinde profectus est Robertus, unde litteras dedit XXI. & XXII. Aprilis [I. 16. 17. Vicarium Pistoriensem constituens Bavoglianum Manetti Florentinum. Avinione quoque versabatur Johannes XXII. Pontifex Romanus X. kal. Junii (IX. 7.)

MCCCXXIII. Avinione & hoc anno fuere Johannes, & Robertus, ille quidem VI. Idus Julii [IX. 8.], hic pridie kal. Augusti [VIII. 31.]

MCCCXXVII. D. D. Johannes S. Theodori Diaconus Cardinalis Thusciae Legatus VIII. Kal. Martii Constitutiones Florentiae edit, promulgatque pro Cleri Etrusci disciplina reformanda, praesentibus etiam Venerabilibus Patribus Petro Anagnino, Alamanno Amiliensi, Ugolino Civitatis Castelli, Tedicio Taesulano Episcopis, Bosone Arretino electo (IV. 5.)

MCCCXXVIII. Philippus de Sangeneto Roberti Vicarius Generalis Etruriae praeerat IV. Februarii [I. 18.]

MCCCXXIX. Florentini Sindicum instituunt, cuius sit de Pace agere cum Pistoriensibus [III. 21.] Tum IX. Kal. Junii pax ab illis conficitur cum Pistoriensibus atque Pratensibus (III. 22.) Eodem die Pistorienses obedientiam promittunt Johanni XXII. Pontifici, ac rebellionem contra damnatum Ludovicum Bajoariae ducem, & eius Vicarios atque officiales [III. 23.]

MCCCXLIII. Adtulit hic annus V. Idus decembris optatissimam pacem inter Lucenses, Pistorienses & Pisanos (III. 24.)

MCCCXLVI. IV. Nonas Martii Clemens VI. Avinione jus cudendae monetae ad quinquennium concedit Pistoriensibus (VIII. 32.) Eodem anno Carolus IV. *die Sancto Resurrectionis Dominicae Romae in Ecclesia S. Petri Apostolorum Principis per Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Episcopum Ostiensem Cardinalem vice Domini Papae consecratus fuit, & inunctus ac una cum Serenissima Anna Romanorum Imperatrice semper Augusta & Bohemiae Regina Imperialibus Sacris infulis solemniter insignitus*. Qua de re ipse met Carolus Pistorienses per litteras Romae datas Nonis Aprilibus certiores facit [IX. 11.]

MCCCLV. Pisis autem erat Carolus IV. VII. Kal. Julii [VIII. 33.]

MCCCLXXXI. Urbanus VI. Romae VIII. Idus Februarii Auximatibus gratias agit, quod presto fuissent Andreae Dit. SS. Marcellini, & Petri Presbytero Cardinali in *recuperatione Cassari Civitatis Auximanae* [IX. 12.]

MCCCXC. Bonifacius IX. Reate XIII. Kal. Augusti scribit ad Auximates, mittitque ad eos Petrum Archiepiscopum Jaderensem [IX. 13.] Iterum ad Auximates litteras dat Reate Bonifacius IV. Kal. Septembris, hortaturque, ut Rebellibus S. R. E. obsistant, *tenentes indubie, quod ipse almam urbem ingressus die prima, vel secunda mensis septembris mittet ad partes Marchiae Anconitanae dilectum filium Nobilem Virum Andream Thomacellum militem Neapolitanum germanum suum* cum exercitu [X. 14.]

MCCCCIX. Alexander V. Pistorii degit XII. Kal. Januarii, atque Indulgentiam impertitur vespere Sabbati Sancti Missam audientibus in templo S. Michaelis de Furculis (VII. 7.)

MCCCCXX. Martinus V. Florentiae XIII. Kalendas Januarii ad Matthaeum Pistoriensem Episcopum litteras mittit [XII. 22.]

MCCCCXXIX.

MCCCCXXIX. Eidem Episcopo scribit Martinus Romae VI. Idus Maij [XII. 23.]

MCCCCXXXV. Nono Kal. Januarii Eugenius IV. scriptis litteris Thomae Recinetensi, & Maceratensi Episcopo amplissimam facultatem largitur edendarum ad Pistoriensem Ecclesiam reformandam constitutionum [IV. 7.]

MCCCCXXXVI. Thomas nuper Laudatus V. Kal. Februarii constitutiones tulit a Capitulo Pistoriensi observandas [IV. 7.]

MCCCCXLIII. Senis erat XIII. Kal. Septembris idem Eugenius IV., ubi & Bullam edidit, qua Pistoriense S. Bartholomaei Monasterium a Benedictinis transtulit ad Regulares Canonicos S. Augustini (V. 10.)

MCCCCXLVI. Aliae Eugenii Litterae Komae XV. Kal. Februarii (VII. 8.

MDXIII. Moritur Julius II. 21. Februarii Eligitur Leo X. V. Idus Martii (VII. 9.

MAN-

MANTISSA POSTERIOR

Pistoriensium Episcoporum.

Series a Ferdinando Ughellio T. III. Ital. sacrae noviss. edit. col. 282. primum contexta, deinde a Nicolao Coleto aliquantulum aucta, nunc tandem a Francisco Antonio Zacaria Societatis Jesu restituta, atque emendata.

Ferdinandi Ughellii Prooemium.

ANtiquior de civitate Pistorio apud Comicum Plautum in Captivis memoria habetur, (1) qui a condita Urbe Roma floruit circa ann. 550. Jul. Obsequens in lib. de prodigiis; Clarius autem, illustriusque hujus civitatis meminit Sallustius in Catilinario, cum Catilinae ipsius cladem commemorat, (2) unde contendunt aliqui ideo fuisse dictum Pistorium, quasi peritorium, quod Romanis circumventus armis, periisset ibidem. Alii ita dictam volunt a peste, quae reliquias Catilinae, in agro Pistoriensi, qua Florentiam spectat, debellati, afflixit, ut prodit Facius Ubertus lib. 3. Nec defuerunt, qui dicant eam civitatem dictam fuisse Pistorium a πιστὸς, & χώριον duobus verbis Grecis, quae simul iuncta, fidele territorium, Romanis scilicet, videntur significare. Mihi autem Annius de more fabulari videtur, cum asserit oppidum Pistorium eiusmodi nomine appellari, quod in Etruria posita sit, ut inde in Gallias transitus possit patere. (3) Cui haud absimilis modo est Antoninus in itinerario, qui Pistorium nomen deducit a multitudine pistorum, vel qui ibidem alantur, vel qui inde exeant ad accommodate farinam pinsendam in panes. (4) Igitur, ut antiquior Pistorii origo est, quam ut quisquam ejusdem oppidi auctorem expiscari posse videatur, sic in eius nominis ethymologia indaganda plerique Scriptorum gratis, dum cum nausea, cumque risu legentium vaticinantur, insaniunt. Meminit igitur illius clarissime Sallustius, tum Plinius, qui illam appellat Pistorium, Ptolomaeus autem Pistoriam. Ammianus autem Marcellinus cum illam commemorat, ideo illius meminisse potest videri, ut ridiculum illud partum, quod in ea accidit, ad captandam risum legentium proferret in lucem, nec aliam post interitum Catilinae veterem memoriam hujus urbis reperire est. Caeterum moderni Scriptores de illa saepius commemorarunt, quod frequentissime, ac foedissime illius cives abiissent in partes, ita ut Volaterranus Pistorium parentem dissensionum appellet. Prima omnium Haetruriae civitatum, quae gliscentis Florentinae felicitatis subjerit fraenum, Pistorium fuit 1250. Quippe quae saepius divisa in partes, haud diu potuerit suam dignitatem, libertatemque tueri. Inde enim Nigrorum Blancorumque noxiosissimae factiones prodierunt, tum & Panciaticorum, ac Cancellariorum verius rabies, quam simultates, quorum contentionibus, armisque propemodum excisa demum fuisset, ac suis civibus luctuosissime orbata, nisi demum coacta fuisset Florentino parere imperio, indeque ad Medicorum Principum sinum confugisset, sub quorum auspiciis, qua opibus, qua pacis bellique artibus floret quam maxime. Ad radices Alpium in plano, fertilique solo sedem fixit: vallis ad hanc urbem, qua Florentiam itur, patet lata, amoena, omni fructuum genere abundans, oppida, pagos, villas, casas palatiaque in universum habens quadraginta quatuor millia, sinui Bajano non absimilis. Clarissimorum virorum in omni memoria altrix, ac parens, in quibus numerantur Sozomenus presbyter, quem Volaterranus perhibet historiam a mundi exordio ad sua usque tempora pertexuisse, nec non Cynus Sinibaldus Dini discipulus, Bartoli praeceptor, qui de iure multa edidit in codicem, digestumque vetus, & additionem ad Infortiatum, aliosque juris Caesarei libros, & tandem lumen illud sacri Senatus, ac Togae Nicolaus For-

teguerrius Cardinalis potest esse instar multorum; hodieque quamplurimi nitent, in quibus exaggeratae virtutes cum nobilitate generis decertare videntur; quorum nuper princeps fuit Franciscus Bracciolinus poeta insignis, qui Torquati Tassi gloriam felicissime aemulatus propemodum a tergo reliquit, quem sibi unum moderatissime imitandum desumpserat. (5) Inscriptione sigilli Pistorienses hujusmodi utuntur.

Quae volo tantillo Pistoria coelo sigillo.

Caeterum constat Christiana sacra hausisse illam a Romulo Hetruscorum Apostolo. Pistorienses etenim in ejus rei non desituram memoriam, nullum parvulorum undis lustralibus tingunt, cui praeter nomen proprium Romuli nomen non adaptent. (6) Ut autem in primis Hetruriae civitatibus fuit, quae Christianam fidem susceperunt a Romulo, sic haud dubitandum est, a primis illis temporibus eidem attributum fuisse Episcopum, (7) ac deinceps in Pistoriensi sede sibi successisse Praesules, quorum tamen ob bella, incendiaque usque ad annum 600. conditae salutis nulla reperiatur memoria. Perspicitur tamen in antiquis conciliis Pistoriensem Episcopum inter Romanae provinciae Praesules fuisse computatum, qui unius Apostolicae Sedis arbitrium praestolarentur; (8) at postquam Martinus V. Columna Ecclesiam Florentinam in Archiepiscopatum honoris gratia ordinavit, Florentinae Ecclesiae tum subditus, tum suffraganeus renunciatus est an. 1420. Cathedralis Pistoriensis primus patronus S. Martinus Episcopus, cujus usque ad annum 400. habetur memoria. Post annum vero 595. S. Zenoni Episcopo, tamquam protectori Cathedralis consecrata est. Siquidem cum aliquando magna moles aquarum e vicinis collibus erupisset, ac sine ullo exitu Pistoriense territorium occupasset, opemque a S. Zenone Episcopo implorassent, dehiscente miraculose Podio, vis illa aquarum in diversa defluxit In divis autem tutelaribus S. etiam Jacobum Apostolum habet, quod ejusdem insigni reliquia anno 1145. ditata est, sub Attone Pistoriensi Episcopo [9]. Ejus Ecclesiae capitulum 22. ordinariis Canonicis coalescit, sexque supranumeralibus: quatuor antiquas dignitates habet, sexque recentes, quae diversarum nobilium familiarum jurisdictionem agnoscunt: Archidiaconatus Pandulphinae Florentinae nobilissimae gentis juspatronatus est: Decanatus Panciaticorum: Primiceriatus Conversinorum: Thesauratus Bracciolinorum: Prioratus Panciaticorum: Sacristae munus Alfaraliorum: Rectoratus Gualfreduciorum: Custodis autem munus gentis Marchettae. Minores autem Sacerdotes, ac beneficiarii, clericique inferioris ordinis haud sane temnendum numerum explent. Cathedralis ut pretiosa supellectili instructa est, sic quamplurimis Sanctorum reliquiis condecoratur, in quibus elucent SS. Felicis, atque Rufini Pistoriensium sacrata ossa. Non pauca ibidem Monialium monasteria constructa visuntur, cum interim ibi non desint diversorum ordinum religiosi, qui divino operi urgendo invigilent. Ampla jurisdictione gaudet, ita ut usque ad Pratum nobile totius Hetruriae Emporium extendatur, ad cujus spirituale arbitrium ab immemorabili regitur, ac gubernatur. Tametsi inter Praepositum loci, Praesulemque Pistoriensem haud defuerint graves, implicitaeque lites.

Catalogum Praesulum Pistoriensium, ex paucis illis monimentis, quae bella incendiaque reliqua fecerunt, elumbem, hiulcumque deprompsimus.

Nic. Coleti additio.

QUÆ de Pistoriensis Ecclesiae primordiis enunciavit Ughellus, ut D. Romulo Fesularum Episcopo, & Martyri tribuenda sint, inde etiam comprobantur, quod in publicis ejusdem Ecclesiae tabulis pridie nonas Julii inscribitur Divus Romulus, primus Pistoriensium Catechista, ac Baptista. Hinc dubio procul derivasse videtur mos quidam piissimus, vere dignus commendatione, & omnium saeculorum usu comprobatus, ut in tanti Beneficii memoriam, Pueri, Puellaeve quotquot in Cathedrali Pistoriensi baptizantur, Romuli, vel Romulae ab ipso Ministro inditum nomen accipiant. Quae enim unquam afferri ratio potest, cur D. Romulus, qui, ut scribit Baron. ann. 46. n. 2.,

&

& ann. 98. n. 11. ad hanc Etruriae partem, soli ubertate annonariam appellatam, a B. Petro Apostolo in opus Evangelii missus fuerat, quique subinde Bergomi, Brixiae, & alibi per Italiam Christum annunciavit, Pistorium jam tunc celebre, ac Populo refertum, & Fesulis, quo primum pervenerat, finitimum, in Fide erudiendum, sociorum saltem ope impensius non susceperit? Et quamvis ob bella, incendiave, quibus actis retro saeculis Pistorii Civitas gravissime afflicta fuit, meliora afferri monumenta non possint, haud dubitandum tamen est, a primis hisce temporibus Pistoriensi Ecclesiae attributum; ac deinceps alios, atque alios in Pistoriensi Sede locatos Praesules, id exigentibus Fidei Catholicae majoribus incrementis, quae Pistorii contigisse argumento est, quod nulla unquam clades, aut persecutio Christianorum ibi fuerit, quas proximis in locis frequentes iisdem temporibus accepimus. Quae cum ita sint, probandum utique nemo sibi suadebit, quod Ughello suggestum inscite ab aliquo fuisse credendum est: Ecclesiam scilicet Pistoriensem primum D. Martino dicatam, Divique Martini memoriam ad quadringentesimum in ea annum perdurasse. Migravit enim D. Martinus a saeculo anno 402. juxta Baron. n. 49. Quomodo ergo potuit D. Martino sacra primum fieri Pistoriensis Ecclesia, quae jam ante D. Martinum Episcopali honore praefulsit? Quomodo in ea finiri D. Martini Titulus eo tempore, quo nequidem coepisse poterat? (10) Quod si, ut prosequitur Ughellus, Divus Zeno Veronensium Episcopus, & Martyr, assumptus in Titulum fuisset, post patratum Veronae Athesis erumpentis prodigium, quod eo tempore contigisse, quo libros Dialogorum scribebat, D. Gregorius Magnus testatus lib. 3. cap. 19. atque ita post annum 593. juxta Baron. n. 43. haec tituli mutatio, quae septimi saeculi initio evenisset, non extitisset tam prisca, ut omni prorsus monumento apud nos destitueretur. (11) Verius igitur est Pistoriensem Ecclesiam eidem D. Zenoni, qui multo ante D. Martinum claruit, etiam antiquitus fuisse sacram, vel certe alii, quam D. Martino. Aliorum tamen Sanctorum Titulos olim coluit Pistoriensis Ecclesia, sed D. Zenoni principem locum dedit. Hinc in quadam donatione ab Othone II. Imperatore eidem Ecclesiae facta anno 997. legitur: *In honorem Sanctorum Zenonis, Rufini, & Felicis*: & clarius in alio simili Instrumento per Fridericum I. anno 1154. *Ecclesiae in honorem Sanctorum Zenonis, & Rufini, atque Felicis dicatae*. Inter hos etiam D. Martinum recensuisset, si illum unquam accepisset in Patronum. Neque enim fuisset aversata eundem cum D. Zenone colere, quae alios una cum ipso in Patronos admisit. (12) Caeterum sequentibus saeculis D. Zenonis tantummodo nomen retinuit. Agitur autem solemnis D. Zenonis memoria VI. Idus Decembris, quo die Vir sanctus fuit in Episcopum ordinatus, licet pridie Idus Aprilis Martyrium passus sit. Sacer tamen & hic dies est Ecclesiae Pistoriensi, & utriusque diei meminit Martyrologium Romanum.

Cathedralis Pistoriensis inter totius Italiae antiquiores, ac celebriores merito recensenda, ut sacra supellectili, ita quoque pluribus sacris, iisque insignibus Reliquiis praedives est. Elucent praeceteris pretiosi Sanguinis D. N. J. C. Vasculum, & Sanctissimae Crucis lignum. Illud donum augustissimum eximiae pietatis Clementis IX. Summi Pontificis, quo suam Patriam ditavit, asservaturque in Capella S. Jacobi Apostoli, ac magno in honore habetur; hoc vero amantis animi Francisci Frosini Pistoriensis Archiepiscopi Pisani erga hanc Ecclesiam, quam antea administraverat. Elucent Reliquiae S. Jacobi Apostoli B. Atthoni Episcopo Pistoriensi per Didacum Archiepiscopum Compostellanum concessae, quibus populi Pistoriensis Religio insignem Capellam Sacrificiorum frequentia, ac luminum diu noctuque ardentium numero admiratione dignissimam, atque Altare argenteum opere anaglyphico mira arte constructum dicavit. Accessere & aliae ejusdem S. Apostoli Reliquiae, quas in statuam argenteam collocatas idem Pisanus Archiepiscopus nuper memoratus donavit. Asservantur etiam Sacra Corpora, tum S. Rufini, non Pistoriensis, ut scribit Ughellus, sed Marsorum Episcopi, & Martyris, de quo fideliora acta ab hac ipsa Ecclesia accepisse testatur Baron. in notis ad Martyrolog. 3. Idus Augusti, tum

Felicis Pistoriensis Presbyteri, tum S. Athonis Episcopi, quod in propria Capella, & in arca argentea affabre effícta conditum est, ac per sex fere saecula integrum, incorruptumve ad capillum usque servatur. Quinimo, cum superiore anno recentibus indueretur Pontificalibus vestibus, veteribus decursu temporis attritis flexibile summam cum omnium admiratione se praebuit..

Capitulum Cathedralis, e quo plures Episcopi, etiam nostris temporibus, prodiere, undecim Dignitatibus, ac quindecim Canonicatibus constat. Ex Dignitatibus Praepositura, quae prima est, & Archipresbyteratus, quae secunda, ac decem praeterea Canonicatus, qui de Massa nuncupantur, ad liberam sunt collationem; Reliquae vero dignitates, & Canonicatus, de jurepatronatus Nobilium familiarum sunt. Omnes ex indulto Clementis IX. Cappas magnas coloris Violacei supra Rocchettum cum cucullo intus hyemali tempore pellibus Armellineis, estivo vero rubro serico ornato more Episcoporum in functionibus Ecclesiasticis deferunt; in functionibus autem particularibus, dum uti singuli incedunt, Mozzettam, cum parvo caputio rubro serico, assutam, supra Rocchettum, prout Episcopi saeculares in propria Dioecesi. Solent etiam arbitrio Capituli eligi alii Canonici supranumerum, qui dicuntur honorarii, eundemque habitum in functionibus Ecclesiasticis deferunt, sed locum in actibus capitularibus non obtinent, nullaque consequuntur emolumenta. Deest Praebenda Theologalis, sed ejus loco in Cathedrali habetur lectio Theologiae moralis qualibet II. & V. feria post Completorium a P. Societatis Jesu ex legato Aenae Tonti Canonici ejusdem Ecclesiae. Inserviunt praeterea Cathedrali Ecclesiae LIV. Mansionarii, qui ex eodem Indulto Clementis IV. Cappas item magnas violaceas, sed cum cucullo hyemali tempore cinereis pellibus, aestivo vero violaceo serico ornato deferunt supra Cottam. Adest Collegium XXII. Clericorum, vestes violaceas induunt, & in eadem Eclesia Clericalia in Divinis Officiis munera exequuntur, ac congrua percipiunt emolumenta, priorumque Praeceptorum opera literis, aliisque Ecclesiasticis disciplinis instruuntur. Adest schola Musicorum, qui diebus festis Missam, & Vesperas more Palatii Apostolici canunt, & a Capitulo eliguntur. Adest tandem Seminarium Leonis Strozzae Episcopi providentia anno *1693.* ad mentem Concilii Tridentini institutum, ab eius nomine S. Leonis nuncupatum, in quo Pueri plerique Nobiles, & pietate, & bonis artibus optime instituuntur crescitque in dies, & numero, & facultatibus & gloria. Proventus Episcopales bis mille aureorum Florentinorum summam conficiunt. Horum taxa est Floren. *466.*

Praeter Cathedralem sunt aliae XXVII. Parochiales in civitate, quarum quatuor praecipuae habentur, videlicet S. Andreae Apostoli, S. Joannis Evangelistae, S. Pauli, & S. Mariae Humilitatis, quibus inserviunt plures Capellani diebus festis, aliisque per annum, suntque veluti Ecclesiæ Collegiatæ, atque earum Rectores in Ecclesiasticis Functionibus ex antiquissima consuetudine incedunt cum Canonicis Cathedralis, aequalique praerogativa gaudent.

Porro Ecclesia S. Mariae de Humilitate appellata, quae anno 1490. gliscentibus civilibus discordiis sudore sanguineo manavit, cujus aduc vestigia cernuntur, ejusque memoria quot annis *16.* Kal. Augusti solemni officio per Sedem Apostolicam concesso celebratur. Huic Imagini Augustissimum templum extruxit Populus Pistoriensis, Peregrinorum frequentia celebre, quod sacra supellectili, Ministrorum numero, proventuum copia, Musicorum Schola, sacrarum Reliquiarum excellentia, functionum Ecclesiasticarum magnificentia, non modo collegiatas, sed Cathedrales etiam celebriores antecellit. Imago ipsa anno *1716.* die 20. Septembris solemni Ritu coronata fuit a Capitulo Vaticano per Nicolaum Fortiguerram Pistoriensem SS. D. N. Clementis XI. Praelatum Domesticum, utriusque Signaturae Referendarium, & ejusdem Basilicae Canonicum, cui Deus Nicolai Fortiguerrae Cardinalis amplissimi gloriam, dignitatemque tribuat aemulari. Haec vero aureae coronae solemnis impositio, eo celebrior effecta est, quod non modo Populi e Finitimis Civitatibus frequentissimi, sed & Principes Regiae Domus Etruriae interfuere. Ecclesiae Parochiales Dioecesis extra Civitatem 147. numerantur, inter quas Plebaniae 37. Parochiales 22. reliquae simpli-

simplices Parochiales. Populus vero ad septuaginta quinque mille animas ascendit. Sunt praeterea in Civitate decem Virorum Religiosorum Coenobia, videlicet S. Michaelis de Furcule Monachorum Congregationis Vallis Umbrosae, a Leone Episcopo Pistoriense anno 1084. erectum; S. Benedicti Congregationis montis Oliveti, in cujus Ecclesia conveniunt Equites S. Stephani, quoties juxta statuta Ordinis Congregationes ineunt; S. Bartholomaei Canonicorum Regularium Lateranensium, cujus Abbas in functionibus sacris etiam extra claustra Mozzettam induit supra Rocchettum more Episcoporum in propria Dioecesi; S. Dominici Ordinis Prędicatorum, quod Nicolaus Cardinalis Pratensis restituit, ut scribit Ciaconius in ejus vita sub Benedicto XI.; S. Francisci Minorum Conventualium; Ss. Virginis ab Angelo Annuntiatae Ordinis Servorum; S. Laurentii Ordinis Minimorum: Collegium Societatis Jesu non multis ab hinc annis erectum, manus adjutrices dante inclita familia Rospigliosia. Est & Hospitium Clericorum Regularium Minorum in Ecclesia Ss. Crucifixi, quae fuit olim Fratrum suppressorum S. Barnabae, alio nomine Apostolorum, sive S. Ambrosii ad Nemus: extat & Congregatio Oratorii S. Philippi Nerii, cujus Patres in opus salutis magna cum utilitate laborant.

Sunt & sexdecim sacrarum Virginum Monasteria, videlicet; S. Petri Majoris Ordinis S. Benedicti; S. Mercurialis Episcopi, ejusdem Ordinis, sed Congregationis Vallis Umbrosae; S. Mariae Angelorum, a Sala nuncupatum, eo quod olim extra Civitatem in loco, qui Sala vulgo dicitur, extructum fuerit, deinde in Civitatem translatum, cui pluras opes dedit pia foemina Adola Rospigliosia ea lege, ut puellae ex aliquibus familiis nobilibus gratis exciperentur; Ss. Michaelis Archangeli, & Nicolai Episcopi, quae duo item sunt ejusdem Ordinis S. Benedicti, sed Congregationis S. Justinae de Padua; S. Mariae Virginum], sive ad Nives, satis antiquum, sic appellatum, quod in eo olim piae quaedam Virgines Reipublicae sumptibus alebantur, ut preces pro communi salute funderent, excrevit paulatim in Monasterium Ordinis S. Augustini, & Moniales induunt vestes albas, ac deferunt ante pectus, sed prope sinistrum brachium parvam crucem auream rubro colore pictam, a qua suam desumpsisse videntur Equites S. Stephani Pisarum, Monasterium S. Mariae gratiarum vulgo del Letto, sic dictum, quod, cum ibi esset Hospitale, B. V. Maria cuidam puellae infirmae apparuit, eique sanitatem restituit. Fuit erectum anno 1526. in Monasterium ejusdem Ordinis S. Augustini, & illius Ecclesia magna Populorum frequentia ob singularem in B. V. devotionem decoratur. Duo haec Monasteria sub Regimine Civitatis, quoad temporalia manent. Monasterium S. Georgeii martyris, sive S. Bernardini Senensis sub Fratrum Minorum Observantium usque ad annum 1600. circiter, ab inde vero sub Ordinarii Regimine. Moniales profitentur Regulam Tertii Ordinis S. Francisci approbatam a Nicolao IV. argenteum Jesu nomen ante pectus deferunt ob S. Bernardini Senensis memoriam. Monasterium S. Joannis Baptistae a Joanne Baptista Ammannato Viro Nobili extructum, & ab ejus nomine nuncupatum Christi Praecursori, institutum vero in Regulari Disciplina ab Eligia Balduini Nobili Florentina, & Moniali Ordinis S. Clarae anno 1320. Moniales profitentur primam regulam S. Clarae, sed juxta moderationes eidem factas per Sedem Apostolicam. Monasterium S. Clarae a piis foeminis Magdalena Visconta, & Puccina Cyni Celeberrimi J. C. Matertera anno 1320. Moniales profitentur Regulam S. Clarae, traditam ab Urbano IV., & haec duo Monasteria olim sub Regimine Minorum Conventualium usque ad tempora S. Pii V. fuerunt, ab inde vero sub Ordinario sunt constituta, Monasterium S. Desiderii Episcopi, & Martyris ejusdem Ordinis S. Clarae sub ipsius Urbani IV. Regula: Monasterium S. Sebastiani Ordinis Jesuatorum sub Regula Sancti Augustini, additis quibusdam particularibus Constitutionibus a Sede Apostolica nominatim approbatis. Monasterium S. Elisabeth Reginae Hungariae Tertii Ordinis S. Francisci. Monasterium S. Mariae Magdalenae mulierum poenitentium, vulgo Convertitarum, que Regulam S. Francisci de poenitentia profitentur. Monasterium S. Luciae Virginis, & Martyris Ordinis Praedicatorum sub Regula S. Augustini. Moniales vivunt juxta primaevum S. Dominici institu-

ſtitutum, ac ſub Regimine Fratrum Praedicatorum. Monaſterium S. Catharinae de ſenis Tertii Ordinis S. Dominici, & ſub eorumdem Fratrum Praedicatorum Regimine. Extat etiam Conſervatorium Puellarum, ſive Virginum Pueri Jeſu, quae more Monialium in Clauſtro vivunt, & inſtituendis Puellis ad Sacram Communionem vacant, pro ut Romae in uſu eſt.

In Dioeceſi vero virorum Religioſorum coenobia ſex, nempe S. Salvatoris de Vajano ex antiquioribus Congregationis Vallis Umbroſae, de quo mentio in Conſtitutione Urbani II. anno 1090. B. Mariae vulgo delle Sacca Congregationis Montis Oliveti; S. Franciſci de Carminiano Minorum Conventualium, ex quo prodiit tertius totius Ordinis Minorum poſt S. Franciſcum Generalis; S. Franciſci Minorum Obſervantium in peramoeno loco vulgo di Giaccherino prope Civitatem in ſolo Nobilis Familiae Panciaticorum, in quo inſtructiſſima aſſervatur Bibliotheca; Ss. Crucifixi Cappuccinorum, & Ss. Conceptionis eorundem Cappuccinorum in ſolo Nobilis Familiae Odaldae erectum.

Sunt & in Dioeceſi quatuor ſacrarum Virginum Monaſteria in locis inſignioribus Montanae, nempe S. Bonaventurae de Cutiliano ſub prima Regula S. Clarae. Floruere in hoc Monaſterio ſuperiori ſaeculo cum regulari diſciplina liberales facultates. Nam Lucia quaedam Virgo ex honeſta Familia Palearia nata, a pio Sacerdote Theologo, humaniores literas, Philoſophiam, ac Theologiam edocta, alias Virgines eiſdem facultatibus imbuit. Sed Piſtorienſes Epiſcopi, ne Religioſae ſimplicitati detrimento eſſet, hunc diſcendi ardorem extinxerunt. Porro Luciae fama ita percrebuerat, ut undique ad eam de Theologia, ac ſacris literis quaeſtiones deferrentur, quae cuique ſciſcitanti faciebat ſatis. Eidem extructum e marmore monumentum, ac locata ſtatua in Eccleſia Monaſterii cum hoc Epitaphio.

Quiſquis feſtinum huc moliris inceſſum, ſiſte gradum viator. Paucis te vult, hoc, quod conſpicis e pario lapide Monumentum poſitum, crede virtuti. Non hic mortis Lyceum, ſed eruditae Minervae Paleſtricum putes; Lucia Palearia e Cutiliano, morum innocentia & virgineo candore ſpectabilis, hic tumulum ſortita eſt. Palladis alumnam dixeris, quae in Caſtris ſapientiae pernoctavit, univerſos Philoſophiae, atque Theologiae Theſauros exhauriens. Flevere illam bonae artes, quae, ea vivente, Etruriam habuere pro Attica. Magiſtra inſuper morum lectas doctrinae fruges Patriae ſuae Monialibus expoſuit. Quae ejus obitum effuſis lachrymis proſequutae, ut perennis memoria viveret, poſuere anno ſalutis 1643. Obiit aetatis anno 29.

Syderei pete ſumma Poli convexa Virago,
    Dum rapit immiti te Lybitina manu.
Hoſpes odorato fundet tibi lilia culmo,
    Gaudebitque ſuam Pallada Thuſcus habens.

Extant & alia ſacrarum Virginum bonis artibus inſtructarum monumenta, ſed hoc praemiſiſſe ſatis.

Monaſterium S. Catharinae Senenſis de Sancto Marcello, tertii Ordinis S. Dominici: Monaſterium S. Franciſci de Lizzano ſub prima Regula S. Clarae, ſed juxta moderationes Eugenii IV. Monaſterium Ss. Dominici, & Franciſci de Pupilio, cum eſſent olim duo, ſub utriuſque Sancti nomine in unum coaluerunt.

Septem in Civitate ſunt Hoſpitalia. Primum S. Mariae Pauperum vulgo del Ceppo pro excipiendis curandiſque tum viris, tum mulieribus infirmis, cui inſerviunt piae quaedam Virgines habitu, & moribus Monialibus haud diſſimiles, quae erant olim Ordinis Jeſuatorum. Secundum pro expoſitis alendis, cui vir nobilis praeeſt a Conſilio Populi electus. Reliqua pauperibus, ac peregrinis pro accubitu deſtinata ſunt.

In Dioeceſi vero Hoſpitalia ſunt ſexdecim, unum incurabilium, reliqua autem pro pauperibus ad accubitum.

Laicorum Confraternitates Civitatis triginta ſeptem, quae ad varia pia opera juxta cujuſque inſtitutum congregantur in propriis Oratoriis; Dioeceſis vero Confraternitates centum quadraginta, quo numero non computantur piae Sodalitates B. Mariae de Roſario, de Cingulo, de Monte Carmelo, & ſimiles. Porro

inter

inter Confraternitates Laicorum memoria digna eſt, quam ſub titulo S. Nicolai Epiſcopi in Comitatu Vernii Comes Flaminius Bardi inſtituit ex ejus teſtamento, cujus proventus ad ſex mille aureos aſcendentes in varia pia opera & eleemoſynas erogantur, ratioque redditur Capitulo Piſtorienſi.

Tres praeterea ſunt in Civitate Congregationes Presbyterorum ſaecularium videlicet Ss. Trinitatis, S. Spiritus, & B. M. V. pingues proventus obtinentes ad miſſarum celebrationem, aliaque opera pietatis, quae earumdem Confratres exequuntur.

Inter pia loca Civitatis merito adnumeranda Fabrica, ſive opera S. Jacobi Apoſtoli, cujus proventus ad ſex mille aureos in ejuſdem S. Apoſtoli Capellae in Cathedrali ſitae ſumptibus, pauperum eleemoſynis, & dotibus puellis pauperibus conſtituendis erogantur. Annumeranda pia domus ſapientiae per clarae memoriae Cardinalem Nicolaum Fortiguerram propriis ſumptibus extructa, largoque cenſu ditata, cui fuere anno 1474. a Sixto IV. unita quaedam Hoſpitalia. Proventus erogantur in alendis duodecim Adoleſcentibus in aliqua Univerſitate, qui modo Piſas mittuntur, in ſtipendio Doctorum, qui Jus Canonicum, Civile, Philoſophiam doceant, in alendis item aliis, qui Doctores renunciati Romae, vel Florentiae, vel alibi ſtudia proſequuntur; in augenda, conſervandaque Bibliotheca publico uſui deſtinata. De hoc pio loco plura Ciaconius in Vita Card. Fortiguerrae ſub Pio II. & Raphael Volaterran. lib. 5. Piſanar. rer. utrique loco praeeſt Magiſtratus e Civium Nobilium numero electus. Extat & Mons Pietatis ſub Regia Etruriae Principum Protectione.

Inter Eccleſias, locaque pia Civitatis, ac Dioeceſis Piſtorienſis non adnumerantur, quae extant Prati; cum anno 1653. 10. kal. Octobris ex literis Apoſtolicis Innocentii X. fuerit ipſum Oppidum a Piſtorienſi Dioeceſi ſejunctum, & in Civitatem erectum; de quo infra late differemus.

Piſtorienſis Epiſcopus quoad Ordines conferendos Subditos quoque habet Piſcienſes. Nullus enim ex Piſcienſi Territorio promoveri ad Ordines poteſt, niſi per Epiſcopum Piſtorienſem, aut cum ejus literis Dimiſſoriis, ſeu Reverendis ut vocant. Sede vero Epiſcopali vacante ad Piſtorienſe Capitulum ſpectat Piſcienſibus pro Ordinibus literas dare, & nuper anno 1715. a Viſitatore Apoſtolico Territorii Piſcienſis ſuſpenſi fuerunt declarati nonnulli ejuſdem Territorii, promoti ad Ordines inſcio Piſtorienſe Capitulo, cum Sedes vacaret. (13)

FRAN-

A D N O T A T I O N E S.

In Ughellii Prooemium, & Nic. Coleti Additionem.

[1] En Plauti celebrem locum:
Multis & multigeneribus opus est tibi
Militibus, primum dum opus est Pistoriensibus,
Eorum sunt genera aliquot Pistoriensium,
Opus paniceis, opus placentinis quoque
Opus Turdetanis, opus est Ficedulensibus.

NEmpe *Pistorienses* (verba sunt Dominicani *Orlendii* (*orbis Sacr. & Prof. part. II. lib. III. cap. XI. pag. 1306.*) *quo nomine licet Pistores significet, tamen ex Pistorio Italiae Urbe allegoriam desumit: quemadmodum ibi ab Urbe Placentia* Placentinos, *eos, qui placentas conficiunt, intelligit, & nihilominus ad Cives Placentinos alludit;* Turdetanos, *eos designans, qui turdos venantur: verum Turdetani sunt populi non longe a Gadibus:* Ficedulenses *a Ficedulis vico Romano per jocum significans eos, qui vendunt ficedulas.* Haec ille *Lambinum* exscribens. Ego vero *Cynio* erudito viro Oppidi *S. Marcelli*, qui aliquot abhinc annis librum edidit de antiquitatibus Pistoriensium montium, locorumque in iis existentium, adsentiri malim. Nego igitur, quidquam ex eo *Plauti* loco effici pro *Pistoriensis* Urbis antiquitate. Nam invictum quidem esset, quod ex eo *Orlendius*, *Salvius*, aliique Pistorienses ducunt, argumentum, si quae sequuntur nomina, singula totidem urbibus responderent. At quum *Ficedulenses Plautinos* iidem ipsi, qui pro Pistorio pugnant, non urbem interpretentur, quae nulla fuit, sed *Romanum* vicum, cur *Pistorienses Pistoriensis* urbis incolae necessario intelligantur, non video. Nam quemadmodum *Ficedulensium* nomen a *Romano* vico ductum est, ita & a *Foro Pistorio*, quod *Romae* erat, alterum derivari non incommode potuit. Ceterum quos ego consului in celeberrima *Laurentiano-Medicea* Bibliotheca *Plauti* MSS. codices sex, Plutei nempe sexti & tricesimi codices 36. 37. 38. 39. 40. & 41. hi *Pistorensibus*, ac *Pistorensium* legunt.

[2] Negat id *Cynius*; cur enim qui *Pistoriensis* agri meminerat *Sallustius*, nusquam urbem ipsam *Pistorium* commemorat? certe *Faesulanum* agrum, sed & *Faesulas* idem ipse nominat. Neque vero Ager sine urbe consistere nequit. Nam *Picenum* agrum saepius apud veteres legimus, *Julius obsequens* in libro *de prodigiis* inscripto *Stellatem* agrum, agrum *Vaticanum Livius* nominat (*Libro X.*), neque umquam existere Urbes, a quibus agri illi nomen adceperint. De hoc infra.

(3) Alias de etymo, atque originibus Pistoriensis Urbis Sententias, seu potius fabellas recenset, confutatque *Salvius* [*T. 1. histor. lib. 1. pag. 5. & seqq.*] Fabulator & ipse, quum eam a *Saba* cognomento *Pistio* anno ante Christi nativitatem CIƆIƆ CCCXCVI. conditam scribit (*pag. 17.*] *Mazochius* Vir Clariss. ab Hebraea voce *Pistha*, quae *linum* significat, *Pistorium* dictum putat. At id quidem vero fortasse esset simile, si quod ibi nascitur linum, singulare esset, cuiusmodi *Viterbiense*, *Cremonense* etc. At nihil in eo tam excellens, quod ceterarum hetruscarum Urbium Lino commune non sit. *Hetruscum* fortasse nomen *Pistorium* diceret aliquis, si Veteres inter Hetruscorum Urbes connumerari haec posset. Verum quum nusquam eius mentio apud antiquos illos scriptores, qui populorum illorum civitates non semel commemorarunt, quis istud sibi persuadeat? *Hetruscum* quidem nescio quem *Pistoriensium* nummum scimus hisce annis in lucem prodiisse *ab Sano Plancho Arminensi Medico* inlustratum. Hunc tamen egregie falli, neque nummum illum ad *Pistorienses*, sed ad *Paestanos Lucaniae* populos referendum esse luculenter demonstravit doctissimus *Passerius* in ea, quam *de Nummis Etruscis Paestanorum* divulgavit in *Gorianis Symbolis*, dissertatione.

[4]

[4] Haec opinio ceteris verosimilior est, cui praeter *itinerarium Antonini* nomine inscriptum robur addit *Pistoriae* nomen a *Ptolomeo*, aliisque Urbi illi inditum. At obstare huic etymo videtur observatio illa, quam in *Florentinis literariis ephemeridibus* a 1745. num. VII. invenio, Pistores nempe, quos *furnarios* dicimus, eo convenire haud solere, ubi hominum frequentia non sit panem comedentium. Qua de caussa eius observationis auctor mallet, Pistores, a quibus *Pistorii* nomen, fuisse illos, qui molebant, & ipsos ab antiquis *Pistores* dictos; ut quo loco Pistorium situm est, pistrinorum olim multitudo fuerit; nam ad pistrina a dissitis quoque locis concursus fit. Atque hoc quidem, quod postremo loco dicitur, probare non possum. Nam etsi qui granum adterebant, *Pistores* olim adpellabantur, id tamen nominis ante inventum molarum usum obtinuit; quo tempore homines illi frumentum pilis contundere consueverant. Quare si ab his *Pistorii* nomen sumimus, non equidem intelligo, quei pistrina ibidem constituta fuisse velimus. Quod vero ad Pistorum illorum, unde *Pistorio* nomen obvenerit, conditionem adtinet, non admodum a dicta sententia abhorruerim, eosque intelligere mallem, qui granum ipsum conterebant, quam qui subacta farina panem conficiebant. Quamquam si quis hos omnino velit fuisse, qui *Pistorio* nomen dederint, per me licebit, in sua sententia permaneat. Nam negari nequit, furnos quoque procul a frequentia hominum oppidorumque constitui posse, unde ad finitima loca panis deferatur. Exemplum de medio aevo ductum habemus in citatis *Florentinis* ephemeridibus. Quo autem tempore, & a quibus *Pistorium* conditum fuerit, si quaeras, ajo, illud tam certum, quam certissimum, saltem ante annum Urbis conditae DCCXLII. *Pistorium* extitisse, & *Romanorum* coloniam fuisse. *Plinius* enim *Pistorium* memorat lib. II. c. V. auctorem sequutus *Divum Augustum* [diserta eius verba sunt], *descriptionemque ab eo factam Italiae in regiones XI. . . . . Coloniarum mentione signata, quas ille in eo prodidit numero.* Quum igitur *Plinius Coloniae* nomen *Pistorio* non addat, ante *Augustaeam* descriptionem *Coloniam* fuisse *Pistorium* negari non potest. Dixi *saltem ante annum Urbis conditae* DCCXLII. Nam quo anno descriptio illa ab *Augusto* facta fuerit, non constat; factam tamen fuisse ajunt, *Agrippa* nondum vita functo, qui anno conditae Urbis DCCXLII. e vivis excessit. Heinc porro illud magna verisimilitudine sequitur vix fieri potuisse, ut quum *Catilinarium* bellum conscripsit *Sallustius*, Pistorium nondum conditum esset. Mortuus est enim *Sallustius* quadriennio ante *Actiacam* pugnam, quarto nempe, & vicesimo ante *Agrippae* obitum, quum *Actiaca* pugna commissa fuerit anno V. C. DCCXXIII. Quod igitur a praeclaro illo *Catilinarii* belli historico *Pistorii* mentionem nullam habemus, argumento haud est, tum Urbem illam non extitisse; sed potius iniuriae temporum vertendum, qua factum, ut integrum ad nos opus illud nequaquam devenerit; in illis enim, quae desiderantur, pagellis fortasse *Pistorium* memorabatur. Quamquam etsi ille revera mentionem eius Urbis praetermisisset, aliae silentii hujus caussae excogitari possent, neque illo abutendum ad iniuriam *Pistoriensium*, quum eorum Urbem *Sallustio* scribente floruisse, uti dicebamus, verosimillimum sit. Sed nec *Cynius* ipse, quem *Pistoriensibus* obsistere vidimus; & *Sallustii* silentium urgere, id inficiabitur. Nam post pugnam cum *Catilinariis* commissam *Antonii* milites vulnera curaturos, & Catilinarii exercitus reliquiis hac illac dilapsis obstituros eo loci consedisse ait, ubi *Pistorium* videmus, Urbisque veluti fundamenta jecisse, quod illi libentes concedimus. Quare quum *Catilinae* exercitus anno V. C. DCXCI. fusus a *Romanis* fuerit, fateatur & ipse necesse est *Sallustio Pistorium* fuisse vetustius. Quid ergo in *Sallustii* silentio triumphat tantopere vir doctus? quid Agrum *Pistoriensem a Sallustio* disertis verbis commemoratum legens exempla cogit, quibus efficiat, agrum sine urbe existere potuisse? Nonne probabiliora dixisset, si a *Sallustio Pistoriensis* agri nomen adhibitum fuisse adfirmasset, non quod *Catilinaria* pugna antiquior fuisset Urbs *Pistoriensis*, sed sui temporis, quo jam *Pistorium* exstabat, ab eaque urbe ager ille universus adpellabatur, morem sequuto.

[5] De his omnibus egimus in *Bibliotheca Pistoriensi*.

[6] Populorum traditiones saepe soepius fabulosas esse nae is stultus sit, qui negaverit, dum tamen nihil cum certis historiarum tabulis, ac temporum ratione minus cohaerens, nihil suapte natura a vero alienum, atque incredibile ferre arguantur intemperantis animi est, ac nimium indocilis illas rejicere. Ejusmodi mihi videtur haec *Pistoriensium* traditio, quae quidem tria veluti capita complectitur; primum a *S. Romulo* Christianae Fidei apud ipsos initia esse repetenda; secundum *S. Petri* discipulum fuisse *Romulum*; tertium invictum hunc Christi pugilem Martyrio fuisse sublatum. Nam ad primum quod adtinet, quid quaeso est, quo traditio ista falsitatis arguatur! *Roma* qui in *Hetruria* Evangelium Christi praedicaret, a *S. Petro* aliquem missum fuisse, nemo sanus negaverit. Quis enim credat, *Petrum* dum in longinquas regiones Christianarum rerum nuncios mittebat, finitimam interea, florentissimamque *Hetruriam* neglexisse? Quos autem eos dicemus fuisse, quam quos *Hetrusci* ipsi agnoscunt ac venerantur? Nam id ad Divini numinis Providentiam videbitur fortasse pertinere, ut qui alicui Provinciae Evangelicam lucem adtulerint, hi prae aliis quibusque in eadem illa Provincia Sacris honoribus adficiantur. Quod secundo loco ajunt *Pistorienses*, Romulum *B. Petri* auditorem fuisse, & illud nullis argumentis everti facile potest. Tueri etiam se possunt *Pistorienses Faesulanorum*, *Florentinorum*, *Volaterranorum*, *aliorumque Hetruscorum* populorum, atque adeo *Bergomatium*, *Brixianorum*, *& Sutrinorum* traditione, quae Romulum ad *Petri* tempora mira consensione revocat. Nam etsi unius Provinciae populi traditionem aliquam propugnare falso possunt, difficilius tamen id creditu est de pluribus, difficilque populis. Graviora certe momenta is adserat, necesse est, qui communem hanc traditionem adgrediatur evertere. Quod ad *B. Romuli* Martyrium adtinet, acta praetermittimus a *Bollandianis* primum a *Regginio* deinde, ac *Lamio* inter apocrypha multis, ac validissimis rationibus rejecta, a *Fidele Soldanio Vallumbrosano* Monacho erudito quod ad aliquam ipsorum partem probata, atque defensa. Mittimus etiam antiqua Calendaria, & Martyrologia Mss., quae ipsi vidimus non ita exiguo numero, in quibus *Martyr Romulus* adpellatur, aliaque, quae *Jacobus Gattolinius Florentinus* in praeclaro libello, edidit *Venetiis* a. 1745. hoc titulo: *Documenti per la vera Istoria di San Romolo*. Tria tantum, quae antiquiora ceteris sunt, monumenta hanc in rem indicabimus. Nempe in Instrumento a. *966. Zanobius* II. *Faesulanus Episcopus Ecclesiam* memorat *B. Romuli Christi* (hoc *Christi* nomen omissum contra authographi fidem ab *Ughellio*, *& Regginio Gattolinius* restituit pag. 51.) *Confessoris*. Porro *Confessores* alios a Martyribus Sanctos fuisse, dictos reperimus, *Christi Confessores*, qui *Martyres* minime habiti fuerint, non ita facile inveniemus. Disertis autem verbis ab *Jacobo Bavaro Faesulanorum* quoque Antistite in duobus annorum 1028. & 1032. Instrumentis *Romulus Martyr* adpellatur. Quid quod Instrumentum illud a. 1028. sigillo munitum erat, *ubi eminebat Episcopus Tiara insignitus*, *quem circum Arboris rami erant*, *& verba* Martyris est Romuli etc. ut ex Clariss. *Regginio* discimus in libro *de Romano D. Petri itinere* [*Exercit. XIV. pag. 362.*] Atqui sigillum illud non primus adhibuisse credendus est *Bavarus*, sed ab antiquis temporibus usos eo fuisse *Faesulanos* Pontifices cum per se se verosimillimum est, tum ipsum illud ad Apostolos significandos priscis Christianis usitatum ramorum Symbolum indicat. Quae duo vero a *Regginio*, atque etiam a *Mamachio* Dominicano, qui in altero *Originum & antiquitatum Christianarum* volumine [pag. 242.] illius sententiam nuperrime propugnavit, adversus *B. Romuli* Martyrium adferuntur, facile a se solvi putant, qui aliter sentiunt. Nescio quam *Messii Romuli* Inscriptionem, quae in Ecclesia Episcopali *Faesulana* cernitur, objiciunt illi primum; *Teuzonis* deinde antiqui scriptoris *homiliam* lapidi *Faesulano* cum primis cohaerentem; in neutro autem horum monumentorum Martyrii vestigium ullum. Qui contra stant, ajunt Inscriptionem illam *Romuli* nostri haud esse, sed recentioris alterius Christiani, quod vel solum *Messii* nomen satis ostendit, ac multo magis hemistichion illud de *Messii* Romuli anima.

CELO

Ad Beati *Romuli Faesulanorum* Episcopi, ac patroni sanctitatem parum adcommodatum. Ajunt praeterea, lapidem quidem illum sub eo ipso altari jacere, sub quo diu S. *Romuli* corpus quievit; sed ibi primo positum fuisse post annum 1488. de quo consulendus *Gattolinius* [*pag.* 41.] a nobili Familia *Faesulana* de *Romulis*. Ajunt etiam, *Messii Romuli* Inscriptionem, quae nunc legitur, & a *C* *Fogginio* objicitur, sub quinctidecimi seculi finem insculptam fuisse, antiquiore titulo inverso, aut etiam deleto, quem initio mutilum ex schedis *Langermanni* primos omnium edidit *Reinesius*, ex *Reinesio* deinde *Flectwodus*, sed ex antiquo *Rhediano* codice, quem A. 1474. conscripsit *Alexander Strozzius Florentinus*, restituit *Gorius* Vir celeberrimus in praefatione ad tertiam *Inscriptionum Hetruriae* partem. En illum ad primaevam Fidelium simplicitatem plane conscriptum.

IN C

MESSI ROMVLI CORPVS

IN PACE QVIEVIT.

Ajunt demum cum eodem *Gorio*, ipsum illum lapidem, qui veteri subrogatus est, hominum ignorantia, vel fraude data opera ita paene deletum esse, ac mutilatum in reliquis post quinctum versibus, ut inter spuria Epitaphia amandandum esse Viri docti hac tempestate merito censeant. *Soldanius* epistola III. recentioris fraudis monumenta suppeditat [*pag.* 24. *&* *seq.*]& ex eo *Gattolinius* (*pag.* 39.) Quod ad *Theusonis homiliam* adtinet, respondent, illam ignoti hominis quum sit, cujus aetas, fides, eruditio ignoratur, *Bavari Faesulani* Episcopi instrumentis, iisque publicis, certaque temporis nota distinctis anteferri a cordato homine minime posse; *Faesulanum* quoque Codicem, quem tantopere depraedicavit *Fogginius*, ad *Faesulanum*, *Jacobi*, *Altoviti* Episcopatum annis 1390. & 1408. definitum spectare; *Romulum* vero illum, cujus laudes *homilia* persequitur, alium a *Faesulano Romulo* esse, *Genuatem* nempe Episcopum. Haec illi. Vide *Gattolinium* (*pag.* 12. *&* *seqq.*) qui duas alias in suae, Beatique *Romuli* caussae defensionem *Mutinae* emisit in lucem dissertationes.

[7] Id aegre mihi persuaserim. Exiguum Christianorum numerum primis Ecclesiae seculis *Pistorii* fuisse argumento esse potest, quod addit *Coletus*, nullam nempe ibi cladem, persecutionem nullam Fideles fuisse perpessos. *Orlendio* subscriberem, qui (p. 1309.) existimat, primis Ecclesiae seculis *Faesulano* Pontifici *Pistorienses* paruisse. Cujus quidem rei vestigium aliquod cernimus in quibusdam antiquis instrumentis ab eodem *Orlendio* citatis, ex quibus illud constat, *Faesulanos* Episcopos in nonnullis *Pistoriensis* agri locis summam potestatem habuisse. Longe tamen ante VI. seculum ac sub initium quincti Pistoriensibus suum fuisse Episcopum crediderim, etsi monumenta quae id comprobent, desiderentur.

[8] Vide hanc in rem *Notitias Ecclesiarum* a doctissimo *Schelstratio* editas T. II. *Antiquitatis Ecclesiae* (*pagg.* 598. 745. 747. 759. *&* 761.)

(9) Vide *Bollandianos T. VI. Julii*, ubi de S. Jacobo Apostolo.

[10] Egregia argumentatio, quae illud efficit contra *Ughellium*, antiquiori Sancto, quam *S. Martino*, Princeps Pistoriensium Templum fuisse, sacrum, si, quod ille censet jam aevo Apostolico *Pistorium* Episcopali Sede honestabatur. Verum haec ipsa Pistoriensium traditio, qua constat primum *Martino Turonensi* dedicatum Templum illud fuisse, me in suspicionem adducit, *Pistoriensem* Urbem solum post *S. Martini* obitum, annumque CCCCII. *Episcopali* titulo insignitam fuisse, adcedente praesertim lacuna illa paene incredibili quinque seculorum, quam in *Pistoriensium* Episcoporum serie admittant ii, oportet, qui Apostolorum temporibus Episcopos *Pistorii* agnoscunt. Nam facilius creditu est, seculi unius monumenta intercidisse, quam quinque seculorum.

(11) Atqui *Dondorius* ejusmodi monumenta citat in libro, quem praenotavit *della Pietà di Pistoja* (*pag*. 2.) ex antiquioribus chartis descripta. Quae etsi vetustissima fortasse non erant, ex antiquiore certe Populi Pistoriensis traditione profecta sunt.

(12) Si igitur antiquiores chartae proferantur, in quibus *Martini* nomen adscriptum sit, victas dabit manus *Coletus*. Ejusmodi duas indicavimus in epistola ad *Hieronimum Lagomarsinium* T. xxx. praeclarissimae *Calogerianae* collectionis (*pag*. 485.) *Ecclesiam* nempe *beati S. Zenonis*, *Martini*, *Rufini*, *Proculi*, *& Felicis* vocat *Pistoriense* templum *Teudicus* comes in charta anni 944. quam reperi in. libro ✠ Capitularis Archivi pag. 5. Comes vero *Kadulus* in charta anni 953. *Ecclesiam* adpellat *S. Zenonis*, *Rufini*, *& Felicis*, atque *Martini* Proculi *& Michaelis*: quae duae chartae monumentis a *Coleto* adlati sunt antiquiores. Sed nunc aliam indicabo, ac ceteris vetustiorem, anno scilicet 940. perscriptam, in qua haec in rem nostram lego. *Unde ego in Dei nomine Guido Comes filius bone memorie Teudegrimi optimum dixi, & pro animae meae remedium, omniumque peccatorum meorum remissione ordinare, & per hanc paginam offertionis ex rebus haereditatis meae a Deo mihi collatis humiliter offerre secundum potentiam virium mearum providi tibi Deo, & in Ecclesia Beati Sancti Zenonis, Martini, Rufini, Proculi, & Felicis*.

[13] Verum ab anno 1727. quo *Piscia* a Benedicto XIII. Episcopali Sede exornata fuit, ab omni Pistoriensis Episcopi jurisdictione sublata est.

I.

Restoldus Episcopus *Pistoriensis* floruit an. 600. primusque est, cuius memoria occurrat. Post cuius excessum per 100. ipsos annos nullius reperitur memoria, qui Sedem illam obtinuerit. *Ughell*.

Salvius in hist. *Pistoriensi* post *Restaldum*, quem ait in Episcopatu vixisse usque ad annum 623. sequentes Episcopos enumerat: *Nesforium* scilicet ab an. 623. ad 626. *Tracciam*, seu *Tratianum* ab an. 626. ad 641. *Theodatum* ab an. 641. ad 668. *Padettum* ab an. 668. ad 685. *Nesforium* II. ab anno 685. ad 698. & *Vigeseldum*, qui biennio vixerit. Hos desumpsit *Salvius* ex historia *Pistoriensi Pandulphi Alferoli*: unde vero hic hauserit, videat optimus lector. Interim latius mihi visum fuit illos praetermittere cum *Ughello*, quam nullo certiori innixos fundamento huic seriei adnectere. *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Praeter *Ughellium*, & *Salvium* Pistoriensium Episcoporum catalogos ediderunt *Dondorius* in libro, cui titulum fecit, *della pietà di Pistoja* pag. 323. & *Dempsterius* de *Etruria Regali*. Sed his omnibus praestat Manuscriptus liber auctore erudito Presbytero *Borellio* Pistorii adservatus tum in Pistoriensis Episcopi aedibus, cum in archivo Reverendissimorum Canonicorum. Ex his scriptoribus fateor profecisse me in hoc reformando Catalogo, quamquam & ab illis recedam, ubi veritas postulaverit, & aliis, quae ipse consului, monumentis utar aut ad ipsorum sententias confirmandas, aut ad supplenda, quae ipsi praetermiserunt. Quod ad *Restaldum* adtinet, Borellius a *Gaudentio*, qui anno ıɔLVI. floruerit, suum catalogum exorditur, aitque hunc ad annum ıɔXCIV. vixisse; tum ipsi eodem anno suffectum *Restaldum*. In ceteris *salvium* sequitur. Solum monet, *Nesforium* dictum quoque fuisse *Restorium*, ac *Thraciem Zachariam*. Utinam antiquioribus *Pandulpho Arsarolo* tabulis haec niterentur? haec enim ex illius schedis hausta esse nullus dubito.

II.

Joannes Episcopus Pistoriensis an. 700. quaedam jura Episcopatus *Lucensis* restituit ut monumenta *Lucensia* indicant (1). Item de eodem mentio an. 716. [2] *Ughell*.

Hunc *Joannem* vixisse ad an. 722. asserit *Salvius* loco citato, illique eodem anno datum successorem *Felicem*, qui anno 730. exceperit *Theodosium*: *Theodosio* defuncto an. 754. suffectum *Licinium*, huic an. 762. *Abundium*, *Abundio* an. 772.

Joannem

Joannem secundum ; *Benedictum* denique in *Joannis* demortui locum an. 786. electum, qui anno circiter 801. decesserit. Hos pariter ex eodem fonte eruit *Salvius*, neque majus de eorum existentia profert testimonium. Fides ergo sit penes Auctores. *Coletus*.

A D D I T I O N O S T R A.

(1) Vide heic Monumentorum nostrorum classem XII. 1.

(2) *Judicatum Ultiani Notarii*, *& Missi Domini Regis Luitprandi*, in ea, quae *Johannem* nostrum inter, & *Talipperianum Lucensem* Episcopum vertebatur, controversia. A. DCCXIII. dedimus class. XII. 2.

I I I.

Wiltretradus vixit anno 801. *Ugbell.*

Valleradus vocatur a *Salvio* in *hist. Pistor.* cui anno circiter 807. defuncto successerit *Guilleradus*, qui vertentes discordias inter Monachos *S. Bartholomaei*, & Monachos *Ss. Petri*, *atque Anastasii* composuerit eodem anno 807. obieritque anno 826. Fortasse unus & idem est *Guilleradus*, ac *Valleradus*, seu *Viltreradus*. *Coletus*.

A D D I T I O N O S T R A.

Quo annorum spatio Episcopos duos statuunt *Salvius*, & *Dondorius Viltretradum*, & *Valleradum*, tres *Borellius* putat sedisse Pistorii Antistites, *Guilleradum I.* a. 806. *Willeradum* a. 811. *Guilleradum* II. a. 813. credant alii ; unum ego *Guilleradum*, seu *Willeradum* hisce annis agnosco Pistoriensem Episcopum. Nam in veteribus chartis nomina vitiata, eademque diversimode scripta fuisse quis ignorat ? *Wido*, de quo infra, in pluribus instrumentis *Guido* dicitur. *Willeradus* ipse, quem *Borellius* duos inter *Guillerados* medium collocat, *Guilleradus* adpellatur in charta, quam exhibui classe XI. 3. Nam quae ad hunc Episcopum spectant, monumenta tria a nobis edita sunt. Primum spectat ad annum 806. quo *Willeradus* [sic enim scribitur in charta class. XII. 3.] sententiam tulit in caussa Abbatis *S. Bartholomaei*: alia duo annum indicant 812. Itaque mense Martio *Willeradus* interfuit Judicato *Adalardi* [classe XII. 4.], mense autem Novembri vendidit *Ildeperto* Abbati Monasterii, quod nuper adpellavimus, *tres casas &c.* Vide class. XI. 3.

I V.

Lambardus Cal. *Lamprandus*) Pistoriensium Episcopus erat anno 826. Hic *Romano* Concilio sub *Eugenio* Papa interfuit. [1] *Ughellius*.

A D D I T I O N O S T R A.

[1] Vide *Labbeum* [T. VIII. *Concilior.*] & *Harduinum* [Tom. V.].

V.

Guasprandus vixit ann. 844. interfuitque coronationi *Ludovici* Filii *Lotharii* Imperatoris in Regem *Longobardorum* apud *S. Petrum* sub *Sergio II.* ut *Anastasius Bibliothecarius* narrat, meminitque *Baron.* in suis *Annal. Ughell.*

V I.

Oschisius Episcopus Pistoriensis anno 870. interfuit cuidam judicio *Lucae* habito ad favorem *Gherardi* Episcopi *Lucensis Ughell.* [1].

Hunc puto esse Pistoriensem illum Episcopum, qui in actis Concilii *Nicolai I.* supra in *Ravennatibus* relatis an. 861. subscribitur *Osipus Pestorensis*. Certe ex illis erroris convincitur *Salvius*, qui in sua *Pistoriensi* historia hoc eodem anno post mortem *Guasprandi* electum *Novatianum* scribit, qui ad an. 870. sederit; cum ex citatis actis manifeste probetur anno 861. Pistoriensem Sedem occupasse *Osipum*, seu *Oschisium* ; ut hinc etiam facile colligere possis, quaenam fides *Salvio* ceteros ab *Ughello* omissos Episcopos enumeranti habenda sit. Subscripsit *Olchinus* [ut ibi appellatur] *Pistoriensis Episcopus* Epistolae Concilii *Ravennensis*, qua possessio *Flaviniaci* Monasterii, & *Filiniaci* Villae *Adalgario Aeduensi* Episcopo confirmatur

tur an. 877. (2) *Oschisium* afferit idem auctor obiisse anno 895. eique successisse *Stephanum*, qui ad annum usque 916. pervenerit: cum tamen hanc Cathedram teneret *Asterius* anno 902. *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

(1) Immo vero a. 872. Diploma enim, quod vide apud *Ugbellium* [in Episcopis] *Lucensibus*, *Florentinium* in vita *Matildis* [*lib. III. pag.* 112.] & *Cosmam de Arena*, datum est anno XXII. (non XXI, quod scripsit *Lamius in Chronico Imperatorum pag. 65.*) nec XV. quod *Ugbellio* excidit *Ludovici Indictione* V. Indictio autem quincta annum denotat 872. Eo autem anno ad Decembris diem secundum annus *Ludovici* XXII. decurrebat, si verum est, quod ait *Pagius*, eo die a. 850. fuisse illum *Romae* a Pontifice coronatum, de quo vide *Annales Muratorii* [T. V. *ad ann.* 850.] Porro *Judicio* illi *Lucensi* interfuit *Oschisius* vel uti *Missus* Imperatoris, Ceterum *Oschisium* jam anno 853. *Guasprando* successisse constat ex judicato *Leonis* Papae IV. apud Clariss. *Mansium* (T. I. *suppl. conc. col.* 942.)

(2) T. II. *Rer. Italic.*

VII.

[*Asterius* de quo *Ugbellius* infra ad n. XII.]

VIII.

Wido Pistoriensibus jus dicebat divinum anno *916*. *Ugbell.* *Widonem* ait *Salvius* in hist. *Pistorien.* e vita decessisse an. 937. illique successorem electum *Raimbaldum*, qui triennio in ea vixerit dignitate. *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Salvius merito atque optimo jure *Raimbaldum* post *Widonem* statuit; sed in ejus annis adnotandis errat. Prima ejus mentio (class. X. 10.) in charta, quae Indictione XIII. notatur, anno vero *Hugonis XIV.*; *Lotharii* vero filii VIII. Atque in Principum quidem annos error irrepsit, scribendus enim fuerat annus *Hugonis* XV. *Lotharii* X., sed Indictio XIII. annum DCCCCXL. significat. Occurrit quoque ejus mentio in libro pervetusto *Capituli Pistoriensis* ✠ (*pag.* 55.), ubi *Carta Raineri Diaconi Ugone Rege anno XVI. & Lotharius anno XI. undecimo Octobris* Indictione XV. quae anno DCCCCXLI. Septembri mense inceperat. In ea nempe haec legas: *ubi modo Domnus Raimbaldus Pontifex esse videtur*, Non tamen *Raimbaldum* crediderim statim suffectum fuisse *Widoni*, sed inter utrumque existimo constituendum *Hubertum* illum Episcopum, cujus in fragmento edito class. XI. 7. fit mentio. Nam hoc seculo illum praefuisse *Pistoriensi* Ecclesiae tum autographae chartae character ostendit, cum *Gisalbertus Notarius* illi adscriptus; iterum enim hic occurrit cl. XI. 7. in charta an. DCCCCLVII. Porro post *Rambaldum* nullus huic *Huberto* restat locus. Itaque inter annum DCCCCXXXVII. & DCCCCXL., quo, ut vidimus, Pistoriensibus Pontifex praerat *Rambaldus*, collocandus erit. Potuit autem *Gisalbertus* Notarii munere fungi ab anno circiter DCCCCXXXVII. ad DCCCCLVII., ut nemo non videt.

IX.

Joannes Episcopus Pistoriensis anno 940. *Romanae* Synodo interfuit sub *Joanne* XII. apud *Baron. Ugbell.*

Hic quoque novum inserit Episcopum *Salvius* in sua *hist. Pistorien.* Cum enim *Joannes* fato functus fuerit anno 961. inde Cathedram Pistoriensem conscendisse narrat *Berengarium*, qui biennio tantum pastorali perfunctus sit munere. *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Johannes neque apud *Baronium*, neque apud *Harduinum* a. 940. Romanae interfuit Synodo sub Johanne XII. immo nec interesse potuit, quum aliquot annis

nis ſerius Joannes XII. Pontificatus honore fuerit donatus , Lamprandumque anno illo , & ſequenti Piſtorienſi Eccleſiae jus dixiſſe nuper viderimus . Memoratur tamen in charta *Leoprandi Presbyteri*, & *Praepoſiti*, & *Teopergae* [claſs. X. 12.] quae ad annum ſpectat 953. Aliam chartam , in qua *Joannes Sancte Ecclesie Piſtorienſis Epiſcopus* , vidi in libro *Piſtorienſis Capituli* alias a nobis citato, inſcriptoque ✠ pag. 82. , *Regnantibus Berengario* , *& Adalberto menſe Martius Indictione XIV.* , anno nempe vulgatae aerae 956. In eodem libro , quem [ne idem ſemper repetamus] ſemper intelligemus , dum librum ✠ citabimus, in eodem , inquam , libro pag. 8. extat *carta Ermingardae* , quae aliqua offert *in Eccleſia Domui Sancti Zenonis* , *Rufini* , *Martini* , *& Felicis Confeſſoribus ubi modo Domnus Joannes Epiſcopus eſſe videtur* . Scripta autem eſt *anno Berengarii* , *& Alberti undecimo menſe Februario Indictione IV.* quae notae annum 961. indicant , *apud Caſa* , *& caſtello ſue Ripalta prope muro Civitatis Piſtorii* . *Ermingalda* pro illa (id enim non inutile erit adnotaſſe illorum ſaltem cauſſa , qui in texendis familiarum hiſtoriis laborant) *Ermitha* vocabatur , ac *filia* fuit *bonae memoriae Cuneradi* , *qui fuit Comes* , *& relicta bonae memoriae Taſſimanni* . Ad hunc eumdem *Johannem* , atque ad annum 962. pertinet charta *locationis Livellariae*, *quam fecit Domnus Johannes gratia Dei Epiſcopus Piſtorienſis Anſelmo filio bonae memoriae Gottifredi* , quamque deſcripſi claſſe XI. 8.

X.

Florentius ann. 963. apud eundem *Baron.* (interfuit conciliabulo *Romano*, quo *Joannes* Papa deponitur , & *Leo* in locum ejus ſubrogatur) *Ugbell.*

A D D I T I O   N O S T R A.

Florentium inter, & *Antonium Johannes* alius ſedit , quem nullus hactenus detexit . E tribus illum ego erui monumentis : conſului librum ✠ , in eoque [*pag.* 81.] reperi chartam *imperante Octone anno in Italia VI. Octo Calendas Martii Indictione X.* anno autem 967. perſcriptam , qua *convenit inter Domnus Joannes Sanctae Eccleſiae Piſtorienſis Epiſcopus etc.* ſuperiore pagina 80. legitur *Carta Gerardi imperante Octone anno IX. & Octone ejus filio anno tertio* (initio epochae ducto a die Natalis Domini a. 967. quo Imperator renunciatus fuerat) *menſe Januario Indictione X.* Anni Imperatorum annum Chriſti 970. ſignificant . Quamobrem in Indictione *Notarius* , qui autographam chartam deſcripſit in eo volumine, erravit; eo enim anno Indictio XIII. numerabatur. Sed & *Regnante Octo Imp. Auguſto a. b. m. Octi Imp.* anno Imperii *ejus XII. menſe Octuber Indictione VIII. Johannes* Epiſcopus commutaſſe dona cum *Rodilando* Presbytero legitur in charta a nobis edita (cl. XI. 8.) Indictio VIII. annum denotat 980. ſed annus ille XIV. fuit *Ottonis* , ſextuſque ab *Ottonis* patris obitu, Annus *Ottonis* XII. anno Chriſti 978. reſpondet. Sed quid illud *a b. m. Octi Imp, anno imperii ejus XII.* Id equidem ſignificare videretur , quo anno charta illa perſcripta eſt , *Ottonem* duodecimo poſt denatum patrem anno imperaſſe; ſed hunc annum minime attigit *Otto*, qui anno 982. deceſſit, decimo poſtquam *Otto I.* pater obierat. Quamobrem ita illa intelligas, ut mortuum quidem *Ottonem I.* indicare voluerit Notarius, *Ottonis* autem 11. annos ab anno 967. numeraverit . Quoquo tamen te vertas , Notarius dormitavit ; nam ſi retinenda eſt Indictio VIII. adſcribendus fuerat annus *Ottonis XIV.* ; ſi annum *Ottonis XII.* legimus , Indictio VI. notanda. Hoc certum: anno 980. aut 978. *Johannes* Piſtorienſi Eccleſiae praerat.

X I.

Antonius [ſeu *Antoninus*] electus eſt Epiſcopus Piſtorienſis anno 985. ſedit autem an. 27. gratioſus apud *Othonem III.* Imperatorem, a quo honoris ergo Princeps Imperii dicitur fuiſſe ſublectus . *Ugbel.* En iterum *Salvius* . Ait enim , defuncto *Antonio* anno 1001. ſucceſſiſſe *Petrum* , qui obierit anno 1004. atque ſucceſſorem habuerit *Robertum* demortuum anno 1012. *Coletus* .

ADDI-

ADDITIO NOSTRA.

Tria ad *Antonium* spectantia monumenta ipsi inspeximus, atque ex his priora duo edidimus [*class. XI. 9. ac* 10.] Primum ad annum refertur Christi 985. ex quo illud fit, Majo mense ejus anni [hic enim mensis ibi adscriptus est] *Antonium* Episcopum fuisse. Anno 994. scripta est alia charta, qua bona quaedam emit *Antonius* ab *Anselmo Eriberti*. Tertium diploma est Ottonis III. *Antonino* (ita enim ibi vocatur hic Episcopus), atque illud divulgavimus (*cl. X.* 14.) Iis autem chronicis notis charta isthaec distinguitur, quae annum Christi 997. aut sequentem significet, nempe *anno Ottonis III. Regis XV. Imp. II. Indict. XI.* Porro in libro ✠ fol. 67. verso charta legitur *Gisalberti* exarata anno MXI. *mense Januario in Ecclesia illa, cujus vocabulum est Beati Sancti Zenonis, qui est Episcopatu nostro istius Civitatis Pistoria, Rufini, & Felix, & Proculi, & Martini, ubi Domnus* ANTONIUS *Episcopus esse videtur*. Corruit igitur *Salvii* series. Nam *Restaldus* anno sequenti Episcopus fuit.

XII.

Asterius (*hic praeponendus* Widoni) anno 904. praesens fuit cujusdam Judicii *Romae* facti ad favorem *Petri* Episcopi *Lucensis* ab *Ludovico IV.* Imper. & *Benedicto IV.* Papa, ut vidimus Tomo I. col. 799. *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Vide *Mansium* (T. 1. *suppl. concil. col.* 1093.)

XIII.

Restaldus ejusdem Civitatis Episcopus an. 1012. ex *Monacho* Ordinis *S. Benedicti.* Fuit hic discipulus *S. Joannis* Primi Abbatis *Parmensis* Coenobii, & ejusdem sancti obitui interfuit an. 972. 11. Kal. Jun. deinde ad cathedram ascendit Episcopalem, ex manuscript. vita ejusdem Abbatis, anno vero 1018. solemni *Ss. Barontii* Abbatis, *Desiderii*, & sociorum Monachorum translationi interfuit, pauloque post ex hac mortali vita decessit. *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Hunc *Gandulphum* adpellat *Dondorius*. *Restaldum* ego, & *Arestaldum* dictum reperio: Quod morti *S. Joannis I.* Abbatis *Parmensis* Coenobii interfuerit anno 972. *Ughellii* error est a *Coleto* castigatus (T. 11. *Ital. Sacrae*) ubi de *Parmensibus Episcopis* ex *Bollandianis*, qui id in annum 982. reijciunt. Sed id decennio altero serius contigisse *Mabillonius* censet. In carta *Ildibrandi*, & *Ermingarde de Tangnano*, quam dedi (*classe X.* 16.) *Arestaldus* noster occurrit. Ea autem scripta fuit *Enrici Imp. anno imperii ejus in Italia VIII. mense Januario Indictione V.* Annum intellige Christiane Aerae MXXII., quo ad XVI. Kal. Martii annus octavus *Henrici* numerabatur, quum ejus Imperii Epocham *Pagius* ac *Muratorius* statuant a. 1014. a. d. XVI. Kal. Martii. Anno quoque 1023. *Restaldus* Pistoriensis Ecclesiae praerat. Nam in libro ✠ legitur *Carta Martini Presbyteri*, in qua viventis *Restaldi* mentio, *Henrico Imperante in Italia anno IX. mense Januario Indictione VI.*

XIV.

Joannes patria *Lucensis*, *Petri Valberti* filius Episcopus *Pistoriensis* circa an. 1020. multa bona concessit Ecclesiis *S. Pantaleonis*, & *Reparatae* Dioecesis *Lucensis*. *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Hunc ego Episcopum expungendum existimo, dum prodeant tabulae, quibus nititur *Ughellius*. Vidimus enim *Restaldum* anno 1023. Episcopum. *Guido* autem an. 1024., quod mox ostendimus, Pistoriensem Ecclesiam moderabatur. Quare unum id superest, *Johannem* illum, qui multa bona concessit Ecclesiis *S. Pantaleonis*, & *Reparatae Lucensis* Dioeceseos aliquem ex superioribus Episcopis fuisse hoc eodem nomine adpellatis, ac fortasse *Johannem* ab Ughellio praetermissum inter *Florentium*, & *Antonium*.

XV.

X V.

Wido Pistoriensis Ecclesiae Episcopus recensetur inter Episcopos, qui interfuerunt Synodo *Romae* habitae a *Benedicto* Papa IX. Vide fragmentum ejusdem Synodi relatum in Episcopis *Perusinis*. *Ughell.*

A D D I T I O   N O S T R A.

Concilium heic ab *Ughellio* indicatum habes T. VI. *collect. Harduin.* (*col.* 916.) Quod autem in superiore additione dictum a me est, *Guidonem* a. 1024. fuisse Episcopum, testificatur carta heic edita cl. XI. 11. quae eo anno scripta fuit VIII. Kal. Maias. Sed superiore mense ejusdem anni 1024. interfuerat *Wido* Romano Concilio, quod doctissimi P.P. *de Rubeis*, & *Mansius* ediderunt in vulgus; ille in *Monumentis Ecclesiae Aquilejensis*, hic T. 1. *suppl. ad Conc.* [*col.* 1247. & *seqq.*] Quae in hac XI. classe proxime sequitur charta, eadem *Guidonem* exhibet sub annum 1034. Tres chartas, quae in libro ✠ continentur, nunc indicabo, *cartam Rolandi imperante Cunrado anno in Italia quinto mense Aprili Indictione XIV.* (*anno* 1031.) *pag.* 24., & *cartam Teuti anno* 1035. *mense Martias Indictione III. pag.* 63. *tergo*, *cartam denique Raynerii filii b. m. Petronici pag.* 13. *tergo*, cujus hae chronicae notae: *Anno ab incarnationis ejus millesimo tricesimo octavo Cunradus gratia Dei Imp. Augustus anno imperii ejus in Italia duodecimo quarto Cal. Novembris Indictione VII.* In his omnibus *Guido* Episcopus memoratur. Singularis tamen formula illa est visa mihi, dignaque animadversione, quae in secunda legitur: *Unde Guido Episcopus modo ordinatus est*. Num ea significatur, ad illum annum *Guidonem*, ut ajunt, electum tantummodo fuisse Episcopum? Sed etiam in Pistoriensis Episcopi Archivo monumentum vidi, quo *Sambucenses* a. 1042. promittebant *Guidoni* Episcopo, soluturos se ipsi annuatim solidos duos argenteos *Lucensis* Monetae.

X V I.

Martinus electus an. 1043. obiit an. 1050. quo anno [vel potius 1049.] subscripserat *Leonis IX.* Privilegio pro Ecclesia *Portuensi*. *Ughell.*

A D D I T I O   N O S T R A.

Heic chartas indicabimus, in quibus *Martini* mentionem invenimus corrigentur inde, quae de anno *Martini* emortuali scripsit *Ughellius*. Prima igitur *carta est Guidonis Comitis anno* 1043. *XI. Kal. Junii de Castello, quod vocatur Groppole*; eaque legitur in libro ✠ Tres, quae ad annum spectant 1044. dedimus [classe X. 18. classe XII. 5. iterum classe X. 20.] Anno 1046. Novembri mense interfuit *Martinus* Judicato *Wiberti Comitis*, quod edidimus [cl. XII. *6.*] classe autem XI. 14.] chartam protulimus, qua cum *Adamo* clerico bona quaedam idem commutavit anno 1053. sequenti anno [nisi annum 1055. legere malis] *bonus Ildebrandi*, *aliique Sambucenses Martino* se se pactione facta obligarunt. Huius rei instrumentum vidi ipse in *Pistoriensis* Episcopi Archivo. Anno quoque 1057. in vivis fuit *Martinus*. Testes habeo tabulas, quibus eo anno XIV. Kal. Februarii Indictione X. aliqua donat Monasterio *S. Martini* a se constituto & confirmato, dum *Leo* Papa viveret. Eas reddidimus (classe X. 21.) Obiit *Leo IX.* XIII. Kal. Maij a. 1054. Ante hoc igitur tempus *Martinus* Monasterium illud constituerat, confirmaveratque. Ceterum privilegium illud *Leonis IX.* cui *Martinus* subscripsisse dicitur ab *Ughellio*, extat T. 1. *Italiae Sacrae col.* 120. & *seqq.* datumque est X. Kal. Maij anno Domini Leonis IX. Papae I. Indict. 11. seu anno 1049. ut in novissima *Ughelli* editione a *Coleto* adnotatum est.

X V I I.

Wido floruit anno 1052. *Ughell.*

Guidonem vixisse ad an. 1053. asserit *Salvius* in hist. *Pistorien.* illique successisse *Donatum*, qui anno 1055. Concilio *Florentino* sub *Victore II.* interfuerit. Hujus quidem Concilii memoria habetur apud *Harduinum* in *novis. Conciliorum editione*; sed Episcopi, qui in illo sederunt, deperditis Actis non apparent. Defuncto circa eadem tempora *Donato* ad hanc Sedem erectum affirmat idem *Salvius Martinum* alterum, cuius memoria anno 1057. *Coletus*.

Ad hunc *Widonem* initio credideram referri posse chartam *Petri* in libro ✠ descriptam, hisque notis chronicis distinctam *Enrico Imperante anno Imp. eius in Italia undecimo mense Madias indictione septima*. Undecimus enim annus Imperatoris *Henrici* III. cum anno Christi MLVI. jungitur, & si Indictio IX. adscribenda fuerat. Sed revera ad *Guidonem*, cui *Martinus* successit, ea charta pertinet, notaeque chronicae omnes anno 1024. belle respondent; ut vel hinc, quae ibi diximus, mirifice confirmentur. *Guido* autem hic alter, ceterique, quos ipsi successores *Salvius* dedit, commentitii mihi sunt. Etenim vero anni, quibus nuper vidimus *Martinum* vixisse, locum *Guidoni*, aliisque minime relinquunt. Nam *Martinus*, quem anno 1057. Pistoriensem Episcopum agnoscit ipsemet *Salvius*, sub *Leone* IX. Monasterium S. *Martini* statuerat & confirmaverat. Anno igitur 1054. quo *Leo* obiit, Episcopus fuerat. Ubi ergo *Donato* locus? ubi *Martino* alteri? *Martinum* quoque habuimus Episcopum anno 1053. quo *Guidoni* ex *Salvio* successerat *Donatus*. Sed & quod *Martinum* anno 1049. subscripsisse privilegio *Leonis* adceperimus, suspicionem aliquam movet, ipsum illum esse, qui sub eodem *Leone* Monasterium S. *Martini* condiderat facilius adnuente Pontifice. *Wido* autem *Ughellianus* fortasse eruperit ex alicuius diplomatis, alteriusve instrumenti notis chronicis perperam intellectis. Ceterum si duos *Martinos* distinguere placeat, non admodum repugnabo, alterum qui circa annum 1050. obierit, alterum, qui anno 1053. Pontifex fuerit Pistoriensium. Tum autem *Guidoni* brevem dabimus Episcopatum. Reliquos *Salvii* Episcopos omnino expungimus.

XVIII.

Leo [de hoc videndus *Simius* de *Vir. illustr. Vallisumbr. p.* 183.] anno 1068. octavo Idus Julii se subscripsit sententiae eiusdem *comitissae Beatricis* ad favorem Archidiaconi *Lucensis*. Condidit *Leo*, vel potius in Abbatiam erexit Ecclesiam D. *Michaeli* Archangelo Sacram de *Furcule*, quae ea tempestate in suburbiis sita erat, hodie murorum ambitu continetur, eamque in *Vallisumbrosanam* Monachorum Congregationem contulit, quae hactenus illam obtinuit. Haec vero institutio facta a *Leone* an. 1084. Capituli suffragiis corroborata, his verbis concepta est, quae in celeberrima *Vallisumbrosanae* Abbatiae Sanctiore Camera asservatur.

Leo, Dei gratia, Pistoriensis Ecclesiae Episcopus. Omnibus nostro regimini commissis in Christo salutem.

Sicut Ecclesiae Dei violatores Paulus Apostolus a Deo disperdendos denunciat: ita eum, qui domum Dei juxta possibilitatem suam aedificare, vel ordinare studet, digna mercede remunerandum proclamat dicens: Unusquisque propriam mercedem accipit secundum suum laborem. Quod ita esse, & his, & aliarum scripturarum divinarum testimoniis cognoscentes, in augmentatione, & melioratione Ecclesiarum nobis commissarum, dum vacant, laborare studemus. Talia itaque faciendo, nostrae memoriae occurrit Ecclesia S. Angeli Michaelis, in loco, qui dicitur Furcule, sita in Suburbio videlicet Pistoriensi, officio, & omni gubernatione destituta, de cujus destructione, & detrimento nimium dolentes, & qualiter meliorari valeret, pertractantes, cum consilio nostrorum Clericorum, nec non fidelium Laicorum, constituimus, & firmissima stabilitate sancimus, pro animae nostrae, & antecessorum, & successorum nostrorum remedio, eam ab hinc, & in perpetuum monasterium fieri, quatenus sicut de eius exiguitate, & destructione multi animae, & corporis damna perpessi sunt, sic de eius restitutione, & augmento quamplurimi & animae & corporis salutem se consequi gratulentur. Ut autem Monachi, qui inibi Deo militare debent, quiete, & secure a secularibus molestiis vivere valeant, praeponimus nos nostrosque successores, ab hinc in antea nullam secularem potestatem, vel dominium de praedicta Ecclesia habere debere, nihilque de rebus, quas quolibet modo habet, vel in aeternum habebit, auferre, minuere, subtrahere, alienare, vel qualicumque causationis lite fatigare, sive per nos, sive per aliquam a nobis submissam personam. Et quoniam Abbatiam ibi fieri loci parvitas modo non requirit, decernimus, & ibi, quando regulariter poterit, ordinari. Ita tamen ut a nobis, vel nostris successoribus, quocumque tempore, nullus eidem loco Abbas constituatur,

tuatur, vel ordinetur, nisi quem concorditer Monachi in eodem loco habitantes elegerint, cum consilio, & adjutorio Abbatis Ficeclensis, & eorum qui Congregationes Vallisumbrosas pro tempore regunt. Quia autem modo Ficeclensis Abbas suos ibi Monachos ponit, per eum eosdem monachos volumus regi. Si tamen congregationes Vallisumbrosae non discordaverint, quod si fecerit, in eorum sint regimine, qui regunt Congregationes Vallisumbrosas: Si autem Monachi, qui in praefata Ecclesia S. Angeli pro tempore fuerint, a suprascriptis rectoribus discordare coeperint, habeant potestatem cum consilio nostro illos inde trahendi, & alios, quos voluerint, admittendi. Quod si quis de meis successoribus, quod absit, Simoniacus fuerit, vel aliquod crimen, quod Episcopum non deceat, patrav.rit, licentiam, & potestatem eis damus, cum consilio Clericorum, qui in nostra Ecclesia secundum Deum vixerint, unde melius potuerint, Congregationes, & ordinationes accipere, aut regulariter nostrae Ecclesiae ordinatum Episcopum expectare. Ut ergo hoc nostrum decretum firmiter inviolatum permaneat, obligamus nos, nostrosque successores, si aliquid horum facere tentaverimus, sive per nos, sive per submissam personam a nobis, componere debere auri optimi libras centum, & post datam poenam, quicquid in hoc praecepto continetur, in sua firmitate, & robore permanere debere. Insuper sive nos, sive nostri successores, sive a nobis submissa persona, quicumque illa fuerit, qui hoc decretum violare tentaverit, ex parte Omnipotentis Dei, & B. Mariae semper Virginis, & S. Petri Apostoli, Sancti Zenonis Episcopi, sit excommunicatus, & maledictus, atque anathematizatus, ita ut & particeps cum Dathan, & Abiron, qui vivi descenderunt in infernum, cum Juda traditore, atque cum Simone Mago, partemque habeat cum diabolo, & Angelis eius in ignem aeternum, & haec Martinum notarium Sacri Palatii ita scribere rog.

Actum apud Canonicam Pistoriensem feliciter.

Leo Episcopus in hoc decreto a me facto mea manu Ss.

Ego Azzo Archidiaconus interfui, & Ss.

Ego Ugo praepositus interfui, & subscr.

Ego Ildeprandus Primicerius interfui, & mea manu subscripsi.

Ego Sylvius presb. subscripsi.

Ego Bonus presb. subscripsi.

Ego Joannes presb. & Canonicus interfui, & Ss.

Ego Bonattus presb. & Canonicus interfui, & Ss.

Ego Priscianus presb. & Canonicus Ss.

Ego Minerius presb. & Canonicus subscri.

Ego Marinus Cler. vice Guidonis presb. eius rogatu Ss.

Ego Presbiter subscripsi.

Ego Carbunculus Clericus interfui, & Ss.

Ego Paganus Diaconus, & Canon. interfui, & Ss.

Ego Rusticus Diaconus, & Canonicus subscr.

Ego Bellinus Canonicus Clericus subsc.

Fallis custos interfui, & subscripsi.

Bonaccius Diaconus, & Canonicus subscr.

Ego Botbon. Subdiaconus, & Canon. interfui, & Ss. Villanus filius B. M. Ugi.

Rolandus Guitto germani, qui Bonini interfuere.

Guido, & Rolandinus germani, filii b. mem. Gerardi.

Villanus filius Caparotthi interfui.

Lucius filius Panci, & Ugo filius quondam Britboni, & Theodericus de Pojo.

Petrus filius bone mem. Pagani, &

Bonus filius Rustici, & alii quam plures interfuere.

Martinus Clericus vice Rinucii, filii Regimanni eius rogatu subscripsi. Bonus filius Fantuli interfuit.

Hoc factum est anno ab Incarnatione D. N. I. C. MLXXXIV. pridie Kal. Sept. Ind. 7. feliciter.

Martinus notarius Sacri palatii hoc decretum complevi, & dedi.

Ego Avianus D. Federici dive memoriae Imp. Jud., & Sacri palatii notarius, illud authenticum vidi, & legi, & prout in eo inveni nil addens, vel minuens ; e verbo ad verbum fideliter scripsi & exemplavi. Ughell.

Anno 1067. Episcopali dignitate fruebatur *Leo*. Discimus id ex charta, quam exhibuimus [*classe* XI. 15.] *Lucae* autem a. 1068. fuisse *Leonem* docet *Beatricis* instrumentum, quod *Florentinius* divulgavit in vita *Mathildis* (*Lib. III. pag.* 140.) huic enim subscripsit. *Lucae* quoque fuit *Leo* a. 1074. ac *S. Anselmi* Lucensis Episcopi consecrationi videtur interfuisse. Testatur enim ipse in instrumento, quo a. 1085. capitulares constitutiones a suis decessoribus latas confirmavit edito classe VI. 1. *investivisse se praesente Comitissa Matilda Lucensem Episcopum nomine Anselmum*. Id autem, dum *Anselmus* consecrabatur Episcopus, factum videtur, octobri mense Augusto autem mense ejusdem anni se *Leoni* sponsione quadam devinxerat *Bernardus* filius *Saracini* per virgam, quam *in suis detinebat manibus*. Vide librum ✠ pag. 106. Quod *Ughellius* protulit instrumentum a. 1084., correctius lege sis [*classe* V. 4.] *Gregorii* Papae VII. Litteras inscriptas *Episcopis Tusciae Constantino Arretino*, *Raynerio Florentino*, LEONI PISTORIENSI, *Anselmo Lucensi*, *Lanfranco Clusino* habes in *Scriptorum Rerum Italicarum* volumine, quod *Florentiae* nuper excusum est, p. 288.

XIX.

Petrus Monachus *Vallumbrosanus*, cum *Pistoriensis* Episcopus fuisset adlectus [an. 1086. vel 1087.] multa dilargitus est Monachis *S. Michaelis* de *Furculo* sui Ordinis anno 1104. atque ad eundem *Petrum Urbanus* II. Pont. Max. literas dedit, ut in 2. *p. Decret. causa* 1. *q.* 7. Hic reperitur vixisse anno 1096.

Petri huius voluntate, & beneplacito *Mathilda* Comitissa dedit Monasterio *S. Salvatoris* Ecclesiam *S, Mariae de Ponte* anno 1099. Fragmentum donationis refert *Franciscus Maria Florentinus* amicus noster *libro* 2. *rerum memorabilium Comitissae Mathildae*; sic enim se habet.

In Dei nomine, Amen.

Anno ab Incarnatione ejusdem 1099. *regnante Imperatore Henrico id.* 8. *Septembris Indictione* 8.

Ego Domina Mathilda *Ducatrix propter Deum*, *&* *mundum animae meae*, *vel pro eluendis peccatis meis*, *quae commisi*, *&* *pro anima* Bonifacii *Marchionis Genitoris mei*, *&* Beatricis *matris meae do*, *&* *offero tibi Deo in Monasterio* S. Salvatoris, *&* *tibi* Joanni *Abbati*, *tuisque successoribus* cum *licentia*, *&* *integra bona voluntate* D. Petri *Pistoriensis Episcopi*, *&* Bonucci *Archipresbyteri Ecclesiam* S. Mariae de Ponte *cum omnibus rebus*, *&* *possessionibus suis*, *&* *quod ab hac hora in antea potestatem habeatis illam tenendi &c.*

Ego Petrus *Episcopus*, *&* *ego* Albertus *judex interfui*.

Ego Grossuto *notarius subscripsi*. *Dedit* Mathildis *Dei gratia*, *si quid est*, *&c.* UGHEL.

Obiit 1104. die XIV. Augusti, ex Salvio. *Colet.*

ADDITIO NOSTRA.

Petri Episcopi epocha, de cujus initiis ambigebat *Ughellius*, certius firmabitur. Nam VI. Kal. Junii a. 1086. Capitulo *Pistoriensi* aliqua donavit Episcopus. Instrumentum habes [classe X. 22.] sequitur hoc ibi charta *Sifridi* scripta paullo post, XVII. Kal. Julii anni ejusdem. Quae servanda videbantur in electione Abbatis *S. Michaelis de Furculis*, statuit eodem anno Decembri mense Indictione X. quae a septembri numerabatur. Vide classem V. 5. Nonnulla etiam de regimine, juribusque Monasterii *S. Petri* Apostoli edidit *Petrus* statuta, quae classe eadem V. 6. divulgavimus; sed ista ad annum 1091. spectant Comitissa *Mathildis* Monasterio *Fontanae Taonis* Ordinis *Vallumbrosani* a. 1099. Ecclesiam Sanctae *Mariae de Pieente* donavit *cum licentia & integra bona voluntate domini Petri Pistoriensis Episcopi*. Instrumentum a *Lamio* mendose editum in *Chronico Pontificum* (p. 190.) iterum protulimus [classe X. 25.] Ceterum quas *Ughellius* re-

recitavit *Mathildis* tabulas donationis, eas paullo aliter exhibet ad annum MXCIX. *Sozomenus* in suis *annalibus*; in hunc nempe modum.

In nomine Domini Jesu Christi. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo nonagesimo nono, regnante Imperatore Henrico, VIII. Idus Septembris, indictione sexta. Ego Domina Mathilda *Ducatrix propter Deum, & remedium animae meae, vel pro abluendis peccatis meis, quae commisi, & pro anima* Bonifatii *Marchionis genitoris mei, &* Beatricis *matris meae, do, & offero Deo in Monasterio Sancti* Salvatoris, *& tibi* Joanni *Abbati, tuisque successoribus cum licentia, & integra bona voluntate Domini* Petri *Pistoriensis Episcopi &* Bonuti *Archipresbyteri Ecclesiam Sanctae* Mariae de Ponte *cum omnibus rebus, & possessionibus suis, & quod ab hac hora in antea potestatem habeatis illam habendi, tenendi, & regendi.*

Ego Petrus *Episcopus &c.*

Ego Albertus *Judex interfui.*

Ego Gasberto *Not. Ss.*

Mathildis *Dei gratia, si quod est.*

X X.

Ildeprandus ex Comitibus *Guidis de Romana*, Monachus *Vallumbrosanus*, atque Abbas *S. Michaelis de Furcule Petro Vallumbrosano* successit. [a. 1104. mens. sept. ex *Salvio*] a Comitissa *Mathilda* multa obtinuit privilegia, quorum favore multas *Pistoriensis* Ecclesiae jurisdictiones recuperavit. Anno vero 1105. *Paschalis* II. favorabili proculso diplomate, quidquid *S. Zenonis*, ac *Pistorienses* Episcopi possederant, confirmat. De eo mentio habetur in concessione *Mathildae* comitissae, quam fecit Monasterio *Ficeclensi* dioecesis *Lucensis*, dum *Pratum* nobile oppidum *Pistoriensis* ditionis obsideret, adstante *Ildeprando* anno 1107. Concessio est talis ex tabulario *Lucensi* desumpta.

Dum in Dei nomine.

D. inclyta Comitissa Mathilda *Ducatrix stante ea in obsidione* Prati, *assistentibus cum ea* Ildeprando *gratia Dei* Pistoriensi *Episcopo*, & Bonvito *Archipresb. nec non* Anselmo Ficeclensi *Abbate, atque* Bono Nonantulano *Judice, seu* Baldino *de* Carpineta, *sive* Fralmo *de* Luca, *&* Arduino *fil.* Guidonis, *&* Raymundo *de* Baese, *atque* Guiberto *de* Saviola, *&* Ugo *de* Manfredi, *seu* Corbo *de* Ferignano, *&* Raynerio *filio* Bolgarelli, *&* Alucione *de* Luca. *In eorum praesentia commota precibus iam* D. Anselmi *Abbatis confirmavit possessionem illam, quam Ecclesia Monasterii Sancti* Salvatoris *de* . . . . . *habebat, & tenebat* de *illa portione, quam in praenominata Ecclesia evenit a* Raynerio *filio* Rustici *de Castello illo, quod vocatur* Montaltus, *positum infra Episcopatum* Lucensem, *& insuper misit bannum suum super suprascriptam portionem jam dicti Castelli, nec non & super ipsam possessionem tali modo: Si ab hac hora in antea umquam in tempore magna, parvaque persona, de praefata portione ejusdem castelli, vel de possessione adversus suos rectores, aut adversus illas personas, quam per praefatam Ecclesiam obvenerit in aliquo agere, aut causare, sive intentionare, vel molestare, aut litigare, sive retollere, aut inquietare praesumpserit sine legali judicio, tunc ille sit compositurus, & daturus centum libras denariorum, medietatem Camerae suae, & medietatem supradictae Ecclesiae, & Monast. unde hanc notitiam pro securitate, & futura ostensione.*

Ego quidem Gherardus *notarius per jussionem ejusdem D.* Mathildae, *& praedict. Judicium scripsi anno D. nostri Jesu Christi* 1107. *mens. Junii Indict.* 15.

Nominis hoc signo judex Bonus *haec ego firmo.*

Ego Sigifredus *judex interfui, & subscr.*

Fralmus *Causidicus interfui.*

Ego quidem Gerardus *notarius ut dictum est per jussionem* D. Mathildae, *& judicium hanc notitiam scripsi.*

Caeterum fuit *Ildeprandus* Sanctissimis moribus, ac singulari doctrina, decessitque 1133. *Ughell.*

AD-

Plura in hoc volumine monumenta adtulimus, quibus *Ildebrandi* acta inlustrari aliqua ratione possint. Nam praeter privilegium *Paschalis* II. quod emendatius exstat [classe VIII. 8.] ac venditionem quorumdam bonorum ab ipso factam a. 1114. IV. Nonas Junii de qua classe XI. 16. & Breve quoddam, cui subscripsit anno 1111. cl. V. 12. Monasterio *S. Angeli*, ubi tum praerat ejusdem, quo ipse, nominis Abbas *Ildebrandus*, praedia quaedam donavit a. 1115. & sequente. Vide eamdem classem XI. 20. Anno vero 1131. coram *Ildibrando* Nostro IV. Idus Septembris *Benedictus Prior de Ecclesia S. Angeli sita forcole cum Domno Gerardo Monacho investierunt Ocdo Praeposito de Ecclesia Sancti Zenonis* &c. ut ibidem legitur. Sed egregium in ceteris monumentum illud est, quod classe IX. 1. in lucem emisimus, *Jacobi* nempe *Faventini* Episcopi ad *Ildebrandum* epistola. Dolendum hanc mutilam esse, nec annum, quo perscripta fuit, adnotari. Ceterum *Jacobus* a. 1118. *Faventinus* Episcopus erat, ut narrat *Ughellius* [T. II. col. 494.] *Ildebrandi* nostri meminit & S. *Bernardus* epist. CXXVI. *ad Episcopos Aquitaniae contra Heraldum Engolismensem*.

Mathildis donationem, quam supra exscripsit *Ughellius*, reddit etiam *Soxomenus* ad ann. MCVI. En eius exemplum.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Mathilda *Dei gratia, si quid est. Dum essemus olim in Dei nomine in partibus Thusciae, videlicet apud Pratum, atque cum nostris fidelibus in obsidione praedicti castri moraremur, Dominus* Ildebrandus *Venerabilis Pistoriensis Episcopus, atque Archipresbyter* Bonutus *praedictae Civitatis Ecclesiae cum Presbytero* Sergio *Sanctae Mariae* de Gello *ad nos venerunt nos multum rogantes, ut pro animae nostrae, nostrorumque parentum remedio conditiones, quas ex Terra praefati Sacerdotis, quam ipse tenebat in limite, & in* Gello, *Ecclesiae Sanctae Mariae concederemus, & exinde ad memoriam posterorum memoriale scriptum fieri iuberemus. Quorum tandem iustis annuentes petitionibus omnes conditiones in praedicta terra praefatae Ecclesiae concessimus, & semper habendas dedimus. Actum est millesimo centesimo septimo, indictione quarta decima per manum* Ribaldi *eiusdem Comitissae Capellani.*

Mathilda Dei gratia si quid est.

Praefata sumpta sunt ex quodam instrumento publico existente penes dictam Ecclesiam de Gello.

Praeterea fama est, atque opinio indubitata, quod Ecclesia Cathedralis Pistoriensis a praefata Mathilda *Ducatrice aedificata ac redditibus ornata fuerit, licet instrumenta non reperiantur, quia combusta alias fuere cum praefata Ecclesia.*

XXI.

B. *Atto* [1] *Lusitanus* patria *Pacensis*, professione Monachus, octavusque Abbas *Vallisumbrosae*, electus est Episcopus *Pistoriensis* anno 1733. [1136. juxta *Papebrochium*] ejusdemque electionem ratam habuit *Innocentius* II. a quo etiam sequenti amplissimo privilegio ad favorem suae Ecclesiae, ac successorum ditatus est. Diplomatis exemplar una cum sequentibus monumentis habuimus ex tabulario ejusdem Ecclesiae.

Innocentius *Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri* Attoni Pistoriensi *Episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.*

Pistoriensis *Ecclesia largiente auctore omnium bonorum Domino, in Tusciae partibus a longis retro temporibus licite specialis praerogativae munus obtinuit, ut sapientum, & discretorum pastorum regimine praefulgeret, & tam in temporalibus, quam in spiritualibus per eorum industriam gratum Deo susciperet incrementum. Gaudemus equidem, & debita jucunditate laetamur, quoniam supernę dispositionis providentia te venerabilis frater* Atto *Episcope, sapientem utique virum, & in religione probatum, ejusdem loci pastorem constituis, & ad gubernandum, & instruendum doctrinae, & vitae exemplo populum suum miseratione divina vocavit. Quanto ergo vita tua religiosior est, & praefata Pistoriensis Ecclesia, cui, auctore Deo, praesides, existit beato Petro devotior, tanto ex injuncto Apostolatus officio magis grata nobis incumbit necessitas, ut praenominatam Ecclesiam tibi a Deo commissam auctoritate Apostolica privi-*

legiis

giis muniamus, & ei ius suum illibate, & integre conservemus. Ad exemplar ergo praedecessorum nostrorum felicis memoriae Urbani, & Paschalis Romanorum Pontificum praesenti decreto statuimus, ut unusquisque in praesentiarum in eadem Ecclesia iuste, & legitime possidet, & in futurum concessione Pontificum, largitate Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. Statuimus etiam ut Diœcesis Pistoriensis Episcopatus, sicut eius termini praedictorum praedecessorum nostrorum privilegiis distincti sunt, sic in jure, & conditione Pistoriensis Episcopi sine alicuius molestia, vel inquietudine perseveret, per quos nimirum terminos subscriptae Capellae, & Ecclesiae constitutae esse noscuntur. Capella videlicet de Capraja, cap. hospitalis de Rostria, plebs de Massa, Capella de Vincio, Capella de Cucuniano, cap. de Castello novo, Capella S. Martini in monte Cullo, cap. de Varazzano, Capella de Vernia, super qua praefati praedecessoris nostri Urbani, post tertiam, & quartam discussionem est prolata sententia, Capella hospitalis de Fanana, Capella Prati Episcopi, Capella de Rotiè, Capella de Cerbaria, Capella montis Acuti, Capella de Insula, Capella Domini Salvatoris sita in Prato, curtem etiam, quam vocant Pavana in Pistoriensi comitatu cum castello Sanbucae in curtis confinia constructo dictae Pistoriensis Ecclesiae confirmamus, sicut a venerabilis memoriae Comitissa Mathilda B. Petri filia post diu examinatam attente a pluribus judicibus, ac jurisperitis, actionem per judicium Bernardi tum Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri Cardinalis, & jam dicti Paschalis Papae Vicarii, in manus dignae recordationis Ildeprandi praedecessoris tui, & fratrum eius restituta esse cognoscant. Porro dominationes de monte Murlo, de Prato, de Sancto Paulo, de Colonica, de Monte Magno, de Casale, de Camporecchio, de Creti, & de Spannarecchio, quas de laicorum manibus solertia praedicti praedecessoris tui eripuit, nullus namque ab Ecclesiastico jure relictarum usibus alienare praesumat. Id ipsum de caeteris curtibus praedictis, ut praecipimus, quae odie in Ecclesiae Pistoriensis possessione persistunt, videlicet de Lizzano, de Mamiano, de Cavinana, de Batoni, de Saturnana, Brandelio, Grazzule, Pistia, Vinacciano, Tobbiano, Publica, Silva mortua, Vinule, Petanese, Celle, & de cætera sita in Episcopatu Bononiensi, quam tenuerunt homines de Valle Pubila, curte de Spalliero. Insuper confirmamus vobis plebem S. Hippolyti in Alpe, plebem S. Laurentii, plebem in Monte Murlo, plebem de Valliano, plebem S. Quirici, plebem de Spannarecchio, plebem de Saturnana, plebem de Brandellio, plebem de Cavinana, plebem S. Marcelli, plebem de Lizzano, plebem de Popilio, plebem de Pitelio, plebem de Farfaro, plebem de Celle, plebem de Calloria, plebem de Vivaniano, plebem de Massa, plebem de Creti, plebem de Camporecchio, plebem de Limite, plebem de Artimino, plebem de Sejano, plebem de Quarrata, plebem de Montemagno, Plebem de Tobbiano, plebem S. Pauli, plebem S. Hyppoliti, plebem de Ajolo, plebem S. Justi, plebem de Calonica. In Prato plebem S. Stephani. Ad haec admonentes sancimus, ut occasione privilegii, quod Pratenses a nobis se impetrasse congaudent, nulla injuria, vel irritatio, aut inobedientia Matri suae Pistoriensi Ecclesiae, seu cuilibet suprascriptarum plebium, videlicet S. Pauli, S. Hyppoliti, de Ajolo, S. Justi, de Colonica, vel alicui in aliquo inferatur, nec Pratensis Ecclesia, vel Clerici ipsius loci, eodem scripto continetur, Justitiam, vel dignitatem, aut obedientiam Ecclesiæ, seu Episcopi Pistoriensis utantur. Sed quem admodum praedecessorum nostrorum Urbani, Paschalis; & aliorum, seu etiam bonae memoriae Petri, & Ildeprandi Pistoriensium Episcoporum tempore existit, potestatis, aut dignitatis Pistoriensis Ecclesiae, vel Episcopi eius in omnibus obediens, & subiecta permaneat. Nulli ergo omnino hominum fas sit saepe dictam Pistoriensem Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur tam tuis, quam tuorum fratrum & pauperum usibus profutura. Si quis ergo in posterum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator; aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, iudex, aut quaelibet Ecclesiastica, saecularisque persona hanc nostrae restitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, ac tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, &

do-

domini Redemptoris nostri Jesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae sua iura praeservantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiat, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniat.

Ego Innocentius *Catholicae Ecclesiae Episcopus Ss.*
Ego Vuillelmus Praenestinus *Episcopus subscripsi.*
Ego Matthaeus Albanensis *Episcopus subscripsi.*
Ego Joannes *tit.* S. Chrysogoni *presb. Card. Ss.*
Ego Gottifredus *Card. presb. tit. S.....*
Ego Lucas *presb. Card. tit- Ss.* Petri, & Pauli *Ss.*
Ego Martinus *presb. Card. tit.* S. Stephani *in* Coelio *Monte Ss.*
Ego Gregorius *Diac. Card. tit. Ss.* Sergii, & Bacchi *Ss.*
Ego Guido *Diac. Card.* S. Mariae *in Via Lata Ss.*
Ego Odo *Diac. Card. S.* Georgeii *subscripsi.*
Ego Joan. *Diac. Card.* S. Nicolai *in carcere Tull. Ss.*

Datum Pisis, *per manum* Americi *Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis, & Camerarii* XII. *Kal. Januarii, Indictione* 12. *Incarnationis Dominicae an.* 1134. *Pont. vero D.* Innocentii *Papae II. an. V.*

(2) In eumdem modum postea non minorem gratiarum copiam *Cœlestinus* II. effudit [3]. Castellum *Bittonem* coemit. Favore *Didaci* Archiepiscopi *Compostellani, S. Jacobi* Apostoli colli articulum obtinuit, procurante *Raynerio Pistoriensi* Canonico *compostellano*, anno 1148., collocavitque honorifice in Cathedrali, in cujus Sancti honorem cum *Atto* Sacellum munifice construxisset, *Pistorienses* majoris opis impetrandae spe pleni, dictum S. *Jacobum* suae Civitatis protectorem renunciarunt. Extant de hac re nonnullae tum Raynerii, tum *Didaci* Archiepiscopi litterae, quas hic libenter damus, ut *Attonis* virtutes, pietatemque magis venerentur mortales.

Suo dilectissimo Patri Attoni, *Dei gratia*, Pistoriensis *Ecclesiae Pontifici Reverendis.* Raynerius *eadem gratia, ejusdemque Sedis omnium Levitarum minimus, quod semper debetur.*

Tuis desiderabilibus perlectis chartulis, salutatione fideli, oratione Dominica benedictionis promissione gratiarum actione salutari doctrina honesto, & utili imperio usquequaque refecti sumus. Quo circa non milliaris, & immobilis, sed vivus, & advolans cupio fieri lapis, exemplo illius, quem reprobaverunt aedificantes, qui factus est in caput anguli, infra quem remanere non est tutum, ultra ipsum aliquid quaerere est stultum, vitae docendo viam, prius tamen incedendo per eam. Acceptis prius a te gratiarum laudibus summas utique tuae grates, & laudes refero Sanctitati, non convalescit planta care pater, quae saepe transfertur. Nihil tam utile est ut in transitu prosit. Ad te igitur promissor fidelissime, & ad sacratissimam meam Pistoriensem *Ecclesiam matrem*, divina *comitante clementia, cum debuero, & potero, redibo, & re, & eam pro viribus honorare, & juvare non immerito statui. Tuae virtus innocentiae a me laudanda foret, sed timui laudes diminuisse tuas.* Romana *namque, & Apostolica Sedes, dum studium tenerem* Quintonio *in* Anglia, *in tantam tuae prorupit laudem excellentiae in curia Praesulis* Quintoniensium *per dominum* Mattheum *Diaconum* [4] *& Cardinalem Sancti* Georgii *interrogatus a me de nostrae &* Romanae *statu Ecclesiae, dicens, quod* Romana, *& Apostolica Sedes beata foret, si tui duceretur moderamine gubernaculi, quod me ultra, quam dici possit, laetificavit. Legimus de Beato* Joanne Baptista, *quod in deserto verbum praedicaverit vitae, & testimonium praebuerit Filio Dei, & negaverit se Christum esse, eo tempore, quo ei satis crederetur si diceret & numquam Salvator eum inde abstraxit, sed capi, & in carcerem tradi, & ab* Herode *capite minui permisit. Te vero ab Eremi solitudine abstrahens*, ad *cœli forum usque deducit. Aperto monachorum carcere summum pastorem super Ecclesiae candelabrum immobiliter statuit. De Joanne dictum est.* Non erat ille lux: *de te, & Apostolis, quorum vicem geris, scriptum est.* Vos estis lux mundi. *Superas etiam beatum* Ambrosium *in inventione, & acquisitione Sanctorum corporum: ille enim tantum martyres exposuit suis civibus, tu vero tuis admirande pater, dabis martyrem, & Apostolum. Non hoc dico, ut Sanctis detraham patribus, sed tu Deus*

in

in te ex parte nostris glorificetur temporibus, gloriosissimis tuis meritis, divina tamen praeveniente, & subsequente gratia, in eoque non modico labore, & sudore, & angustissima difficultate non minimam reliquiarum de capite Beatissimi Apostoli Jacobi *fratris* Joannis *Evangelistae, omnibus pro me apud Dominum Archiepiscopum* Compostellanae *Sedis, qui dedit, intervenientibus personis, atque ejusdem Ecclesiae Canonicis, & in locello, in quo sunt, propriis locavit manibus obtinui partem, quam non promitto, sed fideliter atque filialiter, & devote per medium* Villanum *prudentissimum virum, & vestrum legatum, & per* Thebaldum *avunculum eius, vobis, & Sanctae Matri Ecclesiae* Pistoriensi *ad praesens mitto.*

Suppliciter igitur atque obnixe vestram imploramus sanctitatem, atque pietatem, ut ea reverentia, & honore, quo tantum decet Apostolum, & nostram Matrem Ecclesiam, vestramque personam exeundo obviare cum Clero, & populo, si vestrae complacet majestati, facta ex ordine processione supradicta patrocinia suscipiatis, & ad vestram, & nostram Matrem Ecclesiam, cui delegamus, deducatis, & honeste tractetis. Et in honorem supradicti Apostoli, in Basilica nostrae Matris Pistoriensis *Ecclesiae altare larga benedictione consecrare, sicut mihi literis significastis quantocyus studeatis. Si feceritis, erit qui Domino Archiepiscopo, & mihi dicat, salutat vos per me Dominus* Compostellanae *Sedis Archiepiscopus, & omnes vestros Canonicos, quem ex vestra salutavi parte, qui gavisus est valde, & amplectitur vos summo amore, prae sollicitudine & dilectione erga me, quam in vestris perpendit literis, revolvens illud saepius. Non valde miretur fraternitas tua, quod ignoti ignoto scribimus. Salutant vos omnes beati Jacobi Apostoli Canonici salutate omnes Sanctae Matricis Ecclesiae* Pistorien. *Canonicos.*

Ad praesens o paterna dulcedo, me bene habere Deo gratias existimo, & vobiscum sum corde, & animo. Saluto Dominum Anselmum sanctissimum Monachum Monasterii S. Michaelis *de* Furcule, *& omnes ejusdem loci, & congregationis fratres.*

Epistola Archiepiscopi *Compostellae* ad Episcopum *Pistoriensem* confirmatoria praecedentis.

Didacus *Dei gratia*, Compostellanae *Sedis Archiepiscopus, totiusque ejusdem Ecclesiae Canonicorum conventus*, Attoni Pistoriensis *Ecclesiae Reverendissimo Praesuli, omnibusque ejusdem Ecclesiae Canonicis, & praedictae Urbis Consulibus, & universo populo, salutem, & benedictionem in Christo.*

Sciatis pro certo, & in nullo dubitetis magistrum Raynerium *nobis familiarissimum, & omnimodo charissimum, ut scripsistis, Dominum, vestraeque Ecclesiae filium, verum dicere de reliquiis corporis beatissimi* Jacobi *Apostoli, quas accepit a nobis cum summa difficultate, benigna tamen charitate, vobisque misit, scilicet quod audierit a prudentissimis, & senioribus viris beati* Jacobi *Ecclesiae Canonicis, & in rei veritate a nobis, illud caput beatissimi* Jacobi *Apostoli, fratris* Joannis *Evangelistae, unde cum summa reverentia a nobis sumpta sunt. Et ita apud nos creditur esse, dicitur, & pro certo tenetur, proinde obsecramus vos, quatenus honorifice, prout oportet, supradictas reliquias praedicti Apostoli suscipiatis, & honestissime tractetis Val.*

Epistola ad Episcopum *Pistoriensem*, quod rescribat, de honore, qui habetur reliquiis *S. Jacobi*.

Attoni *Dei gratia* Pistorien. *venerabili Episcopo*, Raynerius Pistoriensis *Ecclesiae filius, Levitaque humilis, quod semper debetur.*

Injunxit mihi, Pater sanctissime, dominus Compostellanae *Sedis Archiepiscopus, per omnia fidelissimus amicus, ut emitterem vobis, quatenus significaretis ei vestris literis per peregrinos venientes ad limina B.* Jacobi *Apostoli usque ad proximum Pascha, vel usque ad Ascensionem, quo honore sint apud vos habita B. Jacobi Apostoli patrocinia, & quam honorifice locata. Quae mihi valde pro hoc fatigato, benigne tribuit, & vestrae sanctitati misi. Suppliciter igitur postulo, ut rescribere illi non differatis: Val. dixit namque mihi praedictus Archiepiscopus, quod numquam in hujusmodi tantum, & tale quid fecit hactenus pro aliquo.*

Post receptionem vero sacrarum reliquiarum, *Compostellanus* Archiepiscopus, atque *Raynerius* Diaconus multoties *Pistoriensem* Episcopum suis literis visitaverunt, & ut de reliquiis *S. Jacobi* sic ageret, ut cum precibus postulaverat, nihilominus rogaverunt. De cujus enim bonitate, & honestate non modice praesu-

mentes pariter confidebant, nam in epistolis, quas ei miserunt, eumdem Dominum *Attonem* Episcopum, suamque sanctitatem multum commendabant, & affatum per omnia laudabant. *Quas epistolas ego* Cantarinus *Clericus licet indignus*, qui *haec scripsi*, *Cancellarius* Pisanae *Civitatis*, *oculis meis vidi*, *perlegi*, & *memoriter tenui*, *testis utique verax*, *atque fidelis*. *Una quarum Epistolarum haec est*.

Epistola Archiepiscopi *Compostellae* ad Episcopum *Pistoriensem*. *Didacus*, *Dei gratia*, *Compostellanae Sedis Archiepiscopus*, Attoni *reverendiss. Pistoriensi Episcopo salutem*; & *beatiss. Jacobi Apostoli benedictionem*.

Vestras, *quas saepius vidimus*, & *audivimus salutationes*, & *literas*, *quas cuidam nostro filio*, & *Ecclesiae beati* Jacobi *scholarum magistro prudenti viro*, *videlicet Domino* Raynerio, *in quibus nos a vobis per ipsum salutatos cognovimus*. *Unde vobis gratias agimus*, & *quia pretiosissima beatissimi* Jacobi *Apostoli capitis honorifice*, *atque sanctissimae tractastis patrocinia*, *quae nos supradicto magistro dedimus* Raynerio *laudes immensas Deo*, & *vestrae referimus sanctitati*; *pro certo namque teneatis*, *quod si aliquid maius*, *quod est nobis impossibile*, *haberemus*, *vestri amore*, & *Magistri* Raynerii, *vobis diligentissime transmitteremus*. *Quo circa vestram imploramus clementiam*, & *me vestrarum omnium* Vallisumbrosae *Congregationis fratrum orationum participem*, & *beneficiorum consortem*, *deinceps facere dignemini*. *Quod nos pro vobis facimus*, & *nunc confirmamus in omnibus vestrae Ecclesiae beneficiis*. *Rogamus praeterea*, *ut vestris literis nos visitare dignemini* & *supra dictae*, *atque sanctissimae Congregationis similiter literas nobis acquirere dignemini*. *Nempe vere es*, *quod diceris Archimandrita*, *pius*, & *sobrius*, & *justus praesul. salutant vos omnes Canonici Ecclesiae nostrae*. *Salutamus etiam vestros Canonicos Val.*

Eugenius III. in gratiam *Attonis*, sequentem perpetuo valituram indulgentiam Altari, ubi sacrae *Jacobi* reliquiae asservantur, concessit.

EUGENIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Venerabilibus Fratribus reverendis, Senensi, Volterrano, Florentino, Lucensi, & Lunensi *Episcopis salutem*, & *Apostolicam benedictionem*.

AD *vestram notitiam pervenisse credimus*, *quae* & *quanta miraculorum insignia omnipotens Dominus per Beati Apostoli* Jacobi *merita ad Sacrum Altare suum in* Pistoriensi *Ecclesia praesenti tempore voluit demonstrare*, *unde fideles populi de diversis*, & *remotis terrarum partibus*, *devotionis intuitu*, *ad eumdem venerabilem locum cœperunt concurrere*, & *salutis suae remedia postulare*. *Expedit ergo fidelibus Christianis*, & *maxime convicinis pro tanto collato beneficio*, *Redemptori nostro gratias agere*, & *beato Jacobo Apostolo eius debita devotionis obsequia fideliter exhibere*. *Ideoque per Apostolica vobis scripta praecipiendo mandamus*, *quatenus populum*, & *parochianos vestros districte commoneatis*, *quod viros*, & *mulieres undecumque fuerint*, *ad tam Sacrum Oratorium devotionis*, & *orationis causa proficientes*, *nulla occasione praepediant*, *nec eis aliquam molestiam seu perturbationem inferre praesumant*. *Quod si qui facere praesumpserint*, *eos tanquam sacrilegos*, & *treguae Dei violatores excommunicatos publice denuncietis*; & *eamdem excommunicationis sententiam*, *quousque satisfecerint*, *per parochias nostras observari firmiter faciatis*.

Datum Viterbii X. Kalendas Decemb. anno 1145.

EUGENIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

UNiversis Dei fidelibus Oratorium B. Jacobi Apostoli*, *quod in Pistoriensi Ecclesia situm est*, *devote visitantibus salutem*, & *Apostolicam benedictionem*. *Ineffabilis divinae clementiae magnitudo*, *quae vult omnes homines salvos fieri*, & *ad* agni-

agnitionem veritatis venire, plurima clara diversorum miraculorum genera, beati Jacobi Apostoli meritis ad Sacratissimum Altare suum, ad compunctionem fidelium, in Pistoriensi Ecclesia demonstravit; nam sicut venerabili fratre nostro Attone ejusdem civitatis religioso Episcopo, & aliis pluribus referentibus, agnovimus, coeci, claudi, contracti, & alii diversis languoribus debiles, in eodem loco, per beati, ut diximus, Jacobi preces, & merita, optata salutis remedia percipere. Nos itaque pro tanta divinae gratiae ostensione, omnipotenti Domino gratias referentes, dignum duximus, ut fideles Christiani, qui praefatum venerabilem locum, pietatis intuitu devote visitaverint, peccatorum suorum per nos revelationem f. relaxationem *aliquam mereantur. Ideoque de beatorum Petri, & Pauli, & ejusdem Jacobi Apostolorum Christi meritis confisi, apostolica auctoritate statuimus, ut quotquot praedictum venerabile oratorium, causa devotionis, & orationis visitaverint, de injuncta poenitentia septem dierum indulgentiam se accepisse congaudeant.*

Datum Viterb. 10. *Kal. Decemb.*

Post egregias editas operas decessit Atto die 22. mensis Maii 1153. (5) sepultusque in Ecclesia *S. Miniatis* in curte. Anno vero 1137. ejus sacrum corpus transtulerunt in cathedralem, ubi maxima veneratione asservatur. Scripsit *Atto* vitam *S. Joannis Gualberti* Ordinis *Vallisumbrosae* fundatoris, eiusdemque *Attonis* res praeclare gestas perscripsit *Franciscus Forteguerra*, novissime *Justinianus Marchettus*, aliique [6]. De eo item *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae*, *Arnoldus Virion.* lib. 2. *ligni vitae;* Clemens vero VIII., missam, officiumque ad honorem B. Episcopi *Attonis* ex praescripto Sacrae Rituum Congregationis concessit celebrandam an. 1605. 24. Januarii *Ughell.*

---

[1] B. *Atto*, *Attus*, *Actus*, vel *Actius* antiquioribus scriptoribus ex sui temporis latino usu dictus, aliis ex vulgaris linguae Italicae forma, *Atto*, sive *Attho* nuncupatus invenitur: & sic ipsemet an. 1153. die 24. Aprilis sub instrumento quodam. *Ego*, inquit, Fr. *Atto Pecen. Monachus* & *dictus Pistoriensis Episcopus* &c. Eademque nomenclatura usi sunt Pontifices Romani in suis ad eum litteris. Antiquiores, qui eius meminere, scriptores nihil de ejus Patria dicunt. Recentiores omnes citra haesitationem *Pacensem Lusitanum* fuisse affirmant. Verum, ut de nomine nihil dicam, antiquis aeque ac recentioribus Hispanis inusitato, Hetruscis autem familiari, qui & olim *Actium Tullum Volscorum* Regem *Coriolani* hospitem habuerunt, & iisdem, quibus floruit sanctus, seculis varios ejusdem nominis numerabant Episcopos, uti videre est apud *Ughel. T.* 3. *Ital. Sac.* quae obsecro ratio suadet, ut *Pecen.* legatur *Pacensis?* cum in Etruria sit fluvius *Peza*, nomen tribuens toti *Pezensi*, seu *Pecensi* valli; in qua *Passinianum Vallumbrosani* Ordinis praecipuum Monasterium? Ex altera quoque *Arni* parte fluvius est & Vallis *Pesciae* ejusdemque nominis oppidum nobilissimum. Unde rectius forte Hetruscus *Pecensis*, quam Hispanus *Pacensis* dicatur. *Papebrochius* in *Actis SS. Maii T.* 5. *p.* 194. ubi fuse de eo.

[2] Referunt hanc bullam datam XII. Kalend. Jan. *Baronius* in Annal. [*ad an.* 1133.] & *Ughellius* [hic] sed magna cum diversitate annalium characterum. Prior enim notat. *an. Incarnat.* 1133. *Ind. XII. Pontificatus annum IV.* quem constat esse coeptum in Februario anni 1130. adeo ut anni incarnationis, & Pontificatus non conveniant. Posterior vero notet annum Incarnat. 1134. Indict. XII. Pontif. annum quintum. Ubi reperitur eadem incongruentia circa annum Incarnationis & Pontificatus, ut sileam de numero Indictionis; siquidem ex stylo Romanae Curiae a Kal. Septembris anni 1134. inchoanda fuerat Indictio XIII. In hac perplexitate consulendum ipsum authographum censui, cujus contextus ita se habere repertus est: *Datum* Pisis *etc.* XII. *Kal. Januarii* Ind. XI. *Incarn. Domini anno* 1134. *Pontificatus vero D. Innocentii Papae II. an. IV.* Verum neque hic recte se habent omnia. Indictioni enim non jam unus, sed duo anni deficiunt: qui defectus imputari forte potest oscitantiae scriptoris, sicut totius Bullae sinceritas non veniat propterea in suspicionem, de quo alii viderint. *Papebrochius* in *Actis SS. Maji t.* 5. (*pag.* 196.)

(3) Sed si Bullae Innocentii sinceritas haud levi scrupulo obnoxia est propter male notatam Indictionem XI. pro XIII. graviori etiam præjudicio tenetur altera, quae sub nomine *Coelestini* II. habetur, toto initio eadem, & quasi tunc recens Episcopatum suscepisset *Atto*, qui jam in eo nonum annum agebat: siquidem subscribitur *datum Laterani* &c. *XIII. Kal. Martii Ind. XII. Incarn. Domin. ann.* 1143. *Pontif. D. Coelestini Papae II. anno I.* & tamen certum est, quod eo anno non nisi VI. Indictio currebat & quod soleant Pontifices decessorum suorum privilegia confirmaturi, eorumdem tenori verbotenus transcribendo, novum aliquod exordium praefigere, *Papebrochius* loco cit. (p. 197.)

[4] Hic *Matthæus* Cardinalis supplendus in auctariis *Ciacconij* sub *Innocentio II.*

[5] In Lectionibus Officii proprii de *S. Attone* inter approbata a sacra rituum Congregatione a. 1673. dicitur obiisse an. 1155. & sane si suprarelatae *Innocentii* II. Bullae anni Dominici, Pontificalisque congruentia sola sufficiat ad ordinandam Chronologiam, consequens erit, quod qui anno 1133. mense septembri solum Abbas erat, nec nisi sequenti jam forte in hyemem vergente factus est Episcopus, ac totis 20. annis suam illam Ecclesiam gubernavit, mortuus 22. Maii, debuerit obiisse an. 1155. non autem 1153. ne dum 1147. ut scribit *Michael Pocciantius*. Neque ex parte successorum *Trecciae*, & *Gratiani* ullum offertur impedimentum, deficientibus documentis, quae *Trecciam* prius sedisse probent. *Papebrochius* in *Actis SS. Maii T. 5. p. 196.* Verum *Salvius* in *hist. Pist.* allegat *Anastasii* IV. diploma datum die 17. Februarii an. 1154. quo Dioecesim Pistoriensem declarat, confirmatque in Episcopali Sede Tratianum. Ex quo colligitur ejus electionem ad an. 1153. referendam.

[6] *Poccianius in Catal. script. Florent. p. 2. Sinius de Vir. Illustr. Vallisumb. p. 16. & Ricordatus hist. Monast. die 4. Mandos. Coletus.*

A D D I T I O   N O S T R A.

Pauca heic addemus, quae ex nostris monumentis ducuntur. Moneo igitur primum *Innocentii* privilegium ab *Ughellio* descriptum cum nostro exemplo conferendum esse [classe VIII. 12.] ubi & haud absimile *Coelestini* II. diploma a *Coleto* memoratum. Classe VII. 2. reperies *S. Attonem* a. 1138. anathema dixisse Consulibus *Pistoriensibus Coelestino II.* in Romana Ecclesia sedente Clerus populusque *Pratensis S. Attoni* parere detrectabat. Quare summus Pontifex literis datis, quas reddidimus cl. VII. 3. *Pratensibus* praecepit, ut *Pistoriensi* Episcopo *Attoni* obtemperarent. classe autem XI. 21. & 22. Instrumenta duo exhibuimus alterum a. 1148. IV. Nonas Octobris, alterum a. 1133. VIII. Kal. Maij ab eodem Sancto *Attone* subscriptum. *Papebrochius* perperam in iis legit *Atto Pecensis*, quum legendum sit: *Atto Peccator*. Hunc viri summi errorem emendarunt *Bollandiani* socij, ubi de *S. Johanne Gualberto* T. III. Julii. Scripsit *Atto* vitam *Bernardi Uberti Cardinalis* medio seculo XI. de quo *Ciacconius* (p. 436.) ac de translatione capitis *S. Jacobi Apostoli Pistorium* commentariolum, quod *Bollandiani* ediderunt T. VI. Julij; epistolas etiam a *Bernardo Vallumbrosano* vitae eius scriptore memoratas. Sunt qui vitam *S. Verdianae Attoni* nostro tribuant. Sed perperam, quum *Verdiana* diem obierit anno 1242. Vide Acta Sanctorum Calendis Februarii, ac diarium eruditorum *Mutinense* a doctissimo Monacho *Bacchinio* a. 1692. editum p. 315. ubi refertur vita ejusdem *Verdianae* Italice scripta circa annum 1440. a *Laurentio Jacominio Dominicano*, editaque *Florentiae* a. 1692. cum M. *Badii* observationibus. Haec ferme ex *Fabricii Bibliotheca mediae & infimae latinitatis* lib. 1. p. 46. 384. & 385. sumpta sunt. Errat autem cum *Ughellio Fabricius*, dum *Attoni* vitam tribuit *S. Johannis Gualberti*, quam *Andreae Parmensi* strenue vindicat praeclarus Monachus atque amicus meus *Fidelis Soldanius* in erudita *historia Passinianensi* pag. 208. & seq. Errat etiam, dum adfirmat, vita functum fuisse *Attonem* a. 1151. Nam solum anno 1153. vita decessit, die XII. Junii, quo die eius obitus notatur in perantiquo Calendario *Pistoriensi* a me edito in *Biblioth. Pistoriensi* p. 93.

Quae

Quae de *S. Jacobi* Reliquiis fusius narrat *Ughellius*, in pauciora contraxit *Sozomenus* ad ann. 1145 Reddo eius verba. *Rainerius quidam Clericus Pistoriensis in Gallia studendi gratia iter arripuit, deinde factus eruditus in Hispaniam ad Sanctum Jacobum profectus est; ubi a Didaco Archiepiscopo Compostellano cognita eius doctrina, in Sancti Jacobi Apostoli Ecclesia studentium praeceptor fuit institutus, ac paulo post ipsius Ecclesiae Canonicus factus: ad quem Beatus Actus Pistoriensis Episcopus suas litteras dedit per Tebaldum avunclum Madiivillani, & Madiumvillanum Pistorienses Cives, ut aliquas Beati Apostoli Jacobi reliquias ad eum mitteret. Ipse vero Rainerius a praefato Archiepiscopo, & Canonicis suis tandem aliquam particulam sumere de corpore Beati Jacobi Apostoli impetravit, quam per praefatos Tebaldum, & Mediumvillanum Pistorium ad Actum Episcopum transmisit cum litteris dicti Compostellae Archiepiscopi, & dicti Rainerii. Quam reliquiarum partem cum Actus Pistoriensis Episcopus cum omni reverentia recepisset, gratias agens Deo de tanto Thesauro, confestim Sancti Jacobi Capellam in angulo cathedralis Ecclesiae Pistoriensis cum Canonicis dictae Ecclesiae instituit, & in altari constructo ibidem illam reliquiarum partem solemniter cum toto Clero dedicavit anno praedicto* MCXLV *Mensis Julii eiusdem Apostoli Jacobi festivitate. Post vero reliquiarum partem collocatam multa miracula in dies facta sunt: Nam coeci, contracti, & alii etiam diversis languoribus debiles per Beati Jacobi Apostoli preces, ac merita optata salutis remedia receperunt. Namque ad nostra tempora usque praefata Capella, & totum Altare, argento, & figuris Sanctorum ibidem sculptis magnificum extat, ac est cum plurimo thesauro, & reliquiis. Praeterea ibidem decem continui Capellani singulo die decem missas celebrant, divinisque officiis, & horis Canonicis in praefata Cathedrali Ecclesia continue assistunt diurnis pariter, ac nocturnis. Praeterea ab operariis dictae Capellae multae eleemosinae pauperibus distribuuntur.*

XXII.

Treccia Civis, ac Episcopus *Pistoriensis* B. *Attoni* successit anno 1153. *Ughell.*

Anno sequenti 1154. die 17. Februarii expedito diplomate *Trecciam*, seu *Tratianum* in Episcopali Cathedra stabilit *Anastasius* IV. illique confirmat, quicquid *Pistoriensi* Ecclesiae concesserant *Innocentius* II. & *Coelestinus* pariter II. sui Antecessores. *Fridericus* item Imperator anno 1155. ejusdem *Tratiani* intuitu ad favorem dictae *Pistoriensis* Ecclesiae gratiosum exaravit privilegium *Salvius*, & ex eo *Coletus*.

XXIII.

Gratianus Pistoriensis floruit anno 1158. *Ughell.*

Hic idem cum superiori, qui *Treccia*, *Traccia*, *Tratianus*, & *Gratianus* diversimode appellatur. Obiit initio anni 1168. *Salvius* & ex eo *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Adsentior & ego *Coleto Thracciae*, *Thracciani*, & *Gratiani* nomine unum eumdemque Episcopum significari existimanti. Quod *Anastasii* IV. diploma a *Coleto* supra memoratum vides, lege sis, cl. VIII. 24. Neque tamen a solo Pontifice *Thracia* privilegia obtinuit Ecclesiae suae, sed & a *Friderico Aenobarbo* Romanorum Rege a. 1155. IV. Nonas Julii. Vide Class. VIII. 16. Topographiam medii aevi inlustrat charta a me edita Classe II. 1. In ea enim a. 1159. X. Cal. Julii ind. VII. *Thracia* Episcopus *licentiam dedit Gerardo Venerando presbytero Rectori Ecclesiae S. Mariae de Vermingo, ut aedificaret castellum in colle S. Mariae, quod Castellina* deinceps dictum Mutilum diploma *Reinoldi Coloniensis Thraciano* datum annum 1162. inter & 1166. excusum a nobis est Classe VIII. 17. *Thracia* hic noster fortasse ipse ille est, qui *Minister Pistoriensis Ecclesiae* subscripsit a. 1148. chartae, quam adtulimus Classe XI. 23.

XXIV.

Rainaldus ex comitibus *Guidis* de *Romena* ex Canonico sublectus est *Pistoriensis* Episcopus anno 1181. Decessit autem anno 1186. *Ughell.*

Ex Canonico S. *Zenonis* electus fuit *Pistoriensis* Episcopus *Raynaldus* non anno 1181. ut perperam narrat hic *Ugbellus*, sed anno 1168. die 20. Aprilis, ut notant *Gamurrinus de familiis vol.* 1. *pag.* 136. & *Salvius in hist. Pist. p.* 2. 1. 2. p. 96. *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Charta *locationis* ann. 1180. *de consensu Raynaldi Pistoriensis Reverendi Episcopi* legitur in libro ✠. Nos aliam dedimus classe XII. 8. ex qua illum adfuisse constat sententiae, quae lata est in caussa *Prioris S. Bartholomei*, & *Plebani S. Hippoliti*. Adde quod ad ann. 1181. refert *Sozomenus* his verbis: *Federicus I. Imperator anno Christi MCLXXXI. VI. Kal. Novembris intravit Civitatem Pistorii, ubi Domnum* Rainaldum *Episcopum investivit per sceptrum de feudo Imperiali, nullo sibi Sacramento ab Episcopo praestito, quod ei tum propter senectutem, tum propter nimium amorem ipsius Civitatis libentissime donavit*. Iisdem verbis haec adscripta sunt prae *Usuardini* Martyrologii, de quo in *Bibliotheca Pistoriensi* pag. 56. Annum, mensem, diemque *Raynaldi* emortualem nos docet Calendarium ibidem a me divulgatum p. 90. ad diem nempe Januarii quintum anni 1189.

XXV.

Bonus Pistoriensem Sedem obtinuit anno 1186. *Ugbell.* Huic opus suum de *cohabitatione Clericorum*, & *mulierum* inscripsit Innocentius III. *Salvius*, & ex eo *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Non solum epistolam illam cap. IX. de *cohabitatione Clericorum*, & *mulierum*, quam operis nomine satis inepte supra denotari vidisti a *Salvio*, inscripsit *Bono Innocentius*, sed & aliam *de Monialibus*. Vide etiam Decretales Gregorii *Tit.* XXXIX. *cap.* XXXIII. *de sent. excomm.* Prima, quae se mihi obtulit, *Boni* mentio fuit in libro ✠, ubi *carta super discordia de sepulturis inter Canonicos Pistorienses*, & *Monachos S. Michaelis de Furcule . . . . . . de consensu Domini Boni Reverendi Pistoriensis divina dispensatione Episcopi . . . . . anno* D. N. 1187. XV. Kal. Maij. Verum dum prodeat e tenebris autographa ipsa carta, majorem *Calendarii Pistoriensis*, in quo nuper vidimus *Boni* decessorem *Raynaldum* anno 1189. e vita migrasse, quam hujus apographi habendam esse rationem existimaverim, amanuensis etiam vitio pro anno 1189. annus 1187. scribi facile potuit. Hanc cartae excipiunt, quas edidimus classe XII. 9. & 10. & classe VIII. 21. Praeterea in Pistoriensi Archivo [*Filza* 19. num. 1.] charta servatur anno 1204. VI. Kal. Aprilis scripta, *qua in porta Lucenti* [Lucensi] *Ranuccinus quondam Balduini de Buriano*, *Tramontana*, & *nobilis sue filie vendiderunt Episcopo Pistoriensi Domino Bono annuum affictum duarum eminarum boni frumenti reddendum in mense Augusto*. *Obiit Venerabilis Bonus Pistoriensis Episcopus anno Domini* 1208. 28. Januarii quo die Pistoriense Calendarium [*Bibl. Pist. pag.* 90.] ejus memoriam celebrat.

XXVI.

Soffredus, seu *Offredus Pistoriensis* Episcopus anno 1200. cum *Sofrido Card.* a nonnullis is Offredus ob nominis paritatem confunditur, de quo infra. Caeterum *Offredo* Praesule *Otho* IV. Imperator sequens privilegium *Pistoriensibus* concessit, salvo jure *Pistoriens. Episcopi*. Autographum adservatur in Archivo Civitatis.

In nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis.

Otho quartus, divina favente clementia, Romanorum Imperator, & semper Augustus. Imperatoriae Maiestatis nostrae decet clementiam devota fidelium suorum obsequia clementer respicere, ipsisque pro benemeritis digna munificentiae suae beneficia liberaliter impartiri. Ea propter notum facimus universis Imperii nostri fidelibus praesentibus, & futuris, quod nos prae oculis habentes sinceram devotionem, & prae- clara

clara servitia, quae fideles nostri Cives Pistorienses in primo adventu ad ipsos Majestati nostrae laudabiliter exhibuerunt, ipsos omnes cum personis, bonis, rebus, ac possessionibus eorum jurisdictione, comitatu, & districtu, quae nunc juste habent, & quae olim habuerunt, vel in posterum dante Domino justæ acquisitionis titulo poterunt obtinere, in specialem defensionis nostrae protectiones recipimus de Imperiali auctoritate ipsis concedentes, & confirmantes omnia jura, actiones, possessiones, jurisdictionem, comitatum, & districtum, quae nunc juste tenent, & ea quae temporibus praedecessorum nostrorum Federici, & Henrici sexti Imperatorum juste habuerunt, & de his cum nuper in praedicta Civitate essemus, eos cum vexillo manu propria investivimus, salva in omnibus Imperiali justitia, etiam addito, ut quae universitas ejusdem Civitatis nobis per suos nuncios promisit, nobis inviolabiliter compleant, & observent, salvo quoque in omnibus jure Episcopi Pistoriensis per privilegium nostrum ei indulto. Statuimus itaque, & sancimus, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullus Nuncius, vel Legatus noster, nulla Civitas, vel potestas, nullum Commune, nullaque omnino secularis, vel Ecclesiastica Persona, praefatos fideles nostros Cives Pistorienses contra hanc Majestatis nostrae concessionem audeat gravare, vel perturbare. Quod si quis facere praesumpserit, centum librarum auri puri pro poena componat, dimidium Camerae nostrae, & reliquum passis iniuriam. Ad eius rei certam in perpetuum evidentiam praesentem paginam inde conscribi jussimus, & Majestati nostrae sigillo communiri. Hujus rei testes sunt Vulpherus *Patriarcha Aquilejensis*. Antericus Mantuanus *Episcopus Curiae Vicarius*, Offredus Pistoriensis *Episcopus*, Maynardus *comes de* Garzia, *comes* Artemanus *de* Evirtimberch, *comes* Marcaldus *de* Verige, *& alii quamplures*.

Ego Conradus Spirensis *Episcopus Imperialis Aulae Cancellarius vice* D. Theorici *Ecclesiarum Archiepiscopi, Archicancellarii recognovi*.

Acta sunt haec anno Dom. Incar. MCCVI. Indict. 13. regnante D. Othone IV. *Romanorum Imp. gloriosiss. anno regni ejus XII. Imperii vero I.*

Datum apud Pratum *per manum* Gualterii *Imperialis Aulae protbonotarii* 8. Id. *Febr.*

M. *Sofridus* Civis, & Canonicus olim *Pistoriensis*, a *Lucio* III. Pontifice Maximo vocatus ad purpuram sub titulo *S. Mariae in Porticu*, postea etiam Cardinalis *S. Priscae*, a privatis monumentis inter Praesules ejusdem Civitatis memoratur, tametsi hoc ipsum incredibile videatur apud se reputantibus, numquam *Innocentium* III. acquievisse, ut alicui peculiari Ecclesiae *Sofridus* praeficeretur, quippe qui universali Ecclesiae magno usui esset, & commodo. Itaque qui nequidquam ad *Ravennatem* Archiepiscopatum *Hierosolymitanumque* Patriarchatum vocatus fuerat, quando *Pistoriensem* suscepisset regendum, vir magnis, trepidisque legationibus, hoc est ad *Balduinum Constantinopolitanum* Imperatorem in *Orientem*, in *Gallias*, inque totam *Italiam* defatigatus? Caeterum si publicis *Pistoriensibus* tabulis ulla fides habenda sit, suae patriae Episcopatum numquam obtinuisse dicendum est. Decessit enim Card. *Sofridus* anno 1211. teste *Ciaconio*; *Sofridus* vero *Pistoriensis* Episcopus annum superavit aetate 1218. *Sofridus* Card. *Innocentio* III. imperante in *Oriente* Ecclesiasticae Reipublicae promovit negotia: *Sofridus Pistoriensis* Episcopus sub eodem *Innocentio*, eodemque tempore in *Occidente* Ecclesiae suae jura sustinuit, apud *Othonem* Imperatorem, & ab *Honorio* III. deinceps post *Sofridi* Cardinalis excessum anno septimo, hoc est 1218. omnium privilegiorum confirmationem suscepit. Siquidem fatendum est omnino fuisse diversos, duosque *Sofridos*, ambo *Pistorienses*, Cardinalem unum, Episcopum alterum, tametsi virtute, dexteritateque agendi potuerint esse pares. Memini me dixisse in meis ad *Ciaconium* additionibus, *Sofridum* Cardinalem, de quo modo loquimur, illum esse, quem alii *Goffredum* appellant de *Cajetanis Pisanum*; qui error manifestissimus est, irrepsitque in meas additiones, tum ex properantia scribendi, tum ex aliorum sententia, ut in primo nostro tomo diximus, dum de *Goffredo Castiliono* Episcopo Cardinali *Salinensi* loqueremur. *Sofridus* vero noster Episcopus *Pistoriensis* mortalitatem explicuit circa annum 1220., postquam Ecclesiam sibi creditam perbelle administrasset. Porro Diploma illud, quod *Sofridus* ab *Honorio* pro se, suisque successoribus anno 1218. receperat, est tenoris sequentis ex manuscript. lib. nigro fol. 17. qui exstat in Archivo *Pistoriensis* Ecclesiae.

HONO-

HONORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Venerab. Soffredo, ejusque Successoribus canonice substituendis in perpetuum.

QUoniam omnium solus Ecclesiarum curam Deo, prout ipsi placuit, disponente suscepimus, oportet nos fratres nostros Episcopos, ampliori charitate diligere, & Ecclesias eorum gubernationi commissas pro tempore Sedis Apostolicae consumpta, in quibus quatenus tam nos, quam Ecclesiis, quae ipsorum regimini sunt conjunctae, sub Apostolica tuitione manentibus, & Apostolorum Principis patrocinium contra pravorum incursiones adeptis, & ipsi officii suae protectioni valeant propensius imminere, & commissae ipsorum patrocinio oves dominicae vitae pabulum Christianis necessitatibus pravorum molestiis uberius, & quietius possit jugiter invenire. Et propterea Venerab. in Christo Patri Soffredo *Pistorien. Episcopo tuae honestatis, & antiquae devotionis, qua* Pistorien. *Ecclesia semper in Apostolicae Sedis reverentia, & veneratione permansit, consideratione inducti ad exemplar felicis recordationis* Urbani Pastoralis, Innocentii II., Anastasii, Alexandri, Urbani III., *ac* Innocentii III. *praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum eamdem Ecclesiam sub beati Petri, & nostra protectione suscepimus, & praesenti suscepti privilegio commisso, statuentes quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia in praesentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum; vel Principum oblatione, seu aliis justis nominibus praestante Domino potuit adipisci, firmiter tibi, & tuis successoribus, & illibata permaneat &c. Sancimus, ut Dioecesis Pistorien. Episcopatus praedictus eisdem terminis dictorum praedecessorum nostrorum privilegiis distinctus sit, ne in futurum extra dictos Pistorienses Episcopos sine alterius molestia, vel inquietudine perseverent, pro quo nominantur tantummodo subscriptae capellae, & Ecclesiae constitutae, ac constituitur* Vid. *capella de* Capraria, *capella hospitalis de* Rosaria, *Plebs de* Massa, *capella de* Vincio, *capella de* Butrimiano, *capella de* Castello novo, *capella S. Martini in* Montecculli, *capella S. Mariae Magdalenae in* Cella, *capella de* Valenzano, *capella de* Veruca, *super qua praefati praedecessoris nostri* Urbani *post tertiam, & quartam descriptionem est prolata sententia, capella hospitalis de* Fanano, *capella hospitalis praefati Episcopi, capella de* Rotie, *capella de* Corbaria, *capella* Montis acuti, *capella de* Insula, *capella S. Salvatoris prope* Pratum *juxta fluvium* Bisertium, *capella S. Martini* Vociano, *quae vocatur* Panana *in* Pistorien. *comitatu cum castello* Sambuchae *sub certis terminis constructo Sanctae Pistoriensis Ecclesiae confirmando sito a ven. memoriae Comitissa* Mathilda *B. Petri filia post diu examinato a compluribus judicibus, ac jurisperitis auctoritate per judicium* Bernardi *S. Romanae Ecclesiae presb. Card. & jam dicti Pastoralis .... Vicarii in manu dignae recordationis* Ildeprandi *praedecessoris tui, & fratri ejus restituta esse cognoscitur. Porro decimatione de* Monte Murlo, *de* Prato, *de* S.Paulo, *de* Colonica, *de* Monte Magno, *de* Castilli, *de* Lamporecchi, *de* Creti, *de* Spanarecchio; *quas de Laicorum manibus solertia praedictus praedecessor tuus eripuit, nullus umquam ab Ecclesiastica jurisdictione, & Clericorum usibus alienare praesumat. Id ipsum de terris, fructibus, praedisve praecipimus, quae hodie in Ecclesiastica Pistorien. possessione persistit, vid. de* Pizzano, *de* Mammiano, *de* Caviniana, *de* Basia, *de* Satrinana, *de* Brumellio, Grappola, Vinacciano, Tobiano, Publica, Silva mortua, Vinciplactos verte, Celleri, *& de terra sita in Episcopatu* Bonon. *quam tenuerunt fines de Valle della corte de Spalliolo. Insuper confirmamus vobis plebem S. Hippolyti in* Alpe, *plebem S. Laurentii, plebem in* Monte Murlo, *plebem de* Villiano, *plebem S. Quirici, plebem in* Monte Cuccoli, *plebem in* Saturnana, *plebem de* Brandellio, *plebem de* Faccinana, *plebem S. Marcelli, plebem de* Fizzano, *plebem de* Papilio, *plebem de* Pitelio, *plebem de* Fonfalo, *plebem de* Colle, *plebem de* Calona, *plebem de* Murtitiano, *Plebem de* Massa, *plebem de* Creti, *plebem*

de

de Ramporechio , *plebem de* Limite , *plebem de* Arimino , *plebem de* Seano , *plebem de* Quarrata , *plebem de* Montemurlo , *Plebem de* Tobbiano, *plebem* S.Hippolyti, *plebem* S. Pauli, *plebem de* Ajolo , *plebem* S. Justi, *plebem de* Colonica; *In* Prato *plebem* S. Steph. *Ad haec adjacentes sanctimoniales , ut Othonis privilegio ,quod* Pratenses *a* Romana *Ecclesia se habere congaudent, nulla injuria , vel diminutio, vel inobedientia Matri suae* Pistorien. *Ecclesiae*, *seu cuilibet earumdem plebium, vid.* S. Pauli, S. Hyppoliti, S. Petri *de* Ajolo, S. Justi *de* Colonica , *vel alicui in aliquo inferatur*, *nec* Pratensis *Ecclesia*, *vel Clerici ipsius loci*, *eodem scripto contra Justitiam*, *vel dignitatem*, *aut obedientiam Ecclesiae*, *seu Episc. Pistorien. utatur*.. . . . . *Quemadmodum praedecessorum nostrorum* Urbani, pastoralis Innocentii , *&* Alexandri , *atque aliorum* , seu & *bonae memoriae* Petri, *&* Ildeprandi Pistorien. *Episcoporum tempore exstiterunt . Ita jam dicta* Praten. *Ecclesia absque aliqua diminutione potestatis , aut dignitatis* Pistorien. *Ecclesiae* , *vel Episcopi eis in omnibus , & per omnia obediens, & subiecta permaneat . Probibentes insuper , ut in Episcopatu tuo nullus Ecclesiam, vel Oratorium sine assensu tuo, vel successorum tuorum de novo construere audeat , salvo tamen privilegio* Romanae *Ecclesiae : liceat quoque tibi per successores tuos baptismales Ecclesias in eadem Dioecesi constituere , si necessitas visa fuit imminere . Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat &c. si qua igitur ec. cunctis autem &c.* Amen .

Ego Honorius *Catholicae Ecclesiae Episcopus* .
Ego Nicolaus Tusculanus *Episcopus*.
Ego Guido Praenestinus *Episcopus*.
Ego Petrus S. Pudentianae *tit.* Pastoris *presb. Card.*
Ego Robertus *tit.* S. Stephani *in* Coelio monte *presb. Cardinalis* .
Ego Stephanus *basilicae* XII. Apostolorum *presb. Card.*
Ego Gregorius *tit.* S. Anastasiae *presb. Card.*
Ego Gregorius *tit.* S. Nicolai *in carcere Tull. Diac. Cardinalis*.
Ego Ottavianus *SS.* Sergii , *&* Bacchi *Diac. Card.*
Ego Gregorius S. Theodori *Diaconus Cardinalis*.

Datum Laterani *per manum* Raynerii *S. R. E.* vice *Cancellarii Non. Julii* , *indictione 6. Incarn. Dom. anno* 1218. *Pontificatus vero Dom.* Honorii *Papae III. anno* 2. *Ughell.*

Soffredum Pistoriensem Episcopum obiisse anno 1123. die 25. Maij adfirmat *Salvius* , qui summum b ni Praesulis studium in tu ndis Ecclesiae suae iuribus per varias contentiones , litesque pluribus ostendit. *Coletus*.

A D D I T I O N O S T R A.

Haec sunt monumenta a nobis edita, quae ad *Soffredi* memoriam ornandam maxime pertinent. Ac tria quidem ad annum 1209. spectant. Nam XIII. Kal. Novembris ab *Innocentio* III. privilegium impetravit descriptum classe VIII. 24. ab *Othone* vero IV. diplomata duo , alterum quidem VI. Idus Novembris datum , alterum III. Nonas Decembris , utrumque eadem classe VIII. 21. & 23. divulgatum . In eadem classe VIII. 24. habes Bullam *Honorii* , quacum omnino confer *Ughellii* editionem . Ad contentiones *Soffridi* pro juribus suis , suaeque Ecclesiae tuendis refer , quas classe XII. 13. & 18. retulimus chartas ; unam quidem anno 1214. V. Kal. Decembris , aliam a. 1221. V. Nonas Maij exaratam . In Archivo *Pistoriensis* Episcopi alia ejusmodi controversiarum monumenta plurima exstant. Exemplum dabo *Rainerius Faesulanus* Episcopus a. 1215. ab *Innocentio* III. facultate adcepta sententiam tulit pro *Soffredo* adversus Monachos *S. Bartholomaei* . Quare , ut legitur in instrumento [*Filza IV. n.* 4.] *pridie idus Octubres* ejusdem anni *Dominus Federicus Pistoriensis Canonicus suscepto mandato a Domino Fesulano Episcopo misit in possessionem Patronatus Ecclesiae S. Romani* (de hoc caussa agebatur) *Dominum Soffredum Pistoriensem Episcopum*, *& claves Ecclesiae & domus sibi dedit* , *& excommunicavit candelis accensis*, *& campanis pulsatis omnem contradicentem* , *vel turbantem dictam possessionem* . Ibidem (num. 6.) *Rainerii* ejusdem sententiam reperi pro *Soffredo* nostro adversus

Lotharium Rectorem Hospitalis de *Rosaria*, anno 1216. VIII. Kal. Decembris. Hanc autem tulit *Rainerius in domo Abbatiae* [*S. Bartholomaei Faesulis*, cui praerat Abbas *Sinibaldus*] *in praesentia Domini Lotteringi Canonici Fesulani*, & *Domini Federici Canonici* Pistoriensis, & *aliorum*. Neque omittendum est, *Soffredum* interfuisse *S. Johannis Gualberti* Canonizationi. Vide *Januensem* [cap. 89.] *Didacum de Franchis* [lib. XII. *Vitae ejusdem S. Johannis Gualberti* pag. 510.], Locatellum (*lib.* 1. *c.* 88.) & *Bollandianos* ad diem XII. Julii.

Nunc illud disquirendum, num *Soffredus* hic unus fuerit, quod adfirmat *Ughellius* contendens *Soffredum* Cardinalem numquam fuisse *Pistoriensem* Episcopum? Sed age, consule vetustum Pistoriense Calendarium, quod in *Bibl. Pistoriensi* excusum est [pag. 97.] Ad diem Decembris XIV. haec invenies: *Obiit* Soffredus *Tit. S. Praxedis Presbiter Cardinalis*, *qui dedit huic Ecclesiae altare viaticum*, *in quo sunt XLIV. capilli B. M. V. anno MCCX. fuit Episcopus* Pistoriensis. Ipso autem Sanctis Innocentibus infantibus sacro alterius *Soffredi* obitus adnotatur his verbis: *Obiit* Soffredus Pistoriensis *Episcopus anno Domini MCCXXIII.* . . . . . . *Cardinalis S. Praxedis*. Num mori idem diversis diebus potest? Quae extat in postremis verbis lacuna fortasse suppleri posset; ac *nepos fuit Soffredi Cardinalis S. Praxedis*. Quidquid idest, alter certe ab altero distinguendus omnino est. Nec quod *Soffredus* Cardinalis *Ravennatis* Ecclesiae sedem recusarit, id efficit, *ne Pistoriensis* quidem Ecclesiae regimen eum admisisse. Nam Patriae amor ab illo id impetrare potuit, quod minime obtinuit majoris dignitatis amplitudo. Discimus etiam ex adlatis Calendarii verbis fuisse tandem *Soffredum* ad titulum *S. Praxedis* translatum, quod *Ughellius* hic ignoravit. Sed illud sedulo considerandum, *Soffredum*, qui annum 1223. obiisse in Calendario dicitur, fuisse quidem Episcopum *Pistoriensem*, sed aliquot ante mortem mensibus episcopatu se abdicasse. Nam ut infra dicam, 7. Aprilis ejusdem anni Magister *Gratia Dei electus* erat *Pistoriensium* Antistes. Ceterum alter *Soffredus* alteri successisse videtur, ut facile fuerit illos confundere.

XXVII.

Thomas reperitur vixisse anno 1220. *Ughell.*

Imo 1223. obiit eodem anno *Salvius*, & ex eo *Coletus*.

XXVIII.

Gratia Deo Berlingheri Florentinus in Parochia *S. Laurentii* exortus, ex Canonico *Pistoriensi*, insignique legum Doctore, Praesul *Pistoriensium* electus fuit anno 1223. & consecratus ab *Honorio* III. ut habetur in regesto *Vaticano*. Viginti supra septem annos hanc rexit Ecclesiam, magnaque probitatis fama. Post cujus obitum cum diu vacasset Ecclesia, Praeposito, & Capitulo *Pistoriensi* sequentem scripsit Epistolam *Innocentius* IV. ut octo dierum spatio, quem maluerint, idoneum eligerent Pastorem. Epistolam nos ipsi e *Vaticano* regesto excerpimus, quae est 214. in ordine, anno nono ejusdem Pontificis.

Praeposito, & *Capitulo* Pistoriensi. *Ne ex longa Ecclesiarum vacatione*, *propter quam solent Ecclesiae non modica incurrere detrimenta*, *Ecclesia vestra destituta Pastore laesionem incurrat aliquam*, *vel jacturam*, *volentes vobis super hoc*, & *ipsi* Ecclesiae *paterna sollicitudine providere*, *mandamus*, *quatenus infra octo dies post receptionem praesentium de consilio & assensu venerabilis fratris nostri Episcopi* Mutinensis *vobis personam idoneam in Episcopum*, & *Pastorem*, *non obstantibus aliquibus literis generalibus*, *vel specialibus quibuscumque super Episcopatu sibi concedendo cum vacaverit*, *ab Apostolica Sede concessis*, & *processibus habitis per easdem*. *Alioquin eidem Episcopo nostris dedimus literis in mandatis*, *ut ipse ex tunc sublato cujuslibet contradictionis*, *appellationis*, & *difficultatis obstaculo Ecclesiae vestrae studeat de persona idonea providere*. *Non obstantibus aliquibus*, *per quae id impediri*, *vel differri valeat*, & *de quibus specialem oporteat in praesentibus fieri mentionem*. *Contradictores &c. Nos enim irritum decernimus*, & *inane quidquid contra mandatum nostrum a quoquam fuerit attentatum*.

Datum Perusii *octavo Kalendas Maii anno* 9. *Ughell.*

Gratia Dei mortem accidisse refert *Salvius* anno 1249. eodemque anno ei datum successorem *Joannem* quemdam, qui decesserit circa finem anni 1252. indeque

que creatum Episcopum Guidalostem. Verum cum ante electionem *Joannis* velit ipse *Salvius* datam ab *Innocentio* IV. relatam Epistolam, eaque scripta dicatur anno nono Pontificatus ejusdem *Innocentii* Kal. Maij; qui fuit dies 24. Aprilis anni 1252. nullus est locus *Joannis* electioni; neque vi dictae Epistolae ad *Pistoriensem* Sedem alius emergere potuit praeter *Guidalostem*. Ni velimus dicere, dictam Epistolam datam post obitum *Joannis*; vel errorem Amanuensis irrepsisse in anno, qui *6.* & non *9.* scribi debuerit. *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Thomam, quem *Soffredum* inter & *Gratiadei* constituit *Salvius*, valde suspicor delendum esse. Nam classe II. *6.* chartam edidi a. 1223. 7. Aprilis scriptam, in qua *Rainerius Comes de Panico pro se & fratre suo D. Ugholino . . . . juravit fidelitatem Magistro Gratia Dei electo, & Ecclesiae Pistoriensi;* contra *Electus investivit praefatos comites* &c. si tamen *Thomas* retinendus in catalogo, *Soffredus* anno 1222. Episcopatum dimiserit; non ante, quum chartam viderimus, in qua eius mentio a. 1221. V. nonas Maij. Redeamus ad *Gratiadei*, qui non *electus*, sed *Episcopus* dicitur in charta ejusdem anni 8. Julii (classe II. 7.). Sequente anno 1224. III. Idus Aprilis *erat* Gratiadei *apud castrum de Lamporecchio pro recipiendis fidelitatibus, & comandamentis ab hominibus ipsius castri & terrae de Lamporecchio, & Orbignano*. Discimus id ex charta, quam protulimus classe II. 8. *Fridericus* II. a. 122*6*. Diplomate ipsum donavit, quod edidi cl. VIII. 25. Octobri mense proximi anni 1227. adcessit Episcopus ad hospitalia *Prati Episcopi*, & aliquas ad ejusdem hospitalis regimen utilissimas emisit constitutiones. Classe V. 13. eas publici juris fecimus A. 1230. *Saturnanenses* pridie nonas Februarii, pridie idus ejusdem mensis *homines de Fangno Gratiadei* fideles se se futuros Sacramento polliciti sunt. Vide classem II. *9.* 10. Tandem a. 1240. VI. Idus Augusti simili se Sacramento devinxerunt huic Episcopo *Rainerius Odaldi*, aliique oppidi *Montemagni* incolae. Monumentum exstat in secretiore Episcopi *Pistoriensis* Archivo [*Filza* 42.] obiit *Gratiadei* die VII. Januarii, quo die adscripta est illius mors Necrologio [*p. 90. Bibliothecae Pistoriensis*]. Non ante *Gratiadei* dimittendus est, quam monuerim in charta, quam exhibui cl. II. *6.*, perperam annum 1204. legi sed annum 1224. omnino scribendum, ut vel Indictio XII. ibidem adnotata ostendit, & confirmat, quae hanc proxime sequitur, alia charta. Non igitur corrigenda Indictio XII ut putaveram initio, atque cum anno 1204. concilianda, sed ex Indictione potius emendandus est annus.

XXIX.

Guidalostes Vergellesius, nobilis *Pistoriensis*, Canonicus Cathedralis Ecclesiae, & Papae Capellanus, a Capitulo concorditer statim post *Innocentii* literarum receptionem Episcopus suae Civitatis electus est anno 1252., ab *Innocentio*, qui probe hominem longa rerum experientia noverat, confirmatur anno Pontificatus nono 22. Kal. Junii ex regesto *Vaticano* Epistola 323. fol. 1*67*. Archiepiscopatus *Ravennatis* olim Vicarius fuit pro *Philippo Fontana Insubriae* legato contra *Ezzelinum*. Ad decorem *Ravennatis* Ecclesiae in *Argenta* saluberrimas condidit leges 1259. Inde ad suam rediit Ecclesiam. E vivis exemptus est anno 1283. sepultusque est in Cathedrali cum subjecto Epitaphio.

GVIDALOSTI VERGELLESIO EPISCOPO
ET PATRITIO PISTORIENSI, OMNI
OFFICIO IN DEVM, PATRIAM, GENTILES
AC DENIQVE OMNES VSQVE AD EXTREMVM
OPTIME FVNCTO ANNO DOMINI M.CC. LXXXIII.
FRANCISCVS VERGELLESIVS. PHILIPPI SEBASTIANI
FILIVS RESTAVRAVIT ANNO DOMINI MDC.XVIII.

Stemmata gentilitia hujus antiquissimae gentis, tres argenteae regulae sunt, quae nigrum campum distinguunt. *Ugbell.*

ADDITIO NOSTRA.

Classe II. 11. classe XII. 21. cl. I. 5. cl. II. 7. cl. XI. 29. chartas edidimus, quae *Guidaloftis* praestantissimi Antistitis memoriam honestant. XXI. Februarii dies *Guidalosti* emortualis fuit. Confer. Calend. *Pistoriense* (*Bibl. Pist. p.* 91.) Sed quid de anno? In eodem Calendario annus notatur 1286., sed eo anno *Thomas Pistoriensem* Ecclesiam gubernabat; in Epitaphio quoque *Guidaloftis* annus 1283. designatur. Non tamen a Kalendario sequendo haec me dimovent. Nam anno 1283. senio confectus *Guidalostes* potuit Episcopatum abdicare, ac triennio superstes mori deinde anno 1286. Epitaphium porro recens est, atque ad mendosas tabulas potuit elaborari.

XXX.

Thomas („ *Senensis* (Prior secularis Ecclesiae de monte *Alpruno*, a Capitulo electus in *Pistoriensem* Episcopum, *Guidalosti* successit anno 1285. confirmatus ab Honorio IV. 5. Idus Junii anno primo Pontificatus, ut habetur in regesto *Vaticano* Epistola 26. fol. 137. Hic S. *Francisci Senensis* Ecclesiae consecrationi interfuit, cum solemnem illum ritum frater *Matthaeus Ordinis Minorum* Episcopus Cardinalis *Portuensis* prosequeretur, ut in lapidea tabula hujus exstat memoria facti. Hic idem *Thomas* sub Papa *Nicolao* IV. commissarius fuit, collectorque spoliorum in *Hetruria*, ut *Siculo* regno suppetiae mitterentur. Oratorium *B. Thomae* Apostoli aedificavit, ubi haec legitur in marmore insculpta inscriptio.

VENERABILIS PATER DOMINVS THOMAS DEI
GRATIA PISTORIENSIS EPISCOPVS FECIT FIERI HOC
ORATORIVM AD HONOREM DEI, ET GLORIOSAE VIR
GINIS MARIAE, AC B. THOMAE APOSTOLI AN.
M.CC.LXXXXVI.

Pistorii defunctus est anno 1303. sepultusque est *Casuli* apud *Servitas* [imo in praepositura] in cujus tumulo hoc exstat ibidem Epitaphium.

PISTORII FLAMEN, CLERI, POPVLIQVE SOLAMEN,
GLORIA MAJORVM, PATRIAE DECVS, ATQVE SVORVM
CVLMEN HONESTATIS THOMAS, HEROS PIETATIS,
FORMOSVM NOTIS, VIRTVTVM FLORIDA VITIS;
FONS DECRETORVM, FLOS CLERI, GEMMA SVORVM
HIC JACET ALMAE VRBIS PATER; HIC TIBI JVNGERE COELIS
ANNISQVE EXEMPTIS TRINIS CVM MILLE TRECENTIS.
A CHRISTO NATO, REQVIEVIT FINE BEATO.

Venerabilis Pater Dominus Thomas, *olim* Pistoriensis *Episcopus hic jacet. Ob cujus memoriam Dominus* Jacobus, & Sotus *Domini* Andreae *Germani ipsius fecerunt fieri hoc Monumentum, qui obiit die XIII.* [al. XXX. Julii] *anni praedicti. Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Ad hunc Episcopum spectant chartae, quas divulgavimus classe XI. 32. & cl. V. 3. *Thomas* Synodum aliquam celebravit. Vide classem IV. 2. Juxta Calendarium *Pistoriense* (*Bibl. Pist. p.* 94.) decessit *Thomas* e vivis 29. Julii.

XXXI.

Bartholomaeus de Sigisbuldis Pistoriensis, ex praeposito ejusdem Ecclesiae electus a Capitulo, a *Benedicto* XI. confirmatur in Episc. *Pistoriensem* anno 1303.

IV.

IV. Non. Novembris. Sed brevi mora *Pistoriensem* administravit Ecclesiam. Anno etenim 1307. die 24. mensis Decembris, ad *Fulginatem* Sedem translatus est, de quo ibi plura. *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Bartholominus, seu *Bartholomaeus* ipso anno 1306. 30. Maii tantum *electus* dicitur in charta prolata class. V. 15. de eo haec in historia *Fulginate* a *Mannio* edita T. 1. *scrip. Rer. Italic.* ad a. 1308. *Die prima Junii venit* Fulginium Dominus *Bartholominus de* Pistorio *Episcopus* Fulginas, *& decessit anno Domini MCCCXXVI. die XXI. mensis Julii*.

XXXII.

Hermannus de Anastasiis Fulginas, Prior Cathedralis, cum Sedem *Fulginatem* recusasset, haud tamen *Pistoriensem* defugere potuit. *Clemente* V. ita mandante anno 1307. die 24. mensis Decembris. Vita functus est die 15. mensis Augusti anno 1321. sepultusque est in Cathedrali. *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Synodum habuit *Hermannus* a. 1308. 8. Decembris, cujus constitutiones edidit Clariss. P. *Mansius* (*Tom. III. Supplem. ad Concilia Veneto-Labbeana p. 303, & seqq.*) & nos quoque, non inutili fortassis labore, iterum exprimi typis curavimus clas. IV. 2. Quinquennio post aliam Synodum celebravit. Vide classem IV. 3. Epocham *Hermanni* emortualem confirmat Calendarium Pistoriense (*p. 94. Bibl. Pist.*)

XXXIII.

Barenzus de *Richardis* [seu *Barontius* de *Ricciardis*] *Pistoriensis* Archipresbyter Cathedralis a *Joanne* XXII. Pontifice *Pistoriensis* Episcopus creatus est anno 1322. XI. Kalend. Maij ex regesto *Vaticano* Epistola 526. anno septimo *lit. commun.* postquam ejusdem electionem a Capitulo factam contra placita Pontificia irritasset. Siquidem ejus perspecta virtute, probitateque dignum percensuit, cui talis honor tuto demandaretur, Is cum esset *Joannis* XXII. Papae studiosissimus a *Ludovico Bavaro* Romani Imperii perduellis declaratus in exilium pulsus est; in cujus locum *Nicolaus* pseudopontifex, quemdam fratrem *Joannem de Sodagis Ordinis Eremitarum S. Augustini*, sui similem intrusit, qui haud multo post, una cum reliquis *Bavari* fautoribus expulsus, in claustro reclusus, patrati criminis poenas luit, *Barenzus* vero ad Ecclesiam suam reversus cum 17. annos perbelle illam administrasset, decessit anno 1349. cujus meminit auctor historiae *Pistoriensis*.

ADDITIO NOSTRA.

A. 1322. 7. Septembris *D. Baronthus* Synodos confirmavit decessorum suorum *Thomae*, & *Hermanni*. Vide classem IV. 4. Quum autem *Johannes* de *Ursinis* Diaconus Cardinalis, qui ab *Johanne* XXII. missus in *Italiam*, & *Tusciam* legatus fuerat ad coercendos *Ludovici Bavari*, & Antipapae impetus, constitutiones quasdam anno 1327 in Concilio quodam *Florentino* edidisset ad Cleri reformandos mores, illas a. 1330. *Barontus* publicavit. Nos eas post clariss. *P. Mansium*, qui primus (*T. III. suppl. ad Concilia Veneto-Labbea p. 417. & seqq.*) emisit illas in lucem, intulimus in classem IV. 5. cum MS. exemplo adcuratissime conlatas. Anno 1346. Synodum *Hermanni* Episcopi confirmavit *Baronthus*, canone tamen XLIV. abrogato. Consule classem IV. 2. Aliud *Baronti* monumentum dedimus classe XI. 32. quod ad annum spectat 1335. & sequentia. Hoc nunc Epitaphium legitur in Principe *Pistoriensi* templo *Baronti* tumulo insculptum.

D.

D. O. M.
BARONTO RICCIARDO
PATRITIO ET EPISCOPO PISTORIENSI
SUB IO: XXII. BONONIENSI ET PICENA LEGATIONE
FUNCTO SEPVLCRVM
QVOD SVO AB HOSTIVM OBSIDIONE PATRIA POSVERAT
LIBERATORI, ET EDACI VETVSTATE LIBERARE PETRVS RICCIARDVS
I. C. PISIS INTERPRETATIONE AVREOQVE STYLO
CLARISS. HABVERAT IN VOTIS
NOBILISSIMA POSTERORVM FAMILIA
INSTAVR. CVR. A. D. M.DC.XXXVI.
VIXIT A. LIV. EPISC. XXVI. OBIIT A. D. M.CCC.XLVIII.

XFXIV.

Andreas de Centoriis, *Pistoriensis*, Abbas secularis Ecclesiae de *Fageto Auximanae* Dioecesis, vir eximie literatus, electus est Episcopus *Pistoriensis* anno 1349. duodecimo Kalendas Novembris, ex regesto *Vaticano* Epistola 52. fol. 38. parte prima, anno octavo Clementis sexti: illamque Ecclesiam rexit per annos quindecim. Deinde vita functus est 1356 (die XIX. Septembr.) inque media Cathedrali sepultus, ubi spectatur sepulcrum cum ejusdem effigie depresse insculpta cum sequenti Epitaphio.

HIC JACET. R. PATER, AC DOMINVS DOMINVS ANDREAS DE CENTORIIS DE PISTORIO OLIM EPISCOPVS PISTORIENSIS DOCTOR VTRIVSQVE I. QVI OBIIT IN DOMINO M.CCC.LVI. DIE XIX. SEPTEMB. CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Andreas hic memoratur in charta, cujus laciniam ex Archivo PP. *Augustinianorum Pistoriensium Borellius* in MS. suam *Pistoriensium* Episcoporum historiam conieccerat. Illam heic dabo, etsi vix quidquam praeter quaedam inlustria nomina continet; aliquid enim in ea videre mihi visus sum, quo *Augustini Finaccii*, seu potius *Tinaccii Narniensis* Episcopi, de quo *Ughellius* [T. 1. col. 1018.] historia inlustretur. Utinam integram illam descripsisset *Borellius*!

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Reverendi in Christo Patres, & Domini, Dominus Frater Augustinus *Dei, & Apostolicae Sedis gratia* Narniensis *Episcopus, & sacrae paginae Doctor, Frater* Franciscus *de* Fulgineo *Ordinis Heremitarum Sancti* Augustini *pro Reverendissimo Patre, & Domino, Domino* Egidio *Cardinale* Spanien. *Legato in totius* Italiae *partibus pro Christianissimo, ac Sanctissimo Domino* Innocentio *divina providentia Papa sexto, subdelegati, & commissarii in Dioecesi* Pistoriensi, *& aliis Dioecesibus, & locis in privilegiis eorum commissionis, & subdelegationis expressis, & declaratis solemni deliberatione habita inter eos, desiderantes Sanctae Romanae Ecclesiae, & dicti Domini Papae, & praefati Domini Cardinalis Legati* Pistoriensis *bonores, liberalitates, & jura defendere & augumentare ad posse, ipsorumque mandatis plenarie obedire, & ad Christi fidelium animarum, & devotorum Sanctae Romanae Ecclesiae, & Christianae Fidei salutem intendere, & contra perditionis filios, & Hereticos Sanctae Romanae Ecclesiae, ac D. N. D. Papae* Innocentii *inimicos ad punitionem procedere; Christi nomine invocato ad honorem, & reverentiam Omnipotentis Dei, & Beatissimae Mariae Virginis ejus Matris, & Sanctissimae Crucis Domini nostri Jesu Christi, confidentes de circum-*

cum-

cumspecta fide, honestate, discretione, & prudentia Venerabilis in Christo Patris, & Domini Domini Andreae *Episcopi* Pistoriensis, *ac etiam Reverendi, & Religiosi vir. Domini Fratris* Angeli *dicti Ordinis Heremitarum Sancti* Augustini, *Lectoris in loco Sancti Laurentii Fratrum dicti Ordinis Conventus* Pistoriensis, *& cuilibet ipsorum &c. Actum in Civitate* Pistoriensi *in Claustro Loci Fratrum Sancti Laurentii &c. sub Incarnationis anno* MCCCLV. *Indictione IX.* die XXVII. *mensis Maij*.

XXXV.

Fr. *Remigius*, filius *Bartholomaei Florentinus*, ex Ordine Eremitano D. *Augustini*, sui aevi clarissimus Concionator, Philosophus, Theologusque insignis, ab *Innocentio* VI. Pontifice creatus est *Pistoriensis* Episcopus an. 1356. quam quidem Ecclesiam ad decem fere annos singulari probitatis exemplo administravit; deinde claustralis vitae percupidus, deposito onere anno 1367. ad cellam, ubi suavissime vitam traducens anno demum 1370. vitam finivit. *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Constitutiones quasdam editas ab *Hermanno*, atque a *Baronto* Episcopo confirmatas probavit etiam *Remigius*. Quod discimus ex monumentis nostris classe IV. 7. *Ughellium* porro, qui anno 1367. *Remigium* abdicasse se Episcopatu scripsit, erroris arguit charta *Pistoriensis* Episcopalis Archivi, in qua legitur a. 1368. 24. Februarii *Simonem Cassinensem* Abbatem a *Remigio* tunc Episcopo facultate ejus rei adcepta jus omne, quod sibi erat in castrum *Sambucae*, *Pistoriensi* Reipublicae tradidisse, salvis *Pistoriensis* Episcopi juribus. Fuit *Remigio* Vicarius Generalis a. 1357. *Simon Pieri Talini* Rector Ecclesiae S. *Michaelis* in *Conco*, qui sententiam eo anno tulit pro Monasterio S. *Michaelis de Furculis*. Classe XII. 22.

XXXVI.

Joannes quondam *Vincentii de Viventiis Florentinus*, Praepositus *Pratensis*, & Scriptor Apostolicus, electus est *Pistoriensis* Episcopus anno 1367. 4. Nonas Junii: de eo mentio in monumentis anno 1377. post quem inde annum ad *Cerviensem* Ecclesiam translatus est. Obiitque *Bononiae* anno 1382. die 29. Augusti. *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Et hic *Hermanni* constitutiones confirmavit. Classe V. 7.

XXXVII.

Fr. *Andreas de Boccagnis* sive de *Franchis Pistoriensis* Ordinis *Praedicatorum*, ab *Urbano* VI. suae patriae electus Episcopus est post annum 1377. (a. 1383. xv. Junii juxta *Salvium*) egregia doctrina praeditus erat, magnique nominis Concionator. Volumen sermonum de Sanctis edidit, ac quadragesimale valde proficuum. Vitam produxit usque ad annum 1400. nunciumque per procuratorem Episcopatui remisit, decessitque eodem anno, sepultusque est apud suos *Praedicatores*, ubi sub marmoreo Sepulcro hoc Epitaphium legitur, rude sane redolens seculum.

ANTISTES, PLEBEM QVI REXIT PISTORIENSEM
ANDREAS VITAE CVNCTIS EXEMPLAR HONESTAE,
ET PIVS, ET MITIS, DIVINO DOGMATE CLARVS
HAC SVB MOLE JACET, SED MENS SVPER ASTRA VOLAVIT
ANNVS MILLENVS QVADRINGENTENVS IN VRBE
TVNC MAII BISDENA DIES, ET SEXTA FLVEBANT.

Ughell.

De eo *Altamura* in *Bibliotb. Dominic.* & *Fontana* in *Theatr. Mandos.* & ex eo *Salvius*. *Coletus*.

ADDI-

Antonius Senensis in *Bibliotheca F.F. Praedicatorum* duos *Andreas* Ordinis sui Episcopos *Pistorienses* distinguit, unumque statuit a. 1270., alterum a. 1314. *Michael Plodius*, & ipse *Andreas* duos ex ordine suo ad *Pistoriensem* Sedem adsumptos agnoscit, sed antiquiorem a. 1314., recentiorem a. 1394 floruisse scribit. Gravissimum horum Scriptorum errorem agnovit *Echardus in Bibliotheca sui Ordinis*, unumque, quemadmodum fieri debuit, *Andream de Bocagnis*, seu *de Franchis* (nam utroque deinde nomine ejus familia insignita fuit) *Pistoriensibus* Pontificibus adnumeravit. Enimvero nullus duobus illis *Senensis & Plodii* Episcopis locus in tabulis *Pistoriensium* Episcoporum. Vide superiores Episcopos. *Andream* equidem nescio quem *Dondorius* a. 1303. *Pistoriensibus* Episcopum tribuit; sed egregie fallitur, idque de more, Vir bonus; quod ad *Andream de Franchis* adtinet, ejus gesta fusiore calamo persequitur idem *Dondorius* (*p.* 219. *& seqq.*) atque inter cetera narrat eum a. 1395. cum *Jacobo Faesulano*, *& Paullo Nucerino* Episcopis de veteri loco ad editiorem, nobilissimumque locum *Prati Etruriae* Urbe transtulisse *B. Virginis Mariae* cingulum, quo (jure ne an injuria, disquirant alii) cives illi gloriantur. In Schedis *Borellii* reperi ego *Bonifacii* IX. literas anno V. sui Pontificatus III. Idus Aprilis, anno nimirum 1395. [primus enim *Bonifacii* annus a Novembri a. 1389. numerandus est] ad *Andream* datas, sed truncatas. Eae sunt hujusmodi.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei.

Vener. Frat. Andreae *Episcopo* Pistoriensi *salutem*, *& Apostolicam Benedictionem*.

Quia presentis vitae conditio statum habet instabilem, *& ea*, *quae visibilem habent essentiam tendunt*, *invisibiliter ad non esse*: *Tu hac salubri meditatione praemeditans diem tuae peregrinationis extremum dispositione suprema desideras praevenire*. *Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus* inclinati, *ut de bonis mobilibus a te per Ecclesiam* Pistoriensem, *cui preesse dignosceris*, *licite acquisitis*, *quae altaris*, *vel altarium ipsius Ecclesiae ministerio*, *alicui spetiali earumdem divino cultui vel usui non fuerint deputata pro decentibus & honestis expensis funeris tui & pro remuneratione illorum*, *qui tibi viventi servierint*, *sive sint consanguinei*, *sive alii justa servitii merita* (*moderate tamen*) *disponere & erogare possis*, *non obstante*, *quod Ordinis Fratrum* Praedicatorum *professi estis*, *Fraternitati tue plenam & liberam tenore presentium concedimus facultatem*. *Volumus autem*, *quod in eorum dispositione bonorum juxta quantitatem residui erga dictam Ecclesiam te liberalem exhibeas*, *prout conscientia tibi dictaverit*, *& animae tuae saluti videris expedire*.

Datum Romae *apud S. Petrum III. Idus Aprilis Pont. nostri anno* 5.

Hactenus *Borelii* exemplum. Est & in anecdotis nostris aliquod *Andreae* monumentum; Nam classe IV. 7. videmus, ipsum a. 1386. XIII. Februarii constitutiones quasdam probasse, quas *Hermannus* ediderat, *Baronthus*, *Remigius*, *Johannes* decessores sui confirmarant. De ejus scriptis diximus in *Bibliotheca Pistoriensi* (lib II. pag. 198.) ubi & Epitaphium ipsius sepulcro inscriptum recitavimus. Festum *Coronae Domini nostri Jesu Christi*, de quo *Usuardi* auctaria in citata *Bibliotheca Pistoriensi* p. 162. col. 1., fuit ab Andrea institutum.

XXXVIII.

Matthaeus Domini *Lazari de Diamantibus Pistoriensis*, nepos ex sorore supra memorati *Andreae* antecessoris, *Pistoriensis* Canonicus, ejusdem Civitatis electus Episcopus est ann. 1400. quinto Kalendas Martii. Hic apud *Bonifacium* IX. a calumniatoribus expostulatus est diversi generis improbitatis, sed cum agitata causa innocens fuisset repertus, ipse absolutus est, calumniarum vero structores poenam talionis luerunt. *Constantiensi* Concilio interfuit ann. 1415. ad ipsum tanquam doctissimum hominem retulere causas, quae per appellationem in Sancta Synodo agitabantur pro natione *Italica*. Consule *Abrahamum Bzovium* in 16. tom. *Annal. Ecclesiast.* („ obiit anno 1425. *Salvius*).

ADDI-

Matthaeus a. 1406. XVII. Septembris Synodum celebravit. Constitutiones in ea editas habes clas. IV. 6. *Pisanum* Concilium adiit 24. Martii a. 1409. docet id Catalogus Episcoporum, qui *Pisano* illi Concilio interfuerunt a Claris. *D. Johanne Dominico Mansio* editus ex *Taurinensi* Codice (T. III. *Supplem. ad Concilia Veneto-Labbeana col.* 1063.) Corpus S. *Felicis Pistoriensis* a. 1414. inventum fuit a *Matthaeo* (classe VI. 6.) E *Constantiensi* Synodo ad *Sozomenum* literas dedit a.1418. quas in *Bibliotheca Pistoriensi* (*lib.* 1. *parte* 3. *pag.* 30. *& seq.*) divulgavimus. Acta autographa *Sozomeni* Viri pro tempore illorum conditione celeberrimi manu scripta, in quibus criminationes illae ab *Ughellio* indicatae adversus *Matthaeum*, ex doctoris *Mosii* munere apud me servantur. Classe XII. 23. lege sententiam, quam *Martini* V. Papae auctoritate edidit *Matthaeus* a. 1420. 28. Februarii in caussa *Universitatis*, *nec non habitatorum & incolarum Terrae* Cutiliani *contra Plebem de* Lizano. In Constitutionibus *Pistoriensis* Capituli heic classe IV. excusis memoratum habes, *Ven. Virum Dominum Bernardum Abbatem Monasterii de Podio Bonizi Florentinae Dioeceseos visitatorem, correctorem, reformatorem, ac etiam ordinatorem Ecclesiae Pistoriensis per felicis recordationis Dominum Bonifatium divina Providentia Papam IX. specialiter electum, & ordinatum*. Nullus dubito, *Bernardum* hunc sub *Matthaeo* Pistoriensi Episcopo id muneris exercuisse, fortasse quo tempore *Matthaeus* fuerat ab obtrectatoribus, ut indicavimus, criminose accusatus.

XXXIX.

Fr. *Ubertinus de Albizzis*, nobilis *Florentinus*, *Bartholomaei* filius, ex Ordine *Praedicatorum*, ob excellentem doctrinam, probitatemque adeo *Florentinis* Senatoribus in pretio fuit, ut eundem ad *Pistoriensem* Sedem devehendum impetraverint a Pontifice, cum ad *Florentinam* nixis precibus evehere non potuissent anno 1426. die 8. mensis Junii. In *Metaphysicam Aristotelicam* commentaria scripsit. Antequam *Pistoriensis* Episcopus esset, *Fesulano* Episcopo diuturniori mora vicariam operam impendit. Caeterum *Pistorii* fato functus est anno 1434. sepultusque est in Cathedrali. Consule de eo *Archangelum Gianium de Scriptoribus Florentinis*, tametsi in dinumerandis aberret. *Ughell.*

De eo *Altamura* in *Bibl. Dominic.* (p. 173.) & *Poccianitus de Script. Florent.* [p. 81.] *Mandos.* & ex eo *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Hic ille est *Pistoriensis* Episcopus, cui a *Martino* V. cognitionem caussae inter *Nicholaum Johannem de Giglis* civem *Lucanum*, & *Ser Baldassinum Bertini* civem *Pistoriensem* delegatam vidimus classe XII. 24. Anno 1432. V. Nonas Maii altare majus Templi *S. Leonardo* sacri consecravit. Hujus rei hoc ibi exstat monumentum marmoreae tabulae insculptum.

AD REI MEMORIAM RENOVANDAM
ALTARE HOC MAIVS RITE CONSECRATVM
A DOMINO VBERTINO DE ALBIZIS
FLOR. EPISCOPO PIST. A. D. CIↃCCCCXXXII.
V. NON. MAII
QVA DIE ET ECCLESIAM DEO OPT. MAX.
IN HONOREM S. LEONARDI CONF.
OLIM CONSECRATAM FVISSE EX PROBATISS.
VETVSTISS. MONUMENTIS
ALEXANDER CACCIA EPISCOPVS PIST.
LEGITIME DECLARAVIT
A. D. CIↃIↃCLXIX.

Post *Ubertini* mortem *Thomas Recanatensis*, ac *Maceratensis* Episcopus aliquot mensibus *Pistoriensem* Ecclesiam jubente *Eugenio* IV. administravit, legesque tulit a Canonicis servandas, atque a nobis classe IV. divulgatas.

X L.

Donatus Medices, *Florentinus*, ex Praeposito Metropolitanae Ecclesiae, electus est Episcopus *Pistoriensis* anno 1436. X. Kalend. Julii. Hanc ille Ecclesiam administravit annos 38. quamvis in Epitaphio legatur annos 42. Nam assumptus est, ut diximus, ex actis *Consistorialibus* anno 1436. defunctus est 1474. tumulatusque in Cathedrali cum hoc Epitaphio.

DONATO MEDICI
QVI SVIS MERIS VIRTVTIBVS ANTE TEMPVS EPISCOPVS
CREATVS RELIGIOSE, VTILITERQVE ECCLESIAE PASTOR
ANN. II. DE XL. PRAEFVIT
PIISSIMI FRATRES PP.
ANNO M.CCCC.LXXIV.
VIXIT ANNOS LXVII. M. II. DIES VII

A D D I T I O   N O S T R A.

Donatus a. 1443. Princeps templum *Pistoriensis* Urbis dedicavit. Confer Bibliothecam nostram *Pistoriensem* (pag. 56.) Nec omittendum, quae ibidem (p. 162.) leguntur in *Pistoriensi Usuardini* Martyrologii exemplo XXIII. Maij.

X L I.

Nicolaus Pandulphinus Florentinus, Episcopus *Pistoriensis* anno 1440. e *Giannozzio* clarissimo viro, *Joannaque Valoria* eximiae nobilitatis faemina prognatus. Tyrocinium literarum *Bononiae* primum posuit, deinde nobiliter eruditus Metropolitanae suae patriae Canonicus effectus est. Tum sub *Pio* II. Apostolicus Scriptor renunciatus. *Sixtus* vero IV. generosi Spiritus Princeps, cum *Pandulphini* virtutem exploratam haberet, illum nepoti, hoc est Cardinali *S. Petri ad vincula* curatorem adhibuit, qui postea ad Pontificatum evectus, *Julius* II. fuit. Anno autem 1474. Episcopum *Pistoriensem* pronunciavit, demandata eidem *Beneventana* legatione, quam usque ad tempora *Innocentii* Papae VIII. prudentissime administravit, a quo deinde *S. Zenonis* Abbatia *Pisana* auctus est. *Julius* deinde II. ubi primum ad Pontificatum ascendit, in intimis Consiliariis habuit *Nicolaum*, Auditoremque adscivit, illumque Roboreae gentis ergo ascripsit. Defuncto *Julio*, rediit ad Ecclesiam suam, quam cum probitatis, ac pietatis laude, in ea seminario fundato, sapientissime administravit. In mensam Episcopalem amplos contulisse census narratur. Monasterium Monialium *S. Nicolai* a fundamentis erexit, Archidiaconatum fundavit, ut *Pandulphinae* gentis in jurisdictione foret. Quae dum *Pandulphinus* praeclare agit, jam propemodum effoetae aetatis, a X. *Leone* Pontifice in numerum Cardinalium cooptatur titulo *S. Caesareii in Palatio*. Quae sane dignitas *Nicolao* potius fuit cohonestamentum sepulcri, quam stabilior aditus ad supremum honorem. Decessit enim, ad viri fatum, lacrymantibus populis, anno 1518. die 17. mensis Septembris, delatusque *Florentiam*, sepultus est apud *Florentinam* Abbatiam in *Pandulphinae* gentis sacello, cum 44. annos *Pistoriensem* rexisset Ecclesiam, apud quam adeo adhuc *Nicolai* memoria rediviva est, & suavis, ut illius Civitatis *Antiani*, ut vocant, ad illius expiationem animae soleant celebrare in ferias. *Ughell*. De hoc *Gamurtinus* de *famil. Vol.* 5. *pag.* 118. *& seq. Mandos.* & ex eo *Coletus*.

A D D I T I O   N O S T R A.

Nicolaum hunc indicant *Sixti* IV. litterae, quas mecum communicavit *Cl. Gorius*. Habeto heic illas.

Dilecto

Dilecto Filio KAROLO DE MEDICIS

Notario nostro Preposito Pratensi.

Dilecte Fili salutem &c. Nuper nobis fuit expositum, quod orta dudum lite inter dilectos filios Capitulum, & Canonicos Ecclesiae Pistoriensis ex una, & Bartholomeum Belli dictae Ecclesiae Archipresbiterum, Thomamque Benedicti, ac Jacobum Philippi ejusdem Ecclesie Canonicos ex altera partibus super quibusdam prebendis, & quotidianarum distributionum perceptione. Capitulum & Canonici prefati hujusmodi causam per rescriptum Apostolicum quibusdam Judicibus commicti obtinuerint. Cumque Judices ipsi ad hoc convenire renuissent, Venerabilis frater noster Episcopus Pistoriensis, *quietem sibi commisse Ecclesie desiderans litem hujusmodi, ac omnes causas & differentias inter predictos vigentes in se committi curavit, factoque compromisso omnibus diligenter examinatis & cognitis laudum protulit, quod ab utraque parte acceptatum emologatumque* (sic) *fuit. Quare nobis humiliter supplicatum extitit, ut pro bono, & quieto Ecclesie antedicte huiusmodi laudo Apostolicae firmitatis robur dignaremur adducere. Quo circa huiusmodi supplicationibus inclinati, presentium tibi tenore commictimus & mandamus, quatenus si ita sit laudum antea dictum nostra auctoritate approbes & confirmes, plenamque decernas roboris firmitatem in omnium faciem, non obstantibus quibuscumque.*

Datum Fulginei *die VII. Septembris* 1475. *Anno VI.*

XLII.

Laurentius Puccius, *Florentinus*, Prothonotarius Apostolicus, Apostolicae Camerae Clericus, atque Datarius, a *Julio* II. adscriptus est *Pistoriensis* Episcopatus coadjutor, dum in ea Sede *Nicolaus Pandulphinus* sederet anno 1510. die 25. mensis Februarii. Hic ab eodem Pontifice legatus est ad *Florentinos*, ut illis abrumpendi cum Gallis foederis auctor esset. *Lateranensi* Concilio interfuit, fuitque *Leoni* X. eximie carus, qui eidem Apostolicam Datariam *Julio* II. defuncto asseruit, primoque anno sui Pontificatus Cardinalem *SS. Quatuor Coronatorum* renunciavit, eidem summa Poenitentiaria attributa, mortuoque *Pandulphino Pistoriensi* Episcopatui illum admovit anno 1518. Caeterum ejus Episcopatus honorem, in nepotem *Antonium*, Pontifice annuente, refudit. Post excessum *Leonis*, *Hadrianique* Summorum Pontificum, *Clemens* VII. olim *Julius Medices*, e summa Sede jus dixit divinum, cui magno usui, adjumentoque *Laurentius* fuit, siquidem trepidiora explicabat negocia, promovebatque prudentissime ad finem. Igitur inde in Gentem *Pucciam* amplissimos congessit honores. Obtinuit enim Ecclesiam *Melphitanam*, *Rapollanam*, *Caputaquensem*, *Venetemsemque* in *Gallia*. *Romae* decessit, *Albanus* primum Episcopus, posteaque *Praenestinus*, tantoque in pretio apud omnes, ut inconsolabile sui apud omnis ordinis homines desiderium reliquisse videatur. Aetatis erat 73. annorum, seculi vero decurrerant 1530. Kal. Octob. sepultusque est apud S. *Mariam super Minervam* ad pedes defuncti *Leonis*, cum hoc Epitaphio.

D. O. M.
LAV. PVCCIO EPISCOPO PRAENESTINO
CARD. SS. QVATVOR MAIORI POENITENTIARIO
SINGVLARIS PROBITATIS AC AMABILITATIS
ET IN APOSTO. NEGOTIIS EXPERTO
QVI V. A. LXXIII. M. I. D. IX.
IVXTA LEONIS PP. X. VT MANDAVERAT SEPVLCRVM
ROBERTVS PVCCIVS CARD. SS. QVATVOR
MAIOR POENITENTIARIVS
FRATRI OPTIMO AC BENEMERENTI FAC. CVR.
MORTEM OBIIT ANNO M.D.XXXI.

 Scripsit

Scripsit *Laurentius*, dum Datarii munere fungeretur, *de gratiis*, *& expectativis*. Illius non praeterit laudes *Stephanus Joannensis* in sua *Medica Monarchia*, *Sadoletus* in epistola ad *Antonium Puccium* Cardinalem ejus nepotem, *Bembus* etiam in epistola ad *Caesarem*. *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Florentiae quoque in Templo Deiparae ab Angelo salutatae in Sacello *S. Sebastiani* aliud *Puccio* insculptum monumentum. En illud.

LAVRENTIO PVCCIO ANTONII F. EPISCOP. PRAENEST.
CARDINALI SS. QVATVOR MAIOR. POENIT.
APOSTOLICORVM NEGOCIORVM
EXACTA COGNITIONE CELEBERRIMO
A LEONE X. PONT. MAX. PVRPVRA DECORATO
ROBERTVS PVCCIVS PATRVO MAGNO
AD ILLIVS IN PATRIA MEMORIAM RETINENDAM
EREXIT ANNO SALVTIS MDCVII.
VIXIT ANN. LXXIII.
OBIIT ROMAE XVI. KAL. OCTOBR. MDXXXI.
ET IN S. MARIAE SVPER MINERVAM SERVATVR.

XLIII.

Antonius Puccius, filius *Alexandri*, Cardinalium *Laurentii*, & *Roberti* nepos, aemulaque virtute plus quam genere affinis, juvenis adhuc in Academia *Pisana* literas hausit, repenteque ex nobiliori, vividaque indole Philosophus, Theologusque notae insignioris evasit, factusque Cathedralis *Florentiane* Canonicus, in summa aede magno audientium concursu sacras literas explicuit. Sed *Romam* deinde a patruo in spem amplioris dignitatis vocatus, a *Leone* Pontifice, qui ejus virtutem penitus introspexerat, Apostolicae Camerae Clericus primum effectus est, inque *Lateranensi* Concilio ad congregatos Patres elegantissimam orationem habuit anno 1514. 3. Nonas Maij, quam orationem *Leoni* X. Pontifici literatorum patrono inscripsit, dedicavitque. *Pistoriensem* obtinuit Episcopatum anno 1518, die 5. mensis Novembris. Coeterum haud diuturniori mora illam praesens administravit Ecclesiam, ecclesiasticis negotiis a *Leone* ipso Pontifice continenter distentus. In *Insubriam* enim vicelegatum illum legavit, multaque oppida, quae Ecclesiasticam jurisdictionem ejuraverant, recuperavit. *Finalem*, centumque nobiles pagos, totumque *Mutinense* territorium ad Pontificum Imperium compulit. *Parmam*, *Regiumque* munivit, illasque Civitates nomine futuri Pontificis in fide continuit. *Adrianus* VI., qui *Leoni* demortuo successerat in futurum Pontificatum, *Antonium Puccium* dignum existimavit, qui ad intima consilia admitteretur. Siquidem illum in perplexis, difficillimisque rebus solebat consulere. Apud *Clementem* VII. valuit plurimum, illum secutus in lugubri illa *Romana* depopulatione sub furente, impioque *Borbone*, ita ut etiam in *Adrianam* molem compulsum non deseruerit, in illisque Praesulibus fuit, quos exercitui *Caesariano* obsides tradidere; adivitque manifestissimum vitae periculum, nisi *Pompeij Columnae* Cardinalis sagacitas intervenisset. Igitur eo periculo perfunctum, *Clemens* VII. *Antonium* in *Gallias*, atque ad *Carolum* V. legavit, ut ejus industria, consilioque exoptatissima inter eos Principes pax aliquando tandem coiret, reversumque illum vocavit ad purpuram sub titulo *Ss. Quatuor Coronatorum* an. 1531. summa eidem Poenitentiaria attributa. A *Francisco* I. *Francorum* Rege, qui *Antonium* eximie dilexit, *Venetensi* Episcopatu exornatus est, quem paulo post ad favorem *Laurentii Puccii* ex fratri nepoti, aetati 18. ann. resignavit ann. 1541. die 10. Junii. *Paulo* deinde III. fuit intime carus, ita ut in ipsius gratiam *Robertum Puccium* patruum creaverit Cardinalem, cui anno

1541.

1541. *Pistoriensis* Ecclesiae curam demandaverat. Inter tot, tantaque Ecclesiastica negotia haud sacrarum literarum studia sivit languere. Scripsit enim quatuordecim homilias de Corporis, & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi Sacrificio, ejusdemque sacrorum verborum declaratione, multaque alia elegantissima Rhythmica composuit. Titulum *S. Mariae supra Minervam* assecutus est, fuitque Episcopus Cardinalis *Albanensis*, pauloque post *Sabinensis Romae* vitam finivit, sepultusque est apud *S. Mariam supra Minervam* prope Cardinalem *Laurentium* patruum, cum hoc epitaphio.

D. O. M.
ANTONIO PVCCIO EPISCOPO SABINO CARD. SS. QVATVOR
MAIORI POENITENTIARIO MORIBVS, ET RELIGIONE, AC IN
OMNES PROBOS LIBERALITATE SINGVLARISSIMO
QVI V. ANN. LX. DIES IIII.
ROBERTVS PVCCIVS CARD. SS. QVATVOR M. POENIT.
FRATRIS FILIO IVXTA CLEMENTEM PP. VII.
A QVO PVRPVRAM ACCEPERAT
SEPVLCRVM FACIENDVM CVRAVIT
MORTEM OBIIT ANNO M. D. XLIV.

Florentiae in *Pucciano* nobili Sacello apud D. *Annunciatae* aedem, honorarium elogium in marmore exsculptum *Robertus Puccius* exscribi jussit.

ANTONIO PVCCIO ALEXANDRI F. EPISCOPO SABINO
CARD. SANCTORVM QVATVOR M. POENIT.
SACRARVM LITERAR. PERITISS. APVD GALLIAE, HISPANIAEQVE REGES
LEGATIONE EGREGIE FVNCTO A CLEMENTE VII. PONT. MAX. IN CARD.
COOPTATO
ROBERTVS PVCCIVS, VT EIVS CONSERVARETVR MEMORIA
HOC AVI SVI EX FRATRE NEPOTI STATVIT MONVMENTVM
ANNO DOMINI M. D. C. VII.

Nec omittendum, quod *Antonius Paulum* III. Pont. Max. *Luca* a colloquio Caroli V. Imp. redeuntem in *Pacciana Tusciae* villa, magnifice excepit hospitio. Pontificis humanitatem, villae felicitatem iis Carminibus, ab ipso, ut erat omnium scientiarum genere eximie excultus, concinnatis in marmore testatam voluit.

Longe prospiciens ignes, prospectaque longe
Venatu, piscatu, Aucupioque frequens.
Pulchra loca celebrata umbris, & fontibus, & quid
Non procul hinc poenas trux Catilina dedit.
Colle sita in medio montes supra aspicit, infra
Flumineas valles, prataque amoena videt.
Ipsum intus decorant Nymphae, tabulisque coactae
In sublime suas ejaculantur aquas.
Concentus avium cum rivis murmura miscent,
Et de rupe frequens fistula dulce canit.
Non baedi, aut vituli desunt, non caseus, & lac,
Tum lautas epulas dant tibi cortis aves.
Undique Castaneae surgunt in montibus altis,
Undique saxosis labitur unda jugis.

Quie

Quin etiam in mediis Pomonam est cernere sylvis,
Datque suas socia Pallade Baccus opes.
Hic hyemem tepor, hic aestatem temperat algor,
Longe vos faciet aura benigna senes.
Partem horum natura dedit, gens Puccia partem;
Naturae laudem gens ferat ista parem.
Felix villa bonis tantis, felicior uno hoc,
Quod Pauli facta est hospita Pontificis.
Cum Carolo hunc Quinto congressum Caesare Lucae,
Dum redit, excepit villa beata sinu.
Dixit & haec: hospes numquam mihi major: & ille:
Numquam mi dabitur pulchrius hospitium.

Antonius Puccius tit. SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. presb. Card. Major Poenitentiarius, cum in hac villa magna ex parte a se extructa Paulum III. Pont. Max. Luca a colloquio Caesaris redeuntem excepisset, tanti principis humanitatem, & Villae felicitatem hoc saxo testatam voluit ipso hosp. die XI. Calend. Octob. M.D.LXI.

Vir fuit *Antonius*, ut diximus, eruditus, & antiquitatis valde studiosus, & cuius commentariis, seu schedis, quae olim apud *Martinum Milesium* exstabant, pleraque notatu digna excepimus. *Ughell.*

Ex relatis a *Venantio Simio* in *Catal. Viror. Illustr. Vallisumbr.* [p. 175.] *Joannes Maria de Canigianis* olim *Dominicanus*, translatus deinde ad *Vallumbrosanos*, efficaciter promovente Card. *Antonio Puccio* Episc. *Pistorien.* in *Pistoriensis* Ecclesiae suffraganeum eligitur cum titulo tamen *Hipponensis* Ecclesiae in Africa. Mandosius, & ex eo *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Inscriptionem addimus, quae legitur in Igneo colle.

ARCHA MICH. CAELESTIS ET ECCLESIASTICAE MILITIAE DVCI, IGNEIQVE COLLIS HVIVS OPTIMO PATRONO NICOL. PANDVLPH. ET ANT. PVCCIVS S.R.E. CARD. ET PIST. EPP. VILLAM HANC SACELLO RITE DICATO PERPETVO COMMENDARVNT AN. A. PRIMO EPISCOPO CHRISTO CIↃIↃXL.

Episcopus Alexander Caccia *sicut studiosus antiquitatis cultor posteritatisque tutor illam instaurandam atque exornandam curavit, ita hac inscriptione admonitum esse voluit* A. D. CIↃIↃCVIII.

XLIV.

Robertus Puccius, *Laurentii* frater, patruusque *Antonii* supra memorati Cardinalis, a primis annis rebus publicis administrandis operam dedit, *Eleonoramque Lentiam* nobilissimam foeminam duxit uxorem, ex eaque aliquot sustulit liberos. Dum publica res *Florentina* vigeret, *vexillifer justitiae* fuit; post *Mediceorum* vero principatum, ab *Alexandro* Mediceo primo *Florentinorum* Principe, inter 48. Senatores adlectus est. Cum extulisset uxorem, clericalem vitam excolere aggressus est, annoque 1541. die 8. mensis Augusti ex cessione nepotis, *Pistoriensium* Praesul evasit. Anno vero 1542. VI. Nonas Julii a *Paulo* III. creatus est Presb. Card. sub. tit. *SS. Nerei*, *& Achillei*, quo anno 5. Octobris *Robertum Bellarminum* Cardinalem in Sacro Fonte progenuit, postque mortem Nepotis praefuit summae Poenitentiariae, deinceps titulum *SS. Quatuor Coronatorum* adeptus est, Episcopatum insuper *Melphitanum*, ac *Rapollanum*. Omnino annos quinque vixit in purpura. *Romae* decessit anno 1547. cum aetatis suae annum octoagesimum secundum explesset, sepultusque est apud S. *Mariam supra Minervam* prope fratrem, nepotemque Cardinales, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

D. O. M.
ROBERTO PVCCIO TIT. SS. QVATVOR PRESB. CARD.
MAIORI POENITENTIARIO SVMMA FIDE,ATQVE CONSTANTIA
PRAEDITO
PANDVLPHVS PVCCIVS FILIVS
PATRI CARISSIMO ATQVE OPTIME MERENTI POSVIT
QVI VIXIT ANN. LXXXIII. MENSES VII. DIES XIX.
DECESSIT XVI. KAL. FEBRVARII. MDXLVII.

ADDITIO NOSTRA.

Et hujus exstat *Florentiae* monumentum in *Pucciano* Sacello.

ROBERTO PVCCIO ANTONII F.TIT.SS.QVATVOR PRESB.CARD.
MAJORI POENIT. EPISCOPO PISTOR. PIETATE ATQVE INTEGRITATE INSIGNI
A PAVLO III. P. M. CREATO
ROBERTVS PVCCIVS EX PAND. EIVS LEGITIMO AC NATVRALI FILIO
NEPOS TANTO AVO P. ANNO DOMINI MDCVII.
VIXIT ANNOS LXXXIII.
OBIIT ROMAE XVI. KALEND. FEBRVARII MDXLVII.

Plura de *Roberto* dabit *Fabbruccius* in *Elogiis clarissimorum Virorum Pisanae Academiae* (*T. XL. collect. Calogerianae pag. 99. & seqq.*)

XLV.

Franciscus Galigarius Florentinus Roberto Cardinali *Puccio* coadjutor adhibitus est cum futura successione, *Paulo* III. Pontifice ita censente anno 1546. die X. Mensis Decembris, successitque paulo post demortuo *Roberto*, ex Pontificio placito. Decessit autem *Franciscus* anno 1559. de qua gente *Sebastianus* Archiepiscopus *Turonensis*, & Abbas majoris Monasterii anno 1617. *Mariae Mediceae Gallorum* Reginae beneficio. Memorantur vero *Galigarii* 1242. apud *Scipionem Ammiratum* in familiis *Florentinis*, & *Verinum* lib. 3.

ADDITIO NOSTRA.

Dempsterus hunc vocat *Petrum Franciscum* de Galieno.

XLVI.

Jo. Baptista Ricasolus Florentinus, Episcopus *Cortonensis*, ad *Pistoriensem* Ecclesiam translatus est anno 1560. die 5. mensis Februarii, & Serenissimae *Mediceae* genti gravissimis promovendis negotiis egregie insudavit, praefectusque electus est Ecclesiastici exercitus, quem *Clemens* VII. in *Pannonia* contra *Turcas* adornaverat. Eundem *Cosmus* I. Magnus Dux *Hetruriae* ad *Carolum* V. de gravissimis rebus tractaturus legavit, perspecta ejus vitae probitate, fideque. Ei dicat librum *de bello Sacro Franciscus Baldellus Cortonensis*, ab ipso in *Hetruscam* linguam translatum, quem eleganti stylo latine olim scripserat *Benedictus Accoltus Aretinus* pater *Petri Accolti* Cardinalis. Decessit *Florentiae* anno 1572. sepultusque est apud *S. Mariam Novellam*, ubi sub pulcro marmoreo sepulcro hujusmodi legitur epitaphium.

D. O. M.

D. O. M.
JOANNI BAPTISTA RICASOLO CORTONENSI PRIMVM
DEINDE PISTORIENSI EPISCOPO, QVI HAEREDITARIO
FERE IVRE OBSEQVIIS FAMILIAE MEDICEAE ADDICTVS
A CLEMENTE SEPTIMO PONTIFICII EXERCITVS IN
PANNONIA ADVERSVS TVRCAS PRAEFECTVS MISSVS
FVIT A COSMO MEDICEO MAGNO HETRVRIAE DVCE,
VIRI PRVDENTIA PERSPECTA, ET CONSILIO PROBATO
AD PONTT. MAXX. PLVRIES, AD CAROLVM V.
CAESAREM AVGVSTVM TER, AD REGES, REGINASQVE
ET MAXIMOS PRINCIPES PRO REPVBLICA CHRISTIANA
LEGATVS, ANNVM AGENS LXVIII. CONFECTVS CVRIS
ATQVE LABORIBVS, GRATVS PRINCIPIBVS, DEPLORATVS
A SVBDITIS, QVOS IN TANTO RERVM CVMVLO EX ANIMO
NVMQVAM DEPOSVIT. FATO FVNCTVS
EST ANNO DOMINI M. D. LXXII. SEPTIMO KAL. MART.
SIMON, ET JVLIANVS EX FRATRE NEPOTES
VT GRATOS SE TANTO PATRVO OSTENDERENT
MONVMENTVM HOC POSVERVNT. *Ughell.*

De eo in *notitiis Vir. Illustr. Academ. Florent. p.* 82. *& Pollinus in hist. Eccl. Britann. l.* 3. *c.* 14. *Mandosius*, & ex eo *Coletus*.

X L V I I.

Alexander Medices S. Stephani Eques, ac *Cosmi* Medices magni Ducis Orator ordinarius in aula ad Episcopatum *Pistoriensem* assumptus est anno 1573. die 11. mensis Martii, paulo vero post ad Archiepiscopalem *Florentinam* Sedem ascendit, mox etiam Cardinalis est dictus a *Gregorio* XIII. Pontifice, anno autem 1605. sub nomine *Leonis* XI. supremam Apostolicam Sedem est consecutus. Ad cujus aeternam servandam memoriam in arcu triumphali *Capitolino* Senatus, Populusque *Romanus* sequens inscripsit elogium.

NOVO PONTIFICI MAXIMO LEONI XI. ALEXAN
DRO MEDICES PACATORI GALLIARVM, CONCILIA-
TORI REGVM NATALIBVS, ORDINIS DIGNITATE, SO-
LERTIA AEQVABILI, RELIGIONI SOLIDA LEGATIONE A
POSTOLICA SPLENDIDE PERFVNCTO, SED PERPETVO
VITAE TENORE ECCLESIASTICAE DISCIPLINAE RESTAVRA-
TORI PIO, SEVERO, INNOCENTISSIMO, PATRI PA
TRVVM LECTISSIMO, QVI CVM FLORET SPES PVBLICA
S. P. Q. R. *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Ejus exstat *Pistorii* ante Episcopales aedes statua marmorea cum hac epigraphe.

LEONI XI. PONT. MAX.
ANTEA EPISCOPO PISTORIEN.
VT EIVS MEM. DIOECESANI
RELIGIOSIVS VENERARENTVR
ALEXANDER CACCIA

IN

IN EPISCOPATV SVCCESSOR
P. C.

Carolus Vexellinus Praepositus *Pistoriensis* Templi *Alexandri Medicis* vice interfuit *Florentinae* Synodo, quam Decembri mense a. 1573. habuit *Antonius Altovita* Archiepiscopus.

XLVIII.

Ludovicus Antinorius, *Florentinus Volaterranensis* antea Episcopus, ad Ecclesiam *Pistoriensem* translatus est anno 1574. die 3. mensis Januarii [1575. die 7. Januarii juxta *Salvium*] Post annum autem [die 11. Decembris ejusdem anni 1575. ex eodem *Salvio*] *Pisano* throno nobilitatus est. Ibi de eo plura, cum illius Ecclesiae Praesules proferemus.

XLIX.

Lactantius de Lactantiis nobilis, ac doctus *Urbevetanus* Urbis Senator, ac *Bononiae* gubernator, virilitate florens, *Ursulam Balduini de monte* Nepotis *Julii* III. Pontificis in matrimonio habuit; qua demortua Ecclesiasticam vitam secutus est, atque a *Gregorio* XIII. *Romandiolae* Praeses effectus Provinciam illam prudentissime administravit, sub eodemque Pontifice *Pistoriensi* thiara condecoratus ann. 1575. inauguratus fuit *Ravennae* in aede *Ursiana* die 18. Mensis Februarii 1576. a *Joanne Baptista Moremonte* Episcopo *Uticense*, Vicarioque *Ravennate* pro *Julio* Cardinali *Roboreo* adsistentibus *Antonio Gianotio Montagnanensi Foroliviensi* Episcopo, *Annibaleque Grasso Bononiensi Faventino* Episcopo. Ad Ecclesiam suam cum pervenisset, ea dexteritate, pietateque se gessit, ut magno Etruriae duci *Francisco* in paucis charus, dignus idoneusque visus sit, cui *senarum* administratio, tunc anceps, ac trepida tuto committeretur. Igitur cum eo munere egregie defunctus fuisset, decessit anno 1587. 3. Idus Decemb. aetatis suae 72. cum prius *Octavium Albiosium* cum futura successione, coadjutorem acceperit [a. 1581. ex *Salvio*]. Corpus in Cathedrali depositum inde a *Bernardino* filio in patriam delatum anno 1596. die 1. Septemb. in Ecclesia S. *Francisci*, & Sacello S. *Hieronymi* conditum fuit. Orationem funebrem habuit *Antonius Guerreschus*, qui Episcopus *Signinus* paulo post renunciatus fuit. Floret hoc tempore *Lactantius* de *Lactantiis* eiusdem Nepos *Innocentii* X. Pont. Max. aulae Praefectus, *Liberianae* basilicae Canonicus, comitate morum commendandus *Ughell.*

ADDITIO NOSTRA.

Lactantius noster Synodum habuit a. 1586. diebus 28. 29. ac 30. Julii; eiusque Canones *Florentiae* editi sunt anno insequente 1587.

L.

Octavius Albiosius, *Ravennas*, Abbas Commendatarius *S. Salvatoris de Silvamunda Arretinae* jurisdictionis, paulo ante coadjutor *Lactantii*, electus fuit *Pistoriensis* Episcopus an. 1588. consecratus *Florentiae* fuit in Ecclesia S. *Fridiani* ab *Alexandro Mediceo* Archiepiscopo *Florentino*. *Pistoriensem* Ecclesiam ad II. annos administravit, factusque jam senex, eo munere libens, volensque se exsolvit *Ughell.*

Anno 1600. Ecclesiam *S. Crucis Venetiarum* consecrasse testatur sequens inscriptio, quae in ea prostat legentibus.

D. O. M.

OCTAVIVS ALBIOSIVS EPISCOPVS PISTORIENSIS CONSECRAVIT HANC ECCLESIAM DIE XX. JVLII ANNO MDC. IN HONOREM S. CRVCIS, CONCEDENS SINGVLIS CHRISTI FIDELIBVS IN DIE ANNIVERSARIO CONSECRATIONIS HVJVSMODI IPSAM VISITANTIBVS XL. DIES DE VERA INDVLGENTIA IN FORMA ECCLESIAE CONSVETA.

Venetias nempe concesserat *Octavius*, Episcopatu abdicato. Ceterum hoc exstat eius monumentum marmoreum *Pistorii* in Templo *S. Michaelis*.

RMVS IN XPTO PATER D. OCTAVIVS ALBIOSVS
EPISCOPVS ALMVRENSIS, ET COADIVTOR CVM FVTVRA
SVCCESSIONE IN EPISCOPATV PISTORIENSI CONSECRAVIT
HANC ECCLESIAM, ET ALTARE MAIVS AD HONOREM DEI,
BEATAE MARIAE VIRGINIS, ET S. MICHAELIS ARCHANGELI
ET OMNIVM ANGELORVM, PRO DOMINO LACTANTIO
DE LACTANTIIS EPISCOPO PISTORIENSI, ET EAM VISITAN-
TIBVS IN DIE ANNIVERSARIA CONCESSIT XL. DIES
DE INDVLGENTIA ANNO DOMINI MDLXXXVII.
DIE XXVII. SEPTEMBRIS

L I.

Fulvius Passerinus Cortonensis, antea *Avellini*, *ac Frequentini* Episcopus, a *Clemente* VIII. ad *Pistoriensem* Ecclesiam translatus est anno 1599. die 19. mensis Aprilis: eodem anno vita functus est die 11. mensis Decembris, dum adolesceret, provectusque ad aetatem virilem esset in obsequio *Gregorii* XIV. Pontif. fuit eximie charus omnibus, quippe qui Card. *Passerini* affinis virtutes ad vivum referret. *Ughell.*

L I I.

Alexander Caccia Florentinus, Canonicus, & Archidiaconus Metropolitanae *Florentinae*, *Pistoriensis* Episcopus adlectus est anno 1600. die 3. mensis Julii. Praesul certe suis antecessoribus haud indignus. Obiit *Alexander* an. 1649. mense septembri, sepultus in tumulo, quod vivens sibi in Cathedrali Ecclesia paraverat cum tali Epitaphio.

D. O. M. A.
ALEXANDER CACCIA ANNO D. M. D. LXI.
MENSE DECEMBR. EA IPSA NOCTE PRAECVRRENTE
DIEM S. ZENONIS CATHEDR. HVJVS PISTOR TITV
LARI, ET PATRONO DICATVM, FLORENTIAE ORTVS
ANN. VERO M. DC. EX PATRIAE METROPOLITANAE
ARCHIDIACONATV AD PIST. EPISCOPATVM ASSVM-
PTVS, ET SACRO EODEM RECVRRENTE DIE A CLERO, ET
POPVLO PER BENIGNE EXCEPTVS, VT QVI VIVENS AD
SIBI COMMISSI GREG. SAL. MINVS FORTASSE VALVERIT
MORIENS ANNIS, ET LABORIBVS PLENVS, VOVIT
DEO PROPITIO SE PRO EOD. ET TE MORITVRO ORATV-
RVM IMMERITVS, ET IAM DIFFIDENS EXORATV-
ROS PRO MORTVO MORITVROS EOD. SVI ADVENTVS DIE
TRICIES JAM REVERSO MONITVS P.
VT QVI VITAE PRIMORDIA LEGIT, FINEM ATTIN-
GAT, PRATRVVM EPISCOPORVM OMNIVM OBIISSE
DECANVM A. D. MDCIL. PRID. NON. SE-
PTEMBRIS. JVLIVS SENATOR FLORENTINVS EX
FRATRE NEPOS HOC MDCLX. GENERALIS COMMISSARIVS AD-
JECIT.

Ughel.

AD-

Tres Synodos celebravit *Alexander* a. 1604. 1625. & 1641. Quarum omnium Synodorum decreta *Pistorii* typis divulgata sunt annis 1627. & 1641.

L I I I.

Franciscus Nerlius Florentinus, ab *Innocentio* x. Pont. Max. *Pistoriensi* Ecclesiae praeficitur die 3. Febr. 1650. anno vero 1652. mense Novemb. translatus est ad Ecclesiam *Florentinam*.

L. I V.

Joannes Gerinus, *Florentinus* Patritius Marchionis *Gerini* germanus frater, Episcopus *Volaterranus*, translatus est ad *Pistoriensem* & *Pratensem* simul nuper unitas Ecclesias die 22. Septembr. 1653. Decessit florente aetate ann. 1656. terrae traditus in Cathedr. *Pistoriensi*. *Ughell.*

Eique deinde extructum elegans e marmore sepulcrum cum hoc epitaphio,

D. O. M.
MORTALITATIS AD TERMINVM SVBSISTE VIATOR
OFFENSVS HIC LAPIS, ERECTVS MORTIS
IN TITVLVM, VITAE GRESSVS DIRIGET TVAE.
JOANNI GERINO SACER EST, OCTAVII PATRICII
FLORENTINI FILIO, QVEM ETRVRIA CREDI-
TVM ROMAE SVIS VRBIBVS GRATVLATA EST
ANTISTITEM REDDITVM. INTIMO ERVTVM
CVBICVLO INNOCENTIVS X. P. MAX. VOLATER
RIS PRIMO, MOX PISTORIO EPISCOPVM DEDIT.
VT EXPETITVM OMNIBVS NON VNA CIVITAS
HABERET. PRATENSIS ECCLESIA ADDITAM
TANTO PRAESVLI SVI CVSTODIAM, QVAM SIBI
TVNC PRIMVM EPISCOPALES INFVLAS PLVRIS
FECIT. MAJORA ASSEQVTVRVM NON VIRTVS
DEFECIT, SED VITA. SPES ET VOTA HOMINVM
ELVSIT MORS, QVAE TERRIS IMMATVRE SVBLA-
TVM COELO INTVLIT XV. KALEND. JVNII A.
S. M. D. C. L. VI. AETATIS XLI. MARCHIO
CAROLVS SENATOR FLORENTINVS FRATRI DE
SIDERATISSIMO P. *Coletus*.

L V.

Franciscus Rinuccinus, nobilis Patritius *Florentinus*, *Horatii* filius, omnium scientiarum genere ornatus, insigni prudentia, & agendarum rerum experientia clarus, diuque pro magno Duce apud *Venetam* Rempub. summa nominis sui fama versatus, *Pistoriensis* evasit Episcopus die 28. Augusti 1656. consecratus *Romae* eodem anno, qui etiam num Pastorali officio eximie invigilat. *Ughell.*

Franciscus *Renuccinius Florentinus*, patritia familia natus, militia primum, deinde legatione pro Magno Etruriae Duce *Ferdinando* II. apud *Caesarem* functus, ac postea Metropolitanae *Florentinae* Archidiaconus, tandem Episcopus *Pistoriensis*, & *Pratensis* renunciatus fuit mense Augusto anni 1656. vir plenus humanitate, ac charus omnibus decessit 11. Martii 1678., sepultusque in Cathedrali prope Sedem Episcopalem, super posita e marmore tabula, atque in ea exculpto hoc Epitaphio.

FRANCISCVS RENVCCINVS EPISCOPVS PISTORII, ET PRATI A. S. M. D. C. LXXVIII. AETATIS SVAE LXXIV. REGIMINIS VERO XXII. P. C. *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Annis 1662. & 1669. duas Synodos habuit praeclarissimus Antistes *Rinuccinius*.

L V I.

Gherardus Gherardius, *Florentinus*, patritia familia natus, *Andreae* filius, ac Metropolitanae *Florentinae* Canonicus, reluctans in *Pistoriensi*, ac *Pratensi* Sede locatus Mense Martio Anni 1679. Vir vere a Deo datus, semper vigilans Gregis utilitati. Decem annis, quibus praefuit Ecclesiae, omnium virtutum exemplar se praebuit; Jejuniis, orationi addictissimus, charitate, humilitate, mansuetudine, prudentia, tota denique vivendi ratione sanctimoniam redolens. Quin quies Dioecesim lustravit, quater Synodalia comitia habuit, multaque constituit ad Cleri populique disciplinam accommodata. Omnibus denique optimi Pastoris officiis perfunctus, instante mortis die, propriis indutus Episcopalibus vestibus, ac super nuda tabula in omnium conspectu positus, singulisque salutis monita suadens ad Coelum migravit die 16. Januarii 1690. Clero populoque jugibus lachrymis tanti Pastoris funus prosequente. Sepultus fuit in Cathedrali, eique post modum exstructum e marmore monum. cum hoc Epit.

D. O. M.

GHERARDO GHERARDI EPISCOPO PISTORIEN. ET PRATEN. PASTORALIS VIGILANTIAE, ET CHARITATIS IN EXEMPLAR DATO, COELOQVE REPOSCENTI CVNCTIS MAERENTIBVS REDDITO, FRANCISCVS FROSINI PISTORIENSIS IN SORTEM DOMINI AB EO VOCATVS, ET VNDECIM AB EJVS OBITV ANNIS IN EPISCOPATV VTINAM, ET IN VIRTVTE, SVCCESSOR NVNC ARHIEPISCOPVS PISANVS GRATI ANIMI MONVMENTVM POSVIT A. D. MDCCIII. *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Synodalia Comitia, quae *Coletus* indicat, celebrata sunt a *Gherardo* a. 1680. 1682. 1685. 1687. Qui plura de *Gherardi* Episcopi sanctissimi virtutibus legere cupit, adeat eius vitam a praeclarissimo *Francisco Frosino* Italice conscriptam, editamque *Florentiae* a. 1736.

L V I I.

Leo Strozza Florentinus, clarissimo genere natus, Monachus Congregationis *Vallisumbrosae*, deinde Abbas, ac totius Congregationis Procurator Generalis, Episcopus *Pistoriensis*, & *Pratensis* eligitur mense Junio 1690. Vir zelo disciplinae, prudentia, ac morum suavitate singularis. Seminarium Clericorum Pistorii juxta Concilii *Tridentini* mandatum anno 1693. erexit, in quod largos proventus contulit, atque ab eius nomine Sancti *Leonis* voluit appellari. Translatus mense Julio an. 1700. ad Metropolitanam *Florentinam* ibi decessit die 4. Octobris 1703. supremaque voluntate, quam ex indulto Apostolico condidit, Seminarium *Pistoriense* scripsit haeredem, ac transferri mandavit ad Cathedralem *Pistoriensem*, atque in ea sepeliri in sepulcro, quod elegantis structurae sibi vivens paravit prope sacrarium cum hoc epitaphio. DE

DE MORTE COGITANS, DVM ADHVC IN HVMANIS ESSET VITAM, QVAE NVNQVAM MORITVR, EXPECTATVRVS LEO EPISCOPVS AD ORNATVM ECCLESIAE SIBI MONVMENTVM POSVIT ANN. 1695. *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Tum addita fuit haec alia inſcriptio.

LEO STROZZA
VALLVMBROS. SAC. THEOL. DOCTOR
EX EPISCOPO PIST. ET PRAT.
ARCHIEPISCOPVS FLORENTINVS
OBIIT IV. OCTOBRIS MDCCIII. AETAT. LXVI.

Anno 1694. Synodum Piſtorii celebraverat XIV. Kal. Novembris.

LVIII.

Franciſcus Froſini Piſtorienſis ex comitibus Sacri Romani Imperii, Cathedralis Eccleſiae Canonicus Poenitentiarius, & Sede per *Leonis* translationem vacante Vicarius Capitularis, vir diſciplinis omnibus inſtructiſſimus, totius Cleri, populique plauſu, qui a trecentis annis Epiſcopum e civitate nullum acceperant, Epiſcopus renunciatur menſe Decembri 1700. Brevi tamen apud ſuos commoratus die 2. Octobris 1702. translatus fuit ad Primitialem *Piſanam*. Vivit adhuc, poſt Neſtoreos annos coelitibus aggregandus, atque in eadem Eccleſia ſepeliendus; in qua jam ſibi vivens monumentum e marmore prope Altare S. *Gregorii* extruxit, exculpta Redemptoris e cruce depoſiti imagine, cum hoc epit.

VT HVIVS PARIETIS PARTEM, QVAE NVDA ERAT ORNARET, SPECVLVM HOC, IN QVO SVAE MORTALITATIS IMAGINEM, NOSTRIQVE REDEMPTORIS VULNERA, QVAE AD ILLAM FELICITER EXVENDVM TOTAM SIBI SPEM FACIVNT, TEMPLVM INGREDIENS CONTEMPLARETVR, FRANCISCVS FROSINI PISTORIENSIS EX PATRIAE EPISCOPO PISARVM ARCHIEPISC. V. P. C. A. D. S. MDCCXI. *Coletus*.

ADDITIO NOSTRA.

Confer de tanto Praeſule P. *Orlendis* in ſuo *Orbe ſacro*, *&* *profano* Praefationem in vitam Epiſcopi *Gherardii*, *&* *Bibiliothecam* Noſtram *Piſtorienſem* (p. 199.

LIX.

Michael Carolus Vicedominus Cortigianus, *Florentinus*, clariſſimo genere ortus, e Praepoſito *Emporienſe* Epiſcopus *Miniatenſis* primum, deinde 22. Novembris 1702. *Piſtorienſis*, *&* *Pratenſis* renunciatus, vir effuſus in pauperes, comis, & facilis omnium amantiſſimus. Seminarium *Piſtorienſe*, quod a Cathedrali diſtabat, prope Cathedralem extruxit, ampliorem que in formam redegit; omnibus denique optimi Paſtoris officiis functus, e vivis ſublatus eſt die 14. Octobris 1713. & ſepultus in Cathedrali ante Aram S. Antonii, ſuperpoſito hoc Epitaphio in tabula marmorea exſculpto.

HIC JACET MICHAEL CAROLVS VICEDOMINVS CORTIGIANVS EPISCOPVS PISTORIENSIS ET PRATENSIS. OBIIT PRIDIE IDVS OCTOBRIS MDCCXIII. AETATIS SVAE LXV. REGIMINIS XI. *Coletus*.

AD-

IV. Kal. Maij a. 1707. Synodum *Michael* cocgit.

L X.

Colombinus Baſſi, Monachus Congregationis *Vallisumbroſae*, inſtitutor, & Abbas Abbatiae *Vallis benedictae* prope *Liburnum*, ac tandem Congregationis Generalis, Epiſcopus *Piſtorienſis*, & *Pratenſis* invitus pene, ac per plures menſes prae humilitate reluctans electus eſt menſe Martio anni 1715. vivit adhuc, quem Deus ad Neſtoreos annos producat, ut virtutum, quibus praelucet, exemplo caeteri inſtituantur.

ADDITIO NOSTRA.

Inter cetera, quae *Baſſus* praeclare geſſit, ad eum, in quo nunc cernitur, locum tranſtulit, Ven. *Gherardi* Epiſcopi corpus, intro iniecta lamella aerea, cui haec ſunt adſcripta.

Columbinus *Epiſcopus Piſt. & Prat. ſolicitus de corpore Venerabilis Domini* Gherardi de Gherardis *Epiſcopi pariter Piſt. & Prat. quod in lignea capſa repoſitum in die tumulationis ſuae corruptioni nimium obnoxia de facili poſſet corrumpi, in loco ubi primum conditum fuerat, quaeſitum reperit & ſub cenotaphio ab illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino*, D. Franciſco Froſini *Archiepiſcopo* Piſarum *in eum neque ſtudioſo poſito, in* hanc *lapidem Urnam ſuis impenſis paratam pie tranſtulit die* 13. *Junii* 1720. *annuentibus hujus Cathedralis Eccleſiae, iiſdemque praeſentibus Dominis Dignitatibus, & Canonicis, quae nunc geſta ſunt, notari, & cum iis, quae die depoſitionis tanti Praeſulis notata fuerunt in Actis Capitularibus de die* 22. *Januarii* 1690. *in Cancellaria Epiſcopali reponi, ſervarique mandavit ad perpetuam rei memoriam*.

Porro obiit *Columbinus* a. 1732., atque eius ſepulcro hoc fuit epitaphium inſculptum.

HIC JACET
COLVMBINVS BASSI
EX VALLVMBROSANAE
CONGREGATIONIS GENERALI
EPISCOPVS PISTORIEN. ET PRATEN.
OBIIT III. IDVS APRILIS
A. S. MDCCXXXII.
AETATIS SVAE LXXII.
REGIMINIS VERO XVII.

L X I.

Nihil poſt *Baſſii* obitum felicius *Piſtorienſi ac Pratenſi* Eccleſiae adcidere potuit, quam ut ad eius regimen admoveretur *Fridericus* ex antiquiſſima, ſpectatiſſimaque gente *Alamannia Raphaelis* Senatoris, ac *Mariae Magdalenae Oricellariae* filius, tum vero principis *Florentini* Templi Canonicus doctrina ac morum pietate praeſtantiſſimus. Admotus porro eſt XIII. Kal. Auguſtas ejuſdem, quo Baſſius deceſſerat, anni CIƆIƆCCXXXII. Nam quinque poſt diebus ſacratus quidem eſt de more Epiſcopus, electus autem fuerat, ac renunciatus ipſo, quem dixi, die XIII. Kal. Aug. Agit nunc ille annum aetatis ſuae LVIII. natus quippe eſt anno CIƆIƆCXCVI. VI. Kal. Aprilis. Quare diuturnam fore tanti Antiſtitis vitam ſperamus, atque ut ejuſmodi ſit, cum bonis omnibus etiam optamus. Nam ut illud praeteream, quod tamen ad declarandam tanti Antiſtitis ſapientiam, virtutemque non parum facit, curante ipſo in *Piſtorienſem* Urbem inlatum fuiſſe, Matrum quas dicunt *Viſitationis*, inſtitutum ſanctiſſimum, erectum quoque hoſpitium, in quod veluti in tutiſſimum portum de vitae innocentia periclitantes puellae ſe ſe recipiant; nihil eorum omit-

omittit praeclarissimus Episcopus, quibus maxime viget sacra morum disciplina, Sacerdotum probitas, adolescentium in Seminarii aedibus institutio; facilem omnibus ad se confugientibus aditum praebet, Ecclesiae suae jura strenue, prudenterque tuetur. Plurimas, prout temporum rationes postularunt, ab eo habuimus institutiones, atque ad Clerum, populumque suum epistolas sanctitatis, doctrinaeque plenissimas; eas tamen, si utilitatem spectes, atque Ecclesiasticam eruditionem, vix comparabis mea quidem Sententia cum saluberrimis ad decessorum suorum Synodos *additamentis*, quae postremis hisce annis coepit in lucem emittere.

TABULA CHRONOLOGICA

EPISCOPORUM PISTORIENSIUM REFORMATA.

Anno Christ. Aerae.

600. Restaldus. Qui ante ipsum Pistoriensem Ecclesiam administrarint, ignorantur, uti & qui ad ann. DCC. ipsi successerint.
700. Johannes.
801. Willeradus.
826. Lamprandus.
844. Guasprandus.
853. Oschisius.
877. Oschisii etiam tum viventis mentio.
904. Asterius.
916. Wido.
937. Hubertus.
940. Rambaldus.
953. Johannes II. eius hoc anno prima mentio.
962. Johannis extrema mentio.
963. Florentius.
967. Johannes III: cujus mentio ad ann. 978. aut 980.
986. Antonius hoc anno praeerat Pistoriensi Ecclesiae.
1011. Antonius moritur.
1012. Restaldus II. ad 1023.
1024. Wido II.
1043. Martinus, cujus mentio etiam anno 1057.
67. Leo Episcopus hoc primum anno memoratur.

Anno Christ. Aerae.

1086. Petri prima mentio.
1104. Ildebrandus.
1133. aut 1136. S. Atto.
1153. Obiit Sanctissimus Praesul.
1154. Thracia.
1168. Raynaldus.
1189. moritur. Bonus sufficitur.
1208. Obiit Bonus 28. Januarii, Soffredo sibi succedente.
1210. Soffredus alter, fortasse superioris nepos.
1223. Abdicat se Episcopatu. Gratia Dei 7. Aprilis *Electus* dicitur Pistoriensis Episcopus.
1252. Guidalostes.
1283. Videtur hic Episcopatu se abdicasse. Thomas successor datus.
1303. Decessit Thomas 29. Julii, cui IV. Nonas Novembris succedit Bartholomaeus de Sigibuldis.
1307. Transfertur 24. Decembris ad Fulginatem Ecclesiam, atque Hermannus Pistoriensi Sedi praeficitur.
1321. Moritur Hermannus 15. Augusti.

1322.

Anno Christ. Aerae.

1322. Eligitur Pistoriensis Episcopus Baronthus de Ricciardis.
1348. Obiit Hermannus.
1349. Electus Andreas de Centoriis.
1356. moritur. Succedit Fr. Remigius.
1367. Episcopatum abdicat. Johannes de Viventiis successor ipsi datur.
1383. Translato ad Cerviensem Ecclesiam Johanne, circa hunc annum Fr. Andreas de Boccagnis Pistoriensem Ecclesiam est adsecutus.
1400. Episcopatum dimittit, inque ejus locum Matthaeus eligitur de Diamantibus. Sub eo Bernardus Abbas Monasterii de Podio Bonizi a Bonifacio Visitator constituitur Pistoriensis Ecclesiae.
1426. Fr. Ubertinus de Albizzis.
1434. moritur: post mortem autem ejus Thomas Recinetensis Episcopus Pistoriensem Ecclesiam aliquot mensibus administrat, jubente Eugenio IV.
1436. Donatus Medices.
1474. Obiit Donatus succedente sibi Nicolao Pandulphino.
1510. Pandulphino coadjutor datus Laurentius Puccius.
1518. Pandulphino mortuo succedit Puccius. Mense autem Novembri Laurentius Puccius in nepotem Antonium Pontifice adnuente Episcopatum transfert.
1541. Antonio cedente Robertus Puccius Patruus Episcopus renunciatur.
1546. Franciscus Galigarius coadjutor datur Roberto Cardinali.
1547. Mortuo Roberto succedit.
1559. Obiit Franciscus.

Anno Christ. Aerae.

1560. A Cortonensi ad Pistoriensem Ecclesiam transfertur Jo. Baptista Ricasolus.
1572. moritur.
1573. Succedit Alexander Medices.
1574. Alexandro ad Florentinam Sedem translato succedit Ludovicus Antinorius.
1575. Ludovico Pisanorum Antistite renunciato sufficitur Lactantius de Lactantiis.
1587. moritur Lactantius.
1588. Octavius Albiosius eligitur Pistoriensis Episcopus, qui deinde Episcopatu abdicato Venetias concedit.
1599. Fulvius Passerinus Episcopus a Clemente VIII. Pistoriensibus datur. Eodem anno obiit.
1600. Alexander Caccia.
1649. Obiit.
1650. Franciscus Nerlius.
1652. Transfertur ad Ecclesiam Florentinam.
1653. Succedente Johanne Gerino.
1656. Qui hoc anno moritur. Franciscus autem Renuccinus Episcopus eligitur.
1678. Decessit Rinuccinius.
1679. Gherardus Gherardius succedit.
1690. Obiit, Leone Strozza sibi succedente.
1700. Qui transfertur ad Florentinam Ecclesiam, Francisco Frosino in ejus loco suffecto.
1702. Frosinus ad Pisanam Sedem transfertur. Michael Carolus Vicedominus Cortigianus succedit.
1713. Cortigianus decedit.
1715. Columbinus Bassi sufficitur.
1732. Columbino mortuo succedit FRIDERICVS ALAMANNIVS magno suae Ecclesiae bono etiamnum superstes.